# MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

AVSPICIIS
SOCIETATIS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EDIDIT
GEORGIVS HEINRICVS PERTZ
SERENISSIMI BORVSSIAE REGI A CONSIL. REGIM. INT. BIBLIOTHECAE REGIAE PRAEFECTVS.

## SCRIPTORVM
TOMVS V.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII AVLICI HAHNIANI
MDCCCXLIIII.

UNVERÄNDERTER NEUDRUCK 1925
VERLAG KARL W. HIERSEMANN · LEIPZIG

4 OKT. 1949

# TOMO SCRIPTORUM QUINTO CONTINENTUR


Pagg.

Praefatio . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . VII. VIII.

## A. ANNALES MINORES 1—66

GERMANIAE.

I. Annales Ottenburani a. 727—1113. . . . . . . . . . . . . 1—9

Pars prior ex Annalibus Hersfeldensibus desumpta a. 727—1039. . . . . . . 1—6

Pars altera genuina a. 1040—1111. . . . . . . . . . . 6—9

II. Annales Sancti Michaelis Babenbergensis a. 1066—1160. . . . . . . . . 9. 10

III. Annales Scafhusens a. 1009—1064. . . . . . . . . . . . 388

IV. Annales Gengonbacenses a. 1027—1096. . . . . . . . . . . 389. 390

V. Annales Sancti Eucharii Trevirensis a. 1015—1092. . . . . . . . . 10

VI. Annales Elnonenses . . . . . . . . . . . . . . . 10—20

Annales Elnonenses maiores a. 542—1224. . . . . . . . . . . 11—17

Annales Elnonenses minores a. 533—1061. . . . . . . . . . . 17—20

VII. Annales Blandinienses a. 1—1292. ed. D. Ludovicus Bethmann Ph. D. . . . 20—34

VIII. Annales Formoselenses a. 1—1136. ed. D. Ludovicus Bethmann Ph. D. . . . 34—36

GALLIAE.

IX. Annales S. Benigni Divionensis a. 564—1285. ed. D. G. Waitz Prof. P. Kilon. . . 37—50

ITALIAE.

X. Annales Barenses a. 605—1043 . . . . . . . . . . . . 51—56

XI. Lupi Protospatarii annales a. 855—1102. . . . . . . . . . . 52—63

## B. CHRONICA MINORA.

XII. Regum et imperatorum Catalogi . . . . . . . . . . . . . 63—66

Catalogus regum Langobardorum et imperatorum . . . . . . . . . . 64

Guidonis chronica a. 756—1108 . . . . . . . . . . . . 64. 65

Lamberti Audomarensis chronica a. 1—1120. . . . . . . . . . . 65. 66

## C. ANNALES MAIORES, CHRONICA GENERALIA. 67—500

XIII. Herimanni Augiensis chronicon a. 1—1054. (Tab. I.) . . . . . . . . . 67—133

XIV. Lamberti Hersfeldensis annales a. 1040—1077. ed. V. Cl. Lud. Frid. Hesse (Tab. II.) 134—263

XV. Bertholdi annales a. 1054—1080. (Tab. II.) . . . . . . . . . . 264—326

XVI. Brunonis liber de bello Saxonico (Tab. II.) . . . . . . . . . . 327—384

Pagg.

XVII. Bernoldi chronicon (Tab. III.) . . . 385—467

Necrologium . . . 391—393

Catalogus Romanorum pontificum a. 1—1099. . . . 395—400

Chronicon a. 1—1100. . . . 400—467

XVIII. Annales Romani a. 1044—1187. . . . 468—480

XIX. Mariani Scotti chronicon a. 1—1082 ed. D. G. Waitz Prof. P. Kilon. (Tab. IV.) . . 481—568

Ex Florentii Wigorniensis historia . . . 564—568

Index auctore D. Rudolfo Koepke Phil. D. . . . 569—596

Glossarium auctore D. Rudolfo Koepke Phil. D. . . . 596. 597.

Corrigenda et addenda . . . 597. 598.

Tabulae: I. ad pag. 70. II. ad pag. 264. III. ad pag. 388. IV. ad pag. 481.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Absoluta scriptorum qui res Karolorum et Ottonum inde a saeculo octavo usque ad undecimum tractaverunt editione, ad scriptores aevi Salici progressi, primo loco Annales minores in Germania nostra, Gallia et Italia ante obitum Lotharii imperatoris inchoatos atque per tempora subsequentia productos, magnam partem nunquam antea editos, proponimus. Sequuntur chronica minora, catalogi regum Langobardorum et imperatorum, nec numero nec mole sua reliquis huius aevi fontibus pares, quum maxima huius voluminis pars et totum quod sequitur Annalibus maioribus et chronicis universalibus expleatur. Quorum scriptores Herimannus, Lambertus, Bertholdus, Bernoldus et Marianus per tot saecula clari, una cum Brunone et annalibus Romanis hucusque ineditis, auctoritate praestantissimorum codicum, quos inter autographum Bernoldi librum laudare iuvat, integritati restituti, generalem historiam usque ad exitum saeculi

undecimi producunt, et iusto volumine comprehenduntur. Unum, quod inter eos locum sperare poterat, chronicon Cavense a Pratillo Tom. IV. novae editionis Historiae principum Langobardorum anno 1753. evulgatum, ut adulterinum recentioris saeculi foetum praetermisi. Reliqui historiae generalis Heinrici IV. Heinrici V. et Lotharii scriptores, Ekkehardus, Sigebertus, Annales Erphesfurtenses et Annalista Saxo tomo scriptorum sexto prodibunt.

Dabam Berolini in Bibliotheca Regia a. d. 15. Kal. Novembr. a. 1843.

# ANNALES OTTENBURANI.

*Prima iam vice prodeunt ope duorum codicum, quorum alter membranaceus saeculi XII. a Bernhardo Pezio, Mellicensium decore, in monasterio Ottenburano prope Memmingam sito evolutus, hodie latet, cuius tamen*

*1) apographum, Pezii manu exaratum, inter schedas eius in monasterio celeberrimo servatur. Eius exemplar precibus meis atque Chmelii nostri a domino reverendissimo Wilhelmo Eder abbate Mellicensi concessum, et operam navante viro reverendissimo et de litteris bene merito D. Theodoro Mayer bibliothecario, transmissum, infra exprimitur. Cuius e latere sistimus*

*2) alterum annalium exemplar, quod a.* 1827. *Oxoniae in collegio Magdalenensi ex codice N.* 73. *membr, seculi XII. ineuntis in* 8vo *exscripsi, annorum indicatione omnino carens, textu interdum minus bono, et annis duobus productum.*

*Annales usque ad a.* 1039. *cum annalibus Hersfeldensibus, quales in Hildesheimensibus, Quedlinburgensibus, Weissenburgensibus et Lamberti exstant, ea ratione conveniunt, ut modo ad hos modo ad illos propius accedant*[1], *nonnunquam modo Hersfeldensibus usitato textum annalium Laurissensium*[2], *Laureshamensium*[3] *aliorumque contrahant, et in universum quintum annalium Hersfeldensium exemplar se praebeant. Inde ab a.* 985. *praecipue annales Hildesheimenses, tum Lambertum exscribunt. Anno* 1051. *in utroque codice res complurium annorum confunduntur, et anno* 1073. *quaedam cycli magni primi notitia in cyclum tertium irrepsisse videtur.*

PARS PRIOR, EX ANNALIBUS HERSFELDENSIBUS DESUMPTA. A. 727—1039.

ANNO DOMINI

727. Sanctus Eggebertus migravit ad Christum.
731. Karolus auxilio Eudetis in Aquitania contra Sarracenos pugnat.
733. Eclipsis solis facta est.
734. Karolus perrexit in Fresoniam.
735. Karolus vastat Wasconiam.
736. Beda praeclarus doctor obiit.

1) nostri propius ad Hildesheimenses accedunt annis e. g. 893, 987, 995, ad Quedlinburgenses a. 788, 797, 812, 825, ad Weissemburgenses a. 746, 750, 764, ad Lambertum a. 766, 875, 887, 907, 972, 973, 974, 976, 982; plurimis tamen annis duos, tres, aut omnes aeque exprimunt. 2) e. g. a. 771—783, 788, 790, 794, 800, 801, 803, 807—812, 816, 823, 825—827, 829. 3) cf. a. 781.

738. Karolus in Gotia contra Sarracenos pugnat.
739. Karolus Saxones tributarios facit.
740. Karolus pervenit usque Massiliam.
741. Karolus mortuus est; cui filii sui Pippinus et Karlomannus succedunt.
744. Initium Fuldensis monasterii.
746. Sanctus Burghardus ordinatur episcopus primus apud Herbipolim, id est Wirzeburg.
747. Sanctus Wigbertus migravit a seculo.
750. Pippinus decreto Zachariae papae per unctionem sancti Bonifacii archiepiscopi rex appellatur, et Hildricus, falso rex vocatus, in monasterium tonsoratus mittitur.
753. Stephanus papa a Pippino defensionem petit contra Aistulfum regem.
754. Stephanus papa Pippini filios Karolum et Karlomannum unxit in reges.
755. Sanctus Bonifacius, qui et Winfridus, martyrio coronatur.
758. Pippinus Saxonibus tributum imposuit, ut quotannis 300 equos persolverent.
764. Pippinus rex magnum conventum habuit in Carisiaco.
765. Ruotgangus episcopus corpora sanctorum Gorgonii, Naboris et Nazarii de Roma adduxit.
766. Victi sunt Sclavi a Francis in Weidahaburg.
767. Pippinus rex, Aquitania subiugata, inde rediens, 8. Kal.[a] obiit, Karolo et Karlomanno regnum relinquens.
770. Bertha, mater Karoli, regina, de Italia veniens, filiam Desiderii regis Longobardorum secum adduxit in Franciam.
771. Karolus rex synodum habuit apud Valentiam, et eodem anno mortuus est frater eius Karlomannus 2. Non. Decembris.
772. Karolus, Wormatiae synodo habita, perrexit in Saxoniam, ubi Eresburg castrum cepit et fanum Erminsul destruxit.
773. Karolus ab Adriano papa invitatus, contra Desiderium regem Italiam ingreditur, et Desiderio incluso, Papiam obsedit.
774. Karolo in Italia commorante, Saxones per confinia Francorum erumpentes, pervenerunt usque ad castrum Burtaburg[b]; qui etiam ecclesiam in Fridreslare incendere volebant sed non valebant. Karolus autem Desiderium captum in Franciam duxit.
775. Karolus Saxones et Westphalos vincit.
776. Innumerabilis multitudo Saxonum cum uxoribus et infantibus super Lippiam veniens, baptismum recepit.
777. Rursus apud Paderbrunnon Saxonum magna pars baptizatur.
778. Karolo in Hispania contra Sarracenos dimicante, Saxones partes circa Logonam fluvium vastant. Contra quos insurgentes Franci, fugarunt eos prope flumen Adarnam usque in locum qui dicitur Lieschi.
779. Hildebrandus dux Spoletanus Karolo munera obtulit.
780. Karolus Romam pergens, Papiae natale Domini celebravit.
781. Karolus Romam cum domna Hildigarde regina pervenit.. Ibi in pascha Carlomannum, filium Karoli, Adrianus papa baptizavit, quem etiam mutato nomine Pippinum vocavit. Ibi etiam Ruotdrudis, filia eius, Constantino imperatori desponsata est.
783. Hildigardis regina obiit. Karolus Fastradam duxit. Tunc etiam Saxones a Francis victi sunt iuxta villam Theotmalli. Tunc etiam Bertha regina obiit.
786. Sanctus Lullus archiepiscopus obiit; cui Richolfus successit. Signum crucis in vestimentis apparuit, et sanguis de coelo profluxit.
787. Eclipsis solis facta est.
788. Tassilo dux Baioariorum tonsoratus in monasterium mittitur.
790. Karolus natale Domini Wormaciae celebravit.
791. Karolus Avares subegit.
792. Coniuratio Pippini contra patrem suum, quae per Fardolfum publicata est et statim compressa.
794. Synodus in Franconovurd facta est praesente Karolo. Et ibi Fastrad regina obiit, sepulta estque apud Sanctum Albanum in Mogontia.
797. Adrianus papa obiit; cui Leo successit.
799. Leo papa lingua truncata excoecatus est et de pontificatu eiectus. Quem ferunt loquentem et videntem mox ad Karolum in villam quae dicitur Heristelli venisse.
800. Karolus natale Domini Romae celebravit, cum Leo papa coronam capiti eius imposuit, et a cuncto Romanorum populo acclamatum est: *Karolo augusto, a Deo coronato, magno et pacifico imperatori Romanorum, vita et victoria.* Hoc tempore Constantinopolitanum imperium rexit Niciforus.
801. Amarmurmulus rex Persarum elefantum unum cum aliis donis Karolo misit, quae sequente anno allata sunt. Nomen elefanti Abulabaz.
803. Terrae motus factus est, et mortalitas subsecuta.
804. Leo papa in Franciam ad imperatorem venit.

a) *deest* Octobr. b) *corrige* Buriaburg *ex Ann. Lauriss*

806. Karolus rex Beheimos vastavit.

807. Niceta patricius pacem fecit cum Pippino rege.

809. Karlus, imperatoris filius, Abotritos subegit.

810. Corsica insula a Mauris bis vastata est.

811. Karolus imperator Haidonem Basiliensem episcopum et quosdam alios legatos gratia confirmandae pacis ad Niciforum imperatorem Constantinopolim mittit.

812. Nortmanni Scottos aggressi ab eis victi sunt. Niciforus obiit; cui Michahel successit imperator Constantinopolitanus. Quo insequenti anno

813. monacho effecto, Leo imperator factus est. Pons apud Mogonciacum incendio periit. Richolfus Moguntinus archiepiscopus 5. Kal. Februarii obiit; cui Haistolfus successit.

814. Karolus imperator obiit; cui Ludoicus successit.

816. Leo papa obiit; cui Stephanus successit.

818. Ludoicus imperator Mormannum regem in Britannia vicit.

819. Ludoicus Iudith, filiam Welphi, uxorem duxit.

823. Lotharius, Ludoici imperatoris filius, Romam venit rogatu Pascalis papae.

825. Haistolfus archiepiscopus obiit; cui Otgarius successit. Hoc anno fertur puella quaedam annorum fere duodecim in territorio Tullensi ab omni cibo per decem menses abstinuisse. In Saxonia quoque viginti tres villae igne coelesti crematae sunt. Grando quoque multos extinxit.

826. Harioldus Danorum rex Mogontiaci baptizatus est. Tunc quoque Hildwinus ossa sancti Sebastiani in Galliam transtulit.

827. Eugenius papa obiit; cui Valentinus successit. Quo infra mensem defuncto, Gregorius electus est.

828. Michahel apud Constantinopolim imperat.

829. Ludoicus imperator Aquisgrani hiemavit.

832. Coniuratio Ludoici contra patrem suum.

833. Regnum Francorum ad Lotharium conversum est.

834. Pippinus et Ludoicus* patrem suum restituerunt.

838. Item coniuratio Ludoici ad Franconovurd; sed conversum est regnum ad patrem.

840. Ludowicus imperator filium insequitur. In eodem anno mortuus est, regnumque Ludowico remansit.

841. Lotharius bellat contra fratres suos Ludowicum et Carolum.

842. Lotharius a regno expulsus est.

843. Lotharius, Ludowicus et Karolus reconciliantur.

844. Lotharius Gestimulum regem Sclavorum occidit.

847. Otgarius archiepiscopus obiit; cui Rhabanus successit.

848. Synodus Moguntiae congregata est praesente Ludowico.

855. Ludowicus rex perrexit contra Ratzidum regem Marahensium cum magno exercitu.

856. Rhabanus archiepiscopus, bonus dictator, obiit; cui Karlus succedit.

857. Magna synodus Mogonciae habita est praesidente Karlo episcopo.

858. Ludowicus, filius Ludowici, mittitur contra Abotritos cum exercitu.

859. Ludowicus et Karolus atque Lotharius filius pacem cum iuramento faciunt.

863. Karlus archiepiscopus obiit. Liutbertus ei succedit.

864. Ludowicus rex Ratzidum regem subegit.

869. Lotharius rex Romae ab Adriano papa damnatus est; cum domum rediret, pene cum omnibus suis periit.

875. Ludowicus rex obiit; cui filius suus Ludowicus successit.

878. Bellum factum est inter Karlum et Ludowicum prope Andarnacha.

879. Ludowicus, Karli filius, obiit.

880. Ludowicus rex, Ludowici filius, obiit; cui Karlus patruus suus successit.

886. Karlus de regno eiicitur.

887. Karlo de regno eiecto, Arnoldus eligitur.

888. Karlus obiit.

890. Liutbertus archiepiscopus obiit. Sunderoldus subrogatur.

891. Sunderoldus archipraesul occisus est. Hatto successit.

892. Arn episcopus occiditur.

893. Bellum ingens factum est inter Baioarios et Ungaros.

896. Arnoldus Romae imperator factus est.
899. Arnoldus imperator obiit; post quem filius eius Ludowicus regnat.
905. Cuonrat comes occisus est ab Adelberto.
906. Ungari vastaverunt Saxoniam.
907. Adelbertus comes occisus est iubente Ludowico rege.
908. Liupoldus dux occisus est ab Ungaris.
909. Burghardus dux Turingorum ab Ungaris perimitur.
910. Ludowicus rex pugnavit cum Ungaris.
911. Ungari vastaverunt Franciam.
912. Ludowicus rex obiit; in cuius locum Cuonratus eligitur.
913. Hatto Moguntinus praesul obiit; cui Herigerus successit.
914. Otto Saxonicus comes obiit.
915. Ungari Turingiam et Franciam orientalem vastant.
919. Obiit Cuonratus rex. Heinricus ei successit.
927. Herigerus archiepiscopus obiit; cui Hildibertus successit.
931. Heinricus rex Abotritos subegit.
934. Heinricus rex in Wocronin cum exercitu fuit.
935. Magna synodus fuit in Erbesfurt. Eodem anno Heinricus rex obiit; cui filius suus Otto successit.
936. Hildibertus Moguntinus episcopus obiit; cui Fridericus successit.
937. Eberhartus comes Heinricum fratrem regis misit in vincula.
938. Eberhartus comes occisus est.
943. Synodus in Bunna congregata est.
945. Nuntii Graecorum Ottoni regi munera afferunt.
947. Etheid regina obiit.
948. Synodus ad Ingilenhaim congregata est, cui praesedit Marinus legatus.
949. Iterum nuntii Graecorum ad regem cum muneribus venerunt.
950. Bellum magnum inter Bavarios et Ungaros.
951. Otto rex Adelheidam uxorem duxit, et Beringarium regem sibi subdidit.
953. Discordia orta est inter Liudolfum, regis filium, et Heinricum patruum suum.
955. Auctore Udelrico sancto episcopo[1] Ungari iuxta Lichum fluvium magna caede prosternuntur.
957. Liudolfus in Italia mortuus, Mogontiam translatus est.
958. Signum crucis in vestimentis apparuit.
960. Venerunt legati Rusciae gentis ad regem Ottonem, orantes, ut mitteretur illuc aliquis, qui eis viam veritatis ostenderet. Ad quos cum venisset Adalbertus episcopus catholicus, vix eorum impias manus evasit.
962. Otto rex consecratione Iohannis papae imperator Romae factus est.
963. Synodus Romae factus[a] est praesente imperatore, et Benedictus papa abicitur.
964. Beringarius rex captus est.
965. Otto imperator de Italia revertitur.
966. Otto imperator redit in Italiam.
967. Otto, imperatoris filius, benedictione Iohannis papae posterioris imperator efficitur.
968. Willihelmns archiepiscopus obiit; cui Hatto successit.
972. Ottoni imperatori iuniori missa est filia imperatoris Graecorum. Sanctus Udalricus obiit.
973. Otto imperator senior in Mimileba obiit Nonis Mai.
974. Otto imperator iunior pergit contra Harioldum regem Danarum[a].
975. Imperator Beheimos vastat.
976. Imperator Heinricum ducem Bawariorum expulit.
978. Imperator Lotharium regem Franciae usque ad flumen Sequanam insecutus est.
981. Adalbertus Magdeburgensis primus episcopus obiit; cui Gisilharius successit.
982. Imperator bellum gessit cum Sarracenis, in quo multi episcopi ceciderunt.
983. Otto imperator obiit.

a) ita 1.

1) cf. Gerhardi vitam S. Oudalrici cap. 12.

984. Otto puer, imperatoris filius, Aquisgrani in regem unctus est.

986. Otto rex cum magno exercitu Sclaviam vastat.

987. Saxones Sclavos ad deditionem coegerunt.

988. Aestas nimium fervida.

991. Theophanu imperatrix obiit.

992. Otto rex Brandonburg obsedit.

995. Otto rex Abotritos vastat.

996. Otto rex a Gregorio papa, qui et Bruno, imperialem unctionem accepit.

997. Sanctus Adalbertus episcopus martyrio coronatur in Sclavia.

998. Mulier quaedam uno partu quinque filios enixa est.

999. Bruno papa, qui et Gregorius, obiit; cui Gerbertus, qui et Silvester, succedit. Adelheidis imperatrix obiit.

1000. Karoli imperatoris Magni ossa Aquisgrani reperta sunt.

1002. Otto tertius imperator 10. Kal. Febr. obiit, et Heinricus dux Baioariorum a Willigiso archiepiscopo in regem unctus est.

| *Codex 1.* | *Codex 2.* |
|---|---|
| 1004. Bruno gratiam fratris sui Heinrici regis Polithe acquisivit. | Bruno gratiam fratris Henrici regis Polithe acquisivit. Silvester papa obiit. Benedictus successit, qui sedit annis 10. |
| 1011. Villigisus archiepiscopus obiit; cui Erkenbaldus[a] successit. | Wilegisus archiepiscopus obiit; cui Hercembaldus successit. |
| 1012. Heinricus rex monasterium in Babenberg ab Eberhardo primo eiusdem sedis episcopo dedicari fecit. | Henricus rex monasterium in Babenberg ab Eberhardo primo eiusdem sedis episcopo dedicari fecit. |
| 1014. Heinricus rex consecratione Benedicti papae imperator factus est. | Henricus rex consecracione[b] Benedicti pape imperator factus est. |
| 1015. Imperator Poloniam cum exercitu intrat. | Imperator Poloniam cum exercitu intrat. Nicholaus papa efficitur. |
| 1016. Horribilis grando cecidit, et multi fulmine adusti perierunt. | Horribilis grando cecidit, et multi fulmine perusti perierunt. |
| 1017. Imperator rursus Poloniam cum exercitu invadit. | Imperator rursus Poloniam cum exercitu invadit. |
| 1019. Imperator papam Babenberg hospitio suscipit. | Imperator papam in Babenberg hospicio suscepit. |
| 1020. Heribertus Coloniensis praesul obiit; cui Peregrinus successit. Erkenbaldo quoque Aribo Moguntiae successit. | |
| 1021. Ingens terrae motus in Baioaria contigit. | Ingens terremotus in Baioaria contigit. |
| 1024. Heinricus imperator obiit; cui Cuonratus successit. | Henricus imperator obiit; cui Conratus successit. |
| 1027. Cuonratus rex in pascha Romae imperator efficitur. | Conratus rex in pascha Rome imperator efficitur. |
| 1028. Imperatoris filius Heinricus unctione Peregrini Coloniensis episcopi rex factus est. | Imperatoris filius Henricus uncione Peregrini Coloniensis episcopi rex factus est. |
| 1030. Cuonratus imperator Ungariam cum exercitu intrat. | Conratus Ungariam intrat. |
| 1031. Imperator cum parva manu Misaconem Polonorum ducem subegit. Aribo episcopus obiit, Bardo successit. | Imperator cum parva manu Misaconem Polonorum[c] ducem subegit. |
| 1033. Imperator in Burgundia Odonem superat. Cunigundis regina obiit. | Imperator in Burgundia Odonem superat. Gunigund regina obiit. |

a) erkenbardus 1. *cf. infra a.* 1020. b) consegracione 2. c) polorum 2.

| | |
|---|---|
| 1035. Heinrico regi Cnud regis filia desponsatur. | Henrico regi Cnut regis filia disponsatur. |
| 1036. Synodus quindecim episcoporum apud Triburias facta est. | Sinodus 15 episcoporum apud Triburias facta est. |
| | (1038.) Godehardus Hildinesheimensis episcopus migravit ad Christum. |
| 1039. Cuonratus imperator apud Traiectum subito mortuus est 2. Non. Iunii. | Conratus imperator apud Traiectum subito mortuus est 2. Non. Iunii. |

## PARS ALTERA, GENUINA. A. 1040—1111.

| | |
|---|---|
| 1040. Aquae inundantes multos extinguunt. | Aque inundantes multos exting unt. |
| 1041. Heinricus rex Boemos subegit. | Henricus rex Boemos subegit. |
| 1042. Rex Ungariam intrat usque ad Dravum fluvium. | Rex Ungariam intrat usque ad Dravum fluvium. |
| 1043. Rex natale Domini Goslariae celebrat cum Petro rege Ungarorum. | Rex natale Domini Goslarie celebrat cum Petro rege Ungarorum. |
| 1044. Rex natale Domini Treveris celebravit. | Rex natale Domini Treveris celebravit. |
| 1047. Heinricus rex a Suitgero papa imperator factus est, et domna Agnes imperatrix. | Henricus rex a Suitgero papa imperator factus est, et domna Agnes imperatrix. |
| 1048. Defuncto papa Suitgero, qui et Clemens, Boppo, qui et Gregorius, eligitur. | Defuncto papa Suitgero, qui et Clemens, Boppo eligitur. |
| 1049. Boppo obiit. Bruno electus est, qui et Leo nominatur. | Boppo obiit. Bruno electus est, qui et Leo nominatur. |
| 2 1051. Leo papa obiit[2]; cui Fridericus, qui et Stephanus[3], successit. Bardoni quoque mortuo Liupoldus successit. Eodem anno Heinricus, filius imperatoris, baptizatur. | Leo papa obiit; cui Fridericus, qui et Stephanus, successit. Bardoni mortuo quoque Liuppoldus successit. |
| 1054. Henricus imperatoris filius, puer, rex factus est Aquisgrani. | Henricus imperatoris filius, puer, rex factus est Aquisgrani. |
| 1055. Gebehardus papa factus, Victor nominatur. | Gebehardus papa factus, Victor nominatur. |
| 1056 Heinricus imperator obiit. Herimanno defuncto, Coloniensi episcopo, Anno successit. | Henricus imperator obiit. Herimanno defuncto, Coloniensi episcopo, Anno successit. |
| 4 1057. Victor papa obiit. Benedictus[4] a Romanis electus est. | Victor papa obiit. Benedictus a Romanis electus est. |
| 1058. Benedicto repudiato, Gerhardus papa efficitur a rege et imperatrice. | Benedicto repudiato, Gerhardus, qui et Alexander, papa efficitur a rege et imperatrice. |
| 1060. Liupoldus Moguntinus praesul obiit; cui Sigefridus Fuldensis abbas successit. | Liupoldus Moguntinus praesul obiit; cui Sigefridus Fuldus successit. |
| 1062. Rex puer a matre distrahitur machinatione Annonis Coloniensis episcopi et quorundam aliorum. | Rex puer a matre distrahitur machinacione Annonis Coloniensis episcopi et quorundam aliorum. |
| 1064. Initium magni cicli. Sigefridus Moguntinus episcopus cum quibusdam aliis episcopis Hierosolimam profectus est. | (1065.) Sigefridus Moguntinus episcopus cum quibusdam aliis episcopis Ierosolimam profectus est. |
| 1065. Wilhelmus comes magna bellorum vi Anglorum regnum acquirit. | (1066.) Willelmus comes magna bellorum vi Anglorum regnum acquirit. |
| 1066. Heinricus rex domnam Bertham duxit uxorem. | (1067.) Henricus rex domnam Bertam duxit uxorem. |

2) a. 1054.
a. 1058.
3) Stephanus IX. nonnisi a. 1057. Victori II. successit.
4) post Stephanum IX.

1067. Coniuratio Dedi marchionis contra regem.

1068. Dedi, filius Dedi, patrem suum regi reconciliavit; qui etiam, videlicet iunior Dedi, clam occisus est.

1070. Otto dux contra regem magnam caedem fecit iuxta Askinewage.

1072. Otto dux gratiam regis acquisivit apud Parthenopolim.

1073 Coniuratio Saxonum et Turingorum contra regem, et fuga eius de Hartzesburg. Hoc tempore Antiphas rex clarus habetur.

1074. Expeditio regis prima in Saxoniam; sed Dei tuitu pax facta est. Hoc anno Ungari Salemonem regem expulerunt.

1075. Expeditio regis secunda, et praelium iuxta flumen Unstruot. Expeditio regis tertia in autumno, et deditio Saxonum ac Turingorum.

1076. Discordia inter papam et regem facta est. Principes totius regni in villa Oppenhaim colloquium habuerunt absente rege.

1077. Heinrico rege in Italiam profecto ad satisfaciendum papae, Ruodolfus in villa Forchaim eligitur, et a Sigefrido episcopo Mogontiae rex ordinatur. Expeditio Heinrici regis quarta contra Saxones iuxta fluvium Nekar. His diebus Wirzeburg a Saxonibns obsessa est.

1078. Expeditio Heinrici regis quinta contra Saxones, eiusque pugna secunda cum eis et cum rege Ruodolfo in orientali Francia, ubi utrimque multi ceciderunt. Hoc anno multi a morsibus luporum perierunt.

1079. Expeditio Ruodolfi regis in Hassiam; in qua Fritislar combustum est cum monasterio quod sanctus Bonifacius ibidem construxerat. Expeditio Heinrici regis sexta contra Saxones, sed Dei nutu rursum pax facta est.

1080. Expeditio Heinrici regis septima contra Saxones, et pugna tertia prope flumen Unstruot 6. Kal. Febr. cum magno utrorumque casu. Expeditio eius octava in Saxoniam, et pugna quarta iuxta amnem Elistra, in qua Ruodolfus rex cum multis cecidit.

1081. Monasteria Mogontiae et Babenberg exusta sunt. In monte Hasungon[6] monachi esse coeperunt.

1082. Herimannus a Sigefrido Mogontiae episcopo Goslariae rex ordinatur.

1083. Aestatis fervor tantus, ut non solum

(1068.) Contra regem coniuracio Dedi marcionis.

(1069.) Dedi, filius Dedi, patrem suum regi reconciliavit; qui etiam, videlicet iunior Dedi, clam occisus est.

Otto dux magnam cedem fecit iuxta Askinvage.

Otto dux regis gratiam adquisivit apud Parthenopolim.

Coniuratio Saxonum et Thuringorum contra regem, et fuga[a] eius de Hartzesburg. Hoc tempore Antiphas rex clarus habetur[b]. [5]

Expedicio regis prima in Saxoniam; set Dei nutu pax facta. Hoc anno Ungari Salomonem regem expulerunt.

Expedicio regis 2ª et prelium iuxta flumen Unstrut. Expedicio regis 3ª in autumno, et dedicio Saxonum aut Turingorum.

Discordia inter papam et regem facta est. Principes totius regni in villa Oppenhaim colloquium habueruut absente rege.

Heinrico rege in Italia profecto ad satisfaciendum pape, Rodulfus in villa Forchaim eligitur, et a Sigefrido episcopo Mogontie rex ordinatur. — Expedicio regis Heinrici 4ª contra Saxones iuxta fluvium Nekar. His diebus Wirzeburg[b] a Saxonibus obsessa est.

Expedicio Heinrici 5ª contra Saxones, eiusque pugna 2ª cum eis et cum rege Rodulfo in orientali Francia, ubi utrinque multi ceciderunt. Hoc anno multi a morsibus luporum perierunt.

Expedicio Rodulfi regis in Hassiam[c]; in qua Fritislar combustum est cum monasterio quod sanctus Bonifacius ibi construxerat. — Expedicio Heinrici regis 6ª* contra Saxones, set Dei nutu pax rursus facta est.

Expedicio Heinrici regis 7ª** contra Saxones et pugna 3ª prope flumen Unstrut[f] 6. Kal. Febr. cum magno utrorumque casu. — Expedicio eius 8ª in Saxoniam et pugna 4ª iuxta amnem[g] Elistra, in qua Rodulfus rex cum multis cecidit.

Monasteria Mogontie et Babenberg exusta sunt. In monte Hasungon monachi esse ceperunt [6]

Herimannus a Sigefrido Mogontie episcopo Goslarie rex ordinatur.

Estatis fervor tantus, ut non solum ho-

a) fuga 2. b) wirzebug 2. c) hassiliam 2. *) VIª 2. **) VIIª 2. f) ustrut 2. g) annem 2.

5) fortasse Herodes Antiphas, in cyclo primo maiori anno Christi 9. adscriptus et hic anno eodem tertii cycli perperam relatus. 6) Hasungen, in Hassia.

homines sed etiam pisces in aquis perirent. Hoc tempore Sodomiticum scelus valde exercebatur.

1084. Sigefridus Mogontinus episcopus obiit; cui Wezel successit. Hoc anno Hiltebrando papa abiecto, Wigbertus papa factus est et Clemens nominatus; a quo Heinricus rex unctionem accepit imperialem in pascha.

1085. Duae expeditiones imperatoris in Saxoniam. Hildebrandus papa obiit, qui et Gregorius.

1086. Expeditio imperatoris undecima in Saxoniam, in qua ob instantem quadragesimam nihil actum est. Expeditio eius duodecima contra Saxones, et pugna eius quinta in suburbio Wirzeburg, ubi utrimque multi perierunt.

1087. Adventus reliquiarum sancti Nicolai in Barrum civitatem. Expeditio imperatoris tertia decima in Saxoniam. Willihelmus rex Anglorum obiit. Incendium Wormatiae.

1088. Herimannus rex Saxonum peremptus est. Wezel Mogontinus episcopus, egregius praedicator, obiit. Ruotardus ei subrogatur. Expeditio imperatoris quarta decima contra Saxones, et pugna sexta in Turingia, ubi multi interierunt.

1089. Expeditio imperatoris quinta decima in Saxoniam; unde cum pace discessit.

1090. Egbertus marchio in molendinum fugiens imbrem, occisus est. Hugo quoque comes Alsatiae peremptus est.

1091. Pugna occidentalium principum.

1092. Wigbertus papa synodum indixit, quae prorsus contempta est.

1093. Discordia inter imperatorem filiumque eius Cuonradum orta est.

1094. Inundatio pluviarum et fames cum mortalitate.

1095. Adhuc mortalitas duravit.

1096. Ingens diversarum gentium multitudo nullo duce armata Iherosolimam pergit.

1097. Imperator de Italia redit. Magna strages in Syria facta est.

1098 Imperator natale Domini Argentinae celebravit.

1099. Otto papa, qui et Urbanus, obiit. Apud Antiochiam inventa est lancea qua transfixum est latus Christi.

1100. Wigbertus papa obiit. Fames circa Rhenum innumerabiles extinxit.

1101. Adhuc fames circa Rhenum saevit

1102. Imperator in Flandriam cum exercitu pergit.

mines set etiam pisces in aquis perirent.

Sigefridus Mogontie episcopus obiit; cui Wezel succedit. Hoc anno Hildebrando papa abiecto, Wigbertus papa factus est et Clemens nominatus; a quo Heinricus rex uncionem accepit imperialem in pascha.

Due expeditiones imperatoris in Saxoniam. Hildebrandus papa obiit.

Expeditio imperatoris 11ª in Saxoniam, in qua ob instantem quadragesimam nichil actum est. Expeditio eius 12ª contra Saxones, et pugna eius 5ª in suburbio Wirzeburg, ubi utrinque multi perierunt.

Adventus reliquiarum sancti Nicholai in Barrim civitatem. Expeditio imperatoris 13ª in Saxoniam. Willelmus rex Anglorum obiit.

Herimannus rex Saxonum interemptus est. Vezel Mogontie episcopus, egregius predicator, obiit. Rutarius ei subrogatur. Expeditio imperatoris 14ª contra Saxones, et pugna 6ª in Turingia, ubi multi interierunt.

Expeditio imperatoris 15ª in Saxoniam; unde cum pace discessit.

Egbertus marchio in molendinum fugiens, occisus est. Hugo quoque comes Alsatie peremtus est.

Pugna occidentalium principum.

Wigbertus papa sinodum indixit, quae prorsus contempta est.

Discordia inter imperatorem filiumque eius Conradum orta est.

Inundatio pluviarum et fames[a] cum mortalitate.

Adhuc mortalitas duravit.

Ingens diversarum gentium multitudo nullo duce armata Ierusolimam pergit.

Imperator de Italia redit. Magna strages in Siria facta est.

Imperator natalem Domini Argentine celebravit.

Otto papa obiit. Apud Antiochiam inventa est lancea qua transfixum est latus Domini.

Wibertus papa obiit. Fames circa Rhenum innumerabiles extinxit.

Adhuc fames circa Renum sevit.

Imperator in Flandriam cum exercitu venit.

a) *deest c.*

1104. Discordia inter imperatorem filiumque eius Heinricum facta est. Sigehardus comes peremptus est.

1105. Heinricus rex contra patrem bellat.

1106. Heinricus imperator, pauperum pater, Leodii obiit 7. Id. Augusti.

1107. Heinricus rex contra Ruodbertum comitem Flandriae pergens in autumno, nihil proficit.

1108. Rex in Ungariam cum exercitu incassum pergit. Eodem anno ei filiola regis Anglorum desponsatur.

1109. Ruothardus episcopus Mogontinus obiit. Post cuius obitum per annos duos et menses quatuor episcopatus cessat. Inundatio pluviarum.

1110. Heinrici regis expeditio in Italiam.

1111. Tumultus inter Romanos et regis exercitum in capite ieiunii factus est. Papa in monasterio sancti Petri captus; qui tamen in pascha dimissus et cum rege reconciliatus, ipsum regem consecratione imperatorem efficit.

Discordia inter imperatorem filiumque eius Henricum facta est. Sigehardus[a] comes peremtus est.

Henricus rex contra patrem bellat.

Henricus rex imperator, pauperum[b] pater, obiit 6. Idus Augusti.

Henricus rex contra Rodbertum comitem Flandrie pergens in autumno, nichil proficit. Burgardus[c] Basiliensis episcopus obiit.

Rex in Ungariam cum exercitu incassum pergit. Eodem anno ei filiola regis Anglorum desponsatur.

Ruthardus episcopus Mogontie obiit; post cuius obitum per annos 2 et menses 4 episcopatus cessat. Inundatio pluviarum.

Henrici regis expeditio in Italiam.

Tumultus inter Romanos et regis exercitum[d] in capite ieiunii factus est. Papa in monasterio captus. Qui tamen in pascha dimissus et cum rege reconciliatus, ipsum regem in consecratione imperatorem efficit.

(1112.) Domnus Adelbertus Mogontie episcopus, summus et famosissimus cancellarius, ab imperatore captus est.

(1113.) Sigefridus palatinus comes occisus est.

a) sigehadus 2. b) paurum 2. c) bugerdus 2. d) exercitus 2.

# ANNALES S. MICHAELIS BABENBERGENSIS.

*Debemus eos viro de re nostra optime merito D. Molter consiliario intimo et bibliothecae Carlsruhanae praefecto, qui adnotationes in codice cyclorum S. Michaelis olim exaratos manu sua exscripsit et nobiscum communicavit.*

1066. Adelhelmus, tertius huius loci abbas, obiit 2. Id. Mai. Cui successit Ruodpertus eodem anno.

1071. Ruodpertus vivus discessit. Cui Eggibertus eodem anno successit 3. Kal. Sept. sed et ipse vivus discessit.

1076. Heinrico IIII. rege Romam tendente, hieme solito graviore, Ruodolfus subrogatur in regnum. Eggibertus abbas obiit.

1080. In isto autem anno occiditur idem Ruodolfus autumnali tempore.

1082. Uto abbas 2. Id. Sept. obiit. Cui anno sequenti successit

1083. Willo Nonis Iulii.

1085. Willo abbas obiit 2. Non. Iulii.

1086. Cui successit Tiemo 7. Kal. Mai.

**1094. Tiemo abbas obiit 8. Id. Ian. Cui eodem anno successit Gumpoldus 16. Kal. Apr.**

**1107. Heinricus IIII. imperator obiit 7. Id. Augusti.**

**1112. Gumpoldus abbas obiit 3. Kal. Augusti.**

**1117. Terremotus maximus factus est 3. Non. Ianuar. Eodem anno eclipsis lunae contigit 2. Idus Decembr. Multae etiam urbes in Italia crebris terremotibus ceciderunt.**

**1123. Obiit Wolframus abbas.**

**1147. Hermannus abbas obiit.**

**1160. Helmbricus abbas cessit propter infirmitatem.**

---

# ANNALES S. EUCHARII TREVIRENSIS.

*Leguntur in margine cyclorum codici olim SS. Eucharii et Matthiae, iam bibliothecae publicae Trevirensis, saeculo XI. illatorum, atque post Martenium et Durandum (in Coll. amplissima T. IV. p.* 505.) *a Waitzio iterum exscripti, accuratiores hoc loco prodeunt.*

1015. Decessit Megingaudus archiepiscopus; succ*essit Poppo*[a].

1023. Obiit sanctae memoriae Richardus abbas; *successit* Bertolfus abbas de Sancto Euch*ario*.

1036. *Simeon* migravit a seculo .........m in principio, in quo tunc .........at[b], regnante im*peratore* Cunrado.

1039. *Decessit Cun*radus imperator; suc*cessit Hein*ricus filius eius.

1047. *Decessit P*oppo; successit E*verhard*us archiepiscopus.

1048. *Decessit B*ertolfus abbas, et suc*cessit Reg*inardus abbas Sancti *Euch*arii.

1056. *Decessit Hein*ricus imperator secundus; suc*cessit Heinric*us filius eius.

1061. Decessit Reginardus abbas; successit Roupertus abbas.

1066. Decessit Everhardus episcopus; successit Udo archiepiscopus.

1075. Decessit Roupertus abbas; successit Bernardus abbas.

1076. Hic domnus Anno archiepiscopus Coloniensis decessit.

1079. Decessit Udo archiepiscopus.

(1080?) Hic successit Engilbertus[c] episcopus

1083. Ordinatio Egilberti archiepiscopi.

1084. Hic Henricus efficitur imperator Rome a papa Clemente.

1092. *Hoc an*no concrematum est monasterium *sancti Pa*ulini Kal. Augusti.

a) *littera obliqua locum iam in codice abscisum esse indicat.* b) degebat? habitabat? c) *ita c.*

---

# ANNALES ELNONENSES.

*Post annales Sancti Amandi T. I. et II. editos*[1] *iam adnotationes in eodem monasterio cyclis paschalibus inde ab a.* 532. *adiectas et Bethmanni nostri opera integre exscriptas proponere iuvat. Habentur in codice olim S. Amandi hodie inter libros Valentianenses T.* 4. 16. *signato membranaceo saec. X. cui*

1) T. I. 5 sqq. II. 184.

*scriba nomina imperatorum usque ad Hludowicum Pium et annos regni addidit, intermixtis tamen notis cycli primi*[2]*; quae quidem, tribus adnotationibus* 2 *exceptis, ut nullius momenti Bethmannus haud exscripsit. Saeculo deinde XI. nonnulla, post annum* 1064. *rebus interdum aequalia, plurima saeculo XII. diversa manu, reliqua saeculo XIII. addita sunt, infra sub titulo annalium maiorum exprimenda. Quibus ineunte saeculo XII. alia manus continuo calamo adnotationes alterius cuiusdam cycli in eodem monasterio scripti inmiscuit, quas hic ut annales minores subiicimus, resectis penitus quae ex Sigeberto eiusque continuatione Aquicinctina usque ad a.* 1160. *decerpta manus saeculi XII. exeuntis uno calamo postea addidit, quaeque in Martenii Thesauro III.* 1390 *sqq. legere licet.*

*Annales maiores in nonnullis cum Leodiensibus, in pluribus, ut facile credi poterat, cum Annalibus S. Amandi supra T. I et II. editis concordant, alia una cum annalibus Blandiniensibus proferunt*[3]. *Annales minores negli-* 3 *genter ex codice antiquiore descriptos esse patet .*

*Codicem nostrum ante oculos habuerunt auctor brevis chronici Tornacensis annorum* 459—1099. *ex ms. S. Martini Tornacensis a Martenio in Thes. III.* 1453 *sqq. vulgati, quod totum ex nostro decerptum, nemini desiderium sui movebit, et R. monachus Marchianensis, Sigeberti Gemblacensis saeculo XIV. exceptor.*

# ANNALES ELNONENSES MAIORES.

542. Inclitus rex Arturus ab exercitu Modredi nepotis sui, qui ante eum occisus fuerat, letaliter vulneratus est.

571. Sanctus Amandus natus est.

632. Sanctus Amandus insignis habetur[a].

661. Obiit sanctus Amandus[a].

677. Dedicatio aecclesiae beati Stephani a sancto Eligio, et translatio sancti Amandi in eadem aecclesia ab eodem episcopo.

697. Obiit sanctus Audomarus.

701. Obiit sanctus Mauruntus.

782. Obiit Gislebertus episcopus Noviomensis[5], monachus et abbas Sancti Amandi, 5 sepultus in aecclesia sancti Petri sub arcu.

787. Obiit Agelfridus episcopus, abbas Sancti Amandi[c].

788. Carolus, filius Caroli, factus est rex[b, 6].

798. Leo papa condempnatus est per invidiam[b, 7].

808. Godefridus rex Normannorum venit[b, 8].

809. Elevatio sancti Amandi 12. Kal. Oct.[9] 9

819. Obiit Adalricus abbas de Sancto Amando[b]

821. Obiit Arno archiepiscopus[10], abbas de Sancto Amando[c].

822. Lotharius fit imperator Italie[d].

827. Obiit Rotfridus abbas de Sancto Amando[b].

828. Obiit Lotharius custos Helnonensis coenobii[d, 11]. 11

838. Obiit Adalungus abbas.

a) *manu s. XI.* b) *omnia una manus saec. XII.* (β) *scripsit.* c) *una manu saec. XII.* (γ). d) *manu saec. XI. ex.* (δ).

2) e. g. *a.* 972. *Cartago capta a Genserico; a.* 987. *Hucusque Prosper chronica sua perduxit.* — ubi a. 440. et 455. intelligendi sunt. 3) cf. a. 1072, 1098, 1099. 4) cf. a. 814, 841, 855. 5) cf. Ann. S. Amandi. SS. I. 12. et breves SS. II. 184. 6) cf. Ann. S. Amandi a. 789. et breves a. 788. 7) cf. eosdem a. 799. 8) cf. eosdem. 9) cf. eosdem et breves. 10) Salisburgensis; v. Ann. Iuvav. a 821. 11) cf. Ann. S. Amandi breves p. 184.

839. Normanni in Walacris interfecerunt Francos[a][12].
840. Bellum quattuor fratrum in Fontanido[a].
845. Obiit Adaleodus abbas de Sancto Amando[a][13].
855. Inventio et translatio sancti Vincentii levitae et martyris.
864. Obiit Adalardus abbas Sancti Amandi[b].
871. Obiit Milo philosophus[c][14].
873. 14. Kal. Sept. tanta multitudo locustarum visa est per aerem volitare, quanta nunquam apparuit, a partibus orientis tendens in occidentem[a][15].
880. Nortmanni in Gandavo[a][16].
881. Nortmanni in Curtriaco[a][17].
884. Nortmanni in Condato sedem sibi fecerunt[18], et abbatiam sancti Amandi et reliquas super Scarb devastaverunt[19]. Sanctus Amandus asportatur[a][20].
892. Obiit Rodulfus abbas Atrebatensis[a].
897. Mortuo Odone rege, Karolus filius Ludowici, filii Karoli Calvi, factus est rex in Francia.
900. Interfectus est Fulco archiepiscopus a Winemaro[a].
907. Descriptio vite sanctae Rictrudis a Hucbaldo.
930. Obiit Hucboldus philosophus[d][21].
943. Wilelmus, comes Normannorum, astu comitis Arnulfi a Baltsone, eius camerario, interficitur[a].
952. Leudricus ordinatur abbas Kal. Iunii.
954. Lotharius puer factus est rex Francorum[e].
956. Obiit Leudricus abbas. Genolfus subrogatur abbas.
964. Obiit comes Arnulfus[e].
980. [Hoc anno complentur mille anni a nativitate Christi secundum veritatem ewangelii, qui secundum ciclum Dionisii anno abhinc 21° finiuntur; sicque in anno dominice passionis veritati ewangelice contraitur[e*].]
986. Obiit Lotharius rex. Hloduicus filius succedit[e].
994. Obiit Wiricus abba[e].
1000. Anno dominicae incarnationis 1000. ind. 13. epacta 12. concurrente 1. termino pascali 9. Kal. Apr. 4. Kal. Apr. feria 6, celebrantibus christicolis sacrosanctae passionis ac redemptionis illius misterium, terraemotus magnus factus est, non ita ut sepe accidere solet, vento in venas terrae condito, ubi concava terrarum viscera his motibus subiacent veluti venti capacia; sed generali et vasto tremore totius orbis magnitudo passim contremuit, ut cunctis fieret manifestum, quod ore veritatis fuerat ante promissum. His namque et aliis signis quae praenuntiata fuerunt opere completis, hinc iam fit nostra spes certior omni visu, de his quae restant ordine complendis[f].
1005. Obsessio Valentianarum a rege Henrico in mense Septembri, quae non prospere successit.
1013. Obiit Ratbodus abbas. Succedit Richardus.
1018. Abbas Richardus dimisit abbatiam sancti Amandi, subrogans suo loco Malboldum.
1028. Obiit Elgerus[g].
1036. Bellum ducis Gozelonis et comitis Odonis 17. Kal. Dec.[22]
1039. Obiit Raginerus[g].
1040. Dedicata est cripta, a Hugone episcopo et a Malbodo abbate condita.
1041. Walterus Cameracensis castellanus, ad ianuam aecclesiae sanctae Mariae dum oraret, interfectus est. Tamen vero antequam morti debitum persolvisset, quod iniuste fecerat, Deo et sanctae Mariae atque episcopo aecclesiae voluit emendare. Epi-

a) *omnia una manus saec. XII. (β) scripsit.* b) *una manu saec. XII. (γ)* c) *manu saec. XI. ex. (δ)* d) *manu saec. XII.* e) *manu primaria saec. X.* e*) s. XIII. f) *hunc annum manus coaeva scripsisse videtur.* g) *manu coaeva.*

12) cf. Prudentii Ann. a. 837. 13) cf. Ann. S. A. breves. 14) auctor Vitae S. Amandi, Hucbaldi praeceptor. 15) cf. Hincmari Ann. a. 873. 16) cf. Ann. Vedast. a. 879. 17) cf. Ann. Vedast. a. 880. 18) cf. Ann. Vedast. 882. 19) cf. Ann. Vedast. a. 881. 20) *Parisius* add. Ann. Tornac. a. 881. 21) auctor Vitae S. Lebuini SS. II. 360. ubi igitur (lin. 14) loco 976. scribendum est 930. 22) cf. A. Laubienses et Leod. a. 1037.

scopo autem rennuente quod obtulit, iuxta sententiam episcopi excommunicatus obiit, et sepultus est secus Oisium in monte Erni. Quod quidem ad tantum mali pervenit, ut omnis regio Cameracensis fere igne combusta, iussu uxoris suae Ermentrudis penitus vastaretur. Huius itaque mortem comes Flandrensis Balduinus dolens, graviter tulit, quod ab atrio sanctae matris aecclesiae corpus eius iniuste ab episcopo sequestratum fuisset, et ideo iniuste, quia moriens coram astantibus se culpabilem Deo reddidit. Qua de re ab archiepiscopo et a comite Balduino episcopus coactus, eum iuste absolvit, quem iniuste ligavit, et sic corpus eius a loco superius nominato dissepultum, ad sancti Amandi monasterium secus Elnonem fluvium situm translatum est, et sepultum est in claustro monacorum ante fores aecclesiae. Epitaphium eius:

*Continet haec fossa Gualteri principis ossa,*
*Quem Cameracensis orantem perculit ensis*[a].

1050. Henricus inperator per Cameracum in terram comitis intrans, usque Bruaco depopulat. Inibi comes per intercurrentes nuntios accedens, dato fidelitatis sacramento, rursus imperator recessit[b]. Anno sequenti

1051. imperator hostiliter super Hungros habiit, sed nil prospere gessit. Balduinus interim iunior, Adele filius, consensu patris accepta Iudita uxore, castellum Monz obtinuit, post pasca. Nam eo anno in Kal. Apr. pasca Domini fuit[b].

1054. Imperator Henricus super comitem Balduinum inruit, Tornacum igni tradidit, milites inde secum duxit. Sequenti anno

1055. super ducem Godefridum in Longobardiam exercitum duxit[b].

1062. Cernens abbas Malboldus suum exitum adesse, communi consilio fratrum elegit Fulcardum, qui et Lambertus dicebatur, in abbatem; et eum ad comitem Balduinum, qui apud Insulam iacet, Atrabato dirigens, 6. Non. Apr. illi abbatiam fecit dari. Supervixit etiam idem abbas Malboldus usque 7. Kal. Mai, et obiit anno Domini 1063[c].

1063. Obiit bonae memoriae domnus abbas Malboldus; succedit Lambertus, qui et Fulchardus[d].

1066. Incendium monasterii sancti Amandi[e]. Wigelmus Normanorum comes transfretavit mare 3. Kal. Oct. et invasit terram Anglorum[f].

1067. Kal. Sept. obiit Balduinus comes[e]. Insulae sepelitur[g].

1068. 4. Kal. Mai. obiit Balduinus episcopus Tornacensis[e].

1070. 16. Kal. Aug. obiit Balduinus comes[e] iunior; Hasnonie defertur tumulandus[g].

1072. Apud Cassellum interfectus est Arnulfus puer, Flandriae comes, a Flandrensibus, qui, recepto eius avunculo Roberto dolose in Flandria, iuxta predictum castrum male pugnaverunt, licet Philippus rex Francorum parti illius cesserat.

1076. Id. Dec. obiit domnus abbas Fulcardus, et subrogatur ei abbas Bovo 11. Kal. Febr.[g] Facta est hiems gravissima, incipiens Id. Nov. et durans usque ad Martium. Quam secuta est anno secundo siccitas maxima.

1085. Moritur Bovo abbas; Hugo ordinatur abbas 19. Kal. Ian.

1087. Translatio sancti Nicholai a Mirrea in Apuliam[g].

1088. Dedicatio aecclesiae beati Stephani a Rabodo Noviomensi et Gerardo Cameracensi, agente Hugone abbate[h].

1092. Restauratio coenobii sancti Martini apud Tornachum[g].

1095. Obiit Gislebertus presbiter.

1098. Obiit Radbodus episcopus. Baldricus successit[i. 12].

1099. Obiit Urbanus papa, qui et Odo. Paschalis, qui et Rainerus, successit. Comes Robertus de Hierusalem revertitur. *Willelmus*[k] rex *Anglorum ab uno* milite suo ex inprovisu sagitta vulneratus obiit; cui successit Heinricus, *frater eius*[i. 12]. Hierusalem a christianis capitur, et crux Domini christianis manifestatur. Godefridus Lotharingiensis dux in regem ibidem sublimatur Apud Ascalonam Turci et Arabes cum duce Babilonie, *qui vulgo dicitur Meraviz*, divino auxilio a christianis devincuntur. Antiochia a christianis obsidetur, et tandem ab ipsis Turcis longa inedia confectis aperitur. Ibidem postmodum Turci a christianis devincuntur[g].

a) *totus annus manu s. XII. in.* b) *una manu coaeva.* c) *manu fere coaeva.* d) *saec. XII.* e) *manu continua coaeva.* f) *manu alia coaeva.* g) *manu saec. XII.* (ζ) h) *alia manu* (η). i) *alia manu saec. XII.* (θ) k) *Quae littera obliqua exprimi curavi, legi nequiverant, sed ope Ann. Blandiniensium supplentur.*

12) Ex Ann. Bland.

Virginis a partu, Domini qui contigit ortu,
Anno millenо centeno minus et uno
Hierusalem Franci capiunt virtute potenti[a];
Cuius magnifico regnum cessit Godefrido[b].

1102. Mense Oct. Henricus imperator venit hostiliter super comitem Robertum, et cepit munitiones Sclusam et Bolcen, et depopulatus est igne totum Ostrevantum[c].

1103. Comes Robertus pacificatus est cum imperatore Henrico apud Leodium[c].

1105. Stella in caelo apparuit, emittens radium longissimum in modum trame[c].

1107. Obiit domnus Hugo abbas[c]. Apud Trecas post pascha sinodum habuit Paschalis papa; in qua novum privilegium petitione domni abbatis Hugonis a se confirmatum ecclesiae nostrae destinavit. Sequente pentecoste in deportatione corporis sancti Amandi ad Lingonam multa miracula eius meritis divinitus sunt ostensa. 6. Id. Sept. die dominico obiit domnus abba Hugo, qui inter alia multa multum utilia quae fecit, utpote vir sagacis industriae, post incendium totum monasterium nostrum cum templo sancti Stephani renovavit. Quo sepulto, mox concorditer electus est domnus Bovo in abbatem[d].

1109. Obiit vir venerabilis Anselmus Cantuariensis archiepiscopus[e].

1111. Obiit Robertus comes, Atrebato sepelitur. Balduinus, filius eius, succedit[e].

1117. Obiit Paschalis papa, qui et Rainerus. Successit Gelasius, qui et Iohannes[a].

1119. Obiit[13] Gelasius papa, qui et Iohannes. Successit Kalixtus[e], qui[f] et Guido. Eodem anno obiit Balduinus comes sine filiis, et apud Sanctum Bertinum sepelitur. Successit ei nepos eius Karolus, filius Canuti regis Danorum ex Adela sorore Roberti, qui Atrebati sepultus est[c]. Eodem anno 13. Kal. Iun. Kalixtus papa Remis concilium habuit, in quo simoniam dampnavit. Nec multo post nobis privilegium fecit[c].

1121. 5. Id. Dec. obiit Bovo abbas. Successit Gualterus. Sequenti anno

1122. idem abbas Gualterus iussit fieri rotundam crucem auream, in qua cum aliis pignoribus continetur dens gloriosissimi Stephani prothomartiris. Sed et prebendam beatae Mariae, ut singulis diebus ad principalem mensam in perpetuum poneretur, instituit[c].

1124. Gualterus dimisit abbatiam. In concilio Belvacensi Absalon electus est[c].

1127. Karolus comes, filius Canuti regis Danorum, interfectus est apud Bruges ante altare in ecclesia sancti Donatiani, cum psalmos et orationes suas Deo persolveret, missam audituus 6. Non. Mart. in 4. feria secundae ebdomadae quadragesimae, a Burchardo, nepote Bertulfi prepositi Brugensis. Cuius mortem Deus in brevi tempore tam mirabiliter et inaudite ultus est non solum in percussore eius, sed et in omnes cooperatores mortis eius, ut omnes infra quinque menses misere et horribili genere mortis trucidarentur. Eodem anno apud Casletum inventum est ovum, habens ex una parte faciem hominis et . . . . . . . . Post[h] quem principatur Willelmus, filius Roberti comitis Normanniae, uno anno. Cuius insolentiam non ferentes maiores Flandriae, Iwanus scilicet et Daniel aliique quam plurimi, Theodericum, filium Theoderici ducis de Elsaith, Flandriae introduxerunt. — Mater[i] huius Theoderici fuit filia sororis Roberti comitis, patris Balduini iunioris. — Qua de causa Willelmus, conducto in unum exercitu, apud villam quae dicitur . . .[k] Teoderico occurrit; commissoque gravi prelio, multi ex utraque parte vulnerati, pauci vero interfecti sunt. Obsessoque apud Alost Iwano et Daniele, Willelmus ictu lanceae graviter vulneratus moritur[a]; et apud Sanctum Bertinum sepelitur[l].

1130. Elevata est theca aurea a domno Absalon abbate . . . . . Gualtero de Corda et . . repositae sunt reliquiae sancti Cyrici martiris et aliorum plurimorum sanctorum.

1137. Obiit Ludovicus rex Francorum.

1141. Obiit magister Hugo theologus[m].

1143. Obiit Innocentius papa, qui et Gregorius. Successit Celestinus, qui et Guido[m].

1144. 14. Kal. Febr. tanta ventorum violentia facta est, ut etiam turres lapideas, domos et templa deiceret, arbores etiam et silvas radicitus evelleret. Eodem anno obiit Celestinus; successit Lucius, qui et Gerardus[m].

1145. Obiit Lucius; successit Eugenius, qui et Bernardus[m]. — Domnus Absalon,

a) *manu saec. XII (?)* b) *alia manu s. XII.* c) *alia m. s. XII.* d) *manu saec. XII. (?)* e) *eadem manu, qua anni* 1088 1111 1119 1121 1124. (?) f) q. et g. *alia manu.* h) *atramentum mutatur; manus eadem.* i) Mater — iunioris *eadem manus in marg. adiecit* k) *vacat in cod.* l) e. a. s. B. s. *postea addita; abhinc omnia coaeva.* m) *manu coaeva (?), pluribus vicibus scriptum.*

13) cf. Ann. Bland.

abbas aecclesiae beati Amandi, vir in Christi aecclesia magnae reverentiae et auctoritatis, anno 21. postquam aecclesiam beati Amandi regendam suscepit, cursu vitae fideliter peracto, ut fidelis servus et prudens pro talento sibi credito multiplicem usuram Domino suo secum reportans, ab aerumna praesentis miseriae, quod diu desideraverat, absolutus, et viam universae carnis ingressus, 12. Kal. Oct. in gaudium Domini sui intrare meruit, sepultusque est ante ianuam aecclesiae sancti Amandi in claustro. Successit Gualterus, prior eiusdem ecclesiae.

1146. Ab Eugenio papa Romae ordinatur episcopus Tornaci domnus Anselmus, quondam abbas sancti Vincentii Laudunensis[a]. Obiit domnus Absalon abbas, vir magne reverentie et auctoritatis.

1148. Obiit Anselmus episcopus Tornacensis. Successit Geraldus monachus Clarevallis[a].

1150. Abbas Gualterus dimisit abbatiam et transiit Clarevallem. Successit Hugo abbas Humolariensis[a. 1].

1152. Obiit Eugenius papa; successit Anastasius[a].

1153. Obiit venerabilis abbas Bernardus de Clarevalle[a].

1154. Obiit Anastasius papa, qui et Conradus; successit Adrianus, qui et Nicholaus[a].

1159. Obiit Adrianus papa; successit Alexander.

1162. Civitas Mediolanensis ab inperatore Frederico ad solum usque diruitur[b].

1164. Comes Theodericus Ierusalem proficiscitur, et Philippus, filius eius, potenter dominatur Flandriae et Vermandis[b].

1166. Obiit Geraldus episcopus Tornacensis. Successit Galterus, decanus eiusdem ecclesiae[b].

1168. Obiit Theodericus comes Flandriae[b].

1169. Obiit domnus Hugo abbas Sancti Amandi; successit Iohannes, qui secundum prioratus locum uno anno tenuerat. — Anno Domini 1169. obiit Hugo abbas, vir tocius prudentiae et sagacis ingenii magneque auctoritatis et reverentie in Christi ecclesia. Cuius providentia fructuosa temporalis subsidii commoda filiis pro patribus nascituris preparavit, ita ut operum eius quasi quaedam trinitas possit inveniri, magnitudo scilicet, pulchritudo, utilitas; magna quantitate et ampla possessione, pulchra qualitate et cauta dispositione, utilia fine et fructuosa perceptione. Interque plurima quae fecit operum insignia, dies per annum precipuos, amplificatis preter solitum luminaribus, honorari decrevit. Horum dierum octonarium instituerat, qui numerus, ut credi decet, ipsi non infructuosus est, cum post huius vitae senarium ad supernae felicitatis sabbatum pertransiit, novissime vero octavam plenae consummationis obtinebit.

1170. Civitas Midiolanensis nobiliter reedificata, vicinarum civitatum obtinet principatum.

Anno milleno centeno septuageno
Anglorum primas corruit ense Thomas.

1171. Elnone monasterio illatio corporis beate Albine ex illis Coloniensibus, 3. Non. Novembris.

1172. Obiit Gualterus episcopus Tornacensis; successit Everardus archidiaconus.

1173. Elnone illatio trium virginum Coloniensium, 16. Kal. Iun.[b]

1179. Crux gemina quae apud nos est, duobus in locis de cruce domini Salvatoris habens, a Gualtero nobili milite de Warimaco de Iherusalem allata et ecclesie nostre oblata, a nobis est cum processione suscepta in gaudio et exultatione 17. Kal. Mai. Eodem anno factum est gelu grave, durans ab Id. Nov. usque circiter Kal. Mai.

1180. Ignis divinus accensus est coram feretro beati Amandi apud Scaldi pontem Non. Iul. Obiit Ludowicus rex Francorum. — Philippus, filius Ludovici regis Francorum, unctus est Remis in regem, Kal. Nov. anno aetatis suae 14.

1181. Obiit Alexander papa; successit Lucius Ostiensis episcopus. Translatae sunt reliquiae virginum Coloniensium apud Borisiacum in ramis palmarum, 4. Kal. Apr.

1182. Abbas Iohannes abbatiam suam, quam 14 annis rexerat, in presentia Remensis archiepiscopi et Philippi comitis et episcopi Tornacensis, in conspectu fratrum claustralium resignavit; et ibidem domnus Eustachius thesaurarius ecclesiae sancti Petri de Gan-

a) manu coaeva (a). b) una manu coaeva.

1) Homblieres, dioc. Noviomensis.

davo sollempniter successit. Iste Eustachius abbas dormitorium optime renovari fecit, et capellam sancti Andree, quae vetusta erat, reedificavit, sed min . . . . . . . . . . . . . Undecim quoque refectiones in quadragesima fratribus constituit et sigillo capituli confirmavit, et violatores tante institutionis excommunicavit. Cuius anima cum sanctis angelis felici gloria in eternum perfruatur. Amen.

1184. Hoc anno circa horam nonam accidit solis eclipsis in octavis paschae. Ipso anno orta gravi discordia inter regem Francorum et comitem Flandrie pro terra Viromandie, inter eosdem divisa eadem terra, facta est concordia[a].

1188. Hoc anno rex Francorum, rex Anglie, comes Flandrie et multi barones crucem suam, accipiunt[a].

1189. Eclipsis lune mirabiliter nobis aspicientibus accidit media nocte 3. Non. Febr.[a]

1190. Obiit Everardus, episcopus Tornacensis ecclesiae; successit Stephanus, abbas Sancte Genovephe. Obiit Fridericus imperator; successit filius eius Henricus.

1191. Obiit domnus Eustachius abbas; snccessit Arnulphus. Eodem anno facta est eclipsis solis mirabilis 9. Kal. Iul. in meridiano. Obiit Philippus comes Flandrie; successit Balduinus comes Hainonie, qui sororem ipsius Philippi in uxorem duxit.

1192. Arnulphus persona degradatur; Gualterus abbas Sancti Nichasii subrogatur.

1193. Hoc anno 15. Kal. Iun. luna 13. circa noctem . . . . facta est eclipsis lunae *h*ora una facta est eamque . . . . . duabus etiam horis rubore . . . *su*bito opacata velud . . . . . . fere . . . . . . . . des.

1195. Horribili ventorum impulsu irruente, domorum aedificia arboresque radicitus evertuntur 6. Id. Octobr.[a]

1196. Hoc anno apud Tornacum rasera[1] frumenti venundatur 50 solidis, quod a predecessoribus nostris non est auditum. — Item hoc anno quidam noster monachus et sacerdos, nomine Rodulfus, a tribus perfidis gladiis detruncatur in palud*e* Aquicincti coenobio vicino existente, pridie Kal. Apr.[a]

1197. Viatici copia deficiente, fit fames acutissima et clades vehemens.

1198. Fulco, presbiter territorii Parisiensis, quasi quoddam fulgur emicans in Galliis verbo predicationis intonat, signis et miraculis choruscat, spiritu vehementi vitia subiectorum, negligentiam et prava exempla prelatorum reprehendit, nulli parcens honori, et multos a via sua mala revocat ad viam salutis. Deinde primus crucem accipiens ad capitulum Cisterciense, multorum animos ad cruces accipiendas commovit. Hic anno 5. praedicationis suae, cum multas pecunias ad usus peregrinorum congregasset, insperata morte preventus, novos Israhelitas ad terram promissionis perducere non potuit[a].

1200. Balduinus Flandriae et Haynonie comes obiit[b], multo exercitu *comitante*. Cui associatur marchisus de Monteferrat et alii multi principes et proceres et multi populi de diversis terris profluentes. In regno Franciae interdictum est divinum officium a quadragesima usque ad nativitatem beate Marie, pro eo quod Philippus rex Francorum relicta propria coniuge superduxit aliam; et ita sancta ecclesia, multis calamitatibus afflicta, et etiam divini officii suspensis organis muta effecta, transmigrationem Babilonis representare videtur[a].

1204. Obiit domnus Gualterus, abbas Sancti Amandi; successit Iohannes quondam prior. Iste Galterus sui non immemor, sed sibi feliciter consulens, ad honorem Marie virginis imaginem speciosissimam auro et argento et gemmis pretiosis ornatam fabricari fecit; insuper et cereum ante Sanctum Stephanum iugiter ardentem instituit, et ecclesiam palliis non infimis sua providentia decoravit[a].

1205. In diversis regionibus et maxime in regno Francie gens christiana igne divino succensa, mirabiliter et ineffabiliter cruciata est[a].

1207. Obiit pie memorie Iohannes abbas Sancti Amandi. Hic anime sue felicissime consulens, et posteris suis exemplum benefaciendi prebens, inter cetera que domui sue contulit beneficia, ad honorem patroni sui Amandi prebendam ex integro stabilivit ad mensam fratrum quotidie capiendam. Huic successit Guillelmus, abbas prius Aquicincti[a].

1210. Ecclesia sancte Marie Remensis inopinato incendio concrematur, in qua erat celarium opere eminenti auro venustissime fabricatum[a].

a) *una manu coaeva.* b) abiit?

1) mensura annonae, *rasière.*

1213. In crastino sancti Michaelis urbs Tornacensis capta et pars extra muros succensa. Eodem anno Insulae[23] excidium factum est et Curtraci[a].

1214. 6. Kal. Aug. Philippus rex Francorum gloriose triumphavit in pratis de Bovinniis, Othone imperatore fugato cum mirabili exercitu, captis quinque comitibus, Ferrando Flandrie, Bolonie, Saleberge[24] et duobus aliis, cum multis baronibus; et ideo, ut credi decet, victi, quia preliabantur excommunicati[a].

1224. Obiit Philippus rex Francorum. Eodem anno Id. Aug. unctus est Ludovicus filius eius in regem[b].

# ANNALES ELNONENSES MINORES.

533. Felix papa. 537. Bonefatius papa. 541. Agapitus papa.
542. Silverius papa. 543. Vigilius papa.
544. Obiit sanctus pater Benedictus.
551. Quinta sinodus universalis Constantinopolim[1]. cf. A. Leod.
554. Pelagius papa a. 11, m. 10, d. 18.
558. Monasterium sancti Martini incensum est.
560. Pelagius p[c]
565. Iustinus minor imperator et Iohannes papa, et Iustinianus imperator obiit. A. Leod.
571. Huni Galliam appetunt[2].
575. Obiit sanctus Germanus Parisius. ser. a. 573.
577. Sanctus Gregorius in Iob commentarios edit.
578. Benedictus papa.
582. Pelagius papa.
592. Sanctus Gregorius papa a. 13, m. 6, d. 10.
605. Sabinianus post sanctum Gregorium papatum rexit.
607. Bonefatius a. 6, m. 8, d. 22.
610. Monasterium sancti Petri Blandinio edificatur[25].
615. Deusdedit papa m. 3, d. 23.
616. Dedicatio ecclesiae sancti Petri in Gant a sancto Amando.
618. Bonefatius papa V.
623. *Ho*norius papa a. 12, m. 11. *Obiit* sanctus Gaugericus.
624. *Chlot*harius Dagobertum filium *hered*em imperii facit[2].
629. Sanctus Bavo convertitur et a beato Amando baptizatur.
630. Obiit sanctus Husmarus.
631. Obiit sanctus Bavo.
635. Eligius et Audoenus episcopi ordinantur.
636. Severinus papa sedit m. 2, d. 4.
637. Obiit sanctus Erminus. Iohannes papa a. 1. . . . . . .[c]
639. Theodorus papa a. 6, m. 5, d. 28.
646. Martinus papa a. 6, m. 1, d. 26. Mortuo Dagoberto, Clodoveus filius eius regnat in Neustria, et frater eius Sigebertus in Austrasia. A. Leod.
652. Eugenius papa a. 2, m. 9, d. 24.
654. Vitalianus papa a. 14, m. 6.
656. Obiit sancta Gertrudis.
661. Clodoveus, Dagoberti filius, Batildem alienigenam accipiens filiam, habuit ex ea tres filios, Chlotharium, Hildericum et Theodericum. A. Leod.
663. Franci Ebroinum cura palatii sublimant.
664. Mortuo Sigeberto in Austria sine filiis, filius Grimaldi Hildebertus regnat. A. Leod.

a) *eadem manu qua a.* 1184. 1188 *etc.* b) *alia manu.* c) *quaedam erasa.*

23) Lille. 24) Salesbury. 25) V. Ann. Bland. 1) Haec aliaque cum Ann. Leod. et Laub. ad verbum conveniunt. 2) cf. Sigebertum Gembl.

669. Adeodatus papa a. 4, m. 2, d. 5. Aedificatio Hasnonii.

673. Donus papa a. 1.

674. Agatus papa a. 2, m. 6.

Ann. Leod. 676. Sexta sinodus universalis Constantinopolim. Leo iunior papa m. 10. Sanctus Vinditianus regit episcopatum Cameracensem.

677 Benedictus papa a. 1, m. 10.

678. Sanctus Lambertus factione Coloniensis episcopi eicitur. Iohannes papa a. 1. Sanctus Amatus ab episcopatu eicitur Senonensi.

679. Conon papa m. 11.

680. Sergius papa a. 14, m. 9.

685. Theodericus solus regnat. Sanctus Lambertus insignis habetur.

686. Corpus sancti Vedasti transfertur a sede pontificali in Nobiliaco.

688. Atta venerabilis abbas cepit regere monasterium sancti Vedasti.

A. Leod. 690. Theodericus a Pipino duce superatur.

ib. 692. Theodericus rex obiit. Clodoveus successit.

694. Iohannes papa a. 3, m. 2.

697. Item Iohannes papa a. 2. Obiit sanctus Bertinus. Clodoveus rex obiit; frater Hildebertus successit.

699 Sisinnius papa d. 20.

700. Constantinus papa a. 6.

704. Iohannes papa a. 2.

707. Gregorius papa a. 16, m. 9.

A. Leod. 712. Sanctus Ursmarus obiit. Pipinus princeps obiit; Karolus Martellus succedit.

724. Item Gregorius papa a. 10, m. 9.

735. Zacharias papa a. 10.

A. Leod. 737. Obiit sanctus Erminus episcopus et abbas.

ib. 745. Karlomannus, frater Pipini, monachus efficitur. Stephanus papa a. 6. et unxit filios regis Pipini in reges.

751. Paulus papa a. 10.

768. Pipinus rex obiit, Karolus regnum suscepit. Stephanus papa.

771. Carolus rex Francorum perrexit in Saxoniam. Hic est Karolus imperator, filius Pipini parvi, qui acquisivit regnum usque Hierusolimis.

772. Carlomannus rex obiit. Adrianus papa.

776. Ludowicus Pius, filius Charoli Magni, nascitur.

783. Karolus pugnavit contra Saxones et vicit.

(Ann. Laub.) 787. Sinodus iterum apud Niceam. Signum crucis in vestibus apparuit.

795. Alcuinus, qui et Albinus, diaconus et abba monasterii sancti Martini, sanctitate et doctrina clarus habetur.

796. Leo papa excecatur a Romanis.

A. Leod. 809. Rex Italiae Pipinus, filius Caroli Magni, obit.

ib. 812. Obiit Carolus, filius imperatoris Caroli Magni.

814 [a]. Mortuo Carolo, filius eius Ludowicus sublimatur in regnum.

816. Stephanus papa.

817. Paschalis papa.

823. Carolus Calvus natus est ex Iudith.

824. Eugenius papa.

A. Leod. 826. Corpus sancti Sebastiani Suessionis defertur.

ib. 827. Corpora Marcellini et Petri de Roma in Frantiam sunt translata.

833. Ludowicus imperator a filiis tribus suis apprehenditur, et Carolus ultimus natus illi aufertur.

835. Ludowicus imperator a custodia Lotharii eripitur per Ludowicum et Pipinum.

841 [b]. Cedes pessima inter Lotharium et Ludowicum et Carolum.

A. Leod. 855 [c]. Lotharius imperator et monachus obiit. Lotharius, Ludowicus et Carlus filii succedunt. Ignis divinus accensus est ad sepulcrum sancti Amandi.

a) *codex haec infra demum collocat sub a. 933.* b) *et haec infra sub 940.* c) DCCCXLV *codex.*

862. Balduinus, Odacri filius, Iudith, Caroli regis filiam, uxorem duxit, illa illum sequente.

874. Carolus Calvus imperator efficitur.

875. 4. Kal. Nov. eclipsis solis facta est post horam diei nonam tam densa, ut etiam stellae apparerent.

876. Karolus imperator Calvus obit in itinere Romae. Filius eius Ludowicus substituitur.

878. Balduinus, Odacri filius, obit.

880. Ludowicus rex obit; Carolus frater succedit. Corpus sancti Vedasti Belvagus asportatur. Sanctus Amatus Suessionis asportatur.

881. Obiit Ymmarus Remorum archiepiscopus. Fulco succedit.

891. Atrebatenses Balduinum Flanderensem suscipiunt.

893. Hucboldus monachus insignis habetur.

898. Balduinus Perronam invasit.

899. Arnulfus imperator obiit.

900. Obiit Ernulfus comes. Hic filius Arnulfi fuit.

(912—919)[a]. Balduinus, nepos Caroli Calvi, et Carolus, filius Ludowici, uxores duxerunt filias Adelwardi regis Anglorum, Carolus Ogivam, Balduinus sororem eius Helfeth[3] nomine.

919. Obiit Balduinus.

922. Carolus capitur ab Heriberto comite, et Perrone mancipatur custodiae[4].

924. Carolus rex obit. Rodulfus rex subrogatur.

926. Ludowicus subrestituitur regno, filius Caroli qui Perrone obiit.

(931—949)[a]. Arnulfus uxorem duxit Adelam, filiam Heriberti Vermandorum comitis, ex qua genuit Balduinum, qui vario morbo ante obitum patris obiit. Uxor eius, ex qua natus est Arnulfus iunior, fuit Mathildis, filia Herimanni ducis Saxoniae.

932. Arnulfus comes adquisivit Attrabatum castrum.

949. Vice secunda Hungari in Galliam venerunt, sed tamen male pugnaverunt. Moritur Ludowicus rex mense Septembri, et Lotharius filius eius succedit.

952. Leudricus ordinatur abbas Kal. Iunii. Quem Arnulfus comes post decessum Normannorum et devastationem abbatiae sancti Amandi ad restaurandam ipsam abbatiam, convocatis episcopis Fulberto Cameracensi, Rodulfo Noviomensi, et abbatibus Gerardo, Hildebrando, Bernero, ordinari fecit, et omnes possessiones ipsius abbatiae ipsi restituit, et insuper de suo multa contulit.

(950—968)[a]. Arnulfus iunior uxorem duxit filiam Beregeri regis Susannam.

962. Obiit Balduwinus, filius Arnulfi.

964. Arnulfus, filius Balduini ex Matilde, regnat.

966. Lotharius rex Atrebatum, Duacum, abbatiam sancti Amandi, et omnem terram usque Lis[5] invadit.

980. Otto imperator et Hlotharius rex pacificantur[4].

987. Ludowicus rex obiit. Hic progenies predictorum regum de stirpe Caroli Magni regnare cessavit. Hugo Capest, dux eius, regnum sibi vendicat.

988. Obiit Arnulfus iunior.

995. Silvester, qui et Gerbertus, papa Rome constituitur. Moritur Hugo Capet rex. Robertus filius eius succedit.

999. Robertus rex et comes Balduinus Laudunum obsederunt.

1003. Obiit Susanna regina.

1010. Dedicatio turris a Harduino episcopo et a Robbodo abbate condita.

1030. Monasterium sanctae Mariae Attrebati fulmine concrematum est.

1031. Obiit Rotbertus rex.

1032. Interfectus est Herimannus.

1033. Eclipsis solis fuit 3. Kal. Iul. luna 27. circa octavam horam. Apparuit enim circulus eius primum viridis, postea croceus, et sic movebantur hi duo colores, sicut solet moveri aurum vel argentum, quando purgantur immisso plumbo. Et inde vesti-

a) *non apparet in codice, ad quemnam haec annum adscripta sint.*

3) Aelfthryd, Eadwardi sororem. 4) cf. Sigebertum. 5) Lys fluvius.

menta hominum et vultus videbantur quasi crocea. Cuius lumen reversum est ab occidente, sicut lumen lunae in prima et secunda et tertia et quarta; et postea insperato totum lumen rediit.

1035. Obiit Balduinus comes, filius Susannae.

1041. Infra octavas pentecostes bis ebullivit sanguis ex pavimento in monasterio sancti Amandi.

1051. Quidam Berengarius, Andegavensium archidiaconus, de corpore et sanguine Domini absurdam et reprobam questionem concitavit. Unde Parisius invitatus, congregata sinodo, non venit; sed detecta eius fallatia, reus et condempnatus est a cunctis.

1056. Victor papa obiit. Cui successit Stephanus, qui Fridericus dictus est.

1061. Henricus rex[6] obiit, et Balduinus comes Flandriae quasi interrex in regno iudicat, salva fidelitate Philippi pueri regis. Huic vero magnum decus intervenit gloriae. Nam comes Tietbaldus, Andegavensis comes, et omnes Galliae optimates salva fide Philippi regis iuraverunt fidelitatem et honorem regni. Quod autem regni erat, sapienter et honeste disponebat.

6) Galliae.

# ANNALES BLANDINIENSES.

## EDIDIT D. LUDOWICUS BETHMANN.

*Cum a.* 1841. *Brugas venissem, viri amabiles aeque atque venerabiles C. Carton et F. Vandeputte abbates, ea qua excellunt humanitate atque benevolentia mecum communicaverunt, in quo integro edendo ipsi iam occupati erant, librum censualem* Sancti Petri Gandensis, *in membrana quadrata saeculo* 1 *XI. ex antiquiori exemplari Blandiniensi saec. X. confecto*[1] *descriptum, sequentibus saeculis a multis ampliatum atque continuatum. Tres priores quaterniones continent annos Christi eadem manu saec. XI. scriptos, ab* 1—531. *et* 532—1063. *binis, a* 1064—1405. *singulis columnis; quibus eadem manus annales ascripsit, quos hic integros propono, omissis tantum imperatoribus, quippe quos neque omnes, nec recte semper scriptor annotaverit. Haec manus perpulchra atque continua calamum sistit demum in anno* 1060. *Huc usque igitur hi annales descripti sunt ex antiquioribus, in monasterio Blandiniensi saec. X. compositis*[2], *quibus fundamento fuerunt annales Sithienses*[3] *atque annales Sancti* 4 *Amandi brevissimi*[4]. *Quae aliis manibus inserta sunt perpauca, religiose indicavi omnia. Inde ab a.* 1061. *autem manuum atque atramenti summa varietas indicat, omnia quo facta, eodem etiam scripta fuisse tempore. Nunc unus annus a pluribus profectus, nunc plures ab uno; anni* 1086, 1087, 1093, 1094 *una manu exarati sunt atque continuo calamo; eadem scripsit quatuor vicibus* 1107—1110, 1115—1120, 1121—1127, 1130—1131; *alia diversis temporibus* 1132—1175; *tum magna manuum varietas; sed* 1278. quidam Petrus — 1291. regis Frantie *una manus continuo calamo exaravit; sequentia quatuor vicibus a totidem auctoribus scripta.*

1) cuius unum tantum quaternionem possidet abbas Vandeputte, ediditque in libro: Notes sur la mise en culture de la Flandre occidentale. Bruges 1841, p. 32—51. 2) legebantur illi procul dubio in libro isto censuali sec. X. 3) ab a. 548—823, in cod. Boloniensi, unde eos edidit Mone: Anzeiger 1836 p. 5. Cf. Archiv VI. p. 739. 4) SS. II.

*Usi sunt hisce annalibus codices Sigeberti Blandiniensis atque Lipsianus, annales Elnonenses maiores, Parcenses, Iohannes de Thielrode, annales Gandenses*[5], *chronicon sancti Bavonis*[6]. — *Edidit eos Brugis, nomine Societatis* 6
*aemulationis Flandriae Occidentalis, V. Cl. Vandepulte abbas.*

1. Dominus noster Iesus Christus natus est.

13. Tiberius regnavit annis 23 *).

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

570. Sanctus Wandregisilus natus est. Obiit sanctus Vedastus.

571. Sanctus Amandus natus est[7]. Chlotharius rex obiit. 7

605. Sanctus Gregorius obiit.

610. Blandinium monasterium edificatur in Gandavo.

615. *Sanctus Bavo, qui et Alloynus, ex predone impiissimo a sancto Amando episcopo conversus*[a].

618. Sancto Amando Elnone migrante, Florbertus abbas ordinatur.

635. Hludowicus rex factus est.

637. Sanctus Audoenus episcopus ordinatur.

639. *Obiit sanctus Florbertus abba; cui successit sanctus Iohannes*[a] *abba*[b].

640. Monasterium sancti Petri Sithiu aedificatur.

645. Fontanella aedificatur.

646. *Sanctus Wandregisilus coenobia Fiscannum et Fontanellam construxit*[c].

655. Hlotharius tertius rex effectus est.

658. *Obiit sanctus Iohannes abba; cui successit Baudemundus*[d].

659. Hildericus in Austria rex efficitur.

661. Sanctus Amandus obiit[8]. 8

662. Sanctus Lantbertus monachus efficitur.

664. Hoc anno eclipsis solis contigit.

665. Sanctus Wandregisilus obiit; cui successit sanctus Lantbertus.

667. Theodericus rex factus.

668. Lotharius tertius obiit.

669. Hildericus iterum in Neustria rex efficitur.

674. Sanctus Ansbertus abbas efficitur.

677. Sanctus Audoenus obiit.

678. Sanctus Ansbertus episcopus[9] ordinatur. 9

679. *Elevatio sancti Bavonis a sancto Eligio episcopo facta*[e].

682. Privilegium a sancto Ansberto fit.

684. *Hoc anno Hatta huius cenobii Blandiniensis abbas efficitur*[f].

686. Pippinus senior maior domus efficitur.

694. Childela sacrata dat ad ecclesiam Memmedung[10] res suas in Fursitio et in Heminga et Hamma et Dacenlara.

695. Sanctus Ansbertus obiit.

697. Translatio sancti Vedasti post annos obitus sui 128. Nordarda dat res suas in Machlinio sancto Petro. Sub eodem Theodgarius dat sancto Petro res suas in Sclautis et in Afsnis. Sub eodem s . . . . . .[g].

698. Sanctus Bertinus obiit.

707. Engelwara tradidit sancto Petro in Blandinio Holinium[11] et Afsnis et Applonis[12] et Merhas et duodecim mariscos[13]. 13

*) *Sequentia usque ad a.* 470. *omisimus.* a) *in rasura manus saec. XIII. scripsit.* b) *manus saec. XII.* c) *manus saec. XIII. eadem quae* 615. d) *manus eadem quae* 639. e) *manus saec. XIII. ex.* f) *manus saec. XII.* g) *evanuerunt litterae sex.*

5) SS. II. in annis 661, 693, 982, 998. 6) apud de Smedt Chroniques de Flandre I, 455. 7) cf. Ann. Elnonenses supra. p. 11. 8) cf. Ann. Elnon. 9) Rotomagensis. 10) seu Megmedong. sancto Bavoni dedicatam. 11) Hollaing. 12) Apples. 13) *in pago Bracbatense* addit liber censualis S. Petri.

711. Dagobertus iunior regno sublimatur.
714. Obiit Pippinus, filius Ansegisi[13].
715. Obiit Dagobertus iunior; Karolus ducatum suscepit annis 26.
716. Hilpericus regnat annis 4.
720. Sanctus Vulframnus obiit.
722. Wendelfridus dedit res suas sancto Petro in Merendra, sub Baudemundo abbate.
725. Cheltrudis dedit sancto Petro res suas in Nigella, sub eodem abbate.
728. Translatio sanctorum Wandregisili, Ansberti et Vulfranni.
729. Wigerus dedit sancto Petro res suas in Marcoria, Hemmilia, sub eodem abbate.
730. Domnus Beda obiit.
14. 731. Obiit Baudemundus[14]; cui successit Ferrecus.
736. Megenberta dedit sancto Petro res suas in Brakela, sub eodem.
737. Ambrica dedit sancto Petro res suas in Rochingehem et in Eke, sub eodem.
741. Obiit Karolus, nepos Ansegisi. Pippinus successit annis 27.
A. Hers. 742. Karolus Magnus natus est.
A. Sith. 753. 743. Stephanus papa Romanis auxilium contra Langobardos petens, in Franciam venit, et Haistulfus rex Langobardorum á Pippino superatur, et Stephanus papa Romam revertitur.
ib. 756. 745. Iterum Haistulfus rex Langobardorum á Pippino superatur, et postea in venatione quadam equo cadens, mortuus est.
A. Hers. 749. Pippinus rex efficitur, et Hildericus tonsoratur.
752. Hildericus obiit.
753. . . . . . . . . . . . . . . . .[a]
A. Hers. 755. Sanctus Bonefacius martirio coronatur[14].
A. Sith. 756. Constantinus imperator Pippino regi organum mittit.
758. Obiit Hatta abba; cui successit Celestinus, genere Scottus.
ib. 763. Hiemps valida.
764. Hruotgangus episcopus[15] sanctum Gorgonium Gorzias defert.
765. Hoc anno Celestinus ob dissensionem Karoli et Ragenfridi eiectus est, et peregrinus Ronnace obiit.
ib. 767. Lemovica, civitas Aquitaniae, á Pippino capta est.
A. S. Am. 768. Karolus suscepit regnum. Et hoc anno commutaverunt Scoranus abba et Ricolfus episcopus quasdam res.
ib. 771. Karlomannus obiit.
772. Obiit beata Amalberga virgo Christi.
A. Hers. 786. 784. Signum crucis in vestibus.
A. S. Am. 788. Karolus rex factus est.
A. Sith. 789. Karolus Sclavos, qui Vulzi vocantur, cum magno exercitu adgressus domuit ac ditioni suae subiugavit.
791. Saxbertus et Guntbertus dederunt sancto Petro res suas in Loenwirde et Wackinio[16] cum ecclesia, sub Scorano abbate. ib. Et Karolus Pannonias cum exercitu magno[b], Hunnorum regiones ferro et igne populatur.
ib. 792. Conspiratio Pippini contra patrem facta est in Baioaria. Pons navalis in Danubio factus est.
794. Ercuinus dedit res suas sancto Petro in Osburg, id est Cumbiscura[17], sub eodem abbate. ib. Sinodus habita in Franconovurde, in qua heresis Feliciana rum cum suo auctore condempnata est.
ib. 795. Karolus Saxoniam ingenti populatione devastat.
A. S. Am 796. Adrianus papa obiit, et Leo successit.
797. Ermengardis dedit res suas sancto Petro in Olsne, sub Scorano.
A. Sith. 798. Leo papa excecatus et ad Karolum in Saxoniam adductus, et Geroaldus Baioriae praefectus cum Avaris dimikans. Inde Karolus orandi causa Turonus ad sanctum Mar-

a) *Haec deleta sunt.* b) *deest:* ingressus.

13) cf. Ann. Hersf., quibuscum etiam postea plura conveniunt. 14) abbas Blandiniensis. 15) Metensis; cf. Ann. Fuld. et Hersf. 16) Wacken. 17) Lapscheure.

tinum vadit; inde redux propter Leonis papae causam Romam proficiscitur, ibique hiemavit; et exercitus in Beneventum missus est.

800. Karolus imperator factus est; et terraemotus maximus fuit 2. Kal. Mai. ib. et A.S.A.

802. Ratbertus dedit sancto Petro res suas in Fursitio cum mansionibus sex, sub Scorano.

803. Karolus Saxones transalbianos in Franciam transtulit, et Leo papa ad illum Aquis venit. A.Sith.

806. Eclipsis lunae facta est 4. Non. Sept. ib.

807. Eclipsis solis facta est 3. Idus Febr. et eclipsis lunae 4. Kal. Mart. Iterum eclipsis lunae 11. Kal. Sept. ib.

809. Elevatio sancti Amandi. A.S.A.

810. Eclipsis lunae facta est 7. Kal. Mai, et Karolus novissime in Sithiu fuit. A.Sith.

811. Karolus iunior decessit. ib.

812. Eclipsis solis facta est Idibus Maii. ib.

813. Karolus imperator obiit, et Hludowicus successit. ib.

814. Folradus abbas a Nicholao papa privilegium petiit et firmavit.

815. Gero alodem suum dat sancto Petro in Cimbarsaca[19], et Wulfret suum in Sumerinhim[20], sub Folrado.

816. Leo papa decessit; et Stephanus diaconus pontifex factus, post ordinationem suam ad imperatorem venit, a quo apud Remorum civitatem honorifice susceptus est. ib.

818. Gero dedit sancto Petro in Blandinio alodem suum in Melcenario marisco, sub eodem.

819. Hucdelradus dedit res suas secus fluvium Absinthia[21], sub eodem.

820. Gerbertus in Batho sive Asnoth, sub eodem.

821. Sigobertus dedit sancto Petro alodem, quem habuit in Wildio[22] et in Forario et Barle[23] et Moroscamp et Dodnesta et Flaniesfelt, et Rodgarda suas in Lathem, sub eodem.

822. Ratswinda alodem suum in Bunlar[24], et Heribertus suum in Brakela et Lathem, et Hartfridus suum in Buckelhem, et Herigerus suum in Maclinio[25].

823. Paschalis papa obiit, et Eugenius successit.

825. Brunhardus dedit sancto Petro quicquid habuit in Hildengim[26], sub eodem.

826. Wigbertus et Engelmundus dederunt sancto Petro res suas in Waringim et Hildengim, sub Einardo.

827. Sancti Sebastiani corpus Suessionis defertur.

828. Sanctorum corpora Marci[27*] et Marcelliani in Ostriam feruntur.

830. Trudberga dedit sancto Petro res suas in Maglinio, sub Einardo.

832. Brunhardus dedit sancto Petro res suas in Brakela, sub eodem.

836. Lidricus comes obiit et Arlabeka sepelitur.

838. Rainfridus dedit res suas sancto Petro in Rammarinhim, et Gerwinus in Hembeke, et Fida in Brakela, sub Einardo.

839. Engelardus dedit res suas sancto Petro in Facum, sub eodem.

840. Hludowicus Pius obiit. Hlotharius successit et Karolus Calvus frater eius. Egesloga dedit res suas sancto Petro supra mare in Addingahim[27].

841. Heribertus dedit res suas sancto Petro in Lathim.

844. Obiit Hugo abbas Sithiu, Adalardus succedit.

846. Sancti Bertini corpus transfertur. Hiemps gravis valde.

851. Coenobium sancti Bavonis á Danis incenditur.

855. Sanctus Folquuinus episcopus[28] obiit, Hunfridus successit. Hlotharius imperator obiit.

856. Herebertus tradidit sancto Petro res suas in Berenga, sub Inghelramno abbate vel comite.

19) Semmersacke. 20) Somerghem. 21) in pago Rodaninse, Rodenburg. 22) Welden. 23) Baerle. 24) Boulaere. 25) Machelen ad Legiam, in pago Tornacensi. 26) Hilleghem. 27*) falso; Petri. 27) Adeghem. 28) Tervanensis.

859. Hugo iunior fit abba Sithiu.

861. Abbatia Hugoni ablata, iterum Adalardo est reddita.

862. Iudith secuta est Baldwinum Ferreum, filium Audacri.

863. Baldwinus, Nicholao papa agente, Iudith coram patre Karolo desponsat.

864. Adalardus abba Sithiu obiit, et Hunfridus episcopus Tarvenensis, monachus Prumiensis, abbatiam suscepit.

865. Karolus rex Hunfrido abbatiam cum dedecore auferens, Hidwino canonico, nuper de Hlotharii senioratu ad se reverso, dedit propter libras auri 30.

866. Nicholaus papa obiit; cui Adrianus successit.

867. Stella cometes apparuit.

29 869. Ermentrudis regina obiit. Hunfridus abba[29] obiit, Actardus successit.

870. Corpus sanctae Amalbergae virginis huc defertur anno 30. Karoli Calvi.[30]

875. Hludowicus, suadente Ingelramno abbate[31], regnum Karoli vastat.

876. Karolus Calvus imperator factus est.

877. Karolus Calvus imperator obiit.

878. Monasterium sancti Petri et sancti Bertini á Nortmannis incensum est 5. Kal. Aug. Fulco fit abba Sithiu.

879. Balduvinus, filius Audacri, obiit; Blandinio sepelitur.

880. Reinelmus Tornacensis episcopus obiit; et Nortmanni hiemaverunt in Gandavo.

881. Monasterium sancti Audomari incensum est 11. Kal. Aprilis.

32 882. Rodulfus[32] comes et abba factus est.

885. Karolus regnare cepit. Delata sunt corpora sanctorum Wandregisili, Ansberti, Vulfranni ad urbem Carnotenam in monasterium sancti Carauni martiris.

887. Monasterium sancti Bertini a tempestate destructum est. Et Lantbertus presbiter dedit sancto Petro res suas in Sekegehim, anno 7. Rodberti abbatis.

888. Odo rex factus est.

889. Ragenfridus tradidit mancipia, sub Walkerio.

891. Trudbertus tradidit suas res, sub eodem.

892. Rodulfus obiit; Balduvinus successit. Venit exercitus paganorum ad castellum sanctorum Audomari atque Bertini, et pugnavit a meridie usque ad vesperam; et aliqua pars illorum intravit ecclesiam sancti Bertini, ibique ceci facti sunt 12 viri.

893. Carlus pontifex factus est.

894. Carlus adiutorium Arnulfi expetiit.

895. Zendebaldus rex efficitur Lothariensis.

33 896. Rodulfus comes[33] interficitur 4. Kal. Iulii.

897. Odo rex mortuus est.

898. Gerardus abba natus est.

900. Folco episcopus interficitur 15. Kal. Iulii. Zendebaldus rex interficitur.

911. Hludowicus rex, filius Arnulfi, obiit, et Cunradus rex succedit.

912. Stella cometes apparuit.

913. Hoc anno cepit abbas Gerardus edificare Braoniense coenobium, et in anno 2. corpus beati Eugenii episcopi et martyris de coenobio sancti Dyonisii ibi translatum est ab ipso Gerardo.

918. Balduvinus comes obiit, Blandinio sepelitur; et Gerardus abba monachus efficitur.

922. Domnus abba Womarus natus est. Karolus capitur.

924. Karolus rex occidentalis obiit.

925. Rodulfus rex subrogatur.

926. Gerardus abba presbyter ordinatur.

927. Hludowicus regno restituitur.

928. Elevatio sancti Folquuini.

929. Obiit Elftrudis comitissa.

34 931. Arnulfus comes[34] cepit castellum sancti Vedasti. Gerardus abba cepit regere cellam sancti Gislani.

29) Sithiensis. 30) de villa Temseca, per Balduinum ferreum. 31) cf. SS. I, 498, 19. 32) Cameracensis. 33) Cameracensis. 34) Flandriae.

932. Obiit Edwinus rex Anglorum.

933. Obiit Adalulfus comes, in monasterio sancti Petri sepelitur; et domnus abba Adalwinus natus est.

936. Hludowicus rex factus est. Heinricus obiit; cui filius eius Otto successit.

938. Domnus abba Womarus presbiter ordinatur.

941. Abba Gerardus receptus est ab Arnulfo in Blandinio.

942. Domnus Womarus monachus efficitur[a].

944. Adventus corporum sanctorum Wandregisili, Ansberti, Vulframmi in Blandinio.

945. Hoc anno Gerardus abba ordinatus est in monasterio sancti Bertini.

946. Conversio monachorum in Sithiu monasterio.

949. Obiit Trasmarus episcopus[35] 12. Kal. Aprilis. 35

950. Hludovicus rex obiit. Lotharius, filius eius, successit.

951. Sol defecit hora 3. 14. Kal. Aug. et apparuit stella ab oriente ardens usque ad mensem Septembris.

953. Domnus abba Womarus abba ordinatur ab episcopo Folberto in Cameraco.

954. Rodulfus rex obiit, et victoria facta est de Ungris.

956. Hlotharius, filius Ludowici, regnat in occidente.

959. Wigfridus episcopus obiit.

960. Hoc anno ab Arnulfo marchiso hoc Blandiniense coenobium in maiori elegantia est constructum; quod opus mense Maio est inceptum. Et Adala comitissa obiit.

961. Otto puer ascissitur in regnum, et Otto pater fit imperator.

962. Obiit Baldwinus, filius Arnulfi marchisi, et soror eius Liutgardis.

964. Magnus Arnulfus, restaurator huius Blandiniensis coenobii, obiit 6. Kal. Aprilis.

965. Bruno archiepiscopus Coloniensis obiit.

968. Otto iunior a patre consors imperii asscissitur Romae.

970. In Blandinio abbas Rodbertus tulit reliquias sanctae Amalbergae.

973. Obiit Balzo, filius Rodulfi comitis.

974. Otto imperator obiit; alius Otto aeque imperator succedit. Et bellum fuit in Perona.

975. Dedicatio aecclesiae Blandiniensis ab Adalberone Remensi praesule.

979. In Blandinio consecratio turris occidentalis ab Hecberto Treverorum archipraesule.

981. Obiit domnus abba Womarus[36]; cui successit sapiens Wido. Eodem anno obiit Goterus abba. 36

983. Otto secundus imperator obiit; cui filius suus Otto succedit.

986. Obiit abba Wido piae memoriae; cui successit in regimine vir Dei Adalwinus.

987. Ludowicus rex obiit; cui Hugo dux Francorum successit.

989. Obiit Arnulfus marchysus, nepos magni Arnulfi.

993. Obiit Hugo rex; cui succedit filius eius Rotbertus.

994. Obiit Hecbertus Treverorum archiepiscopus.

995. Silvester[37], qui et Gerbertus, papa constituitur Romae. Obiit domnus abba Adalwinus; cui successit domnus abba Rodbaldus. 37

997. Obiit papa Iohannes; cui successit Bruno, qui iunioris Ottonis filium in inperatorem consecravit.

1000. Generali et vasto terraemotu totius orbis magnitudo passim contremuit.

1002. Obiit Silvester papa, qui et Gerbertus sapiens, 2. Non. Mai.

1003. Obiit Susanna regina. Et magna fuit inundatio aquarum Kal. Iunii. Item inundatio aquarum Kal. Aug.

1007. Hoc anno facta incursio hostilis exercitus Heinrici regis in Gandavo, 14. Kal. Septemb.

1008. Obiit Mathildis comitissa. Et contigit eclipsis solis 4. Kal. Apr. luna existente 28.

1013. Hoc anno facta est magna inundatio maris ad vesperas[b] 4. Kal. Octob.

1020. Secunda incursio hostilis exercitus regis Heinrici in Gandavo, Nonis Augusti.

a) *in cod. additur* et Roma capta est ab Alarico. *Error natus e duabus annorum columnis in codice unde noster excerpsit. Pertinent enim illa ad a.* 410. b) *supra cod.* vesperas *codices Sigeberti Blandin., Affligem., Marchian. qui nostrum exscripserunt.*

35) Noviomagensis. 36) Blandiniensis. 37) notitias annorum 995. et 997. transpositas esse patet.

**1023. Hoc anno contigit eclipsis solis 9. Kal. Febr. hora 6. Obiit Godefridus dux.**

**1024. Heinricus imperator obiit; cui succedit Cunradus.**

**1029. Hoc anno abba Richardus suscepit regimen Blandiniensis coenobii. Et obiit comes Herimannus.**

**1030. Obiit Odgiva comitissa.**

**1031. Obiit Rotbertus rex.**

**1032. Hoc anno abba Richardus reddidit abbatiam. Obiit Rodulfus rex.**

**1033. Hoc anno contigit eclipsis solis 3. Kal. Iul. hora 6.**

**1035. Hoc anno domnus abba Wichardus abba est ordinatus. Obiit Balduinus, gloriosus marchisus.**

**1037. Hoc anno contigit eclipsis solis 14. Kal. Maii, luna crescente 28. prima hora diei.**

**1039. Hoc anno contigit eclipsis solis 11. Kal. Sept. a tertia hora usque ad sextam, luna 28.**

1042. Obiit piae memoriae domnus abba Rodboldus. Hoc anno facta est magna inundatio maris 4. Nonas Novemb.

1043. *Hoc anno ad deportationem sancti Gudwali visa est inclinare imago crucifixa Domini*[a].

1044. Obiit Hugo episcopus; cui successit Balduinus episcopus.

1049. Hoc anno facta est elevatio sancti Florberti *a Balduino Noviomagensium episcopo* 12. *Kal. Maii*[b].

1051. Hoc anno obiit nonus Leo papa, qui et Bruno dicebatur. Eodemque anno Henricus imperator castrum Tornacum obsedit.

1056. Obiit Henricus imperator; cui successit filius eius Henricus.

1057. *Balduinus iunior marchysus Nerviorum comitatum imperiali munificentia et auctoritate apostolica suscepit*[c].

1058. Obiit domnus abba Wichardus Kal. Aprilis; cui sequenti anno

1059. successit domnus abba Everelmus 8 Kal. Febr.

1060. Obiit rex Francorum Henricus; cui successit Philippus filius.

1061. *Baldwinus marchisus regni Francorum magistratus efficitur*[d].

1063. Rodbertus, Baldwini potentissimi iunior filius, Frisiam subintrat.

FINIT CICLUS QUI FUIT POST DIONISIUM[e].

1066. Hoc anno apparuit cometa ad occidentalem plagam. Et Willelmus Nortmannorum comes invasit regnum Anglorum, interfecto in bello rege Anglorum Haroldo, et in die natalis Domini in regem unguitur in Londonia.

1067. Obiit Baldwinus potentissimus marchisus. Elevatio sancti Macharii, et dedicatio ecclesiae sancti Bavonis.

1068. Obiit Baldwinus episcopus Noviomagensis; cui successit Radbodo.

1069. Obiit Everelmus abba; cui sequenti anno

1070. successit domnus abba Folkardus. Obiit Baldwinus marchisus, qui Hasnoni sepultus est; cui sequenti anno

1071. successit frater eius Rotbertus, interfecto a Flamingis nepote eius Arnulfo, et captivata matre eius Rikilde, fugato etiam a Flandria rege Francorum Philippo.

1077. Hiemps gravis. *Translatio sancti Florberti abbatis Blandinio per Ratbodum episcopum*, 12. *Kal. Maii*[f].

1081. Hoc anno terrae motus magnus 6. Kal. April. sabbato ante dominicam palmarum, 2. vigilia noctis.

1083. Translatio sancti Livini per manum Ratbodi Noviomagensis episcopi. *Iterum inclinavit se ymago Crucifixi sancto Gudwalo*[g].

1086. Rodbertus iunior in partem regni a patre suo Rodberto ascisscitur. Obiit domnus Olfridus, fundator Watinensis ecclesiae[38].

1087. Hoc anno Cnût rex Danorum interficitur, et Willelmus rex Anglorum obiit.

1088. Hoc anno abbas Folkardus reddidit abbatiam. Sigerus abbas est ordinatus.

1092. *Hoc anno processio Tornacensis incepit per Radbodum episcopum*[h].

a) *manus saec. XIII* b) *manus saec. XIII.* c) *manus saec. XII.* d) *manus saec. XII.* e) *Hic desinit prima manus. Sequentia a multis scripta sunt diverso tempore, narratis semper aequali, quae indicavi exceptis.* f) *manus saec. XIII. in rasura* g) *manus saec. XIII.* h) *manus saec. XIII*

38) Watten, prope S. Omer.

1093. 9. Kal. Octobris, 6. feria, hora 3. usque in horam 8. luna 28. indictione 1. epacta 1. eclipsis solis facta est. Eodemque anno 3. Idus Octobris obiit Rodbertus, primus huius nominis Flandriae marchysus. Succedit filius eius Rodbertus. *Hoc anno ecclesia sancti Iacobi in Gandavo fundari cepit*[a].

1094. Inundatio magna a pridie Idus Octobris usque ad Kal. Aprilis.

1095. Sequitur sterilitas anni cum fame gravi. Eodem anno synodus Urbani papae in Arvernia Clarmontensi civitate; ubi Philippus rex propter incestum adulterae excommunicatur. Raynoldus Remensis archyepiscopus obit.

1096. Christianorum contra inimicos crucis Christi ex omni natione optabilis expeditio. Iudei in pertinacia sua tumultuarie occiduntur.

1097. Antiochia a christianis per novem menses obsidetur, et tandem ab ipsis, longa prius inedia confectis, ita ut equorum et asinorum, canum etiam, carnes et vetustissima coria prae inopia panis corroderent, capitur. Ibidem post modicum Turci a christianis bello superantur.

1098. Obiit Radbodus episcopus Noviomensis; Baldricus succedit.

1099. Obiit Urbanus papa, Pascalis a Romanis substituitur. Id. Iulii Hierusalem a christianis capitur, et crux Domini a paganis absconsa christianis manifestatur. Godefridus Lotharingiae dux in regem ibidem sublimatur. Apud Ascalonam Turci, Arabes, Arcipathitae cum duce Babiloniae, qui vulgo dicitur Meraviz, divino auxilio a christianis mirabiliter devincuntur.

1100. Rodbertus comes Flandriae, desideratus a multis, adquisita sibi multa laude secularis militiae, redit de via Domini. Multi similiter et ante eum et post redierunt, plurimis cum rege supradicto Hierosolimae, Antiochiae et in caeteris civitatibus Deo adquisitis remanentibus. Eodem anno secundus Willelmus rex Anglorum in venatione ab uno milite suo ex improvisu sagitta vulneratus obiit; cui successit Henricus frater suus.

1105. Obiit Folkardus abbas.

1106. Heynricus, imperator Romanorum tercius, a filio Heynrico, Teutonicorum dolo, 6. feria ante natale sempiterni regis, apud Bingam capitur; qui cruce, lancea et imperiali corona spoliatus, fuga tamen elapsus, navi per Renum Coloniam vehitur; unde profectus Leodium, ab episcopo Odberto recipitur. Mense Februario, 14. Kal. Mart. luna 10. 6. feria, prima quadragesimae ebdomada, in occidente oritur cometa admodum gracilis, sed ignea; cuius tamen radii miro modo lactei, visi sunt diatim crescere atque sub Orione ad orientem protendere. Visus est etiam globus igneus tercia quidem nocte ab eadem stella in terram cadere. In coena dominica sequitur pugna inter memoratum patrem et filium super Mosam fluvium, ubi in parte filii comes Bruno cum multis occiditur, et pater, uno milite amisso, victoria potitur. Post haec mense Iulio Colonia obsessa a filio, 7. Idus Augusti pater moritur Leodii; qui tamen antequam moreretur, misit filio anulum imperialem cum gladio. Mense autem Septembrio Rotbertus comes Nortmanniae fratrem Heynricum regem Angliae dum bello aggreditur, multis utrimque interfectis, idem Rotbertus a suis traditus et captus in Angliam ducitur et carceri includitur.

1107. Blandinium sancti Petri curae Ansboldi prepositi comittitur. Abbas Sigerus in miliciam Christi accinctus, mense Iulio Hierusolimam proficiscitur.

1108. Mense Augusto abbas Sigerus, ab Hierusolimis dum revertitur, dissenteria passione laborans, apud Rhodum insulam mortuus sepelitur. Heynricus quartus, transmeato Valentianis Scaldo, Duachum obsidione adgreditur; quem armis propulsatum, Rotbertus secundus usque Cameracum, facta demum pace, prosequitur.

1109. Mense Ianuario Ansboldus prepositus in Blandinio abbas creatur. Incendii plaga in christianos iterum suscitatur. Rotbertus secundus in pascha primum agens comitatum, ab Heynrico quarto Leodeii summe honoratur.

1110. Balduinus puer a patre Rotberto ad curiam Bavenberg mittitur. Heynricus quartus regis Anglorum filiam Mathildem, admodum parvulam, in matrimonium sortitur. Rotbertus in pascha ad curiam apud Ulterius Traiectum habitam proficiscitur.

1111. Rodbertus secundus in expeditione Ludowici regis Francorum mortuus, Atrebati sepelitur. Succedit filius eius Baldwinus.

a manu saec. XIII

**1115.** Ansboldus abbas obiit; Eremboldus successit, et eodem anno obiit; cui Arnoldus successit. *Inceptus est ordo Sisterchiensis*[a].

**1117.** Arnoldus, abbas aecclesiae sancti Petri, cooperante Dei gratia, monachicam renovavit religionem.

**1118.** Paschalis secundus papa obit; cui suscedit[b] Gelasius, qui et Iohannes Gaitanus.

**1119.** Gelasius papa obit; Calixtus suscedit, qui et Wido, Viennensis archiepiscopus. Balduinus comes, Rodberti iunioris et Clementiae filius, vicesimo sexto aetatis suae anno post claros militiae actus monachus effectus, absque herede moritur, et apud Sanctum Bertinum sepelitur. Cui succedit consobrinus eius Karolus, filius scilicet amitae illius Athelae nomine, quem suscepit de Gnuto rege Daciae. Eodem anno Calixtus celebravit sollempne concilium, in quo excommunicavit Heynricum Teutonicorum imperatorem. Willelmus, Heynrici filius regis Anglorum, cum de Normannia transit in Angliam, cum centum pueris diversorum procerum et fratre et sorore submersus est.

1120. Heynricus rex Angliae filiam Godefridi ducis Lovaniae ducit in uxorem. Fredericus episcopus Leodiensis a suis veneno interemptus, tantis miraculis sepultus choruscavit, ut antiquis patribus in miraculis coaequaretur.

1121. Lambertus Noviomensis episcopus obiit; Symon successit. Norbertus Norbertinos facit; *isti sunt Praemonstratensis ordinis*[a].

1122. Calixtus papa concilium Romae celebrat. Lambertus abba Sancti Bertini paralisi dissolvitur. Coenobium Bergense concrematur.

1123. Petrus et Gregorius cardinales legati apud Carnotinum concilium celebrant. Calixtus papa obit; Honorius succedit.

1125. Heynricus Teutonicorum rex obiit; Luterus dux Saxoniae successit. Fames horrida invaluit.

1126. Iterum fames gravissima repetita per Flandriam, per Lotharingiam, per Franciam, per Angliam, multa hominum milia necavit. Lambertus abba Sancti Bertini obiit.

39 1127. Hoc anno multa mira evenerunt. Nam sanguis ex dunnionibus[39] castellorum emanavit, ipsum sanguinem qui eodem anno effusus est portendens. Nam Karolum comitem Flandriae servi sui apud Bruggas, secunda ebdomada quadragesimae, ubi in oratione procubuit, ante altare interemerunt. Cui successit Willelmus, filius Rotberti comitis Normanniae.

1128. Obiit Willelmus comes; Theodericus succedit.

1130. Honorius papa moritur. Innocentius, qui et Gregorius, et Anacletus, qui et Petrus Leonis, succedunt. Sed Innocentius insidias Anacleti et parentum suorum in urbe Roma ferre non valens, secundum Domini praeceptum: *Si persecuti vos fuerint in unam civitatem, fugite in aliam*, nocte cum suis fugam iniit, et usque ad Pisanos veniens, magnifice ab eis suscipitur et honoratur. Cognita tandem utriusque partis saniori electione, quasi minus canonica domni Anacleti pape fuisset electio, pari voluntate, pari consilio et auxilio universa Gallicana aecclesia in partem domni Innocentii papae dextras dedit.

1131. Innocentius papa secundus 15. Kal. Nov. die Lucae euangelistae, sollempne concilium Remis celebravit, in quo Anacletum papam cum suis sequacibus excommunicavit. Philippus iunior rex, filius Ludowici regis, de equo miserabiliter corruens, die tercia moritur, et Ludowicus, frater eius, admodum parvulus a domno papa Innocentio in eodem concilio in regem ungitur.

1132. Obiit domnus Arnulfus abbas. *Giselbertus succedit, quondam abbas Eyhamensis*[a]. Et eclipsis solis contigit 4. Non. Aug.

1134. Translatio sanctissimae virginis Christi Amalbergae *per manum Giselberti abbatis*[a]. Magna inundatio maris 4. Non. Octob. feria 5. luna 12.

1135. Obiit Henricus rex Anglorum; Stephanus succedit.

1136. Obiit Lutherus imperator, qui dictus erat Lotharius; cui successit Conradus 86[us] imperator.

1137. Siccitas magna. Obiit Ludowicus rex Francorum; Ludovicus filius succedit.

1138. Obiit Gyslebertus abbas; domnus Sigerus secundus succedit. Obiit Petrus, qui et Anacletus.

a) *manus saec. XIII.* b) *ita c.*

39) donjeon.

**1139.** Innocentius papa concilium Romae tenuit. Obiit Godefridus maior dux Lotharingiae.

**1140.** Eclipsis solis ante incognito modo in equinoctio verni temporis accidit, et tonitrua insolita in vigilia paschae.

**1142.** Godefridus minor dux Lotharingiae obiit. In Gemlans puer duorum capitum natus est.

**1143.** Inundatio aquarum maxima.

**1144.** Obiit Iwainus de Alst. Obiit Innocentius papa; Celestinus sucedit[a]. Obiit Celestinus.

**1145.** Lucius papa sucedit. Obiit Lucius papa; Eugenius succedit.

**1146.** Innumerabilis profectio secunda christiani populi Hierosolimam proficiscitur cum Conrado imperatore, Lodowico rege Francorum, Theoderico comite Flandriae. Quidam per Anglicum mare navibus evecti, Ulixibonam applicuerunt, et captam quiete possederunt. *Hoc anno facta est divisio inter episcopatum Noviomensem et Tornacensem, et Anselmus fit Tornacensis episcopus*[b].

**1150.** Hiemps validissima fuit, perdurante glacie a 5. Idus Decembris usque 14. Kal. Martii.

**1152.** Obiit Conradus imperator; successit Fredericus, consobrinus eius, 87[us] imperator.

**1153.** Claustrum sancti Bertini concrematur in ipsius festo. *Obiit Eugenius papa; Anastasius succedit. Obiit sanctus Bernardus abbas Clarevallis*[b].

**1154.** In Gandavo puer nascitur duorum capitum, quattuor manuum et totidem pedum.

**1155.** Obiit Stephanus rex Anglorum; successit Henricus comes Andegavensis. Eugenius papa obiit; cui successit Conradus, qui et Anastasius. Anastasius obiit; Nicholaus, qui et Adrianus, succedit.

**1157.** Theodericus comes tercio Hierosolimam petit; cui filius suus Philippus substituitur, qui duxerat filiam Rodulfi comitis Peronensis.

**1159.** Adrianus papa obiit. Obiit Sigerus secundus abbas: Erembaldus succedit. Obiit Erembaldus; Walterus succedit.

**1163.** Obiit Walterus abbas; domnus Hugo primus succedit.

**1164.** Theodericus comes quarto Hierosolimam petit. Philippus comes Flandriae cum magno exercitu militum Aquis vadit in natali Domini ad curiam Frederici imperatoris, a quo Cameracum suscepit, homo eius effectus, et magnam pacem Flandrensibus per terram imperatoris eundi ac redeundi optinuit. Idem a curia revertens, sine mora patri suo Theoderico a Ierosolima redeunti obviam proficissitur.

**1166.** Obiit Theodericus, filius Iwaini de Alost. Obiit Geraldus Tornacensis episcopus [*succedit Walterus episcopus*[b]] et Theodericus Ambianensis episcopus. Philippus comes Flandriae, et Matheus frater eius Boloniensis comes, et Godefridus dux Lovaniensis, cum septem milibus[c] fere navibus suorum, expeditionem movent adversus comitem Ollandiae; quem in deditionem venientem cum suis, comes Flandriae diutius tenuit in captivitatem. In Gandavo infans natus est trium capitum, habens in collo caudam pecudis vel bovis. Similiter in villa sancti Petri quaedam femina 11 mensibus gravida peperit monstrum, deorsum formatum ut faretra, sursum ut galea, ibi habens duo cornua.

**1171.** Thomas Cantuariensis archiepiscopus martirizatur 4. Kal. Ianuarii.

**1172.** Henricus, filius Henrici regis Angliae, bellum movet adversus patrem suum, auxilio Ludowici soceri sui regis Francorum adiutus, Philippi quoque nepotis sui Flandriae comitis; ubi Matheus, frater eiusdem Philippi, comes Bononiensis, ictu sagitte occiditur. Obiit Walterus Tornacensis episcopus; Everardus succedit.

**1173.** Pestilentia hominum ex tussi morientium.

**1174.** Pluviale tempus incessabiliter a festo sancti Iohannis usque in finem anni, et magna penuria vini et omnium frugum. Fredericus imperator vadit cum exercitu in Langobardiam.

**1177.** Domnus Hugo abbatiam dimittit sancti Petri. Gerardus ordinatur.

**1179.** Obiit Ludowicus pius rex Francorum 13. Kal. Octobris.

**1180.** Obiit domnus Hugo abbas.

a) *ita cod.* b) *man. saec. XIII.* c) septem mil *erasum restitui ex Sigeberti codicibus Aquicinctino, Blandiniensi, Marchianensi, qui nostrum locum exscripserunt.*

1186. Pars quedam cripte cecidit.

1187. Hierusalem capta est a Sarracenis, Accaron quoque, id est Ptolomaida, et Ascalon cum multis aliis civitatibus et castellis. Eclipsis solis 2. Non. Sept.[a] Novum opus inceptum est.

1189. Obiit Henricus rex Anglorum, filius Machtildis imperatricis, filie Henrici regis Anglorum senioris. Philippus rex Francorum et Richardus rex Anglie Ierosolimam navigio proficiscuntur. Fredericus imperator et Philippus comes Flandriae per terram Ierosolimam petunt cum magno exercitu. Obiit domnus Everardus episcopus. Stephanus succedit.

1190. Obiit domnus Gerardus abbas; domnus Hugo succedit. Obiit Godefridus dux Lotharingie.

1191. Ptolomaida reddita est christianis. Obiit Philippus Flandrie et Viromandie comes magnificus; Balduinus comes Haynonie succedit, habens sororem predicti Philippi, unde Flandria et Haynoia coniuncta sunt.

1194. Obiit Margareta comitissa Flandriae.

1198. Hoc anno monasterium quod dicitur Bodelo constructum a quodam monacho sancti Petri Gandensis, nomine Balduino de Boucle, qui monasterium exiens, ibidem solitarie vixit.

1201. Obiit domnus Stephanus episcopus Tornacensis; Gozvinus archidiaconus succedit. Domnus Hugo secundus abbatiam dimittit sancti Petri; Hugo tercius succedit.

1203. Obiit domnus Hugo huius nominis abbas secundus.

1204. 6. Kal. Mai. Balduinus comes Flandrie et Haynonie imperator constituitur Constantinopolitanus. Sequenti anno

1205. ipse Balduinus imperator in prelio a perfidis Grecis capitur; cui successit Henricus frater eius. Hiemps valida, durante glacie a 14. Kal. Feb. usque ad 14. Kal. Apr.

1206. 2. Kal. Martii eclipsis solis a tercia hora diei usque in horam nonam, luna 28.

1209. Obiit domnus Hugo tercius abbas; Arnoldus prior succedit.

1214. Rex Frantie victoria potitus ad pontem Bovinie, Farandum comitem Flandrie et comitem Bolonie et fratrem regis Anglie et alios multos nobiles captivos secum adduxit. Inundatio maris[b].

1215. Innocentius papa tercius Rome generale concilium celebravit.

1216. 4. Kal. Iulii dedicata est capella in honore sancte Marie a domno Gosvino episcopo Tornacensi. Obiit Innocentius papa tercius; Honorius succedit . . . . . . . .[c] Obiit Henricus imperator Constantinopolitanus, et Iohannes rex Anglie; cui succedit Henricus filius eius.

1218. Obiit Ottho imperator Alamannie. Obiit domnus Gosvinus episcopus Tornacencis.

1219. Hoc anno consecratus est magister Walterus de Marvis in episcopum Tornacensem, de obsidione Damiette revocatus.

1222. Mense Septembri oritur cometa in occidente.

1223. Obiit Philippus rex Francorum; Loduicus filius eius inungitur in regem 8. Idus Augusti.

1225. Hoc anno quidam Bertrannus nomine, cum se Balduinum Constantinopolitanum imperatorem, Flandrie Haonieque[d] comitem, simulasset, pro sue temeritatis audacia equis distractus et laqueo suspensus interiit.

1226. Obiit Ludowicus rex Francorum, et Willelmus archiepiscopus Remensis, et Philippus comes Namurcensis, et multi alii nobiles, dum ab expeditione Albigeorum remearent. Ludovico mortuo, successit in regnum filius eius Ludovicus.

1227. Obiit Honorius papa; cui successit Gregorius Hostiensis.

1228. Hoc anno obiit Stephanus Cantuariensis archiepiscopus.

1230. Domnus Arnoldus abbas Sancti Petri Gandensis abbatiam dimittit. Theodericus, eiusdem loci monachus et abbas de Geraldimonte, succedit.

1233. Obiit Ferrandus comes Flandrie ac Haynonie, Merketo sepelitur.

1234. Obiit Theodericus abbas; Sygerus prepositus succedit. Hoc anno quidam heretici, Caturcenses dicti, sanctam matrem ecclesiam omnino respuentes et fidem katolicam violantes, 6. Kal. Iunii ab innumero christianorum exercitu obsessi, bello cedentes, gladiis confossi, expoliati, igne vastati, et tandem submersi, miserabiliter interierunt.

a) *semi c.* b) *totus hic annus in rasura.* c) *vox erasa.* d) *ita cod.*

1237. Hoc anno Arnoldus abbas secundo in abbatem eligitur; et Thomas, avunculus reginarum Francie et Anglie, Iohannam comitissam Flandrie ducit in uxorem.

1238. Hoc anno obit Arnoldus abbas; Robertus prepositus de Clusa succedit.

1240. Obiit Henricus archiepiscopus Remensis.

1241. Obit papa Gregorius nonus; Innocencius quartus succedit.

1242. Robertus abbatiam dimittit; Robertus de Kanfin succedit.

1243. Maxima multitudo opilionum a quodam apostata ex diversis provintiis congregata et seducta, per totam Frantiam usque Bituricam perducta, ut eos transmarinis partibus cuidam Saraceno venundaret. Sed ductor eorum Biturica suspendio interiit; alii in fugam versi sunt.

1244. Obiit Iohanna comitissa, Market sepelitur. Margareta soror eius succedit.

1245. Hoc anno magna inundatio aquarum facta est 3. Idus Iunii. Obiit Robertus de Canfin abbas; Iohannes de Scalda succedit. Lugduno Galliae Innocentio papa quarto concilium celebrante, Fredericus imperator culpis clarescentibus dampnatus est et ab imperio deicitur. Quo Frederico ab imperio deiecto et deposito culpis suis exigentibus, Henricus lantgrave de Deuringhes in imperatorem eligitur, et eodem anno devicit Conrardum, filium Frederici; postmodum autem mortuus est. Hoc quoque anno Ludovicus rex Francie a multis esse mortuus creditur; cui Deus pristinam sanitatem per sui misericordiam reddidit, et statim sanitate eidem prestita, petiit sibi signum sancte crucis tradi ab episcopo Parisiensi. Quod signum sancte crucis idem rex sibi assumpsit. Item eodem anno dictus Henricus lantgrave mortuus est.

1248. Ludovicus rex Francie cum fratribus suis Ansfordo Pictaviensi comite, Karolo Andegavensi et Rotberto Atrebatensi, et Willelmus comes Flandrie, et multi alii nobiles cum magno christianorum exercitu Iherosolimam proficiscuntur. Sequenti anno

1249. Damietta a christianis miraculose capitur.

1250. Rotbertus comes Atrebatensis a Sarracenis in urbe quadam inclusus, quo fine defecerit nescitur. Eodem anno Ludovicus rex Sarracenis congrediens, omni christianorum exercitu interfecto fere vel capto, capitur, et cum Willelmo Flandrensi comite et multis aliis nobilibus in Babiloniam ducitur. Damietta pro redemptione regis Sarracenis redditur. Willelmus comes Flandrie de via Domini revertitur. Sequenti anno obiit, Merket sepelitur; cui frater eius Guido successit, qui duxerat uxorem filiam Roberti advocati Bethunensis.

1251. Obiit domnus Walterus de Marvis, Tornacensis episcopus; cui successit Walterus dictus de Mandra, eiusdem loci decanus.

1252. Hoc anno facta est dispersio conventus.

1253. Bis sex centenus annus Domini quadragenus
Est et tredenus tibi, Flandria, vulnere plenus;
Nam Zelandia te vicit, censum tulit a te
C. prima mensis Iulii fuit hic ferus ensis.

1254. Ludovicus rex de via Domini revertitur. Obiit papa Innocentius quartus; cui successit Alexander.

1255. Quidam Willelmus comes Hollandie dictus, in regno Alemannie ex inopinato subrogatus, regnans circiter octo annis, hoc anno a frivolo Fresionum populo trucidatus, miserabili morte occubuit, mense Ianuario.

1256. Guido comes Flandrie et Iohannes de Dampetra, frater eius, liberantur a captivitate Willelmi regis Alemannie et Florentii, fratris sui. Qui Florentius ducit in uxorem primogenitam dicti Guidonis circiter septem annorum, et fit pax. Eodem anno obiit dictus Florentius.

1259. Factus est motus terre Nonas Maii quinto.

1261. Obiit papa Alexander quartus; cui successit Urbanus quartus. Hoc anno obiit Walterus Tornacensis episcopus; cui successit Iohannes, eiusdem ecclesie canonicus.

1262. Obiit Thomas Remensis archiepiscopus. Obiit Mathildis, uxor Widonis comitis.

1263. Hoc anno facta est eclipsis solis Nonas Augusti circa horam 10.

1264. Hoc anno apparuit cometa, durans per duos menses et ultra. Et captus est rex Henricus Anglie cum fratre suo ac filio suo Edwardo rege iuniore insidiose a quodam milite, nomine Symone de Monteforte dicto.

1265. Obiit papa Urbanus quartus; cui successit Clemens quartus. Quidam Menfredus, spurius Frederici imperatoris sacrilegi, apud Lugdunum Gallie culpis suis clarescentibus dampnati, inobediens et rebellis existens contra sanctam matrem ecclesiam Romanam, dimicans contra Karolum comitem Andegavensem, fratrem Lodewici regis Francorum, in campo Beneventano maximo conflictu, Deo disponente, miserabiliter corruit, multis suorum interfectis, captis probis comitibus, videlicet Iardano atque Bartholomeo.

1267. Hoc anno consecratus est archiepiscopus Remensis domnus Iohannes de Cortenai. Mortuus est Iohannes dictus Boethel, episcopus Tornacensis; cui succedit domnus Iohannes, frater domni de Adenghem. Captus est in bello archiepiscopus Coloniensis a comite Iulensi. Audita sunt tonitrua et vise coruscationes et fulgura 7. Id. Ianuar.

1268. Conradinus cum multis decapitatus est a Karolo rege Ciciliae. Obiit Clemens papa, et vacat sedes.

1270. Obiit venerabilis abbas Iohannes ecclesiae sancti Petri Gandensis; successit domnus Egidius dictus de Sparmalge.

1271. Obiit Ludovicus rex Francie in Thunis. Unctus est in regem Philippus, filius eius, Remis ab episcopo Suessionensi, sede Remensi vacante.

1272. Obiit Egidius abbas; Theodericus de Ypra succedit.

1273. Richardo rege Romanorum sine imperiali benedictione defuncto, Rodulphus comes Havesburgensis absque contradictione qualibet in regem eligitur, Aquisgrani in regni solio sublimatur.

1274. 2. Non. Mai in ecclesia sancti Iohannis in civitate Lugdunensi celebratur consilium generale a Gregorio decimo, archidiacono quondam Leodiensi, in quo multa de subsidio Terre Sancte tractans, in primo Grecos ad unitatem sancte matris ecclesie revocavit, secundo bigamos omni privilegio clericali denudavit, tercio multa ordinum genera delevit, scilicet fratres beate Marie, servos beate Marie, saxitos, et alios quam plurimos vereconde mendicantes. Domnum Henricum episcopum Leodiensem, fratrem comitis de Ghelre, propriis promerentibus culpis ab episcopatu amovit, domnum Iohannem dictum de Hedenghem episcopum Tornacensem suo loco subrogando; cuius loco Tornacensis magister Philippus, dictus Mus, de Gandavo decretorum rector, in episcopum eligitur.

1275. Oritur discordia inter Margaretam comitissam Flandrie et 39 scabinos Gandenses, quos propriis exigentibus culpis a scabinatu amovit, 13 pro eis substituendo. Quod 39 conquerendo graviter, coram illustri viro Francorum rege appellaverunt. Gregorius papa decimus obiit; Innocentius papa quintus succedit. Innocentius quintus obiit; Iohannes succedit.

1276. Philippus rex Franciae proficiscitur debellaturus regem Hyspanie cum exercitu copioso; et cibariorum inedia via qua venerat revertitur.

1277. Arnulphus comes Iuleriensis cum filio suo Willelmo ac multis aliis nobilibus 15. Kal. Aprilis Aquis villam ingressus, clausis post tergum portarum foribus, a communi populo est interemptus.

1278. Obiit Margareta, comitissa Flandrie ac Hayonie, Felinis monasterio ab eadem constructo sepelitur; cui in comitatu Flandrie Guido filius suus succedit. In comitatu vero Hayonie Iohannes, filius domni Iohannis de Avenes primogeniti dicte Margarete, succedit. Hoc anno quidam Petrus de le Broche, quasi secundus post regem Fransie, accusavit reginam occulte, quod filium regis primogenitum veneno occidisset. Comperta falsitate eius, suspenditur.

1280. Obiit Nicholaus papa tercius; succedit Martinus quartus. Item hoc anno facta est dispersio conventus huius loci.

1281. Domnus Theodericus de Ypra, abbas Sancti Petri Gandensis, abbatiam dimittit. Dominus Iohannes dictus Piscator, eiusdem loci monachus et cantor, succedit. Hoc anno Henrichus de Ghelre, Leodiensis episcopus, sed propter eius nequitiam depositus, domnum Iohannem de Adenghem eius successorem volens capere, sed nimis dure tractans, eum extinxit.

1283. Obiit Philippus episcopus Tornacensis [40]; cui successit Michael.

1284. Obiit Martinus papa; succedit Honorius quartus.

1285. Obiit Karolus rex Cicilie. Obiit Philippus rex Francorum; cui successit Philippus, filius eius.

40) in necrologio ecclesiae Tornacensis iam deperdito legebatur: *Nonis Ianuarii* 1282. *obiit domnus Philippus de Gandavo oriundus, nomine Mus, qui dono dedit huic ecclesie* etc. cf. Compte-rendu de la commissio d'histoire, Brux. 1839. III, 181.

Anno[a] Domini 1270. Quidam Petrus, dictus de Lebroche, quis esset vix cognitus in regno Frantie, sed post regem Philipphum quasi secundus in toto regno, exaltatus cordis superbia, domne Marie, filie ducis Brabantie, tunc Frantie regine invidens, et quod primogenitum filium regis veneno extinxerat, occulte reginam accusavit; sed comperta dicti Petri nequisia[b], patibulo Parisius suspenditur.

Anno Domini 1279. Domnus Iohannes de Haedeghem Leodiensis episcopus capitur ab Heinrico de Gelre, cuius loco in consilio Ludinensi fuerat subrogatus; et non valens[c] sustinere cursoris duriciam, in villa que vocatur Helseghem suffocatur.

Anno Domini 1282. Florensius comes Hollandie, congregato exercitu copioso, Fresones aggressus expugnat et perpetua servitute subiugavit, et ossa patris sui, quem occiderant apud Middelboerch, cum gaudio reportavit.

Anno Domini 1283. Quidam imperatorem Fredericum se esse, et nondum mortuum, ut putabatur, sed se in remotis penitentiam egisse et adhuc universo orbi se imperaturum asserebat. Multos in errorem traxit per intersigna quae faciebat, sed currui impositus apud Michen[d] iuxta Renum comburitur. Quo combusto, alter quidam comparens dixit, se ex combustionibus et cineribus dicti combusti fuisse se post triduum resussitatum. Multas perambulans villas et civitates, tandem Gande in cimiterio sancti Bavonis a balivo Gandensi capitur et vinclis ferreis mancipatur; sed tandem a captione balivi liberatus, apud Traiectum inferius patibulo susspenditur.

Anno Domini 1284. Margaretha[e] duxissa Brabantie, filia Guidonis comitis Flandrie, moritur et sepelitur Bruxellis, relictis quatuor liberis, quorum maior natu duxit filiam regis Anglie in uxorem.

Anno Domini 1285. Philippus Francorum rex auctoritate Honorii pape contra Petrum regem Arragonum proficiscitur cum exersitu copioso debellaturus; sed revertens propter muscarum infestationem et aeris intemperiem, negotium infectum dimiserunt; et ipse rex Frantie moritur, et eius caro Narbonis sepelitur, cor apud predicatores Parisius et ossa apud Sanctum Dionisium.

Anno Domini 1287. primo die Februarii commotum est mare; turbatis fluctibus et procellis eius, facta est inundatio orrida, lamentabilis et omni populo dolore plena, qualis nunquam post primum cathaclismum. Heu! lamentabile spectaculum et omni merore plenum; tercia pars Hollandie cum omnibus habitatoribus suis, bestiis et universis creaturis interiit. Flandria, Fresia, Anglia, Dachia et omnis locus mari contiguus huius doloris amaritudine fuit plenus.

Anno Domini 1288. quinto die Iunii Iohannes dux Brabantie prelium aggressus contra Henricum episcopum Coloniensem et comitem de Ghelre, quos idem dux fretus triumpho cum multis nobilibus in captivitatem duxit, castrum quod Valkenborch dicitur, Verhout et ducatum de Lenborch ense acquisivit. Comes de Luchenborch militia inclitus cum tribus fratribus suis et fratre presullis[b] Collonie, militia strenuis, cum aliis nobilibus, quorum incomprehensibilis erat compotus, in ipso conflictu viam carnis universe lantia vel ferro sunt ingressi.

Anno Domini 1290. Guido comes Flandrie, forti exercitu congregato, misit filios suos, videlicet domnum Robbertum comitem Nivernensem et Philipphum, contra Florentium comitem Hollandie in prelium, ut terram de Zelant cum suis pertinentiis obsiderent et eam comitatui Flandrie propter inobedientiam comitis Hollandie unirent, quia sepius ammonitus et in iure requisitus, ut homagium de dicta terra faceret; quod facere recusavit. Sed tandem vi compulsus, mandato et ordinationi domni comitis Flandrie, prestita cautione fideiussoria, se obligavit, sed fidem in obligatione non tenuit.

Anno Domini 1291. mense Augusti, qui erat annus quartus Nicholai quarti pape, destructa est civitas Achonensis a Sarrachenis. Qua destructa, Nicholaus papa quartus nuntios sollempnes misit ad omnes provintias Romane ecclesie subiectas, mandans et precipiens omnibus metropolitanis, ut quilibet in sua provintia celebraret consilium provinciale, et tractarent in suis consiliis, qualiter Terra Sancta miserabiliter desolata posset recuperari et recuperata in posterum conservari, et quid eisdem videretur expedire, si unus fieret ordo de tempelariis et hospitalariis; quorum contraria voluntate Terra Sancta diceba-

a) *Sequentia usque ad* Francie *in fine a.* 1291 *una manus scripsit.* b) *ita cod.* c) volens *cod.* d) *seu* uuchen. *an* Nuczen? (*i. e.* Neuss.) e) M. *c.*

tur et dicitur in manus inimicorum tradita; et ut super hiis quilibet metropolitanus procuratores ad curiam Romanam de sua provintia sufficienter instructos mitteret. Et fuit consilium Remense celebratum apud Compendium in die sancti Sebastiani martiris anno predicto. Item mandavit idem papa predicari sanctam crucem per universum mundum. Item eodem anno Radulphus Romanorum rex extremum clausit diem, et vacat regnum mensibus 10. Cui successit Adulphus comes de Assau. Item eodem anno obiit Iohannes, filius Guidonis comitis Flandrie et Madthildis de Bethunia eius coniugis, episcopus Leodiensis, et sepelitur Felinis. Item eodem anno obiit Michael episcopus Tornacensis; cui successit magister Iohannes de Vassonia, eiusdem ecclesie canonicus et archidiaconus Brugensis et cancellarius domni regis Frantie[a]. Item obiit Nicholaus papa quartus eodem anno 3. Non. Apr. Vacat sedes. Item eodem anno moriebatur comitissa Blesensis, cui successit Hugo comes de Sancto Paulo, filius patrui ipsius comitisse[b].

1292. Anno milleno trecenteno minus octo
Est per Flandrenses Hayonia suppeditata.
Cum cuius comite capto Franci remeare.
Tractat de pace discurrens inter eos dux.

Anno Domini 1292. feria 4. ante purificationem sancte Marie post solis occasum apparuit impressio vel genus comete sive miraculum inter occidentem et septentrionem ad modum stelle rubicunde, fere de maioribus; que erat mobilis de loco ad locum, nullo vestigio apparente, et cum directe incederet, in modum semicirculi ad locum suum revertebatur. Item in dominica sequenti et in quatuor diebus sequentibus in simili modo apparuit, minori tamen cursu et quantitate, et alia maior illa, alba et lucida, in parte septentrionis, vicina orizonti, mobilis Item in octava die purificationis visa fuit tertia similis prime et mobilis, in fine Geminorum, in latitudine australi.

a) *Pergit alia manu.* b) *manus iterum mutatur.*

# ANNALES FORMOSELENSES

## EDENTE D. LUDOWICO BETHMANN.

*Exscripsi hos annales ex codice beatae Mariae Formoselensis (Vormezeele prope Ypras) nunc Bruxellensi* 8675—8689 *membr.* 8vo. *s. XI. et XII., in quo manus saec. XI. exeuntis annis a Christo usque ad a.* 1123. *deductis continuo calamo apposuit ea quae inde ab anno* 770. *litteris minoribus expressa hic dedi, compilata illa ad verbum, sed satis mendose atque inepte, ex annalibus Alamannicis (SS. I), Heremi (SS. III)*[1], *Blandiniensibus (SS. V), neque proprium quid continentes praeter annos* 1023. 1030. *Desinit haec manus in anno* 1097. *Alius quidam saec. XII. ineunte addidit ea quae litteris obliquis expressi, ab anno* 1049—1081. *uno calamo, reliqua diversis temporibus. Tertius scripsit, quae reliqua leguntur sub annis* 1096—1110. *Quae tum sequuntur, manibus diversis exarata sunt diverso tempore, narratis aequali.*

Anni Domini. Anno Cesaris Augusti 42. Iesus natus est.
6. Herode mortuo . . . . . . . et Archelaus regnavit *etc.*
770. Sancti Othmari corpus ad monasterium sancti Galli est translatum[2].
771. Karlomannus rex obiit 2. Non. Decembr.
776. Karolus Saxoniam devastat.

1) fortasse codice quodam Ann. Alamannicorum, deperdito, ex quo haec in Ann. Heremi transierunt. W.
2) V. Ann. mai. S. Gall. et Herm. Contractum.

777. Karolus in Saxonia ad Padresprunna placitum habuit, ubi Saxones convenerunt excepto Windechinde, et ibidem magna multitudo eorum baptizata est.
781. Karolus de Roma Pipino baptizato reversus est.
783. Hiltegard regina obiit.
785. Rex Karolus Saxones conquisivit, et Widichindus ad eum venit Adtiniacum villam, ibique baptizatus est, omnisque Saxonia Francis subiecta est.
791. Elevatio sancti Amandi.
792. Pipinus comam deposuit capitis.
794. Karlus imperator obiit. Ludowicus successit.
795. Adrianus papa defunctus est, et Leo consecratus est.
796. Wandali suam patriam atque principatum Pipino regi tradiderunt.
799. Kerolt occisus est, et Leo papa à Romanis excecatus est.
801. Karolus imperator electus, primus Francorum augusti nomen promeruit.
806. Karolus divisit regnum cum testamento inter filios Lodowicum et Pipinum et Karolum. Eclipsis lune 4. Non. Sept., sol 14. parte Virginis, et luna in 16. parte Aquarii. Et in eodem mense 4. Kal. Mart. eclipsis lune. Et in eadem nocte apparuerunt acies in celo mire magnitudinis, morante sole in 11. parte Virginis. Iterum 11. Kal. Septbr. eclipsis lune facta est hora noctis 3. sole posito in 5. parte Virginis et luna in 5. parte Piscium.
810. Leo papa obiit.
813. Egino Constantiensis episcopus obiit.
814. Karolus imperator obiit.
815. Annus primus Lodowici.
817. Lidricus comes obiit, et Harlabecce sepelitur.
830. Inicium Sancti Galli.
833. Francorum dedecus.
835. Cenobium sancti Bavonis incenditur a Danis.
839. Ludewicus obiit. Eclipsis solis 3. Non. Mai.
841. Primus annus Lotharii imperatoris. Bellum trium fratrum.
842. Divisio regni inchoata.
849. Terremotus factus est.
851. Irmingard regina obiit.
856. Lotharius obiit.
857. Hildegard, Lothawici regis filia, obiit.
859. Iudith secuta est Balduvinum ferreum.
860. Hiemps magna, et mortalitas animalium.
861. Fames validissima.
863. Sanctus Meginradus occiditur heremita.
865. Gens Hunorum christianitatis nomen aggressa est.
866. Karoli regis soror Irmingard obiit.
868. Stella cometis. Fames acerrima et mortalitas hominum.
869. Lotharius imperator obiit.
872. Salomon episcopus obiit.
875. Lothawicus imperator obiit.
877. Balduvinus, filius Audacri, obiit. Carolus Calvus obiit, Blandinio sepelitur.
878. Karolus imperator obiit. Eclipsis solis.
879. Lothawicus, filius Karoli, obiit.
881. Karolus Rome cesar efficitur.
885. Wando episcopus effectus est.
888. Karolus imperator depositus est. Arnolfus in regnum elevatur.
893.[a] Obiit Hugo rex; cui successit filius eius Robbertus.
894.[a] Obiit Herkambertus Theucronum archiepiscopus[a*].
895.[a] Silvester, qui et Gerbertus, papa constituitur Rome. Et monasterium sancti Petri et sancti Bertini incessum est.
897.[a] Obiit papa Iohannes; cui successit Bruno.
911. Obiit Lothawicus rex, filius Arnulfi, et Conradus rex successit.
918. Balduinus comes obiit, et Blandinio sepelitur[b].
936. Ludowicus rex factus est. Heinricus obiit; cui filius eius Otto successit[c].
942. Roma rupta est ab Alarico[d].
954. Rodulfus rex obiit; et victoria facta est de Ungris.
959. Hoc anno ab Arnulfo marchiso hoc Blandiniense cenobium in maiori eligantia est constructum. Adala comitissa obiit.
963. Magnus Arnulfus comes obiit.
973. Obiit Balzo, filius Rodulfi comitis.
991. Obiit Arnulfus, nepos magni Arnulfi.
1007. Hoc anno facta est incursio in Gandavum Heinrici regis.
1014. Inundatio magna[e] maris.
1023. Secunda incursione in Gandavum Eppo et Cono occisi sunt.
1024. Obitus Heinrici imperatoris; cui successit Conradus.
1030. Reliquiae congregatae sunt Oldenardi.
1031. Obitus in hoc anno Otgivae comitissae.
1034. Obiit Balduvinus gloriosus marchisus.
1043. Obiit Hugo episcopus; cui successit Balduvinus.

a) *lege* 993. 994. 995. 997. *et Brunonem Gerberto praeponendum constat.* a*) *lege*. Hecbertus Treuerorum a. b) *correxi; codex habet:* DCCCCXI. Baldwinio sepelitur. Lothawicus rex f. A. e. C. r. s. et B. comes sepelitur. c) H. f. e. o. Otto s. *codex.* d) *v supra p.* 25. *n.* a. e) magni *cod.*

1) Ann. Blandin. a. 851.

1049. *Primus adventus imperatoris Henrici super Flandriam.*
1054. Hoc anno Heinricus imperator castrum Tornacum obsedit.
1055. Obiit Heinricus; cui filius eius successit Heinricus. *Fundatio aecclesiae Islensis*[2].
1066. Hoc anno apparuit cometa apud occidentem. Et Willelmus Bastardus invasit regnum Anglorum.
1069. Obiit Balduinus potentissimus marchisus. *Aecclesia Formosellensis libera facta est a Drogone episcopo.*
1070. Obiit Balduvinus episcopus Noviomagensis; successit Radbodo.
1071. *Gelu magnum.* Obiit Balduinus marchio, qui Hasnoni sepultus est. Cui sequente anno
1072. successit frater eius Robbertus, interfecto nepote eius Arnulfo et captivata matre eius Rikilde, fugato etiam a Flandria rege Francorum Philippo.
1077. Hiemps gravis.
1079. *Adela comitissa Mecenensis obiit 6. Idus Ianuarii.*
1081. Hoc anno 6. *Kal. Apr.* terrae motus magnus. *Ventus validus intumuit 8. Kal. Ian.*
1086. Robbertus iunior partem regni accipit.
1087. Hoc anno Cnuto rex Danorum interficitur. Et Willelmus rex Anglorum obiit.
1088. *Obiit Isaac Formoselensis 2. Kal. Octobr.*
1089. *Pestilentia ignearia ingrassata est.*
1090. *Obiit Rodulfus prepositus 14. Kal. Mart.*
1093. *Sol eclipsim patitur. Et Rotbertus comes Casletensis moritur 4. Idus Octobr.*
1095. *Concilium apud Clarmontem a papa Urbano celebratum.*
1096. *Commotio christianorum principum ad Hierusalem.* Rainoldus archiepiscopus Remensis obiit.
1097. Nicea a christianis capitur. Cometa in occidente apparuit.
1098. Antiochia a christianis capitur 3. Non. Iun.
1099. *Hirusalem*[a*] *capta est a christianis Id. Iulii. Iohannes consecratus est episcopus 16. Kal. Aug.* — Urbanus papa obiit; Pascalis successit.
1100. *Canonici Formoselenses regulariter vivere coeperunt per Iohannem episcopum 8. Kal. Ian.* Rotbertus comes de Irusalem[a*] rediit.
1102. *Aecclesia Iprensis legitime libera facta est et ad ordinem sancti Augustini conversa, a Iohanne episcopo Kal. Octob.*
1103. *Aecclesia Formoselensis amoto altari denuo consecrata est a Iohanne episcopo Idus Novembris.* Adventus Henrici imperatoris super Flandriam.
1106. Cometa in occidente apparuit. Henricus imperator obiit. Manasses Remensis archiepiscopus obiit.
1107. Henricus rex, filius Henrici imperatoris, Duacum obsedit.
1108. Philippus rex Galliae obiit; cui successit Ludovicus, filius eius.
1109. *Pestilentia ignearia ingrassari cepit.* Facta est eclipsis solis circa finem Mai.
1110. *Cometa apparuit versus aquilonem. Hiemps durissima et nives diuturnae.* Facta est eclipsis lunae circa inicium Mai.
1111. Obiit[a] Rodbertus comes 3. Non. Oct.
1114. Ventus[b] validissimus intumuit 14. Kal. Dec. Hiemps urissima secuta est.
1115. Obiit[c] domnus Adam de Formosele 3. Idus Apr.
1117. Paschalis papa obiit; Gelasius successit.
1118. Gelasius papa obiit; Kalixtus successit. Ventus validissimus intumuit 12. Kal. Ianuar. — Facta est eclipsis solis 11. Kal. Iun.
1119. Balduinus comes obiit 15. Kal. Iul. Karolus, eius nepos, successit. Eclipsis lunae.
1123. Domnus[d] Isaac abbas factus est 2. Idus Oct.
1124. Obiit Radulfus Remensis archiepiscopus. Obiit Kalixtus papa.
1127. Cometa visa est. Karolus Flandriae comes, laudabilis princeps, ab impiis interficitur. Cui[e] successit Willelmus Normannus. Quo sequenti anno interfecto, Teodericus successit.
1130. Obiit[f] Alboldus prepositus Walachrensis 6. Non. Oct. Obiit Ysaac, filius Adae, 2. Idus Nov.
1132. Obiit R.
1135. Obiit[g] Heinricus rex Anglorum; cui successit Stephanus.
1136. Obiit Ludowicus rex Francorum.

a*) *ita c.* a) *incipit manus quarta.* b) *inc. man. quinta.* c) *inc. man. sexta.* d) *inc. man. sept.* e) *inc. man. oct.* f) *inc. man. nona.* g) *inc. man. decima.* 2) Lille.

# ANNALES S. BENIGNI DIVIONENSIS

## EDENTE G. WAITZ PH. Dr.

*Annales breves una eademque manu usque ad annum 957. scripti, ex codice Coloniensi, ubi postea a diversis addita est continuatio, editi sunt Mon. SS. I. p. 97. Eosdem descriptos, sed multis notis auctos, quarum magna pars[1] ad res spectat Tullenses, in Annalibus reperimus S. Benigni Divionensis. Quorum 1) codex etiamnum in bibliotheca universitatis Divionensis asservatus et Nr. 269. notatus, anno 1837. a me exscriptus est. Saeculo XII. inc. exaratus esse videtur; continet vero praeter alia[2] fol. 44—57. cyclorum tabulam usque ad annum 1064. deductam, eandemque ultimis foliis usque ad annum 1215. continuatam. Quorum margini quidam saec. XII. usque ad annum millesimum notationes illas adiecit, quas partim cum Annalibus Coloniensibus convenire, partim res Tullenses explicare dixi, ita ut exemplar annalium illorum in hac urbe repetitum et auctum ante oculos habuisse videatur. Eadem vel eiusdem temporis manus anno 840 Annales Lugdunenses exscripsit. Successit manus, quae usque ad annum 1063, alia quae usque ad annum 1124. annales prosecuta est; et hi et alii scriptores prioribus annis res Lingonenses[3] et Divionenses[4], alii adiecerunt Virdunenses[5], alii denique varias congesserunt annotationes, quas tum e fontibus nobis incognitis, tum ex proprio rerum cognitione hauserunt; omnes vero saec. XII. inc. in hoc labore occupati fuisse videntur. Sed inde ab anno 1125. multi sibi succedunt auctores, qui plerumque rebus quas enarrant aequales fuerunt et satis accurata rerum cognitione imbuti. Verum etiam antecedentia saepe non minoris habenda sunt auctoritatis, quippe quorum maxima pars e codicibus antiquioribus sit descripta. Quod quo satius perspiciatur, quaecumque e codice Tullensi sumta videntur, littera obliqua exprimenda curavi, eaque ita distinxi, ut quae ad Annales Colonienses prope accedunt typis artius, reliqua latius positis indicentur. Caetera littera exprimuntur vulgari; sed quae cuique manui debeantur, quam accuratissime potui annotavi. — Ex his annalibus Besuenses (Mon. II. p. 248. editos) descriptos esse[6], nemo negabit qui videt notationes ibi a diversis scriptas hic uno calamo esse repetitas[7]. Neque tamen ultra annum 1118. Besuenses illorum vestigia sequuntur[8], quo*

1) a. 895. 906. 921. 934. 962. 963. 994. 996. 1000. 2) cf. Archiv VII. p. 445. 3) a. 838. 856. 880. 922. 981. etc. 4) a. 871. 912. etc. 5) a. 564. 753. (760.) 868. 882. 915. 923. 925. 939. 940. 951. 973. 1005. 1046. 1060. 6) Ann. S. Benigni minime ex Ann. Besuensibus fluxerunt. Neque S. Benigni monasterium a. 1002. sed iam saec. VI. conditum est. 7) Besuensis scriptor annos saepe male turbavit, e. gr. quae ad a. 828. pertinent ad a. 855. retulit, res a. 888. et 899. in cod. Divionensi una manu scriptas in a. 891 et 892. posuit. 8) A. 600. 652. 731. 830. 879. 883. 888. 933. (1033). 1052. (1087). 1088. 1101. 1103. 1105—1107. 1117. quaedam addunt, quae plerumque ad monasterii historiam pertinent. Nota a. 888. cum iis ad verbum convenit quae ex hoc codice Arch. VII. p. 448. edidi; ubi pro a. 869. fortasse 888. legendus est.

*fere tempore priores desinere scriptores Divionenses supra dixi; et quum etiam ex antecedentibus quaedam, e. gr. notae Virdunenses omnes, sint praetermissa, haec postea demum codici Divionensi illata esse, putarim. Annales Besuenses anno* **1119**—**1174**. *in monasterio illo continuati sunt, Sancti Benigni Divionenses in oc libro usque ad annum* **1214**. *a diversis deducti.* — *Alter vero exstat*

2) *codex Montispessulanus Nr.* 48. *fol., antea C. Bouhier B.* 48. *et olim in eodem sancti Benigni coenobio asservatus; qui saec. XIII. scriptus fol.* **11**. *sqq. cyclos continet ab anno* **1**—**1595**. *tribus columnis exaratos, in quorum margine annales leguntur ad supradictos prope accedentes. Usque ad saec. XII. paucae tantum exstant notae eaeque partim aliunde haustae; inde ab anno* **1108**. *vero plures occurrunt, quas, quamvis non uni debeantur scriptori, saepe ex* **1**. *esse desumtas, facile est intellectu*[9]. *Interdum fortasse idem utrique codici similem notationem intulit; alius hunc, alius illum praetulisse videtur. Post annum* **1214**. *vero hic solus quae in monasterio memoriae tradebantur recepit iisque usque ad annum* 1285. *ornatus est. Quae omnia anno* **1837**. *exscripsi.*

*Labbeus ex codice* 1. *magnam annalium partem edidit (Bibl. mss. I. p.* 293*); ex quo Bouqueti continuatores fragmenta receperunt (XI. p.* 345. *XII. p.* 310. *XVII. p.* 741.*). Quae in codice* 2. *leguntur hucusque, quod sciam inedita sunt.*

*G. WAITZ.*

(564.) Huius[a] *(Childeberti II.)* tempore sanctus Agericus Virdunensis episcopus claruit in miraculis; quod etiam Fortunatus poeta non tacet[10].

753.[b] *Ibi*[c] ***benedictus est Pipinus rex a sancto Stephano papa Parisius et filii eius Karolus et Karlomannus et filia Gisila inter sacra missarum sollempnia, precipiente sancto Petro et sancto Paulo et beato Dionisio.***

Ordinatio[d] domni Madeluci Virdunensis episcopi.

(760.) Temporibus[e] Pippini regis viguit sanctus Madelucus Virdunensis episcopus, cuius corpus in cripta sancti Vitoni sepultum, post 40 annos inventum est incorruptum.

768. *Pipinus*[11] *rex obiit 8. Kal. Octobr.*

769. *Initium regni Karoli regis.*

770. (*aut* 771.) *Et Karlomannus obiit 2. Non. Decembr.*

772. *Adrianus papa efficitur.*

776. *Conversio Saxonum.*

778. *Karolus in Spanias intravit.*

779. *Karolus Saxoniam venit.*

780. *Saxonia capta est.*

781. *Karolus Romam vadit.*

786. *Signum crucis in vestibus. Item Karolus Romam perrexit, deinde ad Sanctum Benedictum et Capuam.*

788. *Karolus per Alemanniam venit ad fines Bawariae.*

790. *Tassilo dux venit in Franciam, et Bawaria capta est.*

791. *Karolus pergit in Sclavos, qui dicuntur Wilti.*

793. *Karolus rex Hungrorum regnum vastat.*

796. *Obiit Adrianus papa; successit Leo papa.*

800. *Domnus Karolus rex imperator factus est, et a Romanis appellatus est augustus.*

a) *Hanc unam notationem manu β scriptam ex annis prioribus recepi. Caetera usque ad a.* 752. *omisi.* b) 752. *corr.* 753. *cod.* c) *prima manu. Haec exscripta sunt in Ann. Bes.* d) *manu β.* e) *manu γ.*

9) Vide quae notavi anno 1110. 1121. 10) V. Bertarii gesta epp. Vird. c. 6. Mon. SS. IV. p. 42. 11) Etiam ann. 768—772. ad Ann. in Coloniensibus exscriptos pertinere putarim, quamvis hi a. demum 773. incipiant. Fontes vero horum annalium Mon. SS. I. p. 96. indicati sunt.

809. *Transitus sancti Liudgeri episcopi et confessoris, capellani ipsius Karoli.*

814. *Karolus imperator obiit. Initium regni Ludowici, filii ipsius Karoli Magni.*

816. Leo[a] papa obiit.

817. Successit[a] Stephanus, et ipso anno obiit; successit Paschalis.

822. *Fames valida.*

823. *Visio Wetani.*

824.[14] Natus[b] est Karolus, filius Ludowici, in Franconofurt Idus Iun. In quo palatio novo illo anno imperator hiemavit; et a Paschali papa in die paschae Romae [Lotharius[c]] coronatus et imperator est apellatus. Drogo pridie Idus Iun. in Franconofurt presbiter est ordinatus[d], cui et episcopatus Mettensis est datus. — Paschalis papa obiit. Eugenius successit.

827. Valentinus successit papa, et ei successit Gregorius.

835. Annus 22. regni Ludowici.

838. Albericus[e] episcopus Lingonensis obiit 12. Kal. Ian.

840. *Hludowicus imperator obiit 12. Kal Iulii.* — Eclipsis[f] solis 3. Non. Mai.

Eclypsis[g.15] solis accidit in diebus laetaniarum 3. Non. Mai 4. feria circa horam diei octavam et permansit fere hora dimidia adeo obscura, ut stellae in caelo clarissime apparerent. Hoc anno sancte memorie Agobardus Lugdunensis episcopus obiit 8. Idus Iun. Ludowichus quoque imperator defunctus est 12. Kal. Iul., et memorabile atque insigne opus[h] quod forum vetus vocabatur Lugduni corruit ipso[i] die intrantis autumni, quod steterat a tempore Traiani imperatoris per annos fere septingentos.

Amolo[16], praefati episcopi diaconus, ordinatus episcopus Lugduni 17 Kal. Febr., et lacrimabile bellum inter filios imperatoris Ludowiçi haud[k] procul ab urbe Autisiodorentium; in quo christianus utrimque populus mutua se caede prostravit 7. Kal. Iul. Cuius etiam anni principio nocturnis horis lux ingens a parte aquilonis emissa, et longe lateque diffusa ferali portento noctem paene in diem vertisse visa est.

841. *Bellum inter tres fratres*, scilicet Ludowicum, Lotharium ac Karolum, filios Ludowici imperatoris.

843. Sergius papa successit.

846. Leo papa successit.

855. Benedictus papa successit. *Hlotharius rex obiit 4. Kal. Octobr., filius Ludowici.* Sic[l] introivimus.

856. Obiit[m] Teutbaldus episcopus[17] 16. Kal. Sept.

857. Nicholaus papa successit.

867. Adrianus papa successit.

868. *Fames valida.* — Hatto[n] Virdunensis episcopus obiit[o]; Berhardus successit[o].

869. *Item fames valida, et mortalitas hominum et pestis animalium.* — Lotharius[p] rex obiit.

871. *Ventus validus.* — Cepit[p. 18] Divionense monasterium. — Iohannes papa successit.

873. Adventus[q] locustarum.

877. *Prid. Non. Octob. obiit Karolus imperator et Hilmentrudis regina. Iterum Karolus Italiam ingreditur, et eandem terram Karlomannus per aliam viam intravit. Inde Karolus territus fugit, et in eodem itinere mortuus est.*

878. *4. Kal. Novembris eclypsis[r] solis 4. feria circa oram diei octavam, et permansit fere hora dimidia adeo obscura, ut stellae clarissimae apparerent.*

879. *Ludowicus rex Saxonum, adhuc fratre suo Karlomanno vivente, Bawariam ingreditur. — Obitus Ludowici regis 4.[s] Id. April.*

880. Obiit[t] Isaac episcopus[19] 15. Kal. Aug.

881. *indictio 14. die tertio Nonarum Augustarum mensis ipsius intrantibus die Marte et 6. concur. inierunt[u] bellum Franci contra paga-*

a) *manu diversa.* b) *alio atramento scripta, etiam in Ann. Bes. repetita.* c) *deest cod. et Ann. Bes.* d) effectus *corr.* ordinatus *c.* e) *manu δ; Ann. Bes. haec habent a.* 855. f) *alia manu.* g) *manu a prima paulo diversa* (α). *fortasse idem scriptor haec diversis temporibus codici intulit.* h) opis *corr.* opus *c.* i) ipse *c.* k) hau *c.* l) *eadem manu qua praecedentia; aut ad hunc aut ad a* 857. *pertinent.* m) *manu δ.* n) *manu nescio qua* (β *aut* γ). o) *iam vix legenda.* p) *manu ε.* q) *alia manu.* r) eclypsi solis *c.* s) *fortasse* III. *corr.* IIII. *c.* t) *manu δ* (?). u) initium *cod.* incoauerunt *Ann. Bes.*

14) rectius 823. 15) Ex Ann. Lugd. I. p. 110. 16) Haec ad a. 841. pertinent; v. Ann. Lugd. 17) Lingonensis. 18) Restauratum est; v. Chron. S. Benigni Div. ap. Dachery Spicil. ed. 2. II. p. 376. 19) Lingonensis.

*nos, Lodowico, filio Lodowici regis, primum exeunte ad pugnum, Deoque donante potiti sunt victoria, et pars innumerabilis eorum maxima cecidit.*

882. Obiit[a] Berhardus[20]; Dado successit.

884. *Sedes*[b] *Nordmannorum in Diusburg. Obiit Karlomannus rex Non. Decemb.*

885. *Karolus imperator efficitur Francorum.*

887. Burgundia[c] a Nortmannis vastatur.

888. *Karolus imperator obiit. Arnulfus rex efficitur.*

889. Odo[d] rex Francorum.

893. *Initium regni Karoli pueri. Huius miles Hagano.*

(895.) *Tullus*[e] *civitas succensa est* 2. *Non. April.*

895. *Arnulfus*[21] *Romae cesar efficitur; audita miseria famis ac mortalitatis et christiani hominis alterius carnem comedentis. Ungari*[22] *Italiam ingressi multa fecerunt; et Arnulfus imperator obiit, ac Lodowicus in regem elevatur.*

899. Richardus[f] comes Burgundiae pugnavit cum Nortmannis in villa Argentolio et occidit eos 5. Kal. Ian. — Obiit[g] Odo rex.

900. *Zundebaudus rex filium*[h] *Arnulfi occidit.*

901. Zendebauldus[i] rex obiit.

902. *Obiit Petronilla.*

904. *Bellum inter Conradum et Adalbertum*[k] *Francos; in quo Conradus cecidit.*

905. *Adalbertus capite plectitur.*

906. 3. *Id. Septembris obiit Ludelmus*[l] *episcopus*[23].

909. *Ungari Saxoniam et Thuringiam vastant.*

911. *Ludowicus, filius Arnulfi, obiit. Burchardus dux occiditur. Conradus, filius Conradi, in regem elevatur.*

912. *Cometae visae sunt.* Tunc[m] fecit Warnerius episcopus[24] privilegium de ecclesia sancti Vincentii[25].

915. Aecclesia[n] principalis sanctae Mariae Virdunensis igne succenditur[26].

916. 24. *annus Karoli.*

920. *Conradus rex obiit, et Heinricus successit.*

921. *Ordinatio domni Gauzlini presuli.*[27] 16. *Kal. Apr.* — Obiit[o] Ricardus comes 2. Kal. Septembris.

922. 17. *Kal. Iul. Karolus pugnavit cum Rotberto, et Rotbertus occiditur.* — Obiit[o] Warnerius episcopus 14. Kal. Aug.

923. Obiit[n] Dado Virdunensis episcopus.

925. Succedit[p] Bernuinus.

929. Iohannes papa obiit; successit Iohannes.

934. *Conversio monachorum sancti Apri.*

935. *Heinricus magnus rex obiit, et Otto successit.*

936. Iohannes obiit. Leo papa successit, et ei successit Stephanus, Stephano Marinus.

939. Bernuinus[q] obiit[r].

940. Berengarius[q] successit.

946. Marinus papa obiit. Agapitus successit.

951. *Otto rex Italiam ingressus, eam sibi subiugavit.* — De[q] monasterio sancti Petri et sancti Vitoni a Berengario episcopo et monacho pelluntur clerici, subrogantur monachi, quibus preficitur Humbertus abba primus.

953. *Coniuratio Liudulfi et ducis Conradi adversus Ottonem regem.*

954. Agapitus papa obiit. Octavianus successit.

957. *Liudulfus, Ottonis regis filius, subiugata sibi Italia, ibidem obiit.* — *Cruces apparuerunt in vestibus.*

a) *Haec in loco raso (manu β aut γ ?).* b) *tres fere litterae* (est?) *erasae c.* c) *alia manu. Ann. Bes. a.* 891. d) *alia manu ζ.* e) *fortasse etiam haec ad a.* 893. *pertinent.* f) *eadem manu qua a.* 887. — *Ann. Bes. a.* 892. g) *manu ζ.* h) *lege ex Ann. Col.* filius A. occiditur. i) *Alia manu aut eadem manu postea addita.* k) adalbcum *c.* l) hidelmus? *cod.* m) *alia manu (δ ?).* n) *manu γ.* o) *manu δ.* p) *alio atramento quam anni* 923. *notitia.* q) *manu γ (?).* r) *alia manu additur:* In decem et VIIII. annis sunt lunationes CCXXXV.

20) episcopus Virdunensis. 21) Haec Ann. Colon. a. 896. 22) Ann. Colon. a. 899. 23) Tullensis. 24) Lingonensis. 25) cf. Chron. S. Benigni l. l. p. 380. 26) Cf. Mon. SS. IV. p. 36. 40. 27) Tullensis.

961. *Otto puerulus in regem elevatur in Aquisgrani palatii.* — *Eclipsis solis fit.*

962. *Obitus domni Gauzlini presulis* 7. *Idus Sept.*

963. *Ordinatio domni Gerardi pontificis* 4. *Kal. Apr.*

965. Octavianus papa a Roma exiit. In cuius loco Iohannes substituitur.

966. Octavianus obiit.

972. *Otto magnus imperator obiit.*

973. *Obitus domni Humberti abbatis* 2. *Non. Decembris*, primi[a] abbatis monasterii sancti Vitoni.

981. Ordinatus[b] est Bruno episcopus[28] per manus Burchardi archiepiscopi Lugdunensis. 28

983. *Otto iunior imperator obiit.*

989. *In mense Aug. hora vespertina cometae visae sunt in occidente.* Rex[c] Robertus regnare incipit.

990. *Obitus pii patris domni abbatis*[29] *Rotberti in Non. Aug.* — Ordinatio[d] 29 domni et eximii patris Willelmi Divionensis[e] abbatis coenobii per manus memorandi[f] Brunonis Lingonenicae urbis episcopi in officio archimandrite atque presbiteri.

994. *Obitus domni Gerardi episcopi* 9. *Kal. Mai.*

996. *Bertoldus episcopus* 8. *Kal. Sept. ingressus in Tullum est* 5. *Id. Octob.*

997. Ordinatio eiusdem[g]

1000. *Obitus Stephani episcopi* 4. *Id. Mart.*

1002. Obiit[h] Otho tercius. — Hoc[i] anno incepta sunt novi fundamenta monasterii Divionensis 16. Kal. Mart. feria 3.

1003. In mense Februario cometae vise sunt mane in parte orientis.

1005. Obiit[k] Fingenius abbas[30]. Succedit Richardus piissimus; a quo et incepta 30 sunt fundamenta monasterii Virdunensis.

1015 Obitus[l] domni Warneri abbatis.

1016. Obiit hoc anno Bruno, Lingonensis ecclesiae episcopus eximius, et pauperum Christi tutor ac defensor . . . . . .

1017. successit[l] Lambertus.

1018. Hoc[l] anno fuit dedicata aecclesia sancte Marie in Divionensi monasterio cum toto atrio eiusdem loci per manus Lamberti episcopi feria 3. rogacionum. Mai 13.

1024. Heinricus imperator obiit, qui pro strenue amministratis regni gubernaculis aeternam sibi memoriam adquisivit; cui Cono in regnum successit.

1026. Hoc anno obiit Otto Burgundiae comes.

1027. Arnulfus prior obiit.

1030. Lambertus episcopus Lingonensis obiit; cui successit Ricardus, qui eiectus est ab episcopatu a Girardo archidiacono; pergens in Flandriam. obiit illic; et successit Hugo in pontificatu.

1031. Obitus patris eximii Willelmi.

1033. Hoc[31] anno eclipsis facta est solis die festivitatis sanctorum apostolorum Petri et Pauli, feria 6. meridianis horis, et stella clara visa est. Iuni 29.

1046. Obiit[m] Richardus abba[32] piissimus; succedit Walerannus, frater Hugonis Linguonensis episcopi; et obiit Richardus Virdunensis episcopus; cui successit Theodericus. — Ordinatus[n] est abbas Halinardus Lugdunensis archiepiscopus in loco qui dicitur Erbrestinc[33] coram Heinrico cesare, filio Cononis. 32 33

1049. Hoc anno venit sanctus Leo papa in Galliam, et in concilio Remensi depositus est Hugo Lingonensis episcopus; successit Harduinus.

a) *reliqua add. manus γ.* b) *manu δ.* c) *alia manu.* d) *alia manu.* e) *erasum est c.* Besuensis *Ann. Bes.* f) m. m. *in loco raso c.* g) *fortasse iungendum est:* 5. Idus Octob. ordinatio eiusdem, *quamvis ultima verba alia manu ad a.* 997. *scripta esse videantur.* h) *manu ε. Hic prima manus desinit.* i) *alia manu.* k) *manu γ.* l) *Haec eadem manu qua a.* 1015. *scripta sunt.* m) *manu γ.* n) *alia manu, quae etiam notas a.* 1049 — 1057. *scripsit.*

28) Lingonensis. 29) „quis sit iste Robertus abbas incertum," Mabillon Ann. IV. p. 62. 30) S. Vitoni Vird. 31) Haec fusius in Ann. Besuensibus explicantur. 32) Virdunensis. 33) cf. chron. S. Benigni Div. ap. Dach. Spic. ed. 2. p. 393. Fortasse Herbrechtingen in ducatu Wirtembergensi.

*Codex* 1.

1052. Hoc anno obiit Rome abba et archiepiscopus Halinardus, successitque ei in archiepiscopatu Humbertus et in abbatia Iohannes, abba Fiscanni, huius loci monachus; demissaque 3° anno, fuimus sine abbate annis duobus.

1056. Ordinatus est Adalbero abba Divionensis ab Harduino episcopo Lingonensi 6. Idus Aprilis.

1057. Hoc anno[a] dedicata est aecclesia
34 sanctae Mariae Saxios m . . . . s[34] a praefato Harduino episcopo, et confirmata carta est donationis, que facta est ab Aprimone comite et eius filiis.

35 1060. Obiit[b] Walerannus abba[35]; succedit Grimoldus.

1061. Obiit[c] rex Henricus. Philippus filius regnavit, coadiuvante fratre eius Hugone Magno, qui in exercitu Iherosolimitano potens claruit.

1063. Alexander[d] papa secundus obiit,

36 1064[36]. Stella[e] cometes apparuit; et Haroaldus rex Anglorum occiditur, Willelmo Normanno in regno succedente.

1065. Obiit Harduinus Lingonensis; cui successit Raynardus cognomento Hugo.

1074. Gregorius[f] papa septimus.

1075. Obiit Robertus dux Burgundie; successit Hugo, Heinrici filii eius filius.

1077. Obiit Adalbero abbas Divionensis, et eodem anno in concilio Augustidunensi domnus Iarento prior Casae-Dei ordinatus est 15. Kal. Octob. — Obiit[g] Rainardus Lingonensis episcopus. Successit Robertus.

1078. Hoc anno tonitrua et fulgura magna facta sunt in Ianuar. et Febr., et luna nigra et sanguinea visa est 3. Kal. Febr. — Bellum[h] in Saxonia, in quo Rodulfus rex occiditur. Wicbertus invasit sedem apostolicam.

*Codex* 2[i].

1052[k]. Hoc anno obiit domnus Allinardus[l] Lugdunensis[m] archiepiscopus et abbas istius ecclesie; cui successit Iohannes, abbas Fiscannensis, et monacus huius loci; postea dimisit abaciam, et fuimus sine abbate per tres annos.

1056. Hoc anno ordinatus Adalbero abbas Divionensis ab Harduino Lingonensi episcopo 6. Idus Aprilis.

1077. Hoc anno Adalbero defunctus est. Successit ei Gerento prior Case-Dei, et bene ministravit ibi. Obiit Regnardus Lingonensis episcopus; cui successit Robertus episcopus.

a *deest* 1. b) *manu γ.* c) *manu γ?* d) *alia manu.* e) *Cyclis in ultimis codicis foliis continuatis, magnam notarum partem usque ad a.* 1123. *una manus scripsit.* f) *alia manu.* g) *manu ε.* h) *manu posteriori.* i) *Quae hunc annum antecedunt partim cum* 1. *conveniunt* (*a.* 404. 407. 512. 526. 595. 1020.) *partim aliunde sumpta sunt* (*a.* 486. 802. 814. 910. 939. 969. 1000.) *Haec inde ab s. IX. hic afferre iuvat:*

802. Hic factus est Karolus, filius Pipini, imperator Romanorum; precibus Adriani pape vocatus, obsedit Longobardos in Papia et cepit Desiderium regem et uxorem eius, et fecit privilegia bona domino pape.

814. Hoc anno migravit Karrolus magnus imperator a seculo.

910. Hoc anno Willermus pius dux Aquitanie et comes Avernie, cum non haberet heredem, Cluniacense monasterium in fundo proprio, qui est in Burgundia in pago Masticensi, construxit, eidemque loco Bernonem abbatem preficiens, magnos de suis redditus prefato loco iure dedit hereditario. Eodem anno cepit edificare Dolense cenobium.

939. I[n]cidit prima opscuritas.

969 Incidit II. opscuritas. (*Haec manu posteriori*).

1000. [Obiit] Silvester papa, qui ante vocabatur Gilbertus; huius temporis completus est millenus annus ab incarnatione Domini. (*Haec manu s. XIV. XV.*)

1020. Hoc anno fuit dedicata ecclesia sancte Marie Divionensi monasterio, cum amoris affectu per manus Lamberti Lingonensis episcopi. (*cf. supra a.* 1018.) k) 1050. *corr.* 1052. 2. l) Allinnardus *corr.* Allinardus 2. m) lu . . . . 2.

34) Saxonum fontis in diocesi Lingonensi, ab Armone ecclesiae S. Benigni tradita; v. chartam Lamberti episc. Gallia christ. IV. p. 142. 35) S. Vitoni Virdunensis. 36) rectius 1066.

1085. Rodulfus[a] abbas de monasterio sancti Witoni egressus, persequtionem passus pro Romana aecclesia, Divionem venit.

1087. Papa[b] Victor III[us]. — Cometa[c] apparuit, et Willelmus rex Anglie obiit.

1089. Urbanus[b] papa.

1095. Concilium Augustidunense 36 episcoporum, ubi primo iurata est via Iherosolimitana.

1096. Concilium apud Clarum montem a papa Urbano habitum. Hoc anno turris cecidit et oppressit quatuor monachos et quatuor[d] famulos; t infinitus exercitus Iherusalem ivit, et[d] Antiochia capt st. Obiit Urbanus papa; successit Paschalis secundus[d].

1098. Cisterciensis[e] ordo incepit. Iherusalem a Francis obsessa et capta est.

1100. Rodulfus Virdunensis abbas. Hoc anno Iherusalem capta est.

1104. Post[e] patrem suum Philippum Ludovicus rex coronatur.

1106. Cometes[f] aparuit. Obiit etiam Heinricus augustus. Successit Heinricus, filius eius.

1107. Hoc anno venit papa Paschalis in Galliam, et ab ipso papa dedicata ecclesia sancti Mauricii[37] 14. Kal. Marcii, et concilium ab ipso habitum est apud Trechas Idus Maii.

1110. Obiit Rotbertus episcopus Lingonensis. Successit post duos annos Ioceranus.

1111. Hic[g] captus est Pascalis papa ab Henrico rege Theutonicorum.

1112. Obiit Iofredus Divionensis prior.

1113. Obiit domnus Iarento abbas. Successit Ademarus.

1116. Obiit Ademarus abbas. Successit Heninricus[h].

1117. Terre motus magni per loca et fulgura multos occiderunt.

1118. Obiit Paschalis papa. Successit Gelasius.

1119. Obiit Gelasius papa. Successit Calixtus.

1123. Concilium Rome habitum a Calixto papa, et facta est pax inter Heninricum[h] augustum et papam Calixtum. Heninricus abbas reliquit abbatiam suam. Successit Hugo Cluniacensis monachus. Hoc etiam anno stelle densissime de caelo vise sunt cecidisse, et magna mortalitas nobilium personarum facta est.

1124. Obiit domnus papa Calixtus; cui

1085. Hoc[i] anno venerunt monachi Virduni in ecclesia nostra.

1096. Hoc[k] anno capta fuit Antiochia a Francis.

1098. Hoc anno Cisterciensis ordo incepit. Iherusalem a Francis obsessa, capta est.

1100 Hoc anno turris de choro cecidit et obpressit quatuor monachos et quatuor famulos.

1107. Hoc[l] anno venit papa Paschalis in Gallia, et ab ipso papa dedicata fuit ecclesia ista, et concilium ab ipso habitum est [37] apud Trecas Idus Maii. Hic papa captus est ab Henrico imperatore Teotunico. Ipso[m] anno obiit[n] Robertus episcopus Lingonensis. Successit ei Ioceranıus post duos annos.

1113. Obiit Iarento abbas; cui successit Ademarus.

1116. Hoc anno obiit Ademarus. Successit Henricus.

1124. Hoc anno per Calistum papam Henricus dimisit abaciam istam; cui successit Hugo Cluniacensis monacus.

a) *manu posteriori.* b) *alia manu.* c) *alia manu.* d) *non plane constant.* e) *alia manu.* f) *fortasse alia manu usque ad a.* 1118. g) Hic — papa *in loco raso alia manu.* h) *ita c.* i) *alia manu. Eadem fere verba:* Hoc anno venerunt monachi . . . . . . . . . . . Virdun. in hac ecclesia *a.* 1135. *scripta erant, iam deleta.* k) *alia manu.* l) *Manus variae et coaevae sibi succedunt; quae tamen plura ex cod.* 1. *descripserunt.* m) *anno potius* 1110. *Sed in* 1. *ita scripta sunt, ut facile ad hunc annum referri potuerint.* n) *abscisum.*

37) Divionensis.

successit Honorius; et post 5 menses obiit Henricus imperator, cui successit[a]. . . .

1125. Hoc anno ad festum sancti Mam-
Aug. 17. metis[b] dimisit Iocerannus episcopatum, et Guilencus successit 5. Kal. Octob.

1129. Hugo dimittit abbaciam. Succedit Petrus. Ludowicus filium suum Phylippum fecit coronari Remis. Obiit Honorius papa.

1130. Obiit Honorius papa; cui successit Innocentius secundus.

1131. Concilium Remis habitum ab Innocentio papa. Philippus rex parvus obiit[c]; fratrem eius rex pater suus in eodem concilio coronari fecit.

1134. Obiit Heinricus rex Anglorum.

1136. Obiit Wilencus Lingonensis episcopus.

1136 (?). Hoc anno ordinatus fuit Willelmus de Sabran Cluniacensis monachus Lingonensis episcopus, et sedit ibi duobus mensibus. Sequenti anno ordinatus fuit eiusdem sedis episcopus Gottfridus Clarevallis monachus.

1137 (?). Hoc anno igni combusta est aecclesia ista cum toto castro et ecclesiis feria
38 4. vigilia apostolorum Petri et Pauli[38]. Multi etiam ipso anno potentes sunt defuncti, videlicet Lotharius imperator et Ludovicus pater rex Franciae. Obiit etiam Petrus Leo, qui sedem apostolicam[d] invaserat.

1140. Hoc anno ordinatus fuit domnus
39 Robertus, filius ducis[39], Augustidunensis episcopus, et eodem anno 15. Non. Aug. defunctus est.

1142. Obiit Hugo pacificus dux Burgundie. Hic dimisit Petrus abbas abbatiam suam[e].

1143. Obiit Innocentius papa. Successit Celestinus[f].

1145. Petrus Belnensis dimittit abbatiam. Successit Philippus.

1147. Hoc anno Eugenius papa et Ludovicus rex dominica medie quadragesime fuerunt pariter Divioni, et in crastino, 2. videlicet feria, consecrata est ecclesia Divionensis ab eodem papa. — Ludovicus rex Francorum [et[g] imperator] cum infinito exercitu Hierosolimitanum iter aggressus est.

1151 (*aut* 1152). Hoc anno fuit fames magna. Principes[h] multi occubuerunt. Ludovicus[i]
40 imperator, comes[h] Andegavensis[40], Tetbal-

1121[k]. Hoc anno ad festum sancti Mammetis dimisit Iocerannus episcopatum, et successit ei Wilencus.

1129. Hoc anno dimisit Hugo abbatiam istam; cui successit Petrus Gebenensis.

1136. Hoc anno igne combusta est ecclesia ista cum toto castro et ecclesiis........[l] in vigilia apostolorum Petri et Pauli.

1137. Hoc anno obiit Wilencus episcopus Lingonensis; cui successit Willelmus . . . .[l] Cluniaseensis[m], et sedit . . . . . . . . . . . .[l] . . . . . . . . . . . .

1141[n]. Hoc anno dimisit Petrus Gebenensis abaciam istam, qui fideliter ministravit, et in diebus suis adquisivit Ulmetum. Cui successit Petrus Berne.

1144. Hoc anno Petrus Bernensis dimisit abbatiam suam. Cui successit Philippus.

1146. Hoc anno Eugenius papa et Ludovicus rex Franciae dominica die qua cantatur Letare Ierusalem Divioni pariter fuerunt, et domnus papa consecravit ecclesiam istam 11. Kal. Marcii[o].

a) *ita c. Manu hac desinente, variae rebus aequales sibi succedunt.* b) Mãmẽtis *c.* c) *abscisum est.* d) postol *supplevi.* e) uam *abscisum.* f) *plura erasa sunt.* g) et imp. *alia manu add.* h) ipes, mes *abscisa.* i) *ita cod. pro* Conradus. k) *in cod.* 1. *haec e regione a.* 1121. *scripta sed signo ad a.* 1125. *relata sunt; id quod codicis* 2. *scriptorem in errorem induxit.* l) *lacuna quomodo explenda sit, ex altero patet codice.* m) *ita legere mihi visus sum.* n) *in codice anni* 1188 — 1215. *annos* 1140 — 1187. *antecedunt.* o) *alia manus corr.* : . . . . Maii, *recens vero* Aprilis *scripsit.*

38) Vigilia apostolorum Petri et Pauli nonnisi a. 1139. in feriam quartam incidit. 39) Burgundiae Hugonis. 40) Goffridus.

dus comes[41] et alii[a]. — Hoc etiam anno fuit magna penuria vini[a]. 41

1153. Hoc anno obiit papa Eugenius, et abbas Bernardus Clarevallensis.

1154. Hoc anno ante 8 dies natalis Domini obiit Anastasius papa, et successit Adrianus.

1155. Hoc anno 15. Kal. Febr. fuit terre motus magnus et 17[b]. Kal. Novembr. in dominica die circa horam terciam.

1159. Hoc anno venit hyemps magna, gelu et nix 4. Idus Octob.

1161. Hoc anno 2. Idus Febr. post mediam noctem obscurata est luna versaque est in sanguineum colorem, sicque mansit usque ad lucem.

1162. Hoc anno obiit mense Sept. Odo dux Burgundie, relinquens filium Hugonem.

1163. Hoc anno dimisit episcopatum Godefridus, et Galnerus, filius Hugonis ducis, episcopus factus est.

1167. . . . . . . . . . .[c] Inperator etiam apud Sanctum Petrum Rome cum[d] coniuge sua coronari se fecit.

1171. Martirizatur sanctus Thomas.

1175. Philippus dimittit abbatiam 13. Kal.[e] Ianuar. Succedit Iohannes.

1177. Hoc anno fames valida invaluit[f] . . . . . . tabula argentea maioris altaris pauperibus duxit . . . . . .

1178. Hoc anno apud Veneciam pax inter domnum Alexandrum et Fredericum imperatorem reformata est, et scisma sopitum. Hoc etiam anno cessavit ecclesia ista ligata a domno papa Alexandro, pro placitis domus de Moreius, quam Clarevallensibus monachis dimittere noluimus, et duravit interdictum a media quadragesima, quae tunc fuit 14. Kal. Aprilis, usque ad terciam sequentis anni dominicam post albas, que fuit 11. Kal. Maii, et tunc in concilio generali ab eodem papa soluta est. Hoc[g] etiam anno obscuratus est sol Idus Septembris circa horam nonam. Hoc ipso anno in sabbato magno pasche vise sunt ab omni populo tres columbe ad horam completorii super turrim beatissime Marie de sublimi descendisse et tanquam cereos ardentes secum detulisse.

1179. Hoc anno concilium Rome est ge-

1153. Obiit Eugenius papa.

1163. Hoc anno dimisit Cottfredus episcopatum; cui successit Warnerius, filius Hugonis ducis.

1166. Hoc anno natus fuit Philippus rex de illa regina que fuit filia Theobaldi comitis Campanie.

1171. Hoc anno martirizatus fuit beatus Thomas Cantuariensis episcopus.

1175. Hoc anno dimisit Philippus abatiam istam. Cui successit Iohannes lumbus.

1177. Hoc anno . . . . . . . . . . . . pro quo . . . . . . . . . . . . quod . . . de maiori altari . . . . . . . . . . erogato pauperum.

1178. Hoc anno apud Veneciam pax inter domnum Alexandrum papam et Fredericum imperat rem reformata est, et scisma sopitum. Hoc etiam anno cessavit ecclesia ista ligata a domno papa Alexandro, pro placitis domus de[h] Moreius[i], quam Clarevallensibus monachis dimittere noluimus, et duravit interdictum a media quadragesima, quae tunc fuit 14. Kal. Aprilis, usque ad terciam dominicam sequentis anno[k] post albas, que fuit 11. Kal. Maii, et tunc in generali concilio a[l] eodem papa absoluta est. Hoc etiam anno obscuratus est sol Idus Septembris circa horam nonam. Hoc ipso anno in sabbato magne[k] pasche vise sunt ab omni populo tres columbe ad horam completorii super turrim beatissime Marie de sublimi descendisse et tanquam cereos ardentes secum detulisse.

1179. Hoc anno concilium Rome est ge-

a) ii, ni *abscisa*. b) VIX. 1. *Dies* 16. *Octob. fuit dominica*. c) *Linea et dimidia erasa*. d) *abscisum*. e) *non plane constat*. f) ualuit *non satis patet*. g) *alia manu pergit* 1. h) *littera* d *in* 2. *abscisa est*. i) moreu is 2? k) *ita* 2. l) a *corr. postea* ab 2.

41) Carnotensis et Blesensis.

nerale celebratum a domno Alexandro papa tercio. Ipso anno Philippus rex Francorum coronatus est Remis in festivitate omnium sanctorum. — Obiit Galterus Lingonensis episcopus 6. Idus Ianuarii. Succedit Manasses.

1181. Alexander papa tercius obiit. Successit Lucius tercius.

1182. Iohannes dimittit abbaciam 2. Kal. Iulii. Successit Aymo.

1183. Hugo dux Burgundie Beatricem, filiam Delfini comitis Alboni, duxit in uxorem apud Sanctum Egidium.

1185. Hoc anno obsedit Hugo dux Burgundie Vergei et nichil penitus ibi fecit, imo rex Gallie Phillipus dominio suo eum subiugavit. — Obiit Lucius papa. Succedit Urbanus tercius.

1186. Hoc anno idem rex Castellionem cepit et conbussit. Hoc anno inter papam et imperatorem discordia orta est, et Henricus filius imperatoris amittam Guillelmi regis Apulie apud Mediolanum duxit in uxorem et sibi subiugavit Tusciam.

1188. Hoc anno 12. Kal. Aprilis obiit domnus Aymo abbas huius loci; eodem die domnus Petrus electus est, et exhinc 5. die consecratu est apud Trecas a domno Manasse Lingonensi episcopo, presente alio Manasse Trecense episcopo.

1190. Hoc anno dominus imperator, rex Francorum Philippus et rex Anglie crucem sumpserunt Iherosolimam proficiscendi, Saladino totam terram devastanti occurrere volentes; et multi alii nobiles et potentes cum eis profecti sunt.

1192. Hoc anno cometes apparuit.

1200. Hoc anno concilium apud Divionem in ecclesia ista convocatum est a domino Petro Capuensi, sancte Marie in Via lata

nerale celebratum a domno papa Alexandro tercio. Ipso anno Philippus rex Francorum coronatus est Remis in festivitate omnium sanctorum. — Obiit Galterus Lingonensis episcopus 6. Idus Ianuarii. Successit Manasses.

1181. Obiit papa Alexander. Successit Lucius papa tercius.

1182. Iohannes Lumbardus Fructuarensis dimisit abbaciam 2. Kal. Iulii. Successit Aymo, qui tunc erat abbas Sancti Secani[42], monachus istius ecclesie; et fuit ibi per 16 annos, et bene ministravit.

1183. Hoc anno dux Burgundie Hugo Beatricem, filiam Dalfini comitis Alboni, duxit in uxorem.

1184. Hoc anno obsedit Hugo dux Burgundie Vergei[a] et nichil ibi penitus fecit, imo Philipus rex Francie dominio suum[b] eum subiugavit.

1185. Hoc anno Lucius papa obiit. Successit ei Urbanus tercius.

1186. Hoc anno idem rex Castellionem cepit et conbussit. Hoc ipso anno inter Urbanum papam et Fredericum imperatorem orta est discordia, et Henricus filius imperatoris amittam Guillermi regis Apulie apud Mediolanum duxit in uxorem et . . .[c] Hoc anno capta fuit Iherusalem a Saladino.

1187. Hoc anno natus fuit Ludovicus, filius Filippi regis de Elisabeth regina, que fuit soror Balduini comitis Flandrie.

1190[d]. Obiit domnus Aymo abbas huius loci; domnus Petrus sustituitur. Ipso anno inperator Iherusalem adivit . . . . . . Rex Francorum Philipus et rex Anglie Ricardus Iherosolimam adeunt [cum[e] eis Hugo dux Burgundie, filius filie comitis Theobaldi comitis Campanie, qui remansit ibi post recessum regis, et mortuus est ibi, et in sequenti anno rex Anglie captus fuit a Teotonicis]. Obiit regina Francorum[f] Helisabez.

1195. Obiit Manasses Lingonensis episcopus; cui successit Warnerius abbas Clarevallensis.

1200. Hoc anno concilium convocatum in hac ecclesia a domino Petro Capuensi, sancte Marie in Via lata diacono cardinali, et in-

a) uergein? 2. b) *ita* 2. c) *quaedam erasa sunt* 2. d) *Annus et* Obiit d *abscisa sunt* 2. e) *haec alia manu post add.* 2. f) Fran *abscisum* 2.

42) in diocesi Lingonensi.

diacono cardinali, apostolice sedis legato, et interfuerunt ibi Lugdunensis, Remensis, Bisuntinensis et Viennensis archiepiscopi, et cum eis 18 episcopi et domnus abbas Cluniacensis et Verzenliacensis[43], Sancti Remigii Remensis, Sancti Dionisii Parisiacensis et alii quam plures, quorum numerum non expressimus; et duravit concilium a festivitate sancti Nicholai, que est mense Septembri, usque ad septem dies. Post paucos vero dies predictus cardinalis apud Viennam particulare revocavit concilium, ubi promulgavit sententiam a domino papa Innocentio datam in omni terra que subiacet et obedit regi Francorum, ita quod in ecclesiis nullum celebraretur officium divinum preter baptisma parvulorum et penitentie morientium; et duravit interdictum apud nos a tercia die post purificationem beate Marie usque in vigilia exaltacionis sancte crucis. Hoc etiam anno domnus Varnerius episcopus Lingonensis cessit episcopatui per manum domini Innocentii pape. Successit ei Hilduinus, ipsius ecclesie tunc decanus.

1204. Hoc anno 16. Kal. Mai capta fuit Constantinopolis a Francis. Hoc ipso anno cessit donnus Petrus de Granceio abbacie isti, et successit ei donnus Nyvardus, et 12. Kal. Aprilis recepimus eum.

1206. Hoc anno cessit donnus Nyvardus; succedit ei donnus Walterius Parisiensis.

1207. Hoc anno factus fuit donnus Walterius abbas Verziliacensis[a], et donnus Adam fit abbas huius loci.

1209. Hoc anno defunctus est Rodericus episcopus. Successit Willelmus de Ionis villa.

terfuerunt ibi Lugdunensis, Remensis, Bisuntinensis, Viennensis archiepiscopi, et eorum suffragani[a*], et abbates pene tocius regni; et duravit concilium a festivitate sancti Nicholai, que est mense Septembri, usque ad septem dies. Hoc anno venit frater comitis Avernie monachus Cluniacensis, volens regere abbatiam istam super domnum Petrum, et non prevaluit.

Hoc anno domnus Garnerius expulsus est ab episcopatu Lingonensi; cui successit Holduinus[a*].

1203. Hoc anno obiit Holdoinus episcopus Lingonensis; cui successit Grobertus.

1204. Hoc anno capta fuit Constantinopolis a Francis. Ipso anno cessit domnus Petrus de Granceio abbacie isti, et successit ei Nivardus [abbas[b] Sancti Sequani[c], qui fuit abbas per annum et 5 menses; successit ei Walterius monachus Sancti Germani Parisius, qui fuit abbas per duos annos uno mense minus; postea factus est abbas in abbatia Verziliacensi[d]. Post hunc vero successit Adam, et fuit abbas per 5 annos et tres menses; cui successit[e] Gilebertus.]

1207. Hoc anno factus est Adam abbas, monacus istius ecclesie, prior Sancti Apollinaris; qui cum regeret abbaciam istam, vendita fuerunt ornamenta ecclesie nostre, scilicet cappe sirice, et pallia, et cruces auree, et calips aureus duodecim marcarum, et plures calices argenteos, et bacinos[f], et fialas argenteas, et alia plura, et possessiones multas; forte non culpa sua, set ultione divina, ipse et ceteri qui consenserunt ab abbatia detrusi sunt.

1209. Hoc anno obiit Grobertus episcopus Lingonensis. Cui successit Willelmus de Ioinvilla.

a) ....z..acensis 1. a*) *ita* 2. b) *quae sequuntur a manu posteriori in loco raso scripta sunt. Verba quae supersunt* cessit domnus Nivardus *notas priores cum cod.* 1. *convenisse ostendunt.* c) *de vocabulo non satis constat.* d) uerliziuensi? 2. e) suc *abscisum.* f) ci *non plane constat.*

43) in diocesi Augustidunensi.

1210. Hoc anno Bedays et Calcarsonia, civitates Albi........[a], et maxima pars terre eorum expugnatur a Francis.

1212. Vadit exercitus christianorum in Hispaniam contra Sarracenos.

1213. Hoc anno fuit donnus Ludovicus Remis coronatus a Willelmo archiepiscopo, presente rege Iherusalem, et in festo sancti Systi; et sequenti anno cepit Iarochale et Thoar et Mior et Bordaul. Eodem anno receptus fuit Iohannes rex Iherusalem in ista ecclesia in exaltacione sancte crucis.

1214. Anno Domini 1214. 6. Kal. Aug. luna 16. pugnavit rex Francie et dux Burgundie contra Otonem imperatorem apud Cambrais, et devicit eum, et imperator Odo in fugam conversus est, et maxima pars suorum sublimiorum baronum capta fuit et ducta ligata apud Parisius.

*In sequenti pagina haec leguntur:*

Anno 1243. dominica ultima oct[i] sancti Apollinaris vise sunt stelle cadere de celo.

1210. Hoc anno Odo dux Burgundie et comes Nivernensis et alii plures barones ierunt ad debellandum Albigenos, et devastaverunt Bedes et Carcasoniam, et facta est immensa occisio Albigenensium; et post hec remansit ibi comes de Monteforti ad conquirendam totam terram.

1212. Anno ab incarnatione Domini 1212. 7. Idus Marcii, 6. feria, ante mediam noctem anno bisextili natus est Hugo, filius Oddonis ducis de domina de Vergerie[b], et fuit baptizatus ab Goslimo[b] Eduensi episcopo in estivo tempore die .....[c] apostoli in ecclesia sancti Iohannis baptiste.

1213. Hoc anno cessit Adam. Cui successit Gelebertus prior Saxifontis[44].

1214. Hoc anno rex Francie Philippus ivit in Flandriam contra Otonem imperatorem anatematum, et debellavit eum rex, et cepit ducentos milites et 60, excepto comitem Flandrie et comitem Bolonie et plures alios de Teotonica terra. Non fuerunt ibi de principibus nominatis nisi dux Burgundie qui vocatur Odo. Hoc factum fuit 6. Kal. Augusti, scilicet 3. die post festum sancti Iacobi et Christofori, et fuit dominica dies.

1215. Hoc anno Innocentius papa tercius convocavit generale concilium in Lateranensi ecclesia, ubi pene corpus universalis ecclesie fuit.

1216. Hoc anno obiit donnus Innocentius papa tercius 10. Kal. Augusti apud Perusium, et sepultus est in ecclesia sancti Herculani; cui successit Honorius papa tercius. Eodem anno Ludovicus, filius Philippi regis Francorum, intravit Angliam ad conquirendum eam, auxilio et consilio baronum Anglie; et eodem anno rex Anglie, qui vocabatur Iohannes sine terra, mortuus fuit. Eodem anno imperator Constantinopolis obiit Henricus Flandrensis. Cui successit Petrus comes Autissiodorensis. Eodem anno Thomas venerabilis episcopus Lesmorenensis[45] moram faciens in ecclesia sancti Benigni, consecravit altare sancti Blasii 14. Kal. Octobr. — Hoc anno venit domnus Airardus de Bregne a transmarinis partibus, et adduxit secum filiam Henrici comitis Campanie, quam duxerat in uxorem. Eodem anno Oto, filius domini Saxifontis, qui erat prior eiusdem loci et monacus Sancti Benigni, electus fuit in abbatem Luxovii; et[d] fuit ibi per quinque menses; postea factus monachus Clarevallensis, ibi fuit per quatuor menses, et postea mortuus est.

1217. Hoc anno fuit magnus ventus per totum mundum. Mortalitas hominum, defectio fructuum.

1218. Hoc anno mortuus fuit Oddo dux Burgundie cruce signatus, qui fuit filius

a) *non* albigensium *sed* albit...lium *aut simile quid scriptum fuisse videtur.* b) gerie, limo et *alia quaedam hoc anno non plane legenda. Episcopus Eduensis fuit Galterius.* c) *ad cod. 2. habere videtur. Sed dies Andreae apostoli 30. Novembr. fuit.* d) *reliqua alia manus add.*

44) in diocesi Lingonensi. 45) in Irlandia.

ducisse Lotoringie. Eodem anno mortuus fuit Symon comes Montisfortis, qui infestabat Albigenses. — Hoc anno obscessa fuit Damiata a christianis intrante mense Iulio, et fuerunt ante eam* per annum et quatuor menses et quinque dies, et capta est ab eis Domino operante.

1220. Hoc anno promotus fuit Willelmus episcopus Lingonensis in archiepiscopatu Remensi; cui successit[a] Hugo de Monte regali.

1223. Hoc anno venit in Gallia Iohannes rex Iherosolimitanus, et receptus fuit a Philippo rege Francorum et ab omnibus principibus regni sui cum magno gaudio et honore. Postea eodem anno defunctus fuit supradictus Philippus gloriosus rex Francorum, et sepultus in basilica sancti Dyonisii septimo decimo Kal. Augusti cum magno luctu et tristicia tocius populi regni sui, praesente supradicto Iohanne rege Iherosolimitano. Item eodem anno coronatus fuit Lodovicus, filius supradicti Philippi, in civitate Remensi a Willelmo tunc archiepiscopo eiusdem civitatis, praesente supradicto rege, cum gaudio magno et pace tocius populi Gallie 8. Idus Augusti.

1226[b]. Hoc anno obsedit Lodovicus rex Francorum cum innumerabili exercitu die pentecostes Avinionem, et sedit ibi fere quatuor menses; ibi vero fuit occisus comes Sancti Pauli et multi alii nobiles et innobiles; postea reddita fuit ei civitas, et subvertit omnes muros civitatis et omnem fortitudinem, et totam[c] aliam terram subiecit sibi usque[c] ad Tolosam. — Ipso autem redeunte ab[c] praedicta civitate, defunctus est apud civitatem[c] Pancier[43], et sepultus in monasterio sancti Dionisii post patrem[c] suum; filius autem eius 43
Ludovicus coronatus est Remis in vigilia . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .[d]

1231. Hoc anno obiit Hugo episcopus Lingonensis feria 3. ante Letare Iherusalem. Cui successit Robertus de Toreta.

1236. Hoc anno natus filius Hugonis ducis Burgundie.

1239. Hoc anno exierunt Tartari de terra sua et destruxerunt Rusciam, Poloniam et Ungariam.

1240. Hoc anno fuerunt barones Francie deviti[e] rex Navarre, dux Burgundie; comes Barri mortuus fuit et comes Montisfortis et comes Nivernensis et multi alii nobiles.

1241. Hoc anno obiit bone memorie domnus abbas Raymundus illius ecclesie, qui construxit grangiam . . . . . . . . . infra hanc abaciam et hanc ecclesiam[e*] *nostris* debitis aquisivit . . . . . . . . . . . . *fecit*. Cui successit domnus [Stephanus[f]] natus de Loio annis 12 et dimidio. — Hoc anno obiit Gregorius IX[us]. Tempore ipsius fuit discordia inter se et Fredericum inperatorem, qui duravit per annos . .[g], et cessavit sedes per duos menses, et fuerunt capti[h] duo legati et multi prelati, archiepiscopi, episcopi et abbates, et archiepiscopus Bissuniensis periit in mare. Cui suscessit Celestinus, et duravit per 15 dies, et cessavit sedes per annum et anplius; cui suscessit Innocencius quartus, qui statim recessit a Roma et venit Ludunum[i], et celebravit concilium ibi anno secundo pontificatus sui.

1244. Hoc anno fuerunt rex et regina apud Divionem. — Hoc anno destruxerunt Babilonii terram promissionis et sepulcrum Domini usque ad Tirum et ad Cor[k] civitates.

1249. Hoc anno obiit domnus Hugo Lingonensis episcopus et quondam abbas Cluniacensis, cruce signatus ultra mare, et in sequenti anno successit ei Guido de Rochefort, canonicus eiusdem ecclesie. — Hoc anno Lugdovicus rex cum uxore sua et duobus fratribus suis Karolo et Roberto ivit ultra mare, contra paganos pugnaturus; qui in primo adventu suo cepit Damietam et possedit eam fere per dimidium annum, sed permissione Dei accidit ei quoddam infortunium. Nam tempore paschali exiens de Damieta cum multis milibus peditum et militum, pugnavit cum paganis; et detentus fuit in eodem bello et multi barones cum eo, et frater eius Robertus occisus est; set redentus fuit et omnes qui cum eo eo erant 100 milibus marchis auri, tali conditione quod Damieta redderetur; qua reddita, destruxerunt[l] eam pagani funditus, dicentes quod propter eam semper infestabantur.

*) eum *c.?* a) successi *c.* b) *in codice haec ad a.* 1227 *relata esse videntur.* c) et to, usque, ab, ciuita, ost pa *abscisa.* d) *supple:* festiuitatis sancti Andree. e) *ita legere mihi visus sum. Principes in terram sanctam profecti ibique devicti sunt; cf. Guillelm. Nang. ap. Bouquet* XX. p. 328. e*) *non plane constat.* f) *ita supplevi.* g) *ita cod. spacio relicto.* h) caupti *cod.* i) ludū *cod.* k) *vel* Adcor? *fortasse:* Accon. l) destuxerunt *cod.*

43) Montpensier.

1252. Hoc anno exierunt pastores cum multis adiunctis eisdem, volentes transfretare, et dicentes quod Dominus in nativitate sua voluit manifestare se per angelum pastoribus, et ideo volebant adire locum ubi natus fuit et expugnare inimicos eius; set illud propositum in frivolum redactum fuit.

1254. Hoc anno obiit dompnus[a] de Loio, abbas istius eclesie, vir prudentissimus atque fidelissimus, scilicet in capite ieiunii, quod tunc fuit 5. Kal. Marcii, qui ante[b] 15 dies in periculo mortis positus, in manu episcopi Lingonensis resignavit, et bene ministravit ibi; die autem crastina deposicionis sue electus fuit dominus Petrus de Fosseto

1255. Hoc anno obiit Innocencius papa IIII; cui[c] successit domnus Alexander papa IIII, qui erat episcopus Hostiensis.

1259. Hoc anno fuit infirmitas et mortalitas hominum in toto mundo, ita ut pauce domus essent in quibus aliquis sanus inveniretur; cepitque inicium hec mortalitas in magna ebdomada ante pascha, duravitque circiter unum mensem.

1260. Hoc anno fere in universo orbe christiano ceperunt se homines laici cum multis clericis corrigiis verberare, induti vestibus albis, humeris discoopertis.

1261. Hoc anno obiit domnus Alexander papa IIII, scilicet 14. Kal. Iunii.

1266. Hoc[d] anno Karolus princes strenuus, frater Ludovici gloriosissimi et christianissimi regis Francie, adiit honorifice cum uxore sua et liberis suis Apuliam cum multis milibus Francorum, Menfredum apostatam expugnaturus, quem sine gravi dampno devicit et occidit. Nam arma sua mutaverat predictus Menfredus in exercitu suo et a casu ocisus, ignoratur, quis eum ociderit. Quo ociso, et uxore sua et filiis eius captis, et comitibus et baronibus plurimis captis, Karolus rex Sicilie et Apulie et Calabrie effectus est.

1267. Hoc[e] anno Oddo, primogenitus ducis Burgundie, miles bonus prudens atque catholicus, obiit in partibus transmarinis; qui in morte sua maximum nobis omnibus ostendit humilitatis exemplum. Nam octo diebus antequam moreretur portari se fecit in hospitali pauperum extra muros Ancone[f] civitatis, ibique amotis vario et griso omnibusque ornamentis regiis, fecit se poni in pauperculo lecto et sine pluma, coopertus tantummodo de quadam vitta, precepitque militibus suis iureiurando mediante, quod in morte sua nil sollempnitatis ageretur preterquam[g] divinum officium et sola candela arderet in morte et in inhumatione ipsius.

1271. Hoc anno cecidit turris de choro et neminem oppressit, ceteris autem muralibus templi evincl . . . indutibus ex voluntate monachorum et artificis . . . . . . . .

1285. Hoc anno surrexit Philipus rex Francie contra Petrum condam regem Aragonensium, condempnatum a domino papa Martino IIII, cum multis baronibus Francie et manu valida bellatorum; in quo etiam exitum[h] potitus[h] est ipse rex Philipus cum infinita multitudine suorum. Ille etiam apostata nutu divino eodem anno vitam finivit. Eodem autem Philipo rege Francie mortuo, successit ei in regno filius eius Philipus nomine, faciem pulcerrimus, agens 22. annum; qui etiam fuit[i] rex Navarrie et comes Campanie, et multas alias[i] terras possedit. Hoc etiam anno mortuus fuit Martinus papa IIII, et successit Honorius.

a) Dps *c. fortasse* Stps *i. e.* Stephanus. b) an. *c.* c) *bis duabus lineis scriptum.* d) Hoc — cum multis *in loco raso alia manu quam reliqua.* e) Hoc — exemplum *eadem manu qua anni* 1266 *initium in loco raso scriptum.* f) *ita c.* g) praeter quod? *cod.* h) itum, titus *non plane constant.* i) *supplevi iam non legenda.*

# ANNALES BARENSES.

*Cycli decennovennales in ecclesia Barensi adnotationibus aucti compluribus opusculis inde derivatis originem dederunt. Habemus enim* A n n a l e s  B a r e n s e s, *quos ex codice* 1) *Vaticano inter Urbinates N.* 983. *signato et circa annum* 1490. *scripto ope Nicolai Aloysiae descriptos Muratorius Antiquitatum T. I. sub titulo Chronici Barensis*[1] *primus evulgavit, nosque iam opere V. Cl. D. Heyse Ph. Doctoris cum codice collatos multo emendatiores sistimus. Qua in re usi sumus praeterea* 2) *C. regio Matritensi V.* 83. *membranaceo saec. XV. qui magnam annalium nostrorum partem chronico Lupi protospatarii illatum in linguam Italam convertit, atque ex codice vetustiore, Urbinatis fonte, derivatus est; qui quo fato Matritum pervenerit si nescitur, id saltem constat, eum antea in Italia descriptum fuisse, prout in codice Lupi apud ducem Andriae olim adservato factum videtur*[2]. *Complures etiam notitiae in* 3) *chronicon quod sub ignoti Barensis nomine a Peregrinio primum editum est emanarunt*[3]. — *Ultimam annalium partem circa annos* 1040—1043. *adiectam fuisse, facile credas.*

*Annalibus Barensibus usus est etiam auctor chronici quod sub* L u p i  B a r e n s i s  p r o t o s p a t a e *nomine inde a XVII. saeculo laudatur. Ediderat id Antonius Caracciolus in chronologis quatuor Neapoli a* 1626. *evulgatis p.* 93. *ex apographo codicis Urbinatis male confecto, adhibita versione Itala ducis Andriae; cuius editionem Muratorius*[5], *Burmannus*[6], *Carusius*[7] *et Pratillus*[8] *repetiverunt. Auctor quisquis fuerit — nam Lupi nomen codicum nullus profitetur*[9] — *patria Barensis, cyclis antiquis et annalibus supra laudatis*[10] *usus, exeunte saeculo XI, fortasse annis* 1082—1090, *scripsisse videtur, nisi etiam annorum* 1091—1102. *historiam ei potius quam continuatori cuidam Materensi attribuas. Fontibus aut minus accuratis usus aut bonis abusus est, siquidem e. g. Ottonis I. victoriam de Ungris anno* 945. *Ottonis II. pugnam cum Sarracenis anno* 981. *Ottonis III. obitum anno* 1000. *tribuit, loco Heinrici III. Cononem, pro Wilhelmo I. conquestore Robertum scribit. Annum nonnunquam cum Salernitanis ab incarnatione Domini d.* 25. *Martii inchoat*[11].

*Novam operis recensionem subsidiis compluribus in rem nostram collatis instituere licuit, quorum primum locum obtinet*

1) *C. Vaticanus inter Urbinates N.* 983. *supra laudatus, circa a.* 1490.

1) recusum a Pratillo in Hist. princ. Long. IV. 348 sqq. 2) v. Peregrinium in praefatione ad Lupum. 3) e. g. a. 1026, 1034, 1035, 1040, 1042. 5) SS. Ital. V. 37 sqq. 6) Thes. Ital. IX, 1. 411. 7) Bibl. Sicil. I. 35. 8) Hist. princ. Lang. IV. 17. 9) De Lupo protospatario Brundusino v. Peregrinii praef. 10) cf. a. 901, 924, 926, 927, 947, 994, 1002, 1010, 1019, 1040, 1042, 1043. 11) Anno 1067. cometam, qui a. d. 8. Kal. Mai a. 1066. apparuit, et invasionem Angliae, anno 1099. synodum Barensem tribuit.

12 *exaratus, quem in usus nostros cum editis contulit Cl. Heyse Ph. D.*[12] *Ad quem proxime accedit versio Itala sive*

1ª) *C. Matritensis V.* 83. *membr. saec. XV, a beatae memoriae F. Heinrico Knust Hannoverano, sodali nostro nuper heu! praematuro fato extincto, exscriptus, quem ex Annalibus Barensibus interpolatum supra monui. Versionis auctor textum nonnunquam male intellectum in universum tamen bene expressit. Inscribitur ita: INCOMINCIA IL LIBRO DE LI ANNALI DE LI GESTI FACTI IN ITALIA AB ANNO DOMINI VI*[Cmo] *IN FINE AD M*[mo] *C*[mo] *II*[do].

2) *C. regius Parisiensis N.* 6061. *chart. in* 8[vo] *saec. XVI. ineuntis in compluribus quidem cum codice Urbinate consentit, in aliis tamen una cum reliquis ab isto recedit. Contulit eum cum editis Bethmannus noster.*

3) *C. musei Burbonici Neapolitanus chart. in* 4° *saec. XVI. vel XVII. ineuntis, V. F.* 52. *signatus, cuius in Annalibus nostris T. V. p.* 157. *mentionem feci, iam anno* 1822. *a memetipso cum editis collatus, in universum cum superioribus consentit; et cum iis a corrupto*

4) *editorum textu recedit, cuius singula vitia repetere nefas duxi, quum omnibus facile ad manus sit. Adieci lectiones paucas*

5) *et* 5[b]) *chronici sub nomine ignoti Barensis supra laudati, cuius auctor nostrum ante oculos habuit, sed multa addidit, quae utpote a re nostra aliena et librariorum incuria vitiata omittenda statui.*

*Chronicon breve Nortmannicum annorum* 1041—1085. *a Muratorio in SS. T. V. p.* 278. 279. *editum, maximam partem ex Lupi annalibus fluxit.*

## ANNALES BARENSES.

Anno 605. obitus sancti Gregorii papae. Focas regnavit annis 8[a].

782. Hoc anno Carolus rex celebravit sanctum pascha in Roma, et baptizatus est Pipinus, filius eius, ab Adriano papa.

902. Hoc anno descendit Habraam rex Saracenorum in Calabriam, et mortuus est in Cosentia in ecclesia santi[b] Pacratii[b].

925. Hoc anno Orie[13] capta est a gente Saracenorum mense Iulio, et obitus Eusebii in Clauso.

928. Hoc anno comprendit Michael[c], rex Sclavorum, civitatem Sipontum mense Iulio, 926. Iul. 10. die sanctae Felicitatis[14], secunda feria, indictione 15.

929. Hoc anno Tarentum captum est a Aug. 15. gente Saracenorum mense Augusti, in solemnitate sanctae Mariae.

## LUPUS PROTOSPATARIUS.

A[d] transitu sancti Gregorii papae anni 252, anni Domini 855, indictio 3.

Anno 860. indictione 8. Hoc anno[e] comprehensa est civitas Barum[f] ab imperatore[g].

861[15]. mortuus est Michael imperator, et surrexit Basilius parakenumenus[h] [filius eius[i]] et regnavit ann. 21 ipse solus, et ann. 9[k] cum filiis[l].

866. intravit Ludovicus imperator Beneventum.

867. incensa est Matera a Ludovico imperatore, et idem Ludovicus imperator intravit civitatem Oriae[m] [13].

868. exierunt Agareni a Baro civitate per Francos, tertio die intrante mense Februarii[n]; eodemque anno comprensus est praedictus Ludovicus in Benivento[16].

875. intraverunt Graeci in[o] Baro[p] mense

a *in ed. additur* A. 612. Domitianus regnavit annis 15. *Quod ad annum* 80. *referendum est, et notas primi cycli maioris eidem paginae inscriptas fuisse ostendi; cf. infra a.* 931. b) *alia manu in* 1. c) itachael *c.* —— d) 1*a. ex Ann. Barensibus annorum* 605, 612, 782 *annotationes repetit.* e) *Hoc modo* Anno . . . indictione . . . Hoc anno *etc. cuiusque anni notatio incipit, quod ex cyclis decennovennalibus fluxisse videtur, hic tamen omitti placuit.* f) bari 3. g) Constantinopolitano *addunt* 3. 4. h) parascenumenus 1. parast. 2. parascensu. 3. i) f. e. *desunt* 1. 1a. k) octo 1. l) f. suis 3. 4. m) oriem 2. n) Septembris 3. o) *dee. t* 3. 4. p) bari 3. barum 4.

12) C. Vatic. reginae Christinae N. 378. est recens apographum editionis Carraccioli, adiectis lectionibus codicis Urbinatis. 13) in provincia Hydruntina. 14) dies 10. Iulii a. 926. in feriam secundam incidit. 15) a. 867. 16) cf. chron. Salern. c. 107. et Symeon magister de Basilio c. 20. ed. Bonn. p. 69 sqq. Cedrenus ib. II. p. 221. Zonaras XVI, 9. ed. Par. II. p. 170.

949[a]. Hoc anno intraverunt Hungari in Italiam, et venerunt usque ad Idrontum, et fuit interitus [boum[b]]. Et Placipodi obsedit Cupersanum.

979. Hic inchoatum est monasterium Barense sancti Benedicti a domino Iheronymo, venerabili abbate.

981. Hoc anno fecerunt bellum Sipontini et Asculenses in Vado Somilo.

996. Hoc anno obsessa est Materies[17] tribus mensibus currentibus ab iniqua gente Saracenorum; et in quarto mense, id est Decembri, per vim inde eam comprehenderunt; in qua quaedam femina filium suum comedit.

1003. Hoc anno obsessa est civitas Bari a Saphi apostata atque caiti[18], et perseveravit ipsa obsidio a mense Maio usque ad 10. Kal. Octobr. Et liberata est per Petrum, ducem Venetiarum, bonae memoriae.

1011. Hoc anno rebellavit Longobardia[19] cum Mele ad ipsum[c] Curcua mense Maio, 9. die intrante. Et fecerunt bellum in Betete[20], ubi multi Barenses ceciderunt. Et Ismael fecit bellum in Monte Peluso cum ipsis Graecis, et cecidit illic Pasiano.

1013. Hoc anno obsessa est Bari a catepano[21] Basilio cognomento Sardonti, undecimo die astante mense Aprilis, et completis diebus sexaginta unum fecit pacem cum ipsis, et ipse intravit castellum Bari, ubi sedes est nunc Graecorum magnatum[22].

1021. Hic fecit proelium Basilius Vulcano[d] cum Francis, et vicit illos in civitate Canni.

1027. Hoc anno descendit Ispo chitoniti[23] in Italiam cum exercitu magno, id est Russorum, Guandalorum, Turcorum, Burgarorum, Vlachorum, Macedonum aliorumque, ut caperet Siciliam[e]. Et Regium restaurata est a Vulcano catepano. Sed peccatis praepedientibus, mortuus in secundo anno[24] Basilius imperator; qui omnes frustra reversi sunt[f].

Decembr. die natalis Domini, feria[g] 3.[h] Gre- 876.
gorius stratico, qui et Baiulus dicebatur.

880. exierunt Agareni de Tarento[i, 25].

884[k]. surrexit Aio[l] princeps[m] mense Octobris.

885. mortuus est[n] Basilius imperator, et coeperunt regere Leo et Alexander[o], filii[p] eius, annis 26 soli, et[q] cum eo annis 9.

886. facta fuit perditio[r] in Baro mense Iunii, quando[s] princeps fecit proelium cum stratico Trapezi[t, 26] et Graecis.

890. obiit Aio princeps, et surrexit Ursus[u], frater eius[v].

891. intraverunt Graeci Beneventum mense Octobris, et stratigo Sabbatichi[w] in Siponto mense Iunii.

894. exierunt Graeci de Benevento in mense Aug. per Francos.

900. descendit Melisiano[x] stratigo in Apulia.

901[y]. descendit Abrami rex Sarracenorum in Calabriam, et ivit Cosentiam civitatem, et percussus est ictu fulguris.

912. complentur ab obitu sancti Martini 500[z] anni[*].

13. coronatus est Constantinus imperator, filius praefati Leonis, qui regnavit ann. 47.

916. exierunt Agareni a Garaliano[a], et sunt anni 350 quo intraverunt Langobardi in Italiam sub Alboin rege eorum.

919[b]. explentur octoginta[c] anni, ex quo Agareni introierunt in Italiam[d].

920. introierunt Hungari, id est Hunni[e], in Italiam mense Februarii.

921. interiit Ursileo stratigo in proelio de Asculo mense Aprilis, et apprehendit Nadulfus[f] Apuleo[g, 27].

924[h]. capta est Oria a Sarracenis mense Iulii, et interfecerunt cunctos mares, reliquos vero duxerunt in Africam, eos venundantes.

a) *In ed. a.* 931 *additur:* Hoc anno obiit Ambrosius Mediolanensis antistes, *quae ad a.* 399. *pertinere, cyclorum duplicium ratio demonstrat.* b) *ita supplendum esse, patet ex Lupo.* c) ipm sum 1. d) uulano 1. *sed v. infra* a. 1027. e) la quale presa, Regio fu *etc.* 2. f) la vigilia de sancto Martino. Et vivente ello renuntio lo imperio a Romano: et dedeli per moglie Zohi sua figliola. 2. *cf. Lupum a.* 1029. —— g) f. 3. *deest* 1. h) III. et G. 3. 4. i) taranto 3. k) 883. 1. l) alo *codd. omnes semper.* m) priceps 1. n) *deest* 1. o) alexius 1. p) filius 1. q) et c. eo a. 9. *desunt* 1*. r) proditio 2—4. perditione et uccisione 1a. s) quod 3. t) st. detrapegi 1a. u) urso 3. v) ind. 4. *addit* 1. w) sabbathici 3. x) meclitanus 3. y) 902. ind. 5. 1*a. qui haec ex Ann. Bar. habet.* z) quingentis 1. V. 2. quinque 3. LI. 4. *) *haec desunt* 1a. a) gariliano 2. 4. carigliano 3. b) 916. 2. 4. Annoque eodem 3. c) 40 2. 4. d) *haec desunt* 1*a.* e) hunrii 1. f) nandolfus 2. andulph. 3. pandulphum 4. g) apuleium 3. h) 925. 1a. *ex Ann. Barens.*

17) Matera in Basilicata, haud procul Tarento. 18) militaris officii nomen apud Sarracenos. 19) Apuliae pars quae Longobardis olim paruit. 20) Fortasse Bitecto prope Barium. PRAT. 21) i. e. capitaneo. 22) A. 1071. Bari a Normannis capta est. 23) i. e. κοιτωνίτης, cubicularius. 24) Obiit Basilius anno 1025, Constantinus a. 1027. 25) cf. Theoph. cont. V, 66. ed. Bonn. p. 306. (Cedrenus II. p. 232.) 26) *Κωνσταντῖνος ὁ τῆς τραπέζης* Simeon ed. Bonn. p. 701. cf. Georgius mon. ib. p. 852. Theoph. cont. VI. c. 5. ed. Bonn. p. 356. (Cedrenus II. p. 253). Cf. etiam Erchemp. c. 76. 27) i. e. Landulfus Apuliam, v. SS. T. III. p. 206. Cedrenus II. p. 355.

1035. Hic in epiphania Domini obiit Bisantius episcopus, qui fuit piissimus pater orfanorum, et fundator sanctae ecclesiae Barensis, et cunctae urbis custos ac defensor, atque terribilis et sine metu contra omnes Graecos. Et electus est in ipso episcopatu ab omni populo Romualt prothospatarius. Et in mense Aprilis vocavit eum ad se imperator in exilium; et quinto Idus intrante Augusto electus est Nicolaus.

1040. Hic nono die intrante Ianuarii obiit Nichiforus, qui et Dulchiano, catepanus in civitate Ascolo. Et quinto die intrante mense Maii occisus est Michael Criti[a], qui vocatur Kirosfacti, sub castello Mutulae ab ipsis conteratis[b, 27]. Et septimo die astante venerunt omnes in civitate Bari cum Argiro, filio Meli. Tunc ipse Argiro sauciavit Musondo[c], qui erat primus inter eos, et ligatis manibus, misit eum in carcere cum Iohanne Stonense. Et omnes conterati dispersi sunt.

1041. Hic venit a Sicilia in Lombardia[d] Michael protospatarius et catepanus, qui et Dulkiano iunior. Mense Novembri intravit in Bari; qui et iussit[e] in patibulo furcae appendi quatuor homines[f] super murum Bottontinum. Mense Martio decimo septimo intrante factum est proelium Normannorum et Graecorum iuxta fluvium Dulibentis[g, 28]. Et ceciderunt ibi multi Russi et Obsequiani[h, 29]. Ipse vero Dulkiano cum reliquo exercitu, qui remanserat ex ipso proelio, fugam petierunt in Montem Pelosum[30]. Deinde collectis mense Maii in unum omnibus Graecis apud Montem Maiorem iuxta fluenta Aufidi, initiatum est proelium quarto die intrante, ubi perierunt plurimi Natulichi[31] et Obsequiani[i], Russi, Trachici[32], Calabrici, Longobardi, Capitinates. Et Angelus presbyter episcopus Troianus atque Stephanus Acherontinus episcopus ibi interfecti sunt. Nam nempe, ut dictum est ab omnibus qui haec noverunt, aut[33] plures quam duo[k] mi-

926. comprehendit Michael Sclabus Sipontum mense Iulii[l].

927. fuit excidium Tarenti[m] patratum, et perempti sunt omnes viriliter pugnando; reliqui vero deportati sunt in Africam. Factum[n] est in mense Augusti in festivitate sanctae Mariae.

929. Nandolfus[o] et Guaimari[p] principes intraverunt in Apuliam[34].

936. venerunt Hungari in Capuam.

939. obscuratus est sol et apparuerunt stellae mense Iulii adstante tertia die, feria 3. hora 3. luna 29.

940. intraverunt Hungari in Italiam mense Aprilis. Et in ipso anno factum est proelium in Matera a Graecis cum Langobardis cum stratigo Imogalapto[q, 35]. Et necavit[r] Pao[s] in mari.

942. obiit[t] Nandolfus[u] princeps decima die astante mensis Aprilis.

945. ceciderunt Romanus[v, 36] et[w] Ubo[37] mense Decembri, et perierunt Ungari a rege Ottone[x, 38].

946. factum est homicidium in Baro mense Decembris[y].

947. introierunt Ungari in Italiam, et perrexerunt usque Idrontum. Et Platopodi obsedit civitatem Cupersani[z]. Fuit eodem anno interitus[*] bovum[a] per omnem terram.

950. obsiderunt Graeci Ascolum[b].

951. Malachiano fecit proelium in Calabria cum Sarracenis, et cecidit[c, 39].

956.[40] incensi sunt Marantius Clemeri[d] et Excessula[e] in Baro.

960. obiit Constantinus imperator, qui regnavit ann. 47, et surrexit Romanus, filius eius. Et fuit proelium inter Adralistum et Ismael.

961. insula Cretes comprensa est a Graecis sub Romano mense Martii[41], et[f] Trabomen[g] capta est a Sarracenis, et obscuratus est sol.

963. obiit Romano imperator, et elevatus

a *ita corrigo;* cati 1. de Cato 2. b) conterati cive rocti e vinti 2. c) musando 2. d) et poi in Apulia 2. *perperam.* e) qui ciussit 1. f) principali cictadini Barensi 2.! g) Olibenti *coniecit Pratillus.* h) molti Greci Russi et Obsequani 2. i) obsecquani 2. k) quatro 2. ——— l) iunio 1. m) zarenti 3. n) A. Id f. 2—4. F. est hoc 3. o) nadolfus 1. nandulphus 3. pandulphus 4. p) graimali 1. grabimele 1a. guaymari 2. guaymarius 4. q) imo galacto 3. r) negavit eum p. 4. s) Leo 3. paholo preselo anegho iu mare 1a. t) obii 1. u) nadolfus 1. nadulfo 1a. nandulphus 3. pandulphus 4. v) romano *saepius* 2. romani 3. w) *deest* 3. x) octone 2. 3. othone 4. y) inter cives *addunt* 4. 1a. z) conversani 3. *) interritus 1. a) bonus introitus 3. 4. b) et obtinuerunt *addunt* 4. 1a. c) 3. 4. *addunt:* Anno 955. descendit Marianus patritius in Apuliam. d) demeri 2. cremeri 1a. cleri (clericus?) 3. cleri 4. e) thessula 1a. f) tertio 1. g) titabomen 3. 4. çtrabomen 1a.

27) i. e. concivibus. 28) videtur esse Aufidum influens rivus Olivento prope Venusiam. 29) auxiliares esse videntur. 30) Mons Pilosus ab oriente Venusiae. 31) *i. e.* Anato lici, orientales. 32) *i. e.* Thraces. 33) *i. e.* haud. 34) cf. Chron. Salern. c. 158. 35) Fueritne Graeci huius ducis nomen ex nomine ductum *Ουο-γάλακτος,* sive dicas agnomen, quod valet Collactaneus, non definio. PRAT. 36) imp. Graecorum a. 944. Dec. depositus, obiit a. 948. Iul. 37) Hugo rex Italiae a. 947. 38) a. 955. 39) cf. Cedrenus II. p. 358. 40) cf. Theoph. cont. VI, 30. p. 453. 41) cf. Leo Diacon. II, 6—8.

lia Normandi fuerunt[a], Graeci vero decem et octo milia, exceptis servitoribus. Hinc rediens Michael confusus cum paucis, relictis semivivis pro pavore Normannorum sevientium, scripsit ad Siciliam, et venerunt ipsi miseri Macedones et Paulikani et Calabrenses; et collectis insimul cum reliquis in catuna[42] Montis Pilosi, tunc descendit catepanus filius Budiano in Apuliam; Michael rediit ad Siciliam, iubente imperatore, unde venerat.

1103. Ptolomaida, quae Achon dicitur, capta est a christianis.

1104. Daimbertus patriarcha deponitur, et Evermarus eligitur.

1105. Bellum decimum inter Ioppen et Ramulam contra Babylonios.

1106. Boamundus dux Antiochiae ad Sanctum Audomarum venit*[4]. Henricus imperator apud Leodium obiit. Stella cometes apparuit.

1107. Henricus iunior imperator Doacum obsedit.

1108. Philippus rex Francorum obiit, et Luduicus successit. Eodem anno Boamundus obiit.

1110. annus 1862. a Roma condita.

1111. Rodbertus comes Chelis obiit, miles probus*[5]. Tunc Henricus imperator Romae cepit Paschalem papam.

1113. Ida comitissa Boloniae obiit*[6].

1114. Pax confirmata ubique*[7].

1116.*[8] B. comes filiam comitis Eustachii iur.

1118.*[9] Balduinus comes*[10] obiit*[11].

1120.*[12] Ab Adam usque hic sunt anni 6380.*[13]

*1) 2. Non. Mart. rex Philippus cepit castrum sancti Audomari. *Martyr.* *2) Non. April. *Martyr.*
*3) feria 5. luna 6. *Martyr.* *4) 3. Kal. April. *Martyr.* *5) Atrebas sepelitur. *Martyr.*
*6) Idus April. *Martyr. quod addit:* 3. Kal. Iul. hic ventus pestifer incepit. 5. Kal. Aug. vento flante pestifero, sanctus Audomarus deportatus est a populo, quia pluvia magna erat, et facta est serenitas. 2. Non. Aug. Gertrudis comitissa Turnensis obiit.
*7) Rotbertus anno 1115. natus 2. Kal. Nov. *Martyr.*
*8) 1116. 5. Idus Iun. die sabbati Arnulfus prepositus obiit. *Martyr.*
*9) 4. Non. April. Balduinus rex Iherusalem obiit. *Martyr.*
*10) 15. Kal. Iul. et apud Sanctum Bertinum sepultus. *Martyr.* *11) ventus magnus 12. Kal. Ian. *Mart.*
*12) 1119. 14. Kal. Nov. concilium Remis Calixti papae. 1120. 3. Non. Oct. Eustachius obiit. *Martyr.*
*13) *Martyrologium praeterea anno incerto:* 5. Kal. April. Athela ducissa Apuliae obiit, in dominica. *Erat filia Roberti Flandriae comitis, uxor Rogerii ducis.*

a) *haec alia manu.* b) XIV. *Martyr.* 13) Ardres prope Caletum. 14) Morinorum.

# HERIMANNI AUGIENSIS CHRONICON.

*Herimannus ex nobilissima Alamannorum prosapia ortus*[1], *patre scilicet Wolferado comite religioso*[2], *matre Hiltrude egregiae benignitatis femina*[3], *die* 15. *Kal. Augusti a.* 1013. *primam lucem vidit. Septem post annos d.* 17. *Kal. Octobris a.* 1020. *litteris traditus*[4], *ingenii acumine et sedulitate ita excelluit, ut victa quodammodo ipsa natura, quae eum corpore paralysi contracto incluserat*[5], *inter doctissimos saeculi sui viros locum caperet. Tricesimo aetatis anno sub Bernone egregio Augiae abbate monachum professus*[6], *in coenobio ipso quod reliquum erat vitae religioni, litteris, artibus impendit. Nam Terentianum illud secutus, nihil humani a se alienum putabat*[7], *et quaecumque noverat aut adinvenerat ea cum auditoribus suis libentissime communicabat; „mirae benevolentiae, affabilitatis, iucunditatis et humanitatis omnifariae conatu sese omnibus morigerum et aptum exhibens, utpote omnia omnibus factus, ab omnibus amabatur; iniquitatis autem, iniustitiae et totius pravitatis et malitiae vel quidquid contra Deum fit, aversor et impugnator indefessus ad usque finem vitae feliciter perduravit"*[8].

*Studium eius in arithmeticis, geometria, astronomia, musica, in poesi et historia versabatur*[9]; *libros et cantus ab eo compositos Bertholdus enumerat*[10],

1) Herimanni genus hoc est:




2) Veringensi, ut posteriores tradiderunt; v. vitam Herimanni auctore Bertholdo, et chron. Mellicense. 3) chron. a. 1013, 1042. 4) chron. a. 1020; Augiae ut credere licet; nam quae Trithemius tradit, eum apud S. Gallum didicisse, ibi scholae annis 38 praefuisse et obiisse, aperte falsa sunt; et locus chronici Mellicensis ad a. 1044. quo Herimannus in studio in monasterio S. Galli primo fuisse dicitur, aliquot saeculis post, fortasse ex Trithemio, additus est. 5) unde Contracti nomine inde a XII. saeculo saepius notatus est. 6) Bertholdus l. c. 7) Bertholdus l. c. 8) verba Bertholdi. 9) eum Graecae et Arabicae linguae callidum Aristotelis scripta et astrologós Arabum primum in linguam Latinam vertisse, Trithemius et Metzlerus scripserunt, at perperam, quum ea Hermanno Alemanno saeculi XIII. scriptori tribuenda sint; v. Iourdani scriptorum Aristotelis medio aevo historiam. 10) v. infra pag. 268.

qui Herimannum in instrumentis etiam horologicis, musicis et mechanicis com-
ponendis praecelluisse tradit. Historiae scribendae initium fecit circa annum
11 1048.[11], postquam Heinricus III. imperator Augiae[12] praesens ecclesiam S.
Marci a Theoderico Constantiensi episcopo dedicari fecerat; quo quidem tem-
pore, fortasse ab imperatore aut a Leone IX. papa, qui a. 1049. Augiam
venit[13], incitatus, chronicon inde a nativitate Domini aggressus est, atque annis
sex quos superstes fuit ad sua usque tempora produxit. Gesta quoque et vir-
tutes Chuonradi II. et Heinrici III. imperatorum descripsit, et Heinrico III.
14 dicavit[14]. Obiit quadragesimo secundo aetatis anno, a. d. 8. Kal. Octobris a.
1054, chronico in manus Bertholdi discipuli amantissimi commendato, et sepul-
tus est iuxta matrem biennio ante defunctam, in praedio suo Alleshusan.

Fama viri optimi non solum apud aequales sed apud posteros etiam du-
ravit[15], qui praecipuo eius scripto, chronico scilicet, saepissime usi sunt; nam
liber de gestis Chuonradi et Heinrici, saeculo XII. superstes, subsequentia sae-
cula haud attigisse videtur, aut obscuritate indebita hodieque tegitur.

In chronico scribendo id sibi praecipue proposuisse videtur, ut Regi-
nonis ad exemplum, aliis tamen fontibus quam plurimis adhibitis, res inde
a Christo nato ad sua usque tempora ad annorum Christi seriem redigeret.
Qua in re fontibus usus est, quorum maxima pars nostro etiam tempore extat.
16 Memorat enim Eusebii[16] chronicon ab Hieronymo in Latinum versum et usque
ad a. 378. continuatione auctum, Theophili Alexandrini cyclos paschales[17],
Prosperi chronicon[18], Hieronymi vitam Iohannis anachoretae[19], Eusebii histo-
riam ecclesiasticam a Rufino in Latinum versam et usque ad a. 395. per-
ductam[20], Proterii et Paschasini epistolam ad Leonem I. papam de paschate
anni 444.[21], Victorii cyclos paschales[22], quos tamen ex Beda tantum laudat,
24 Gesta regum Francorum[23], Cassiodori chronicon[24], Dionysii cyclos pascha-
les[25], Iordanis chronicon seu librum de regnorum et temporum successione[26],
Isidori chronicon aliaque opuscula[27], Theodori archiepiscopi poenitentiale[28],
Bedae[29] chronicam minoris libri de temporibus et reliquos libros, quos inter chro-
nico de sex aetatibus mundi et historia Anglorum praecipue usus est, tum
32 Heitonis[30] et Amalharii[31] odoporica, visionem Wettini duplicem[32], historiam
translationis Sanguinis Domini Augiam[33], privilegia Augiensi monasterio a
summis pontificibus concessa[34], Roudperti planctum de calamitate Augiae sub
Immone abbate[35], et, quam manibus trivisse non videtur, vitam Brunonis Colo-
niensis archiepiscopi[36]. Quos praeter libros inde a saeculo quarto exeunte
37 Marcellini chronicon[37], Gesta pontificum Romanorum usque ad saeculi noni

11) Nam Wipponis librum intra a. 1047. et 1050. compositum exscripsit, nec annum 1048. praecesserunt quae a. 1008. de 40 annis Bernonis tradit. Praeterea, quod a. 1009. Wolferadum quindecim liberos procreasse, a. 1034. Eberhardum Constantiensem plus 12 annis praefuisse, a. 1036. Burchardum multis annis in vinculis detentum scribit; et Herimannum multum temporis libro conficiendo insumsisse, non censuerim.
12) *Augiam nostram*, a. 1048.
13) chron. a. 1049.
14) Bertholdus infra pag. 268. Anon. Mellic. et Otto Frising. in chronico VI, 33. — Rhythmi ab Ottone capp. 31. 32. laudati et Herimanno perperam adscripti, scilicet initia descriptionis pestilentiae a. 1038:

*Qui habet vocem serenam,*
*Proferat hanc cantilenam.*

et triumphi Hungarici a. 1044:

*Vox haec melos pangat.*

Wipponem auctorem agnoscunt.
15) cf. Bertholdum, Ann. August. a. 1054, Ottonem Frisingensem, Anonymum Mellicensem c. 91.
16) chron. a. 378.
17) ib. a. 380.
18) ib. a. 384, 454.
19) ib. a. 394.
20) ib. a. 395.
21) ib. a. 417, 444.
22) ib. a. 456, 550.
23) ib. a. 509.
24) ib. a. 513.
25) a. 532.
26) a. 551.
27) a. 616.
28) a. 690.
29) a. 703.
30) a. 811.
31) a. 813.
32) a. 824.
33) a. 923.
34) a. 759, 997, 1032, 1049.
35) a. 1006.
36) auctore Ruotgero, a. 965.
37) continuationem annorum 551—558. nihil nisi Herimanni nostri textum dare, et inde descriptam esse, Waitzius ostendit.

*exitum producta, Gregorii Turonensis historiam Francorum ecclesiasticam et
Fredegarium[38], vitas SS. Remigii auctore Hincmaro, Mauri, Columbani auctore* 38
*Iona, Galli auctore Walafrido, Historiam miscellam, Pauli Diaconi historiam
Langobardorum, Annales Fuldenses quales in codice Altahensi legebantur, Ein-
hardi vitam Karoli, annales Laureshamensibus et Alamannicis a nobis editis
similes[39] sed in fine saeculi noni auctiores[40], Annales Augienses usque ad a.*
939, *et Sangallenses maiores usque ad a.* 1044, *Reginonem cum continua-
tione, Annales Heremi[41] et Einsidlenses[42], catalogos abbatum Augiensium et* 42
*Sangallensium Arxianis[43] similes, tres[44] catalogos Romanorum pontificum inde
ab a.* 895. *ad sua usque tempora productos, Gerhardi vitam Oudalrici, vitam
Wiboradae, Wipponem de vita Chuonradi II. imperatoris in usus suos vertit,
conciliorum etiam acta[45] et fontes Annalium Augustanorum evolvisse videtur;* 45
*omnibusque excerptis et secundum annos Domini dispositis, quae in aliis mo-
numentis monasterii sui legerat aut ipse ultimis praesertim vitae suae annis
compererat[46], inseruit subiecitque. Libros istos tum bibliotheca Augiensis mo-
nasterii, inde ab ineunte saeculo nono bene instructa, Herimanno subministra-
vit, tum vicina Sangallensis et Einsidlensis praebuerunt[47].* 47

*Tanta igitur industria comparatis ita usus est, ut Hieronymi chronico,
Fredegario, Beda de sex aetatibus mundi, Gestis et catalogis pontificum Ro-
manorum, Paulo Diacono, Annalibus Fuldensibus, Augiensibus, Sangallensibus
et Wippone fundamenti loco positis, et magni voluminis scriptoribus Eusebii
historia ecclesiastica, Gregorio Turonensi, Historia miscella, Reginone et vitis
Sanctorum nonnisi rarius adhibitis, undecumque decerpta, ipsis auctorum sen-
tentiis ut plurimum servatis, contraheret[48]. Ordinem temporum nonnunquam
pro arbitrio suo et contra fontium fidem stabilivit[49], ita ut in plurimis quae* 49
*annum* 1039. *antecedunt nobis ad fontes hodieque superstites recurrendum sit.
Ultima operis pars, annorum scilicet* 1039—1054, *inter genuinos et optimos
historiae fontes referenda est.*

*Liber morientis manu discipulo Bertholdo traditus, ab hoc continuatione
auctus est; mox a compluribus descriptus et a Bernoldo, anonymo Sangallensi
et Ekkehardo Uraugiensi excerptus, inclaruit[50]; saeculo XII. una cum Bertholdi* 50

38) Ioatii excerpta apud Fredegarium, non Idatii textum, Herimanno ad manus fuisse, Waitzius monuit. 39) cf. a. 764, 806, 836, (895), 896, (897), 902, 912, 913, 914, 918. 40) cf. quae infra de additionibus codicum 4. 4b. ad eundem fortasse fontem referendis monui. 41) unus codex a. 997, alter saepius exscribitur. 42) a. 1024. dies obitus Heinrici II. inde descriptus fuisse videtur. 43) SS. II. p. 34—39. 44) quales in codice regio Hannoverano, Zwettlensi (cf. a. 964.) et Estensi atque Vaticano II. (cf. a. 969, 970, 974.) habentur. Ceterum Herimannus dies, nonnunquam et menses, omittit, numeros praecipue annorum in universum tradens; cf. a. 873, 886, 904, 905. 45) cf. a. 588, 620, 679, 816, 916, 948, 952. 46) a. 977. et inscriptionem Sangallensem refert. 47) Catalogum eorum a. 820. confectum v. ap. Neugart, episcopatus Constantiensis p. 536 sqq., ubi Einhardi librum de vita et gestis Karoli M. haberi, iam SS. T. II. monui; sed reliquorum etiam librorum, quos inter fontes Herimanni computavimus, haud pauci ibi laudantur, e. g. p. 538. et 548. chronica Eusebii, Hieronymi et Prosperi, Cassiodori, Iordanis, Melliti i. e. Isidori, Bedae, Bedae hist. Anglorum, duplex Wettini visio, p. 546. Gregorii Turonensis chronica, p. 539. et 546. Gesta pontificum Romanorum, p. 539. chronica Gregorii Turonensis vol. II., vitae sanctorum Columbani, Galli etc. Eadem ac codex Augiensis Eusebii habet regius Parisiensis N. 4860, unde annales Augienses evulgati sunt, fortasse ex Augiensi descriptus. v. Archiv. VII. 50. 48) quod et erroribus originem dedit, quum eandem rem ex duobus fontibus delibatam diversis annis bis referat, cf. a. 538. et 539. de Belisario, a. 610. et 618. e cruce dominica. 49) Herimanni ducis obitum contra fontium suorum fidem, qui cum recte a. 949. adscribunt, anno 948. tribuit; anno 952. res in Ann. Heremi annis 950, 951, 952., et 953. relatas adscripsit; annis 951, 969, 970, 997. quaedam annis 952, 966, 966. et 967, 996. tribuenda dedit. 50) Lambertus Ascafnaburgensis annis 1039—1054. multa habet, quae ad Herimannum accedunt, sed ea inde depromta esse haud liquet; Sigebertus et Annalista Saxo Herimanno non usi sunt. Qui saeculo XII. Annales Augustanos ex cyclorum notitiis

*et Bernoldi scriptis in codices Gottwicenses, Murenses et Engelbergenses, in annales Sancti Blasii seu Engelbergenses, Mellicenses, indeque derivatos Austri-*
51 *acos*[51] *alios postea transiit. Otto quoque Frisingensis*[52] *nostrum ante oculos habuisse videtur.*

*Primam chronici editionem ex codice hodie abscondito, qui ex Sangallensi Herimanni excerpto fluxit*[53], *typis dedit Sichardus in Opere chronico Basileae a.* 1529[54] *sqq.; quam et Urstisius*[55], *insperso et e latere adiecto, sub*
57 *falso Hermanni nomine, Bernoldi textu, et Pistorius*[56] *cum Struvio*[57] *repetiverunt. Alteram editionem Canisius ex codice Augustano curavit*[58], *quam Bibliothecae Patrum editores Colonienses*[59] *et Lugdunenses*[60] *necnon Basnagius*[61] *secuti sunt. Tertia Aemiliano Ussermanno debetur*[62], *qui ad codicis Augustani fontem, Augiensem scilicet, ascendit, indeque derivatam editionem ope subsidiorum undique comparatorum adornare et dissertationibus annotationibusque doctis illustrare conatus est, et Herimanno Bertholdi et Bernoldi libros subiecit. Post quem si quartam iam editionem aggredimur, de subsidiis et consilio eius hic pauca prius monenda sunt. Et illa quidem fuerunt:*

1) *Codex olim monasterii Augiensis, iam bibliothecae serenissimi Magni Ducis Badensis Carlsruhanae illatus, membranaceus saeculi XI. exeuntis in folio, quem iubente Serenissimo Principe vir de re nostra optime meritus,*
63 *D. Molter bibliothecae praefectus et consiliarius intimus, mihi transmisit*[63], *quo evolvendi eius per otium facultas concessa est. Quinque in eo manus distinguere licet, quae se invicem ab annis* 1—384, 385—447, 447—709, 710 —1021, 1021—1051 *excipiunt, atque, collatis praecipue locis, quibus non modo*
65 *voces male*[64] *scriptae, sed integrae lineae omissae*[65] *sunt, codicem minime ab ipso Herimanno scriptum esse ostendunt. Nec diffiteor, librum mihi in monasterio potius Einsidlensi quam Augiensi scriptum esse videri, quum originis Augiensis nulla indicia observes, at librum inde a. saeculo XI. exeunte in Heremo adservatum fuisse, glossae complures manu saeculi XI. exeuntis et*
66 *XII. ineuntis scriptae*[a] *atque ex Annalibus Einsidlensibus prodeuntes indicent*[66].

conscripsit atque Herimannum noverat, Augustensia ex communi cum eo fonte hausisse, sed et eum exscripsisse videtur. 51) v. infra. 52) Chron. VI. 32, 33. 53) v. annum 631, cuius verba: *sanctus Gallus nobiscum* (i. e. apud Sanctum Gallum) *remansit* rem extra dubitationem ponunt. 54) p. 167. Mihi ante oculos est editio s. a. Basileae per Henrichum Petri, qua Germani cuiusdam chronicon usque ad a. 1549. producitur, igitur ipso anno typis expressa. 55) SS. I. 229 sqq. editionis prioris. 56) SS. I. p. 85. Inde descriptus est liber bibliothecae Taurinensis: v. Annales nostros V. 474. 57) collatis Urstisii et Canisii editionibus SS. I. 113. 58) Lect. Antiq. I. 429. 59) T. XI. 60) T. XVIII. 61) Canis. Lect. Ant. edit. 2 T. III. P. I. p. 191. unde Bouquet SS. Gallic. III. 319 sqq. V. 362, VI. 224, VII. 232, VIII. 245. XI. 18 sqq. sua excerpsit. 62) Prodromus Germaniae Sacrae T. I. 1 sqq. 63) Ussermannus eo usus est, at haud ea diligentia qua sperari poterat, ut ipse in posterioribus saeculis expertus sum; eadem experientia anteriora huius atque Ratisponensis codicis Waitzius cum editis contulit, qui et in enotandis plurimis fontium locis operam diligentem praestitit. 64) aut varie, ut nomina propria Adalbertus et Adelbertus et eiusmodi, orthographia praecipue in usu litterae *c* et *t* variat magis ad *c* proclivis. 65) a. 1032, 1046. 66) Glossae in Heremo scriptae sunt a) manu saeculi XI. exeuntis ad annos 945. *Tietlandus pater venit.* — *A.* 949. *Gregorius sanctus pater ac nobilissimus venit.* — *A.* 951. *Vigilius scriptor obiit.* — *A.* 960. *Gregorius abbas efficitur.* — *A.* 972. *Ratispone sanctus Wolfgangus episcopus factus est.* — *A.* 987. *Aecclesia cellae sancti Meginradi aucta est.* — *A.* 996. *Gregorius sanctus abbas obiit.* — *A.* 1031. *Primi lapides aecclesiae cellae sancti Meginradi* 6. *Idus Maii positi sunt.* — *A.* 1039. *Aecclesia cellae sancti Meginradi* 3. *Idus Octobris dedicatur, et reliquiae corporis sancti Meginradi ab*[a] *Augensibus redditae*[b] *sunt hactenus retentae.* — b) manu alia eiusdem temporis aut saeculi XII. ineuntis: *A.* 934. *Eberhardus Argentinensis prepositus primus incola cellae Meginradi venit.* — *A.* 948. *Capella in coenobio sancti Meginradi coelitus consecrata est* 18. *Kal. Octob.* — *A.* 964. *Eodem anno rege Roma morante cum caeteris principibus, idem papa*[1] *consecrationem capellae coelitus factam in coenobio sancti Meginradi coram principibus*

a) *vox erasa.* b) redditę *iam* reddite. 1) Leo VIII.

l. Anno xlii octouiani augusti ... redacta ē. et cleopatra cū antonio uicta. xxviii anno. Ab urbe u cōdita dcclii. olimpiadis ē excuii. anno iii. dñs nr̄ ihc xpc in bethleē iudę nascit̄. transactis ab initio mundi sedm̄ hebraicā ueritatē annis iii dcccc lii. Sed lxx. interptis ū. ū cxcviii.

cccxlii. Constantinopoli eiecto ab arrianis paulo epo. macedonius heresiarches substituit̄.
cccxliii. Hoc temp̄ maximin̄ treueror̄ eps clarruit. a quo athanasius a constantio pfugus suscepit̄.
cccxliiii. Athanasius ad constantis litteras alexandriā regredit̄.
cccxlv. Eclipsis solis facta ē. et terremotus multas urbes subuertit.

dlxvii. Hoc temp̄ hilpericus rex chlodoueū filiū suū hostilit̄ in regnū sigibti frīs sui misit. Qui cū iuxta burdegalensē resideret urbē. sigulfus dux ex parte sigibti sup eū irruit. fugientēq; cū tubis & bucinis uociferando qsi ceruū parisius usq; ubi pat ei fuerat psequit̄.

dccx. Adrian abb uenerabilis anno eoq̄ a uitaliano ppin britanniā cū theodoro archiepo missꝰ ē.
Hildebertus rex francor̄ filius theoderici morit̄. anñ reg xvii. p quo dagobertus filius anñ v. Tristes reg. catholicos psequens et hereticis fauens.
dccxi. Constantinopoli philippicus imp factus. iustinianū imp occidit. et ipse anñ. i. et vi.
dccxii. Heripuis rex Langobordorū moritur. Post quem Liudprandus.

(dcclxx) rū equalit̄ diuisit. huniribaldus cū regno suo karlomanno se tradidit. Unde rastizi uatus prius eū dolo punere. et hoc ñ pcedente manifeste eum psequi statuit. Ille u̇ superior factus rastizen incautū conphendit. et karlomanno unc cū tradidit. a quo puaso regno et gabiss iuss in carcere missus. et ludovvico regi

Txxx. Ernust dux cū exilio relaxatus ducatū suū recepisset. puor ē filio vs. et denuo impi refragatus. ducatu puat̄. et fr̄ ei iunior hermannus dux sueuor̄ efficit̄. Cōnradus imp iā dudū inimicus cū stephano. ungarior̄ rege constatus. pannoniā petiit. et quāntū pe flumminib; et paludib; ñ obstantibus poterat. rabā deuastauit. Interī in alamannia cū ernust dudū dux ei q; cōplices partis urib; contra impem agitantes pdis circa siluā martianā populares infestarent. a manegoldo comite ex augiensi milicia obseruati et. xvi. kl. s. s. p. ē certo pho uicti s̄t. Ipsoq; manegoltto ibidē pempto. Ernust pdē dux. et vvernhere comes caput rebellionis. adelbtus qq; et vvern. nobiles milites cū aliis ceciderunt. Et ernust ē stancię. manegoldus u̇ augię sepulti s̄t. Burghard

2. *Cod. Ratisponensis hodie Monacensis*

dxxxvi. Rome agapit pp. Lviiii sedit anno fere. i. Hic a theodato tyranno pgrā iustiniani aug propter occisā amalsuindā sibi infensi constantinopolim missus. constant cū aug pfide catholica certauit. anthemiū eiusdē urbis epm hereticū conuictum dampnauit. et in locū ei fauente aug mennā ordinauit. ipseq; ibidē morbo tactus obiit. et in loculo plumbeo romā relat. ad s̄ petrū sepult ē.

Tliii Sicq. in eadē cō morans pmen... natal dni in uilla otinga ... ibiq. babinbergensis ... suo adalbe roni donauit. Deinde habito ratispone colloquio p alamanniā transiens et furib infestis ... uilla ... cuncula ... inbens ... quadragesima ... et pripales rheni urbes

*Monum. Germ. SS. T. V. Tab. I. ad pag. 70.*

*Saeculo XIV. medio Hermanno abbati Fabariensi commodatus et Fabariae*
*detentus est, prout ex inscriptionibus apographi loco nostri Heremum trans-*
*missi intelligitur, et eodem saeculo exeunte*[67] *in Augiam devenit, ubi per qua-* 67
*dringentos amplius annos servatus est, donec monasterio extincto bibliothecae*
*Carlsruhanae inferretur. Sed iam antequam Fabariam pervenit, ultima libri*
*folia perierant, ita ut utrumque exemplar inde transscriptum, Fabariense sci-*
*licet et Augustanum, in verbis anni* 1052. „cesis palatisque ungariis reliquo
exercitui" *desinat. In Augustano etiam libri de Welfis et de vita sancti Choun-*
*radi episcopi, quos saeculo XIV. in charta scriptos in eodem codice conti-*
*neri monui*[68]*, transscripti leguntur.* 68

1[b]) *C. olim Fabariensis, iam inter Einsidlenses adservatus, saeculi XIV. medii, textum Herimanni, additis glossis quas in Heremo ei adiectas diximus, exhibet. Inscribitur:* Istum librum fieri procuravit Hermannus genere de Arbona, abbas huius monasterii Fabariensis, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto scriptum in eodem monasterio. *Quo recepto, Einsidlenses addiderunt:* Ego frater Henricus de Ligritia humilis thesaurarius monasterii Heremitani eodem anno accommodaveram eidem venerabili abbati exemplar istius libri ad rescribendum, et retinuit ipse vetustissimum nostrum libellum, et dedit nobis istum novum. *Mauritius Hohenbaum Van der Meer scriptis confirmavit.*

c) manu saeculi XIV: *A.* 838. (in loco raso) *Sanctus Meginradus venit ad locum.* — *A.* 861. *Sanctus Meginradus patronus noster.* — *A.* 945. *primus abbas huius loci,* et in margine: *Tiethlandus abbas monasterii Heremitarum qui fecit glosam super epistolas sancti Pauli.* — *A.* 1008. *Annus retributionis nequam abbatis venit.* — *A.* 1032. *Warmannus episcopus Constantiensis, quondam monachus huius loci.*

67) Augiae haec scripta sunt res annorum 1385—1390. illustrantia: fol. 31. *Nota Burkardus episcopus de Hewen fuit introductus Constancia quarta feria ante assumpcionem beate virginis anno* (13)88. *ab incarnatione Domini. Et ante proxima tertia feria conferebat michi Hainrico Leman et Dietrico Iohanne Casper Uolrico feoda que vulgo dicuntur des maentellars lehen. Et pater noster Hainricus Leman pie memorie moriebatur* 88⁰ *in ieiunio ubi cantatur Sicientes, qui emit predicta feoda pro Vilhelmo Gochan.* — f. 34'. *Nota canpana maior fusa est tertia feria ante ascensionem Domini anno* 1393. *et nichil valuit. Etiam in eodem anno fusa est crastino Marie Magdalene et optimum sonum obtinuit. Item nota quod ante fusionem ultima proxima die dominica unus vilissimus nequam venit in nocte, et libenter destruisset immaginem, et destruxit ymagine unam aurem quod vulgo dicitur ain oere, et tamen nihil nocuit. Item habet in pondere* 20 *zentner* 12 *libras. Item domnus Hainricus Saechl et Hainricus Leman*[a] . . . . . . . . . *Item*[b] . . . . . . . . . . . *obiit uxor domni* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *crastino Benedicti abbatis et fuit uxor Hainrici Leman.* — f. 35'. *Nota dux Luitpoldus Austrie occisus fuit cum multis militibus anno ab incarnat. Domini* (13)85. *quarta Kal. Iunii, et fecerunt civitates silvestres que dicuntur Walstet; postea anno* 88. *multe gentes volebant destruxisse illam provinciam que dicitur Glarus et venerunt per portus, postea illi Glarenses venerunt nisi cum octuaginta viris et occiserunt bene trecentos*[c]*, quia turpius dederunt fugam.* — f. 38'. *Nota quod* (13)88[us] *annus fuit valde mirabilis ab incarnatione Domini; in Almania fuerunt multe rixe; primo liga traxit ad Pavariam et destruxit ibi multas villas;* 2⁰ *de Wirtenberg habuit bellum cum liga in eodem anno et etiam duces Pavarie dominica die ante Bartholomei apostoli et victoriam habuerunt, et de liga occisi fuerunt quatuor milia hominum, de Constancia evasit unus, de Lindaudia nullus, de Sancto Gallo unus, de Basilea duo, et est illud bellum factum penes Richenwil.* — *Anno ab inc.* 1390. *proxima quarta feria post nativitatem Domini fuerunt fulgura et tonitrua circa medium noctis;* — tum manu saec. XV. a. 861. (Meginradus) *comes de Sulgen, filius comitis de Sulgen.* — *A.* 871. (Salomon †) *cui Pateon successit, prefuit annis* 3. — *A.* 875. *Constantie Patecho episcopus obiit anno* 875. *pro quo Gebehardus annis* 10 *prefuit.* — *A.* 911. *Burckardus ipse fuit comes de Veringen.* — *A.* 955. (Reginbaldus) *putatur de Helfenstein.* — *A* 971. (Adalbero) *comes von Helffenstain.* — *A.* 972. (Notkerus) *hic comes de Pfulingen natus.* (Wolfgangus) *nobilis de Ridenfels prope Schwebeswerd natus, matre a Veringen.* — *A.* 973. *Nota ille Purghardus fuit fundator monasterii montis Duelli; deinde anno Domini* 1005. *illud monasterium a divo Hainrico Romanorum imperatore ad locum Stain nuncupatum translatum est.* — *A.* 979. (Gebehardus) *comes de Zeringen* („falso quum fuerit de Bregenz." Ussermann). — *A.* 997. (filias tres) *una Gisela.* — *A.* 1009. (Wolferadus) *comes de Veringen.* — *A.* 1032. (Bertha) *de Helfenstain.*

68) SS. IV. 430.

a) *reliqua abscisa sunt.* b) *Hic locus postea erasus est.* c) *alia manu in loco raso.*

*qui, libro diligentius evoluto, haec in praefatione sua inedita*[69] *Aarauviae adservata notavit, codicem, prout facile credi poterat, erroribus non vacare animadvertit, neque eius iterum evolvendi ullam rationem intelleximus.*

1[c]) *C. bibliothecae Augustanae, olim SS. Udalrici et Afrae, chartaceus saec. XV. exeuntis*[70], *ex Augiensi descriptus, eius non modo textum sed et glossas Einsidlenses et Augienses textui illatas praebet, ita ut v. g. Leopoldi Austriae ducis caedes anno* 941. *referatur*[71], *quo nullam eius in nova editione rationem habendam fuisse satis demonstratur.*

2) *C. bibliothecae regiae Monacensis, olim Sancti Emmerammi Ratisponensis F. CXVI. signatus, membranaceus in 4°, saeculo XI. exaratus et correctus*[72], *Herimanni et Cassiodori chronica, subiectis Honorii scolastici versibus ad Iordanum episcopum, exhibet. Constat quaternionibus undecim, a saeculi XV. scriba numero III. IIII. V. cet. signatis, quorum ultimo duo folia ultima desunt; primum primi quaternionis res annorum* 378—384. *continens saeculo XV. suppletum est; et numerus antiquus VIII, iam evanidus, folio* 49, *quaternionem unum reliquos praecessisse, indicat, ita ut librum a Christo nato antiquitus initium habuisse persuasum sit. Protenditur usque ad annum* 1054, *cuius textui clausulam subiicit: EXPLICIT CHRONICA HERIMANNI; at non integrum chronici textum, sed recisis nonnullis in compendium redactum exhibet. Omittit enim quaedam ad arbitrium*[73], *tum constanter fere res ad ecclesias Augiensem, Sangallensem et Constantiensem pertinentes, quae scriptori Ratisponensi levis momenti esse videbantur, nec Herimanno abiudicari possunt, quum non solum sententia ea nonnunquam efflagitet, sed omissa ex iisdem ac reliqua fontibus manaverint, et in Bernoldo quoque, Herimanni excerptore, legantur*[74]. *Econtra codex Ratisponensis quaedam ab Augiensi praetermissa, singulas voces et sententias, servavit, quas Bernoldus etiam agnoscit*[75]. *Cum igitur codicem minime ex Augiensi descriptum esse constet, aliqua indicia communem utriusque originem ex antiquiore fonte, Herimanni fortasse autographo, indigitant. Eiusmodi sunt voces depravatae a.* 901. caretanum *et* careatanum, *a.* 916. alanniam, *a.* 961. et *(loco* ex*)* Adalheide, *a.* 973. fleothomatus, *a.* 1030. inimiciis, *quas ea tantum ratione explicaveris. Formae vocum Adalbertus, Adalbero, Chounradus, Balduwinus, Wirziburg, Gotefridus, Theodericus antiquitate sua recentioribus Adelbertus, Adelbero, Conradus, Baldewinus, Theodricus in Augiensi frequentibus praehabendae sunt, sed nec ipsae constanter adhibentur*[76]. *Codice absoluto littera annorum initialis alternatim colore rubro et luteo praefixa, nonnunquam fallit*[77].

*Praeter codices genuinum Herimanni textum exhibentes libri nonnulli consulendi erant, in quibus post Herimanni obitum opus eius tum in compendium redactum, tum ipsius fontibus aliisve subsidiis adhibitis adauctum est, Bernoldum scilicet presbyterum et scriptorem anonymum Sangallensem, qui saeculo*

69) de apparatu editionis novae ab eo confectae v. Annales nostros T. III. 212. Quae una alicuius momenti videbatur, praefatio opera viri doctissimi et humanissimi D. Vock, hodie decani Solodorensis, transmissa est. 70) cf. Braun Notitia codd. SS. Udalr. et Afrae T. II. p. 103. 71) Ea omnia in Canisiana editione observare licet, quam tamen codice etiam magis depravatam, Mauritio Hohenbaum van der Meer, qui utrumque contulit, referente, facile credimus. 72) Corrector textum nonnunquam male intellexit, e. g. *Rachildis* in *Richildis* corrigens a. 920, *peteret* a. 902. in *petantur;* aliis locis e. g. a. 916. errores sustulit. 73) cf. a. 1035, 912. etc. 74) v. a. 1040. 75) e. g. a. 410. verba *et irrupit.* 76) scribit constanter: abbatia, constantiensis, deditio, totius, internitio, munditia, petiit, rebellantia, prouintia, pertinentia, Moguntiacum, Alsatia, nuntiare; Francia; impendo, compleo, commoveo; nihili; distinguit dōni (domni) et dni (domini). 77) ita a. 949. legitur *Rothario* loco *Lothario.*

*XI. eodem fere tempore scripserunt. Utrique Eusebii chronicon ab Hieronymo translatum, Prosperi et Bedae chronica, Orosius, catalogi pontificum Romanorum ad manus fuerunt, unde textui ex Herimanno depromto complura addiderunt; uterque Herimanni librum suo modo defloravit, dum alia Bernoldo alia Sangallensi monacho placebant; in iis tamen quae ex Herimanno derivata verbis mutatis apud utrumque leguntur, Bernoldus servato sententiarum nexu paulo propius ad Herimannum accedit, ita ut istis locis Sangallensem potius praecessisse quam transscripsisse videatur: nisi utrumque opus, fontibus, rebus, scribendi ratione, et principio inde ab Orbe condito usque ad secundum post Christum saeculum sibi simillimum et fere idem, uni Bernoldo auctori tribuere malis. Cui quidem sententiae, quod Bernoldum unquam apud Sanctum Gallum deguisse ignoramus, et annorum computatio in codice Sangallensi saepe valde mendosa obstat; at uterque post Herimanni obitum scripsit, uterque librum eius integrum ante oculos habuit, nec facile credi potest, Bernoldo scriptori sui temporis praecipuo, quum Herimanni textum in usus suos verteret, alio praeterea exceptore quem exscriberet opus fuisse. Usus sum igitur*

*3) Bernoldi codice autographo saeculi XI., iam in bibliotheca regia Monacensi adservato, de quo infra pluribus dicturus sum. Bernoldus haud paucis in locis ad lectionem codicis 2. accedit, et codicem Herimanni integrum sed ab Augiensi diversum eiusque fontem, Herimanni fortasse autographum, prae manibus habuisse censendus est, ideoque in restituendo Herimanni textu haud parvi momenti erat; lectiones tamen libri infra exprimendi nonnisi raro adferre visum est. Adii etiam*

*3^b) codicem Bernoldi in bibliotheca universitatis Wirzburgensis adservatum, qui ex autographo ad litteram fere transscriptus est.*

*Sangallensis monachus in concinnando libro suo, ad annos imperatorum et annos Christi redacto, praeter ea quae supra observavimus*[78]*, Eusebii historia ecclesiastica, Reginone, Wippone, catalogo Romanorum pontificum, in quo dies regni exprimebantur*[79]*, et annalibus saeculorum VIII. et IX. ad Laureshamenses, Einhardi, Alamannicos, et Augienses proxime accedentibus, quos et Herimannus adhibuerat, usus est, sed ordinem temporis haud raro valde turbat*[80]*. Saeculo X. et XI. nonnulla refert, a reliquis eius aevi scriptoribus omissa; annis 1044—1052. Herimannum fere integrum exscripsit. Liber loco Herimanni exeunte saeculo XI. et saeculo XII. ab Ekkehardo Uraugiensi excerptus, et in Austriam translatus, chronicis Mellicensi*[81]*, Claustroneoburgensi*[82] *et inde derivatis Cremifanensi*[83]*, Garstensi*[84]*, Salisburgensi*[85]*, Austriae*[86]*, Leobiensi*[87] *pro fundamento fuit. Innotuerunt nobis codices eius duo:*

*4) Gottwicensis numero G. 26. signatus*[88]*, membr. in 4. saeculi XII, quem a. 1820. in monasterio celeberrimo evolvi, cuius lectiones meis atque Chmelii nostri precibus vir doctissimus et reverendissimus D. Leopoldus Tamscheck bibliothecarius benignissime concessit. Initium capit ab Orbe condito*[89] *et anno 1052. desinit, subiectis minio numeris annorum MLIII. usque MLVIIII. Textum exhibet in universum bonum, aliquot tamen locis corruptum.*

78) Multis locis Hieronymi versionem Eusebii exscribit; anno Commodi duodecimo ordinem sententiarum qualem Hieronymus habet, ab Herimanno immutatum, restituit; et alia eiusmodi. 79) qui ad Zwettlensem prope acedit. cf. a. 965. 80) e. g. in historia Chlodovaei et successorum eius 81) Pez SS. Austr. I. 82) Rauch SS. Austr I. 83) ib. 84) ib. 85) Pez SS. I. 337. 86) Rauch II. 213. 87) Pez SS. I. 88) Continet Hincmari vitam S. Remigii, vitam S. Othmari, et Herimanni chronicon. 89) Male Ussermann eum a. 726. incipere scribit, et paucas tantum eius lectiones affert.

*4[b]) C. a Iohanne Sichardo ad calcem Chronicorum Basileae a.* **1529.** *editorum expressus, hodie vero latens, nonnulla habet sibi propria, in plurimis* 90 *tamen cum Gottwicensi ad litteram convenit*[90], *eique reliqua anni* **1052**, *annos Herimanni* **1053, 1054**, *et continuationem annorum* **1054—1066**. *subiicit. Unus omnium cum Ratisponensi integram fere annorum* **1052—1054**. *narrationem servavit.*

*Praeterea codex Sangallensis, additis Reginonis Bertholdi et Bernoldi chronicis in*

*5) C. Murensi mbr. saec. XII. in folio magno transscriptus est, quem aeque ac apographum eius*

*5*) C. Engelbergensem eiusdem aetatis et formae, a.* **1837**. *in monasteriis splendidissimis evolvi, sed cum editis conferre neglexi, quod textui Herimanni restituendo nihil conducere videntur et res inde ab Ussermanno enotatae nobis sufficere possunt. Historiam annorum* **1052—1054**. *Bernoldo et Sangallensi simul adhibitis contrahunt. Qui proxime ad hos Ussermanno teste accedit,*

*5[b]) Gottwicensis alter, ab anno* **1053**. *incipiens et usque ad. a.* **1081**. *decurrens, hodie latet, nec a me ipso nec a Cl. Tamscheck bibliothecario unquam visus nec in catalogis bibliothecae Gottwicensis antiquis notatus. Annis, qui hic in calculum venire possunt,* **1053**. *et* **1054**, *idem ac* 5. *et* 5*. *compen-* 91 *dium historiae tradidisse dicitur*[91].

*Quibus subsidiis ita usus sum, ut codice Augiensi fundamento posito, textum eius ope codicum qui non ab Augiensi sed ab eius fonte pendent, scilicet* 2, 3, 4, *ubicumque omnes aut* 2. *et* 3. *conspirant, emendarem, orthographiam codicis* 2. *ut antiquiorem et magis sibi constantem adoptarem, lectionibus codicum* 1. 2. *et si alicuius momenti erant reliquorum etiam adnotatis, et additionibus codicum* 4. *et* 4[b]. *inde ab a.* 732. *in margine subiectis. Prolixas Ussermanni adnotationes raro tantum et praecipue in genuina libri parte saeculo X. et XI. recipiendas duxi; ipse quaecumque necessaria videbantur adieci, et fontes libri in margine indicavi. Quibus si textum Herimanni inte-* 92 *grum restituere contigit*[92], *lectoribus nostris satisfactum esse confido.*

Beda. Anno 42. Octaviani[a] Augusti Caesaris[b], ex quo autem Aegiptus[b] in provintiam redacta est et Cleopatra cum Antonio victa 28. anno, ab Urbe vero condita 752. olimpiadis 193. anno 3. dominus noster Iesus Christus in Bethleem Iudae nascitur, transactis ab initio mundi secundum Hebraicam veritatem annis 3952, secundum septuaginta interpretes vero 5199.
Hier. 3[c]. Infantes pro Domino trucidantur ab Herode.
5. Asinius Pollio orator moritur.
Beda 6. Herodes rex Iudeae cum magno cruciatu moritur. Pro quo Archelaus regnavit annis 9.
Hier 7. Fames magna Romae facta est.
9. Tiberius Caesar Dalmatas Sarmatasque subegit.
cf. H. m.[1] 12. Iani portae 12 annis iam ab Augusto clausae aperiuntur.
Hier 13. Messala Corvinus orator moritur.
14. Eclipsis solis facta est.
15. Archelaus in Viennam Galliae urbem ab Augusto relegatur, et Augustus moritur anno aetatis 76.[d] imperii 56. Pro quo Tiberius regnat annis 23.

a) octoniani 1. b) cesaris *et* egiptus; *ita saepius* e *loco* ae *scribitur.* c) *numeros quibus nihil adscriptum est omisimus.* d) *quae sequuntur, in loco raso habentur* 1.

90) sed notitia a. 774. de Campidona in uno Gottwicensi legitur. 91) Ussermann p. 230. 92) In universum textus quidem codicum auctoritate ultra dubitationem stabilitur, sed paucis locis, scilicet annis 723. et 1010, Herimannum antea quam praesens lectio scriberetur alia exarasse coniici potest, quum contra morem suum a. 723. notam de Bedae chronico cessante, et a. 1010. de Sergii IV. pontificatu omittat, quarum prior in Bernoldo et Sangallensi, posterior in Bernoldo et Annalibus Augustanis superstes est. 1) i. e. Historia miscella.

16. Herodes tetrarcha Iudeorum regnum tenuit annis 24. Tiberius privignus Augusti regnavit annis 23. Hier.

17. Mathematici Urbe pelluntur. Cass.

18. Livius historiographus moritur. Ovidius poeta in exilio moritur. Hier.

19. Germanicus a Tiberio missus Germanos vicit. cf. H. m.

20. Tredecim urbes terrae motu corruerunt. Hier.

21. Fenestella historiografus et poeta moritur.

22. Tiberius multos reges ad se vocatos dolo numquam remisit.

23. Pompei theatrum incensum est.

24. Tiberius Drusum consortem regni fecit, qui eodem anno veneno periit.

27. Pilatus praeses Iudeae a Tiberio mittitur.

30. Dominus Iesus Christus a Iohanne baptizatur 30. anno aetatis suae secundum carnem inchoante, et praedicare coepit. cf. Hier.

31. Iohannes baptista ab Herode tetrarcha decollatur.

33. Dominus in Hierosolima passus est et resurrexit. Eclipsis solis et maximi terrae motus facti sunt. cf. H. m.

34. Iacobus, frater Domini Hierosolimorum, episcopus ab apostolis ordinatus, sedit annis 30. Hier.

35. Pilatus imaginem caesaris in templo statuens, seditionem excitavit.

36. Pilatus Romam venit, et de miraculis Domini caesari nuntiavit. cf. Hier

37. Tiberius ea quae a Pilato audierat senatui nuntiavit, sed senatus contempsit. Hier.

38. Tiberius populum Romanum graviter afflixit, et ipse veneno periit. Gaius ann. 3, mens. 10, dies 8, cf. H. m.

39. Herodes Agrippa rex Iudeae a Gaio constitutus, regnavit annis 7. vir scelestissimus. Hier.

40. Iudei apud Alexandriam profligantur[a], pro quibus Filo clarissimus scriptor Gaium interpellans, nihil profuit.

41. Pilatus semet ipsum interfecit, magnis a Gaio calamitatibus obpressus.

42. Matheus euangelium hebraice scripsit. Gaius occiditur a[b] suis. Claudius ann. 13, mens. 8, dies 28. Isid. Hier.

44. Petrus apostolus Romam venit, ibique per 25 annos praedicans, episcopatum tenuit. Hier.

45. Herodes Agrippa ab angelo percussus expiravit. Pro quo filius eius Agrippa regnavit annis 26. Marcus euangelista in Aegipto praedicavit. Hier. Beda.

46. Claudius Brittanniam subegit. Fames magna facta est. Hier. Beda.

47. Nova insula 30 stadiorum in mari apparuit. Hier.

48. Cives Romani a Claudio numerati, inventi sunt sexagies novies centum et quadraginta quatuor milia[c].

49. Iudeorum in seditione triginta milia necantur in diebus azimorum.

51. Claudius Iudeos Urbe expulit. Beda

52. Magna fames Romae facta est. Hier

53. Claudius Felicem procuratorem Iudeae fecit.

54. His temporibus Simon magus simoniacae herescos auctor extitit. cf. Isid.

55. Aegiptius quidam pseudopropheta Iudeorum plures seducens, a Felice obprimitur. Hier.

56. Claudius veneno mortuus est anno aetatis 64. Nero ann. 13, mens. 7, dies 28. cf. Hier

57. Nero flagitiosus primam in christianos persecutionem exercuit. Seditio in Caesarea orta plures Iudeorum perdidit. Beda. Hier

58. Paulus apostolus Romam a Festo praeside mittitur. Hier.

59. Hucusque librum actus apostolorum Lucas euangelista perduxit, continentem annos a passione Domini 27.

60. Statius poeta clarus erat. Hier

61. Nero Agrippinam matrem suam et sororem patris interficit.

62. Nero infinita luxuria et lascivia ignaviaque bachatur.

63. Iacobus, frater Domini, a Iudeis lapidatur.

64. Marcus euangelista apud Alexandriam passus est. cf. Hier.

65. Neronianae thermae[*] a Nerone aedificantur. Hier.

66. Nero, ut similitudinem Troiae ardentis videret, magnam partem Urbis incendit.

67. Nero Senecam magistrum suum interfecit.

68. Vespasianus adversus Iudeos rebellantes a Nerone mittitur.

69. Petrus et Paulus a Nerone propter Simonem magum trucidantur, et pestilentia Romae facta est, Neroque se ipsum interfecit. Linus primus a beato Petro sedit annis 12. Antiochiae secundus episcopus ordinatur Ignatius. cf. Beda. H. misc. Hier.

70. Vespasianus in Iudea pugnans, inperator ab exercitu constituitur, vir militari virtute praecipuus. Galba menses 7. Otho menses 3. Vitellius menses 8. Cass.

71. Titus Iudeos inenarrabili fame cruciatos obsedit. Vespasianus ann. 9, mens. 11, dies 22. Hier.

72. Hierusalem a Tito expugnata destruitur, anno a passione Domini 40. a prima vero conditione templi sub Salomone 1089. Beda.

75. Hoc[d] tempore Iosephus historiographus clarus habetur. cf. Hier

77. Colossus[d] erectus est, habens altitudinis pedes centum et septem. Hier. Cass.

79. Pestilentia Romae facta est, et terrae motus tres civitates Cypri subvertit. Hier.

80. Vespasianus profluvio ventris in villa circa Sabinos obiit. Titus ann. 2, mens. 2.

81. Titus vir erat omnium genere virtutum mirabilis, ita ut divitiae et amor humani generis diceretur. Hic amphiteatrum Romae construxit, in cuius dedicatione quinque milia ferarum occidit. Beda.

82. Cletus[e][1] papa secundus annis 12. Titus in eadem villa qua et pater obiit anno aetatis 42. Hier.

83. Domitianus infectus omnibus sceleribus, secundo persequitur christianos. Idem etiam eunuchos fieri prohibuit. Domitianus frater Titi ann. 15, mens. 5. H. m. Beda. Hier.

84. Decreto senatus Titus inter deos refertur.

85. Tres virgines Vestae ob stuprum damnantur.

86. Anianus, primus post Marcum euangelistam episcopus Alexandriae, post annos 22 obiit; pro quo Abilius sedit ann. 13.

88. Domitianus se deum et dominum appellari iussit.

90. Quintilianus rethor Romae clarus habetur.

91. His temporibus heresis Menandri magi et Hebionitarum et Cherinthiorum et Nicolaitarum exoritur. cf. Eus. h. e. III, 26 – 29.

92. Romani plurima mala a caesare et ab hostibus pertulerunt. cf. Hier.

a profliguntur 1. b) protectoribus *inserendum esse videtur cf. Hier. et Bernoldum.* c) LXes VIIIes C et XL IIII 1.
*) termae, tracia, renus, atanaricus *et alia eiusmodi interdum* 1. d) *Anni* 75. *et* 77. *in loco raso* 1. e) Cletus — XII. *in loco raso* 1.

1) ita Gesta pontt. Hier.: Anacletus. Alibi quoque Herim. pontificum nom. et annos non solum ex Hier. hausit.

Hier. 93. Domitianus de Dacis et Germanis triumphat.
94. Clemens papa tertius sedit annis 9. Cornelia virgo Vestalis ob stuprum viva defossa est.
95. Domitianus multos nobilium occidit.
96. Hoc tempore Iohannes apostolus in Pathmos insulam a Domitiano in exilium missus, apocalipsin scripsit.
97. Domitianus Flaviam Domitillam cum multis aliis in exilium pro fide Christi relegavit.
98. Domitianus, cum multa mala egisset, a suis crudeliter interfectus est anno aetatis 35.
Beda 99. Nerva primo edicto suo omnes exules revocavit. Sanctus Iohannes apostolus ab exilio rediens euangelium scripsit.
Hier. Nerva confectus morbo obiit; pro quo Traianus regnavit. Nerva ann. 1, mens. 4, dies 8.
100. Traianus, genere Hispanus, vir rei publicae utilis, sed errore deceptus, tertius persequitur christianos. Alexan-
Beda driae Cerdo tertius episcopus sedit annis 12. Iohannes apostolus apud Ephesum dormivit in pace, anno a passione Domini 68. Traianus ann. 19, mens. 6, dies 15.
Hier 103. Euarestus papa quartus sedit annis 8. Traianus de Dacis et Scithis triumphat.
104. Traianus multas gentes Romano subiecit imperio.
106. Aurea domus Neronis incendio conflagravit.
107. Terrae motu multae urbes subversae sunt.
108. Alexandrinae aecclesiae $4^{us}$ episcopus ordinatur, nomine Primus.
109. Simon, filius Cleopae, qui in Hierosolimis episcopatum tenebat, crucifigitur anno aetatis 120; pro quo Iustus.
110. Ignatius Antiochiae episcopus Romam perductus, bestiis traditur; pro quo constituitur episcopus Oron $3^{us}$
111. Alexander papa $5^{us}$ sedit annis 10.
112. Pantheum Romae fulmine concrematum.
113. Post Iustum Hierosolimae episcopum Zacheus sedit $4^{us}$.
114. Terrae motus pene totam Antiochiam subruit.
115. Traianus Assiriam, Armeniam et Mesopotamiam provincias facit.
117. Iudei commoti magnas caedes hominum faciunt, sed in Alexandria victi, ab omnibus ubique trucidantur.
118. Traianus apud Seleuciam profluvio ventris moritur anno aetatis 64. Adrianus ann. 21.
Beda 119. Hic per Quadratum discipulum apostolorum et Aristidem virum sapientem libris apologeticis edoctus, mitis
Hier efficitur christianis. Adrianus Alexandriam publicis restauravit expensis.
120. Adrianus iterum Iudeos profligat.
121. Xistus papa $6^{us}$ sedit annos 12. Adrianus plurima tributa relaxat.
122. Adrianus bellum contra Sauromatas gessit. Terrae motus factus est.
123. Adrianus in Libiam, quae a Iudeis vastata fuerat, colonias deducit.
cf Eus. IV, 4. 5 124. Iustinus episcopus Alexandriae sedit annis 11. Adrianus legem dedit Atheniensibus.
Hier. 125. Hierosolimis post Philippum Seneca $10^{us}$ constituitur.
cf Isid. 126. Hoc tempore Aquila interpres habetur.
Hier. cf Eus IV, 6. 7 127. Adrianus, apologeticis nostrorum acceptis, literas pro christianis misit.
129. His temporibus Saturninus et Basilides et Carpocrates heresim condiderunt.
Hier. 130. Adrianus pater patriae primus appellatur.
131. Antiochiae ordinatur Cornelius episcopus. Nicopolis et Caesarea terrae motu corruerunt.
133. Telesphorus papa $7^{us}$, sedit annis 7.
134. Iudei in arma versi, Palestinam depopulantur.
cf Eus. 135. Alexandriae Eumenes episcopus sedit annis 13.
IV, 6 136. Iudei iterum commoti, magnis ubique cedibus enecantur.
Beda 137. Hierusalem ab Helio Adriano reparata est, et ex eius nomine Helia nuncupata, et Iudeis ne introirent interdicta.
138. Primus ex gentibus Hierosolimis episcopus Marcus ordinatur, cum iam 15 de Iudaica gente obissent.
Hier 139. Adrianus morbo intercutis aquae moritur, maior sexagenario.
Beda 140. Antoninus, cognomento Pi , per apologeticum[a] Iustini christiani philosophi et postea martyris edoctus, clemens
Hier efficitur nostris. Yginus papa $8^{us}$ sedit annis 4. Antoninus ann. 22, mens. 3.
cf Eus. 141. Antoninus pater patriae appellatur.
IV 11 142. Valentinus et Cerdo, et post hos Marcus[b] et Marcion aecclesiam heresi inpugnant.
Hier 143. Iustinus philosophus pro christianis apologeticon Antonino scripsit.
144. Pius papa $9^{us}$ sedit annis 15.
145. Antiochiae constituitur episcopus Heros.
148. Alexandriae Marcus $7^{us}$ episcopus sedit annis 10.
149. Valentinus hereticus agnoscitur.
152. Apollonius et Basilides philosophi inlustres habentur.
156. Crescens cynicus philosophus Iustino nostro persecutionem commovit, in qua ille gloriose pro Christo sanguinem fudit.
157. Alexandriae Celadion $8^{us}$ episcopus sedit annis 14.
158. Anicetus papa $10^{us}$ sedit annis 13.
159. Hierosolimis post Marcum factus est episcopus Cassianus $17^{us}$.
160. Antoninus Pius apud Lorium[c] obiit anno aetatis 77.
Beda. 161. Marcus Antoninus Verus cum fratre Lucio Aurelio Commodo aequo iure administraverunt imperium. Marcus et Lucius ann. 19, mens. 1.
Hier 162. Lucio caesari Athenis sacrificanti ignis ab oriente in occidentem in caelo ferri visus est.
163. Fronto orator insignis habetur.
164. Caesares de Parthis triumphant.
165. Quarta persecutio orta, apud Asiam Policarpum cum plurimis et in Gallia multos sanctorum coronavit.
Beda 167. Lues maxima multas vastavit provintias, et exercitum Romanorum pene delevit.
Hier 168. Sother papa $11^{us}$ sedit annis 8.
196. Antiochiae Teophilus episcopus ordinatur, vir sapiens.
170. Lucius caesar apoplexi extinctus est. Alexandriae Agrippinus episcopus sedit annis 12.

a) apollog. 1. b) m. et m. *in loco raso* 1. c) lorum 1.

171. His temporibus Egesippus, Dionisius Corinthi episcopus, et Pynitus Cretae episcopus clari habentur. Hier.
173. Catafrigarum heresis oritur.
174. Hoc tempore Tatianus heresim Encraticarum[a] condit.
175. Maxima per totum orbem pestilentia fuit.
176. Antoninus multa bella per se et per duces suos faciebat. Eleutherus 12us papa annis 15.
177. Antoninus Commodum filium consortem regni fecit.
178. Imperatores dona largiti[b] sunt, debita relaxant, et severiores leges temperant. Lucius Brittanniae rex ab Eleutherio papa christianus efficitur. Beda.
179. Antoninus in Pannonia morbo periit, et Commodus a senatu augustus appellatur. Hier.
180. Commodus post mortem patris Germanos feliciter vicit. Hic obscenus et pravus fuit. Commodus 15us a. 13. Beda.
181. Alexandriae templum Serapis incensum est. Iulianus 10us Alexandriae episcopus sedit annis 10. Hier.
182. Hyreneus Lugdunensis episcopus insignis habetur.[1] Panthenus et Clemens Alexandriae clari habentur. Eus. V, 9.10.
183. Commodianae thermae Romae factae sunt. Hier.
184. Commodus Septembrem mensem nomine suo appellavit.
185. Hierosolimis 26us ordinatur Maximus episcopus. Origenes apud Alexandriam nascitur[2].
186. Montanus quidam heresim Catafrigarum condit. Eus. V, 14 16.
188. Capitolium Romae et biblioteca fulmine cremantur. Hier.
189. Alexandriae Demetrius episcopus sedit annis 43. Commodus, colossi capite sublato, suae imaginis caput iussit inponi.
190. Commodus multos nobilium interfecit. Serapio 8us Antiochiae episcopus ordinatur.
191. Questio de pascha oritur, et in dominica die celebrari iubetur. Eus. V, 23.
192. Commodus cunctis incommodus, in domo Vestali strangulatur. Hier.
193. Pertinax maior septuagenario ex senatus consultu iussus est imperare. Victor 13us papa sedit annis 10. Pertinacem[c] occidit in palatio Iulianus iuris peritus, et regnavit pro eo 7 menses. Pertinax 16us mens. 7. Beda
194. Severus genere Afer Iulianum apud Molvium pontem interfecit, et in honorem Pertinacis, quem idem[d] Iulianus occiderat, Pertinacem se cognominari iussit. Severus 17us ann. 17. Hier.
196. Hoc tempore Narcissus Hierosolimorum episcopus, et Theophilus Caesariensis, Policarpus quoque et Bacchilus Asiani, et alii episcopi insignes habentur.
198. Iudaicum et Samariticum bellum motum est.
199. Severus Parthos et Adiabenos Arabasque superavit.
201. Thermae Severianae apud Antiochiam factae sunt.
202. Zepherinus papa 14us sedit annis 18.
203. Severus quinta persecutione plurimos sanctorum coronavit, inter quos pater Origenis Leonides cum multis aliis martirizatur. Beda
205. Perpetua et Felicitas hac persecutione bestiis deputantur apud Cartaginem.
206. Simmachus et Theodotion interpretes habentur his temporibus. cf. Isid.
207. Severus vallum apud Brittannos per 132 milia passuum a mari ad mare fecit. Hier.
208. Tertullianus Afer clarissimus habetur.
209. Origenes Alexandriae studiis eruditur.
210. Severus in Brittannia moritur.
211. Antiochiae Asclepiades 9us episcopus ordinatur. Antoninus 18us ann. 7.
212. Alexander 35us Hierosolimorum episcopus ordinatur vivente Narcisso, Deo per visum iubente.
213. Antoninus Caracalla propter genus vestis, quod Romae erogabat, cognominatur.
214. Antonianae thermae[e] dictae sunt Caracallae ex nomine Antonini.
215. Antoninus Romae thermas sui nominis aedificavit.
216. Antoninus inpatientia libidinis novercam suam Iuliam duxit uxorem.
217. Antoninus interficitur anno vitae 43. Macrinus ann. 1.
218. Romae amphiteatrum incensum. Antiochiae episcopus constituitur Philetus 10us. Macrinus cum filio Diadumeno occiditur in Archelaide. Beda
219. Aurelius Antoninus adeo inpudicę in imperio vixit, ut nullum genus obscenitatis omiserit. Calistus papa 15us annis 5. Aurelius Antoninus ann. 4. Hier.
220. Yppolitus episcopus clarus habetur. Beda.
221. In Palestina Nicopolis, quae prius Emmaus vocabatur, condita est. Hier.
222. Aurelius tumultu militari Romae occiditur.
223. Alexander Xerxem regem Persarum vicit. Alexander 21us ann. 13.
224. Hic militaris disciplinae severus corrector fuit.
225. Urbanus papa 16us sedit annis 9. Hic multos nobilium ad fidem Christi convertit. Beda
226. Ulpianus iuris consultus insignis habebatur. Hier.
227. Thermae Alexandrinae Romae aedificatae.
228. Geminus presbiter Antiochenus, et Yppolitus et Berillus episcopus et[f] Bostrenus clari scriptores habentur.
229. Antiochiae ordinatur episcopus Zebennus 11us.
230. Mammea, mater Alexandri, Origenem celeberrimum doctorem ad se vocatum audivit. Alexandriae Heraclas episcopus annis 16. Beda Hier.
231. Alexander in matrem Mammeam unice pius fuit, et ob id omnibus amabilis.
232. Origenes de Alexandria ad Caesaream Palestinae transit.
233. Pontianus papa 17us sedit annis 5.
234. Alexander Romae favorabilis fuit. Isid.
235. Alexander tumultu militari Mogontiaci occiditur. Hier.
236. Maximinus christianos, et maxime rectores aecclesiae, sextus post Neronem persequitur. Maximinus 22us a. 3 Beda.
237. Maximinus adversum Germanos bellum feliciter gessit. H. m.
238. Maximinus Aquilegiae a Pupieno occiditur. Hier.

a) *leg.* Encratitarum. USS. b) iargiti 1. c) pertinax occiditur in palatio Iulianus *corr.* pertinacem occidit in palatio iulianus 1. d) idem iulianus *e corr.* 1. e) *superscr.* 1. f) et b. *superscr.* 2) cf. a. 253.

Hier. 239. Anterus 18us papa sedit mensem 1; post quem Fabianus 19us annis 13. **Gordianus 23us ann. 6.**

240. Pupienus et Albinus, qui imperium arripuerant, in palatio a Gordiano occisi sunt.

Beda 241. Hoc tempore Iulius Africanus chronographus clarus habetur.

242. His temporibus Origenes Theodorum et Athenodorum fratres, postea episcopos nobiles, divina imbuit philosophia.

Hier. 243. Gordianus cum victor a Parthis reverteretur, haut longe a Romano solo interficitur.

244. Milites Gordiano tumulum aedificant, et ossa eius Romam reportant.

245. Philippus primus omnium imperatorum christianus fuit. Hic filium suum Philippum consortem regni fecit. **Philippus 24us cum filio ann. 7.**

246. Regnantibus Philippis, millesimus annus Romanae urbis expletus est.

247. Millesimus annus a christiano imperatore variis ludis celebratus est.

248. Theatrum Pompei Romae incensum.

Beda. 249. Philippus urbem nominis sui in Thracia construxit. His temporibus Origenes multa scripsit.

Hier. 250. Alexandriae Dionisius 13us episcopus sedit annis 17.

251. Philippus senior Veronae, Romae vero iunior occiditur. **Decius ann. 1, mens. 3.**

252. Decius cum Philippos, patrem et filium, interfecisset, ob eorum odium in christianos persecutionem movet. Antonius in Aegipto nascitur. Decius cum filio occiditur. Fabianus martirizatur; pro quo Cornelius papa sedit annis 2 [a], qui et ipse martyrio coronatur.

Beda 253. Origenes anno aetatis 70. moritur. Novatus presbiter auctor hereseos extitit. Hier. Maxima pestilentia facta est. **Gallus cum Volusiano ann. 2, mens. 3.**

254. Lucius papa 21us mens. 8, post quem Stephanus annis 2 [c]. Gallus cum filio interficitur.

Beda 255. Valerianus octavus persecutionem in christianos exercuit. **Valerianus et Gallienus ann. 15.**

Hier 257. Ciprianus doctor eximius, Carthaginensis [c] episcopus, martirio coronatur.

258. Valerianus a Sapore Persarum rege capitur. Xistus papa sedit annis 6.

259. Valeriano in Persas ducto et oculis privato, Gallienus pacem reddit nostris.

261. Gallienus in omnem lasciviam dissolvitur.

262. Germani Italiam, Alamanni Gallias et Italiam populantur.

263. Macedonia, Grecia, Pontus, Asia et aliae provintiae depopulantur per Gothos.

265. Dionisius papa sedit annis 9.

Beda. 266. Hoc tempore Theodorus, qui et Gregorius, Neocaesareae episcopus, virtutibus claruit.

Hier 267. Hierosolimis Himeneus episcopus ordinatur.

269. Gallienus Mediolano occiditur. **Claudius ann. 1, mens. 9.**

270. Claudius Gothos iam per annos 15 Illiricum Macedoniamque vastantes superat. Paulus Samosatenus, Antiochiae episcopus, hereticus esse convincitur. Claudius Sirmio moritur. Pro quo frater eius Quintillus regnavit dies 17, et Aquileiae occiditur. (Isid, Hier)

cf. H. m 271. Aurelianus, publicae rei utilis, primo clemens christianis, postea persecutor fuit. **Aurelianus ann. 5, mens. 6.**

Hier 272. Zenobia regina orientis vincitur. Eusebius Laodicensis episcopus insignis habetur.

273. Aurelianum Romae triumphantem Tetricus et Zenobia captivi praecesserunt.

274. Imperator Soli templum aedificat, et nonus christianos persequitur.

275. Aurelianus divino fulmine territus, interficitur [d] a militibus; pro quo regnavit Tacitus mensibus 6, Quo apud Pontum occiso, Florianus regnavit dies 88, et occiditur. **Tacitus mens. 6.**

276. Felix papa 25us sedit annis 5.

277. Probus Gallias a barbaris occupatas ingenti virtute restituit. **Probus ann. 6. mens. 4.**

cf. Eus VII.31 278. Anatolius Laodiciae episcopus clarus habetur.

279. Manes quidam, genere Persa, insanam Manicheorum heresim condit.

Hier 280. Antiochiae episcopus constituitur Quirillus 18us.

281. Euticianus papa sedit menses 8. Cui successit Gaius papa annis 16.

282. Probus apud Sirmium tumultu militari occiditur. Alexandriae episcopus Theonas annis 19.

283. Carus victor de Parthis super Tigridem fulmine ictus interiit. **Carus cum filiis Carino et Numeriano a. 2.**

284. Numerianus insidiis Apri soceri sui occisus est. Carinus apud Margum a Diocletiano praelio victus interficitur. Hucusque ab incarnatione Domini subputantur secundum Dionisium anni 284.

Beda 285. Ab hoc anno Greci paschales circulos inchoabant. **Diocletianus [e] ann. 20**

Hier 286. Diocletianus Herculianum Maximianum in consortium regni assumit.

cf. H. m 287. Maximianus in Gallia Amandum cum rusticis vicit.

Hier. 288. Hoc tempore Carausius [f] Brittanniam, Narseus rex Persarum orientem, Achilleus Aegiptum, Quinquegentiani Africam infestaverunt; ob quae Constantinus, Galerius et Maximianus in regnum assumuntur.

cf. H. m 290. Diocletianus Constantium, Constantini patrem, caesarem fecit, qui regnavit annis 16.

291. Imperator Galerium Maximianum caesarem fecit.

Eus VII.32 292. Hoc tempore Phierius presbiter et Achillas et Melitus Alexandriae claruerunt.

cf. Hier 293. His temporibus diversis et multis praeliis hostes diversi vincuntur.

Hier 295. Diocletianus se ut deum adorari iussit.

296. Gaio papae per martirium coronato Marcellinus 28us successit.

297. Diocletianus, victo Achilleo, Alexandriam Aegiptumque recepit.

298. Idem plurimos per totam Aegiptum proscriptionibus et exiliis damnavit.

299. Constantius 60 milia Alamannorum iuxta Lingonas occidit.

300. Galerius Maximianus victus a Narseo, ante carpentum Diocletiani purpuratus cucurrit.

301. Maximia Narseum superavit, et uxorem eius ac liberos captivavit.

302. Diocletianus et Maximianus insigni pompa de hostibus triumphant.

cf. Eus VIII, 3. 303. Diocletianus et Maximianus aecclesias subvertunt, libros divinos incendunt et christianos cruciant.

Hier. 384. Diocletianus Nicomediae et Maximianus Mediolani purpuram et regnum deponunt. Eusebius papa sedit menses 8. Post quem Meltiades annos 4.

---

a III. *corr* II. 1. b III. *corr.* II. 1. c) chartag. 1. *passim.* d) interficitur a. m. p. q. r. t. m. VI. *in loco raso* 1 e diocletianus 1 *plerumque.* f *ita Hier. et* 3. *recte*; carus 1.

305. Maximinus et Severus[a] caesares facti sunt. Constantius augustus obiit, post quem Constantinus, filius eius. Hier.
Constantinus, Constantii ex concubina Helena filius, primus imperator, excepto Philippo, christianus fuit, et ab hoc christiani imperatores esse coeperunt.

306. Maxentius, Maximiani Herculii filius, augustus appellatur. Constantinus ann. 30, mens. 10.

307. Maximianus apud Massiliam turpiter interficitur.

308. Occiso Severo, Licinius caesar efficitur. Galerius Maximianus moritur.

309. Silvester papa sedit annis 25. Maximinus christianos persequitur, et apud Tharsum moritur.

311. Maxentius iuxta Molvium pontem a Constantino superatus occiditur.

312. Persecutio tandem post decem annos finita est.

314. Diocletianus in praedio suo moritur, et solus omnium privatus inter deos refertur.

315. Plurimi persecutorum et magorum trucidantur. cf. Eus. IX,9.

318. Licinius christianos de palatio[b] suo pellit, et eos persequitur. Hier.

319. Hoc tempore Arrius Alexandriae presbiter nefandam Arrianorum heresim condit. cf. Ruf. h. e. I, 1.

320. Alexandriae ordinatur episcopus Alexander. Hier.

321. Arrius presbiter ab aecclesia a suo episcopo Alexandro eiectus, multos suae impietati sociat.

322. Concilium in Nicea congregatur 318 episcoporum sub Silvestro papa.

323. Constantinus, filius Constantini, caesar efficitur. Licinius occiditur. Hier. a. 324.

324. Hoc tempore crux dominica ab Helena, Constantini matre, Hierosolimis reperitur, sub Machario eiusdem urbis episcopo. Nazarius rethor insignis habetur. cf. a. 316. Hier.

325. Vicennalia Constantini Nicomediae acta, et sequenti anno Romae edita.

326. Hucusque historiam scribit Eusebius; hinc Hieronimus.

327. Constantinus Drepanam Bithiniae civitatem instaurans, in honorem matris suae Helenopolim appellavit.

328. Arriani episcopi aecclesiam optinuerunt, quorum tempora non digeruntur, quia hostes Christi iudicantur.

329. Iuvencus presbiter claruit. Porphirius hereticus a Constantino de exilio liberatur.

330. Alexandriae ordinatur episcopus Athanasius. Dedicatur Constantinopolis.

331. Edicto Constantini gentilium templa subversa sunt.

332. His temporibus Eusebius Caesariensis episcopus et alii multi doctores claruerunt.

333. Antonius monachus clarus habetur. cf. Hier. a. 339.

334. Constantinus cum liberis suis honorificas ad Antonium litteras mittit. Hier.

335. Tricennalibus Constantini Dalmatius caesar appellatur.

336. Constantinus, dum bellum in Persas pararet, apud Nicomediam obiit anno aetatis 66.

337. Dalmatius caesar factione Constantii patruelis et tumultu militari interficitur. Constantius $35^{us}$, Constantinus et Constans ann. 24, mens. 5, dies 13.

338. Constantius Arriana heresi per Arrianum presbiterum et Eusebium Nicomediensem pollutus, Athanasium episcopum et omnes non suae partis episcopos persequitur.

339. Constantinus bellum fratri Constantio inferens, iuxta Aquileiam occiditur.

340. Terrae motus multas urbes subvertit.

341. Franci a Constante perdomiti, in pacem recepti sunt.

342. Constantinopoli, eiecto ab Arrianis Paulo episcopo, Macedonius heresiarches substituitur.

343. Hoc tempore Maximinus Treverorum episcopus claruit, a quo Athanasius a Constantio profugus suscipitur.

344. Athanasius ad Constantis litteras Alexandriam regreditur.

345. Eclipsis solis facta est, et terrae motus multas urbes subvertit.

346. Tribus diebus ac noctibus Roma nutavit[c], et Campaniae urbes vexatae.

347. Bellum contra Persas geritur gravi Romanorum damno.

348. Romae ordinatur Liberius; quo ab Arrianis expulso, Felix in eius locum substituitur.

349. Constans interficitur anno aetatis 30. Magnentius et alii multi conturbant publicam rem.

350. His temporibus ossa Thimothei et sancti Andreae apostolorum et Lucae euangelistae Constantinopolim invecta sunt. Beda.

351. Gallus, Constantii patruelis, caesar factus. Magnentius se ipsum occidit. Hier.

352. Antonius monachus 105. aetatis suae anno in heremo moritur. Multi heremitae claruerunt. Beda. cf. Hier.

353. Gallus caesar occiditur. Victorinus rethor et Donatus grammaticus insignes habentur. Hier.

354. Iulianus caesar efficitur a Constantio. Eusebius Vercellensis et Dionisius Mediolanensis cum aliis exulantur.

355. Magnae Alamannorum copiae apud Argentarium [1] deletae sunt cum Iuliano caesare.

356. Iulianus Rheno Germanos[d] vicit. Hilarius Pictaviensis et Athanasius Alexandrinus ab Arrianis multa mala passi sunt. cf. H. m. cf. Hier.

357. Apud Ariminum sinodus Arrianorum contra fidem facta est. Paulinus Treverensis episcopus in exilio moritur. Hier.

358. Iulianus augusti nomen usurpat. Constantius in Parthos bellum parat. cf. H. m.

359. Constantius, Parthico bello dimisso, contra Iulianum arma sumit. H. m.

360. Constantius moritur anno aetatis 45. Hier.

361. Iulianus ex christiano lectore paganus factus, persequitur christianos. Athanasius, Eusebius et Lucifer de exilio revertuntur. Pagani apud Sebasten sepulchrum sancti Iohannis baptistae invadunt. Iulianus $36^{us}$ ann. 1, mens. 8. cf. H. m. Hier. Beda.

362. Iulianus ad bellum Parthicum[e] profectus, et christianorum sanguinem diis suis vovens, Dei iudicio a quodam hoste occisus, interiit, anno aetatis 32. Post quem Iovianus imperator factus, cum omni exercitu ad christianitatem redit. Anthiochiae sinodus heresiaca collecta est. Iovianus $37^{us}$ mens. 8. Hier.

363. Iovianus in nova domo recubans, suffocatus odore prunarum et calcis, moritur; pro quo Valentinianus regnat, qui ob fidem Christi tribunatu militum a Iuliano privatus fuit. cf. H. m.

364. Valentinianus Valenti fratri suo orientis imperium dedit. Valentinianus $38^{us}$ ann. 11. cf. Hier.

a) ue *e corr. rec. manus.* b) palacio 1. c) natauit 1. d) reno germanos *et* rheno germanos *scribunt codices Herimanni et Bernoldi, Hist. miscella* cum Alamannis, apud Rhenum fluvium residentibus, dimicans *habet.* e) particum 1.

1) Argentoratum, Strasburg.

Hier. 365. Romae Damasus papa ordinatur. Valens ab Eudoxio Arrianorum episcopo baptizatus, christianos persequitur.

366. Gratianus, Valentiniani filius, imperator efficitur. Vera lana pluviae mixta de nubibus fluxit.

367. Athanaricus* rex Gothorum christianos persequitur. Hilarius episcopus Pictaviensis moritur. Nicea terrae motu corruit.

cf. Beda. Ruf. II, 20. 368. Eusebius Vercellensis moritur. Hoc tempore Apollinaris episcopus heresim condit.

Hier. 369. Magna fames in Frigia.

Beda. 370. His diebus post Auxentii Arriani mortem Ambrosius episcopus Mediolanensium ordinatur.

Hier. 371. Didimus Alexandriae caecus claruit. Valentinianus Saxones caede perdomuit.

372. Eunomius agnoscitur, a quo heresis Eunomiana. Burgundiones iuxta Rhenum consederunt.

373. Hoc tempore docente Ambrosio Italia ad Christi fidem convertitur.

374. Valentinianus subita sanguinis eruptione moritur; pro quo Gratianus filius cum patruo Valente regnavit.

375. Gratianus 30 milia Alamannorum delevit. Valens cum Gratiano et Valentiniano ann. 4.

Beda. 376. Valens legem dedit, ut monachi militarent; nolentes fustibus iussit interfici.

cf. Isid. 377. Gothi, datis a Valente Arrianis doctoribus, Arriani efficiuntur.

Hier. 378[a]. Valens Arrianus imperator, post multa mala sua, in Thracia trucidato a Gothis Romano exercitu, ipse sagitta sauciatus fugiens, et in vilem casam, cum saepe equo laberetur, deductus, insequentibusque hostibus vivus in ipsa casa incensus, sepultura etiam caruit. Post quem Gratianus 39us, fratris eius filius, cum fratre suo Valentiniano regnavit annos 6. Hucusque chronica Eusebii Hieronimus perduxit. Hinc Herimannus.

Prosp. cf. Beda. Prosp. 379. Gratianus imperator ob perturbatum imperii statum Theodosium, genere Hispanum, armis fide et religione praecipuum, orienti imperatorem praefecit. Qui 17 annis regnans, Gothos, Hunos Alanosque et alias gentes plures coercuit, deque tyrannis Romanorum saepe imperium vindicavit. Priscillianus de Galliis[b] episcopus hoc tempore sui nominis heresim condit.

380. Ab hoc anno Theophilus Alexandrinus episcopus paschales ciclos inchoat[2]. Ambrosius Prosp. Mediolanensis archiepiscopus multa hoc tempore sublimiter scripsit.

Beda. 381. Sinodus secunda universalis 150 episcoporum Constantinopoli agitur contra Macedonium heresiarcham, ipsius urbis episcopum, sub Theodosio augusto et Damaso papa.

Prosp. 382. Athanaricus, rex Gothorum persecutorque christianorum, Constantinopoli receptus a Theodosio, moritur.

Beda. 383. Archadius, filius Theodosii augusti, a patre in consortium[c] regni assumptus, regnavit annis 26.

Prosp. 384. Theodosio augusto filius Honorius nascitur. Romae post Damasum papam Siricius, qui in chronicis Prosperi Ursinus dicitur, papa 40mus sedit annis 14.

Beda. 385. Maximus[d] in Britannia a militibus imperator creatus, ad Gallias transfretans, Gratianum augustum, a suis proditum, bello victum fugavit, et Lugduni captum occidit, Valentinianumque augustum, fratrem eius, de Italia ad Theodosium Prosp. in orientem pepulit, Victoremque filium suum imperii consortem fecit. Hieronimus[e] presbiter, iam in Bethleem habitans, studio et doctrina incomparabilis toto claruit orbi. Priscillianus hereticus in sinodo Burdegalensi iam damnandus fugit, et Treveris ab Ebodio praefecto auditus, cum sequacibus erroris gladio addictus est.

388. Maximus tyrannus[f] a Theodosio et Valentiniano augustis victus et captus, iuxta Aquilegiam purpura privatus, capite plectitur, et Victor, filius eius, ab Arbogaste magistro militum in Galliis peremptus est, et Valentinianus imperio restitutus.

389. Itatius[g] et Ursatius[h] episcopi ob necem Priscilliani, quem accusaverant, aecclesiae communione privantur.

392. Valentinianus augustus, nimia, ut aiunt, Arbogastis austeritate vitae pertaesus[i], apud Viennam laqueo vitam Beda. finivit. Pro quo Arbogastes insimulatus, Eugenium in Gallia imperatorem creat. Hieronimus librum, quem de viris inlustribus aecclesiae scripsit, hucusque perduxit.

Prosp. 393. Theodosius imperator cum filiis Archadio et Honorio 3 annis regnavit.

394. Iohannes anachoreta, cuius vitam Hieronimus edidit[3], Theodosium imperatorem contra Eugenium tyrannum victorem fore praedixit.

Prosp. Fred. Prosp. cf. Isid. 395. Theodosius imperator divinitus adiutus Eugenium tyrannum pugna victum peremit; et ipse eodem anno Mediolani vita decessit, et apud Sanctum Laurentium sepultus est. Pro quo filius eius Archadius cum fratre Honorio annos 13 regnavit. Augustinus, aecclesiae propugnator facundissimus, a Maximo veterano episcopo[4] Yponae regionis Africae adhuc vivente, ipsius urbis episcopus, quamvis invitus, ordinatur. Claudianus poeta clarus habetur. Iohannes heremita migravit ad Dominum[k]. Hucusque Rufinus aecclesiasticam[l] historiam Eusebii Caesariensis episcopi, a se translatam, perduxit.

cf. H m. 396. Gildo comes Affricae tyrannidem inibi invasit, eam sibi usurpare praesumens.

Prosp. Greg. Tur. I, 43. 397. Concilio Carthagini[m] habito, Yponiense concilium roboratur. Sanctus Martinus Turonorum episcopus post multas virtutes migravit ad Dominum anno aetatis 81. episcopatus vero 26[n]. Cuius vitam et virtutes Sulpitius[o] Severus egregio edidit stilo.

cf. H m. Marceil. Pr. H. m. 398. Sanctus Ambrosius Mediolanensis archiepiscopus, doctor aecclesiae mirificus, ad Dominum[p] migravit. Romae Anastasius papa 41mus sedit annis 4. In Affrica Gildo comes a fratre Mascezele, Deo iuvante, pugna victus interiit.

cf. Is. H. m. Prosp. 399. Templa idolorum iussu imperatorum in diversis partibus orbis destruuntur, et ludi gladiatorum tolluntur. Eutropius eunuchus, qui hoc anno cum Theodoro consulatum invaserat, honore et vita privatus interiit.

400. Gothi Alarico et Radagaiso regibus Italiam ingredientes devastant[q]. Hoc tempore Anastasius papa sua etiam[r]

*) atan. *hoc loco* 1. a) *a.* 378—384. *historia manu s. XV. suppleta est* 2. b) *lege* Gallaecia *ut Prosper habet.* c) consorcium 1. d) *alia manu pergit* 1. In 2. *qui hic incipit, notitia cod.* 1. *desideratur.* e) *Quae sequuntur desunt in* 1. *sed habentur in* 2. *et* 3. *aeque ac* 4. 4b. *iis usos esse patet.* f) tir. 2. g) Statius 2. h) uersatius 1. i) protesus 1. k) xpm. 2. l) aecl. 2. *saepius.* m) carthangini 2. n) XXVIIto 2. o) sulpicius 2. p) addxpm 2. q) deuastabant 2. r) etitā 1.

2) Vid. Leonis M. epist. 64. USS. 3) Vid. S. August. l. V. de Civit. c. 26. et Rufinus l. II. hist. c. 19. et 32. Vitam vero hic indicatam in operibus S. Hieronymi haud reperio. Baronius equidem in notis ad Martyrologium Rom. die 27. Mart. factum id ait in epistola ad Ctesiphontem (Opp. T. IV. p. 476.), verum Ioannem ibi laudatum Chrysostomum esse, contendit editor Martianaeus. Conf. T. III. Mart. Bolland. die 27. USS. 4) Id a Megalio Numidiae primate factum, ipse prodit Augustinus in Breviculo collationis diei tertii cap. 7. Opp. T. IX. p. 558. USS.

decreta constituit, inventos in Urbe Manicheos dampnavit, et basilicam, quae Crescentiana dicitur, via Mamurtina construxit. G. pontt.

401. Iohannes Constantinopolitanus et Theophilus episcopi clarissimi habentur, sed adeo inter se discordes, ut molimine Theophili Iohannes in Pontum exilio relegatus sit. Prosp.

402. Pollentiae Romani, Stilicone duce, contra Gothos gravi utrorumque clade pugnantes, tandem victi terga vertunt. Romae Innocentius papa 42us sedit annis 14. cf. Prosp. Cass.

403. Carthagini concilium contra Donatistas habitum. Prosp.

404. His temporibus Innocentius papa plurima in aecclesia constituit decreta, et aecclesiam sanctorum Protasii et Gervasii martyrum Romae constructam dedicavit, et titulum in Urbe constituit. G. pontt.

405. Romanis duce Stilicone in Tuscia pugnantibus, Radagaisus[a] cum 200 milibus[b] Gothorum facili victoria, Deo donante, victus et captus est. Prosp.

406. Wandali[c], Suevi et Alani, traiecto Rheno, 3. Kal. Ianuarii Gallias hostiliter ingressi.

407. Constantinus, in Brittannia[d] tyrannide invasa, ad Gallias transit.

408. Archadius imperator Constantinopoli moritur, relicto pro se filio Theodosio. Cum quo dehinc[e] patruus Honorius annos 15 regnavit. Stilico dux fortis una cum filio Eucherio ab Honorio augusto occiditur. cf. H. m.

409. Wandali, Alani[f] et Suevi ing die Oct. Hispanias occupant. Attalus imperator Romae per tyrannidem factus, et mox pulsus, Gothis cohesit. Fred. Prosp.

410. Alaricus rex Gothorum Romam obsedit et irrupit[h], multasque caedes ibi et praedas faciens, locis tantum sacris et ad ea profugis, quia christianus erat, pepercit, anno ab Urbe condita 1164. Placidia, soror Honorii augusti, a Gothis in Urbe inter alios capta. Gothorum pars Venetiam captam possedit, qui postea Ostrogothi vocati et cum Romanis confoederati sunt. Fred. cf. Fred. c. 57.

411. Constantinus tyrannus apud Arelatum[i] victus ab Honorio captusque[k] est, filiusque eius Constans in Hispania a Gerontio comite peremptus[l], et Maximus ab eo in regnum levatus est. Constantius dux ab Honorio constitutus est. Alarico rege Gothorum mortuo, Ataulfus successit, qui Placidiam captivam uxorem accepit. Pestilentia[m], fames, bestiae et gladius barbaricus miserum[n] late vastant et comprimunt orbem. Prosp. Fred.

412. Maximo in Hispania, regno ablato, vita concessa est. Gothorum pars maxima rege Ataulfo Gallias ingressa. Heros, sancti Martini discipulus, Arelatensis episcopus, sanctus, innocens, sede sua pulsus est, et pro eo Patroclus ordinatus. Wandali et Suevi Galletiam, Alani Lusitaniam[o] et Carthaginensem[p] provincias[q], Silingi Beticas sortiuntur. Prosp. Fred.

413. Herodianus huius anni cum Lucio consul, novarum rerum in Affrica reus, honore et vita privatur. Burgundiones partem Galliae Rheno[r] contiguam optinuerunt. Iovinus[s] et Sebastianus fratres, Galliae tyranni[t], Narbonae ab Honorio perempti sunt. His temporibus Pelagius Britto, adnitentibus Celestio et Iuliano, liberum arbitrium plus iusto extollens, et hominem sine gratiae Dei auxilio proprio nisu perfectum fieri posse asserens, fidem aecclesiae turbat. Eius heresim beatus Augustinus singulariter prae ceteris expugnat et papa Innocentius cum aliis hereticis condemnat. Prosp.

414. Attalus Gothis auctoribus in Gallia tyrannidem invasit. Prosp.

415. Gothi Hispanias petunt. Quorum praesidio Attalus[u] destitutus, a Romanis captus est. Ataulfus rex Gothorum a quodam sociorum vulneratus interiit, et pro eo Wallia regium nomen invasit. Hierosolimis corpora sanctorum Stephani protomartyris, Gamalielis et Nichodemi, Luciano presbitero divinitus revelata, inveniuntur, et innumeris miraculis glorificantur. cf. Beda.

416. Wallia[v] rex Gothorum pacem cupiens, viduam Ataulfi Placidiam fratri Honorio augusto reddidit. Cuius nuptias dux Constantius[w] promeruit. Romae Zosimus papa 43us sedit annis tribus. Qui sua etiam ad aecclesiae statum decreta promulgavit. Prosp. cf. G. pontt.

417. Honorius augustus Romam triumphans ingreditur, Attalo currum eius praecedente et post in exilium[x] misso. Questio et dissensio de huius anni pascha oritur sub Zosimo papa Romano[5]. Constantius[y] Fredibalum regem Wandalorum, sine bello arte captum, Honorio imperatori misit. Prosp. Fred.

418. Carthagini[z] concilio episcoporum 217 collecto et a Zosimo papa confirmato, Pelagius aliique heretici damnantur. Eclypsis solis 14. Kal. Augusti facta, et cometa[*] abhinc usque ad mensem Septembrem visa. Pugna inter Gundericum Wandalorum regem et Ermenricum Suevorum regem facta. Prosp. cf. Marc. Fred.

419. Honorius augustus Constantium[a] ducem in consortium imperii assumit. Romae Bonifacius papa 44us sedit annos 4; cum quo ab aliis papa ordinatur Eulalius. Quo ab augustis deiecto, Bonifacius in sede firmatus, sua etiam decreta constituit, et aecclesiam sanctae Felicitatis et sancti Silvani in Urbe construxit. Constantius[b] imperator pacem cum Wallia rege Gothorum firmat, data ei cum aliquot urbibus ad inhabitandum Aquitania secunda. Prosp. cf. G. pontt. Prosp.

420. Wallia rege Gothorum mortuo, Theodericus successit. Bethlehem Hieronimus presbiter, doctor et interpres incomparabilis[c] scripturarum, anno aetatis 91. obiit. Alani a Gothis adeo caede domiti, ut, regio nomine neglecto, Gunderico regi Wandalorum se tuendos submitterent. Fred. Prosp. Fred.

421. Constantius[d] imperator Ravennae moritur. Bellum inter Wandalos et Gothos oritur.

422. Exercitus contra Wandalos duce Castino ad Hispanias Gothis auxilium[e] mittitur. A quo offensus Bonifacius, vir bellicosus, secedens ad Affricam se contulit. Wandali vero pene ad desperationem coacti, Castino incaute manum conserente, victores effecti sunt. Prosp. Fred.

423. Placidia augusta a fratre Honorio pulsa, cum filio Valentiniano ad Theodosium augustum in orientem proficiscitur. Romae Celestinus[f] papa 45us sedit annis 9. Qui plurima in aecclesia fecit statuta, et basilicam Iulii in Urbe constructam dedicavit. Honorius imperator occidentis Ravennae moritur, et Iohannes tyrannus regnum[g] eius occupat. Theodosius imperator orientis post mortem patrui sui Honorii regnavit annis 26. Prosp. G. pontt. cf. Prosp. et Beda.

a) *ita* 3. radagaistis 1. 2. b) militibus 1. c) Wuandali 2. *littera* W *rubra post scripta*. d) britannia 2. e) dein hinc *duabus lineis* 1. f) albani 1. g) *ita* 1. 2. 3. h) et i. *desunt* 1. *adsunt* 2. 3. i) in prouincia 2. *in marg.* k) que *erasum* 1. l) p. est 2. m) Pestilentię 2. n) miserium 1. o) lusitanam 2. p) cartag. 1. q) prouintias 2. *plerumque*. r) rehno 1. s) Iouuinus 1. t) tir. 2. u) atalus destititus 2. v) Wuallia 1. w) constantinus 2. x) exilio 1. y) Constantinus 2. z) Cartagini 2. *) cometha 1. a) constantinum 2. b) Constantinus 2. c) inconp. 2. *In eiusmodi verbis scribendis codices neque sibi constant neque inter se conveniunt.* d) Constantinus 2. e) auxilio 2. f) scelestinus 2. g) regū 1.

5) Vid. Paschasini episcopi Lilybetani epistola ad Leonem papam, quae in cod. Par. 4860, qualem ante oculos habuisse Herimannum constat, legitur.

Prosp. 424. Theodosius Valentinianum, amitae[a] suae Placidiae filium, caesarem faciens, ad regnum occidentis cum matre possidendum remittit. Iohannes tyrannus Affricam contra Bonifacium petiit.

425. Valentinianus cum matre Iohannem, Ravennae a suis extinctum, oppressit, regnum occidentis recepit, Castinum Iohanni faventem exilio damnavit, Aetio[*] patricio, quia Hunos evocatos reverti fecerat, veniam dedit.

Fred. 426. Patroclus Arelatensis episcopus a tribuno quodam barbaro innocens trucidatus est. Gundericus rex Wandalorum Dei iudicio percussus moritur, eique Geisiricus, tyrannus Arrianusque hereticus et catholicorum crudelis persecutor, successit.

Prosp. 427. Bonifacius in Affrica pollens, duces quosdam contra se dimicantes occidit. Contra quem evocatis barbaris mare ad id tempus ignotum pervium efficitur. Unde gens effera Wandalorum, de Hispaniis exclusa a Gothis, freto traiecto, cf. Fred. Affricam invadens, gladio, praeda et igne miserabiliter debachatur, interfecto prius Ermengario rege Suevorum, postquam in Hispania 19 annis debachati sunt.

Prosp. 428. Nestorius episcopus Constantinopolitanus, duas in Christo personas praedicans, hominemque purum ex virgine natum deitatem postea accepisse affirmans, a Cirillo Alexandrino episcopo et papa Celestino hereseos arguitur. Aetius comes Romanus, multis Francorum[b] caesis, partem Galliarum, quam pervasam tenuerant, recepit.

429. Aetius magister militum et patricius factus est. Agricola[c] hereticus Pelagianista Brittannias[d] suo inficit errore. Unde sanctus Germanus Autisiodonensis episcopus a Celestino papa illo missus, heresim[e] expugnavit, plurimisque saluti fuit.

Prosp. Beda. 430. Sanctus Augustinus Ypponiensis[f] episcopus, aecclesiae Christi et catholicae fidei propugnator et defensor invictissimus, in civitate sua a barbaris obsessus, cum inter ipsas obsidionis[g] angustias pro aecclesia sollicitus Iuliani argutiis pro gratia Dei pugnans[h] respondisset, ipsa Dei gratia, ne ruinam suorum videret, subtractus, 5. Kal. Sept. migravit ad Dominum, anno aetatis 76. episcopatus vero seu presbiteratus 40.

Prosp. 431 Tertia[i] synodus universalis 200 episcoporum apud Ephesum congregatur sub Celestino papa, ubi inter alias hereses Nestorius cum secta sua damnatur. Palladius ad Scotos, Christo credentes, a Celestino[k] papa primus episcopus mittitur.

Prosp. G. pontt. 432. Romae Xistus papa 46us sedit annis 8. Qui accusatus a Basso quodam, ventilata in synodo[l] causa, ab episco- Prosp. pis 56 purgatus, et Bassus damnatus est. Bonifacius de Affrica reversus, et magister militum factus, cum Aetio pugnavit, et vicit, et post paucos dies morbo absumptus est. Aetius vero inimicos fugiens, Dalmatias Pannoniasque petiit et Hunorum auxilio gratiam principum pristinamque dignitatem recepit.

Fred. G. pontt. 433. Burgundiones ab[m] Aetio pugna victi sunt. Hoc tempore Xistus papa aecclesiam sanctae Mariae, quae Liberii dicebatur, et aecclesiam sancti Laurentii in Urbe construxit, confessionem sancti Petri itemque sancti Laurentii adornavit. Valentinianus quoque augustus multa aecclesiis dona dedit, et confessionem sancti Pauli construxit. Petrus etiam[n] episcopus sanctae Sabinae aecclesiam fecit.

434. Wandali[6] iam nono anno Affricam[o] infestantes, pactum a Romanis postulant.

Prosp. 435. Pax cum Wandalis facta, data eis ad inhabitandum Africae[p] portione. Aetius Gundicharium[q] regem Burgundionum bello optinuit, supplicantique pacem concessit. Qua tamen non diu potitus, a Hunis cum gente sua peremptus est.

436. Gothi pacem turbantes, inter alia mala Narbonam obsessam fame premunt. Sed Litorius dux Romanus superveniens, et hostes vi repulit, et civitatem advecto frumento fame liberavit.

437. Bellum a Romanis contra Gothos Hunis auxiliatoribus geritur. Geisericus, rex Wandalorum Arrianus, catholicos in Africa persequens, quosdam aecclesiis[r] suis pepulit, quosdam exilio damnavit, quosdam etiam variis poenis affectos, martyrio[s] coronavit. Barbari pyraticam[t] exercere[u] aggressi. Valentinianus augustus ad Theodosium augustum, avun- Fred. culi sui filium, Constantinopolim veniens, filiam eius accepit uxorem. Ermenricus rex Suevorum morbo oppressus, Richilam filium pro se regem constituit.

438. Gothi Richilam regem Suevorum, pugna victum, thesauris spoliaverunt.

Prosp. 439. Iulianus Atelenensis episcopus, Pelagianista iactantissimus, aecclesiae communioni surripere temptans, a Xisto papa denuo damnatur. Romani Hunis[v] auxiliatoribus adversum Gothos et regem Theodericum infausta pugna confligunt in Gallia; et Litorius dux Romanus vulneratus, et post ab eis capitur et occiditur. Quibus tamen non multo post suppliciter petentibus, pax cum eis[w] a Romanis pacta est. Ipso anno Aetio[x] et Romanis contra Gothos intento, Geisericus rex Wandalorum, qui fidus et amicus rei publicae putabatur, dolo sub specie pacis 14. Kal. Novemb. Carthaginem[y] cepit, cives, et maxime nobiles, trucidavit, opes omnes[z] diripuit; sacerdotibus caesis et pulsis, aecclesias in usus suorum vertit, omniaque divina et humana iura confudit, ibique 37 annis regnum optinuit[*]. Sub quo plurimi sanctorum martyrio ob fidem catholicam coronati sunt.

Prosp. G. pontt. 440. Romae defuncto Xisto[a], Leo, vir doctrina insignis et moribus, papa 47us sedit annis 22. Qui plurima ad utilitatem aecclesiae sublimiter scripsit et constituit; Eutichianam[b] et Nestorianam hereses condemnavit[c]. Cuius tempore Prosp. Demetrias ancilla Christi Romae sancti Stephani aecclesiam fecit. Geisericus[d] Siciliam pervasam[e] graviter affligens, Fred. timore Sebastiani ducis ad Carthaginem tuendam rediit. Richila rex Suevorum[f] Bethicam[g] provinciam et Carthaginem[h] Hispanicam coepit[i].

Prosp. 441. Theodosius imperator contra Geisericum[k] et Wandalos per duces suos bellum movet. Sed ipsi negotium[l] cunctando differentes, Siciliae magis oneri quam praesidio fuere.

442. Hunis Thracias[m] et Illiricum[n] saeva populatione vastantibus, exercitus contra Wandalos missus, ad tuitionem orientalium revocatur. Valentinianus imperator cum Geiserico rege Wandalorum pacem firmat, Affrica[o] inter utrumque certis[p] spaciis divisa.

Greg. II, 1. Prosp. 443. Sanctus Brictius Turonorum episcopus decessit; cui sanctus Eustochius successit. Leo papa multos in Urbe Manicheos inveniens publicavit[q] et libros[r] eorum incendit.

a) amicę 2. *) etio 1. 2. *hoc loco.* b) franchorum 1. c) Agricula 2. d) britannias 2. e) heresem 1. f) ippon. 2. g) obsidiones 1. h) o pugnans 1. i) Tercia 1. k) cęlest. 2. l) sinodo 2. m) *deest* 1. n) autem 2. o) africam 1. *hoc loco.* p) *ita* 1. 2. *iam saepius.* q) gundech. 2. r) ęclesiis 1. s) martirio 2. t) byraticam 2. u) excercere 1. v) hui 1. w) eis a *desunt* 2. x) etio 2. y) carthagenem *corr.* carthaginem cępit 2. z) eorum 2. *) obt. 2. a) xixto 2. b) ęutich. 2. c) condempnauit 2. d) Gesericus 1. e) peruersam 2. f) suueuorum 2. g) boethicam 1. h) cartaginem hyspanicam 2. hispaniam 1. i) *ita* 1. 2. *pro* cepit. k) gesericum 1. *saepius.* l) negocium 1. *ubi saepius* c *pro* t. m) thratias 1. n) Aliricum *arraso* A 1. o) africa 1. p) *deest* 2. q) plubicauit 1. r) liberos *eraso* e 1.

6) Haec Herimannus ex pace sequenti anno facta coniecisse videtur.

444. Attila rex Hunorum Bledlam[a] regem, fratrem suum regnique consortem, interimit, et eius regnum populumque sibi subiecit. D e h u i u s a n n i p a s c h a[b] P r o t e r i u s e t P a s c h a s i n u s[c] L e o n i p a p a e s c r i b u n t [7]. Prosp.

445. His temporibus Leo papa inter alia bona basilicas apostolorum Petri et Pauli renovavit[d], et aecclesiam sancti Cornelii papae et martyris via Appia[e] construxit. G. pontt.

446. Brittanni[f] ab Aetio et Romanis contra Scottos et Pictos auxilium implorant nec impetrant. Apud[8] Ephesum septem dormientes, qui sub Decio multa pro Christo tormenta passi, in spelunca quadam obdormierunt, post annos 196 expergefacti sunt, et confirmata fide resurrectionis mortuorum, iterum obdormierunt[g]. Beda.

447. Euthices[g*] presbiter et abbas Constantinopolitanus, confusa in Christo divinitatis et humanitatis substantia, unam in eo naturam dogmatizans, annitente Theodosio augusto et Dioscoro Alexandrino episcopo, resistentem sibi Flavianum Constantinopolitanum archiepiscopum expulsum usque[h] ad mortem persecuntur. Contra quam heresim Leo papa legatos misit. Richila rex Suevorum moritur, eique Richarius filius successit. Prosp. Fred.

448. Theodosius imperator Leonem papam pro defensione Euthicetis ad se vocat. Qui a populo Romano venire prohibitus, legatos pro se misit. Richarius rex Suevorum, ducta in coniugium Theodori regis Gothorum filia, Wasconiam devastavit. Hoc tempore Angli-Saxones a Brittannis contra Pictos et Scottos auxilio asciti, insulam petunt, et hostibus fugatis, in socios arma convertunt, et post multa bella magna ex parte insula subacta potiti sunt. Prosp. Fred. Beda.

449. Iterum catholici ab imperatore Theodosio ad audientiam evocati. Attila rex Hunorum[i] Gallias aliasque circum provintias vastat, et arte Aetii magno inter eum et Gothos praelio concitato, Theodorus rex Gothorum cecidit, eique Torismod[k], filius eius, successit. Prosp. Fred.

450. Leo papa legatos ad confutandam heresim mittere curavit. Theodosius imperator moritur, et a Placidia augusta et Leone totoque senatu ingenti pompa deductus, in mausoleo apud Sanctum Petrum sepelitur. Pro quo Martianus orientis imperium adeptus, et 7 annis regnans, Euthicetem cum suis sequacibus damnat[l]. Placidia augusta moritur. Romani, Aetio duce, Gothis auxiliatoribus, contra Attilam regem Hunorum grandi utrimque caede pugnantes, in campo Catalaunico acie[m] victum, in superiorem Galliam fugere conpellunt. Qui in regnum timide reversus, non multo post arma commovit in Italiam. Prosp. Cass. Fred.

451. Attila recollectis viribus Aquilegiam vi magna diu obsessam cepit, et circumquaque praedis et caedibus furibundus bachatur. Ad quem Valentinianus imperator Leonem papam mittens, pacem cum eo fecit, exercitusque eius, fame, peste, morbo, caedibusque insuper ab Aetio attritus, eum reverti fecit. Cass. Fred.

452. Attila rex Hunorum in sedibus suis moritur. Torismodo regi Gothorum perempto, Theodericus frater successit. Hoc tempore quarta synodus[n] universalis 630 episcoporum in Calcedone contra Euthicen[o] et omnes hereticos congregatur. Cass. Fred. Beda.

453. Valentinianus imperator in palatio Aetium patritium[p], qui multa pro re publica laboraverat, manu sua fraudolenter occidit, et a circumstantibus Boetius praefectus, amicus eius, interemptus est. Cass.

454. Valentinianus imperator in campo Martio ab amicis Aetii peremptus interiit. Pro quo Maximus invadens imperium, infra duos menses a militibus interemptus et in Tiberim proiectus est. Post quem Avitus in Galliis, auxilio fidens Gothorum, item imperium arripuit. Ipso anno Geisericus[q] rex Wandalorum[r] de Affrica[s] traiciens, Romam, quia sine imperatore erat, invasit, eamque opibus cunctis exspoliavit. H u c u s q u e P r o s p e r c h r o n i c a[t] s u a p e r d u x i t. cf. Fred. Cass. Prosp.

455. Richario regi Suevorum in Hispaniis vastationibus instante, consilio Aviti Theodericus rex Gothorum contra eum veniens, inita pugna graviter cede protrivit, vulneratumque fugavit, et postea captum occidit, vastataque impie et crudeliter Hispania, et ipsa[u], quam possederant, provintia, Suevos sibi subiugavit. Avitus Gothorum auxilio destitutus, iubente Marciano[v] augusto, Placentiae imperium deposuit. Hoc tempore apud Francos, mortuo Meroveo rege, filius eius Hildericus[w] regnavit annis 24.[x] Qui ob luxuriam regno pulsus, in Thuringiam fugit: sed astu[y] Viomadi amici revocatus est. Fred. Gesta Fr.[*] c. 6

456. Ab hoc anno Victorius paschales cyclos[z], sed errore plenos[*], inchoat, iubente papa Hilario. Marciano imperatore defuncto, in oriente Leo imperator annis 17, Romaeque Maiorianus imperator annis 4, regnaverunt. Theodericus rex Gothorum, multis in Hispania aecclesiis et civitatibus vastatis, Emeritam obsidet urbem. Suevi Maldram sibi statuunt regem. Beda. Cass. Fred.

457. Maiorianus imperator contra Wandalos in Africam movit procinctum. Theodericus nuntiis territus, relicta Emerita, Gallias repetit, et pace fugata, caede furens, aecclesias, urbes, villas vastavit et incendit. Cass. Fred.

458. Suevi Gallitiam et Gothi[a] Bethicam provintias vastant.

459. Item Suevorum alii cum Maldra rege Lusitaniam, alii cum Richmundo Gallitiam[b] depraedantur. Heruli Bethicam[c] invadunt. Maiorianus imperator, facta cum Theoderico et Gothis pace, contra Wandalos et Suevos suo eos ascivit auxilio.

460. Maldras rex Suevorum occiditur. Suevi a Gothis praedati pacem a Theoderico[d] postulant. Maiorianus quoque[d] imperator Hispanias petens, classem contra Wandalos paravit; quae tamen ab ipsis invasa et direpta est. Rursum cum ad Affricam[e] contra eos traicere moliretur[f], Geisericus territus pacem postulat. Maiorianus Romam reversus, cum rem publicam disponeret, fraude Richmeris patricii, Suevorum, ut[g] aiunt, consilio fulti, peremptus est.

461. Severus Ravennae a Richmere imperator effectus, 4 annis regnavit. Atrabennus[h] in Gallia comes Theoderico regi Gothorum confoederatus, Narbonam ei tradidit. Turonis beatus Perpetuus episcopus factus est, qui, basilica sancti Martini adaucta, corporis eius translationem fecit. In Gallitia[i] villae, homines et greges mirum in modum fulmine tacti conburuntur, et duo iuvenes concretis in unum adustione cadaveribus inveniuntur. Cass. Fred. Greg II, 11. Fred.

462. Romae Hilarius papa 48us sedit annis 6, mensibus 3. Qui pro statu aecclesiae nonnulla decrevit et constituit; hereses Euthicianam[k] et Nestorianam damnavit[l], et multis metallis plures in Urbe basilicas ornavit oratoriaque construxit, monasterium sancti Laurentii ad Balneas fecit, itemque aliud ad Lunam, et duas bibliothecas in Urbe condidit. G. pontt.

463. Rex Alanorum Beorgor Italiam petens, apud Pergamum a Richmere patricio pugna victus interiit. Cass.

464. Severus imperator fraude, ut aiunt, Richmeris Romae in palatio veneno interiit.

465. Wandali[m] per Marcellinum in Sicilia victi caesique sunt et fugati. Fred.

a) bledla 2. b) pasca 1. c) pascasinus 1. paschasinus *corr.* paschasius 2. d) reuouauit 1. e) apia 1. f) britannii ab etio 2. g) obdormiunt 2. g*) eutices 2. h) e. ad mortem atque p. 2. i) humorum 2. k) thorismod 2. l) d. seq. 1. dampnauit 2. m) cie *e corr. rec. manus* (s. XVIII.) 2. n) sinodus 1. o) euticen 2. p) patricium 2. q) geissericus 2. r) *e corr. rec. manus* 2. s) africa 1. t) chronicam suam 2. u) ipsas quas p. prouintias 2. v) martiano 2. w) hisdericus 2. x) XIIII. 2. y) artu *corr.* arte amici sui uiomadi r. 2. z) ciclos 1. *) s. e. p. *desunt* 1. *adsunt* 2. 3. a) et b g. 2. b) galliciam 2. c) beticam 1. d) a Th. *et* q. *desunt* 1. e) africam 1. f) molirentur 2. g) ut a. *desunt* 2. h) atrabenus 1. i) gallicia 1. k) euthichianam 2. l) dampnauit 2. m) Wuandali 2.

7) V. quae notavi ad a. 417. 8) cf. Greg. de gloria mart. c. 95. *) Ubi Gesta Franc. laudavimus, Herimannus sua nonnumquam etiam ex Gregorio Tur. vel Fredegarii libro IV. repetiverit.

Cass. 466. Leo imperator Anthemium de Constantinopoli ad regendum occidentis imperium Romam misit. Qui suscepto imperio regnavit annis 5[a].

Cass. Fred. 467. Marcellinus in Sicilia occiditur. Tolosae, ubi sedes regni Gothorum erat, in medio civitatis sanguis e terra prorumpens, tota die una fluxit.

Cass. G pontt. 468. Arabundus imperium temptans, iussu Anthemii[b] imperatoris exilio deportatur. Romae Simplicius papa 49us sedit annis 15, mensibus 3. Qui basilicam sancti Stephani in Celio monte dedicavit. Item basilicam sancti[c] Andreae iuxta Sanctam Mariam construxit. Item basilicam sancti Stephani iuxta Sanctum[d] Laurentium. Item basilicam sanctae Fibianae[e] iuxta palatium[f] Licinianum.

Cass. 469. Romanus patricius imperium affectans, capitaliter punitus est.

470. Constantinopoli Aspar, affectata tyrannide[g], a Leone imperatore occidi iussus est. cf. Vit. S Rem. In Gallia sanctus Remigius caelitus antequam nasceretur praenuntiatus, a cella, in quam[h] se adolescentulus Deo militans incluserat, vi abstractus, Remorum archiepiscopus ordinatur.

Cass. 471. Romae Richmer patricius Olybrium[i] faciens imperatorem, Anthemium imperatorem contra ius affinitatis et imperii cum gravi clade Urbis occidit. Sed non diu scelere laetatus, ipse 40. post die et Olybrius 7. mense vitam[k] exegerunt.

472. Gundebado[l] hortante, Glicerius Ravennae sumpsit imperium. Constantinopoli Leo imperator Leonem, nepotem suum, imperii consortem fecit.

Cass. cf. Marc. 473. Constantinopoli Leo senior imperator obiit; post quem Leo iunior paucis regnans mensibus, et ipse decessit. Et post hunc Zeno imperator factus[m], regnavit annis 17. Romae quoque Glicerio Nepos in[n] imperio successit.

Cass 474. Romae Orestes patricius, Nepote imperatore in Dalmatias fugato, filium suum Augustulum imperatorem constituit.

cf. Iord. de R. S. H. misc. Cass. 475. Odoacer[o] rex Torcilingorum[p] et Rugorum, cum multis barbarorum auxiliis pervasa Italia, Romam optinuit anno a conditione eius 1230, Orestem et Paulum fratres patricios occidit, Augustulum imperatorem exilio damnavit, et pro eo regis nomen arripuit, cum tamen nec purpura nec regni insignibus uteretur.

cf. Iord. H. m. 476. Odoacer, possessa Roma, maximam Italiae partem sibi subiugavit.

Prosp. app.* 477. Geisericus[q] rex Wandalorum post 37 et paulo plus invasae Carthaginis annos tandem moriens, tyrannidi[r] suae[s] finem fecit. Post quem non melior filius Hunericus regnavit annis fere 8.

Isid. 478. Huius tempore Zenonis imperatoris corpus Barnabae apostoli et euangelium Mathei euangelistae stilo ipsius scriptum, ipso revelante, inventa[t] sunt.

G pontt. 479. His temporibus Simplicius papa Petrum Alexandrinum episcopum hereticum Euthicianum[u], ab Acatio Constantinopolitano[v] accusatum, damnat.

G Fr c. 9 480. Hoc tempore mortuo Hilderico rege Francorum[w], Ludowicus filius eius, quem Clodoveum dicunt, regnavit annis 30. Cass Ipso anno Odoacer Romae regnans, in Dalmatia Odivam regem vicit et[x] peremit.

cf. Iord. Fred c. 57 482. Theodericus, Theodmari filius, rex Ostrogothorum, id est qui olim in Italia[y] remanserant Gothorum, Zenoni augusto familiaris effectus, cum suis ei Gothis militavit.

cf. Cass. Marc.? G pontt. Greg. II, 3 483. Zeno augustus Theodericum huius anni consulem et magistrum militum fecit. Romae Felix tercius papa 50us sedit annis fere 9. Qui basilicam beati Agapiti iuxta Sanctum Laurentium construxit. Cirola Arrianus episcopus in Africa[z] adversus Eugenium Carthaginensem archiepiscopum aliosque catholicos miraculis claros zelo ductus, quendam e suis pecunia corruptum caecitatem simulare iussit, ut eum coram rege[*] se invocantem, quasi per fidem suam, illuminaret. Cui[a] cum coram omnibus manus imposuisset[b], vera mox divinitus caecitate percussus, dolum aperuit, conversusque, a sanctis episcopis Eugenio, Vindemiale et Longuino rursum illuminari promeruit. Beda Ab hoc Cirola[c] Hunericus rex instigatus catholicos persequitur, et plurimis martyrio[d] coronatis, ipsum Eugenium cum 324 episcopis exilio relegavit, et catholicas aecclesias clausit.

Prosp. app. G Fr c. 9 484. Hunericus rex Wandalorum divinitus percussus, scatens vermibus exspiravit. Post quem fratris eius filius Gundamundus regnavit annis fere 12. Qui non multo post Eugenium episcopum revocavit. Ludowicus rex Francorum[e], iuvante Ragnahario[f] cognato suo, Siagrium regem Galliae, Egidii filium, bello victum, ad Alaricum regem Gothorum fugere conpulit, sibique redditum occidit, et totum regnum illius ac thesauros sibi subiecit.

G pontt. 485. Hoc[g] tempore Acatius Constantinopolitanus heresi favens, Petrum Alexandrinum revocat. Quo audito, Felix papa utrumque cum sequacibus erroris condemnat.

Cass. P. D.** I, 19 486. Odoacer Foebam, qui et Feletheus, regem Rugorum vicit et adprehendit.

Prosp. app. 487. Gundamundus rex Wandalorum Carthagini aecclesiam sancti Agilei catholicis reddidit, petente sancto Eugenio episcopo.

Cass. 488. Theodericus rex Ostrogothorum permissu Zenonis augusti Italiam petiit. Cui apud Isontium Odoacer occurrens, bello conflixit et victus aufugit. Et iterum recollectis viribus Veronae acie congressus, denuo victus et fugatus est.

489. Theodericus ad fluvium Adduam Odoacrum tertio certamine vicit, fugientemque apud Ravennam obsedit. G Fr c. 10. Hludowicus rex Francorum[h] Thuringos petens, gravi eos caede prostravit, ipsosque cum terra eorum sibi subiecit.

Cass. 490. Odoacer noctu a Ravenna cum Herulis egressus, collectis viribus quarto cum Theoderico[i] conflixit, et itidem victus ab eo captusque est. Ipso quoque[k] anno Gundamundus rex Wandalorum pacem cum Romanis fecit. G Fr c. 11 Constantinopoli Zenon imperator moritur. Post quem Anastasius imperium orientis 28 annis tenuit. Hoc tempore Hludowicus[l] rex Francorum, intercurrente Aureliano legato suo, de Burgundia Hruodhildem[m] uxorem[n] christianam accepit, filiam scilicet Hilperici, quem frater suus Gundobadus[o] cum uxore et filiis trucidaverat.

G pontt. 491. Romae defuncto Felice papa, concilium a presbiteris et diaconibus actum.

Cass. G pontt. 492. Theodericus Ravennae Odoacrum insidias sibi molientem peremit, ac ipse occidentis imperium 30 annis optinuit. Romae Gelasius papa 51us sedit annis 4, mensibus 7, vir doctus et pius. Qui pro aecclesiae statu nonnulla decreta fecit, multa sublimiter scripsit, hereticos damnavit, clerum Romanum auxit, pauperes dilexit. Ipse dedicavit aecclesiam[p] sanctae Eufemiae Tiburtina urbe, aliasque basilicas[q], id est[r] sanctorum Nicandri, Eleutherii et sancti Andreae via Lavicana[s]. Fecit etiam basilicam sanctae Mariae via Laurentina.

a) VI. 1. b) anthemi 2. c) sc̄ę 2. d) sancti Laurentii 2. e) sabinę 2. *lege* Bibianae f) palaticī licianū 2. g) tir. 1. h) qua 2. i) olibrium 1. *et infra.* k) *deest* 2. l) Vundebado 2. m) effectus 2. n) *deest* 2. o) Odacer 1. p) torcinlingorum 2. q) Heisericus 2. r) tir. 1. s) *deest* 2. t) inuenti 2. u) euthichianum 2. v) constannionpolitano 2. w) franchorum 1. x) et p. *desunt* 2. y) italiam 2. z) africa 1. *) *deest* 2. a) Qui 2. b) inp. 1. c) cyrola 2. d) martirio 1. e) franchorum 1. f) raganhario 1. g) *Anni* 485—489. *desunt* 2. *nova a.* 490. *pagina incipiente.* h) franchorum 1. i) theorico 2. k) *deest* 1. l) ludouuicus rex franchorum 1. m) hrgd-hildem 2. n) uoxorem *corr.* uxorem 2. o) gundabadus 2. p) basilicam 2. q) urbes 2. r) i. (id est) *erasum esse videtur* 1. s) laniaca 2.

*) i. e. Appendix Prosperi qualis in cod. Augustano et Paris. 4860. legitur. **) i. e. Pauli Diac. hist. Langob.

493. His temporibus in Affrica[a] beatus Fulgentius episcopus, qui Ruspensem 26 annis rexit aecclesiam, doctrina et actibus clarus[b] effulsit; qui et ipse plurima inter alios catholicos mala et exilia perpessus est. Hac etiam tempestate Hludowicus[c] rex Francorum Gallias usque Sequanam, et deinde usque Ligerim fluvios suo regno subegit. Hunc multa instantia Hrodhildis[d] uxor sua ad fidem[e] Christi cohortatur. cf. Isid. H. m. G. Fr. c. 14.

494. Gundamundus[f] rex Wandalorum, persuadente Eugenio archiepiscopo, tandem post 10 annos omnes catholicos episcopos de exilio revocavit, et diu clausas aecclesias pace reddita aperuit. Ludowicus rex Francorum contra Alamannos pugnans, cum exercitus eius periclitaretur[g], Deum caeli invocans et fidem suam Christo vovens, ipso iuvante victos Alamannos subiugavit. Prosp. app. G. Fr. c. 15.

495. Hludowicus[h] seu Clodoveus rex Francorum, instante Hrodhilde[i] coniuge sua, a sancto Remigio Remensi archiepiscopo fide Christi imbutus, cum gente sua baptizatur.

496. Gundamundo[k] rege Wandalorum defuncto, Trasamundus 26 paulo plus annis pro eo regnavit. Qui item catholicis infestus, aecclesias post aliquot annos clausit, et inter alios persecutionis[l] labores 240 episcopos exilio in Sardinia[m] et aliis insulis afflixit. Prosp. app. Beda.

497. Boetius[n] patricius et consul multa his temporibus ingenii sui monimenta in seculari philosophia excellenter edidit. Romae Anastasius papa 52us sedit annis fere[o] 2. Hic confessionem sancti Laurentii exornavit. Et quia quibusdam hereticis communionem clam reddere velle videbatur, quidam se ab eius communione sequestrant. G. pontt.

498. Isauri[p], occiso Lilingo duce suo, ab Anastasio imperatore victi, trucidati sunt. Hoc tempore Hludowicus[q] rex Francorum Gundobadum[r] et Godegiselum[s] fratres, Burgundionum reges, pugna vicit[t] et fugavit. Et Gundobadum Avenione[u] obsessum tributarium fecit, et cum magna praeda rediit. Iord. G. Fr. c. 16.

499. Theodericus rex Romae et alibi multa per haec tempora mirifica construxit aedificia. Romae Simmachus papa 53us sedit annis 15, mensibus fere 8. Cum quo simul per dissensionem nimiam[v] ordinatus est Laurentius; et magna Romae inter clerum et populum discordia facta, donec iudicio Theoderici regis et maioris multitudinis Simmachus in sede confirmaretur. Cass. G. pontt.

500. Simmachus[w] papa, sinodo Romae acta, inter alia Laurentium aemulum suum Nuceriae[x] episcopum constituit.

501. Theodericus rex aquaeductum Ravennae fecit. His temporibus sanctus Mamertus Viennensis archiepiscopus virtutibus claruit, qui propter luporum et ursorum inmanitatem aliasque plagas triduanas ante ascensionem Domini letanias primus instituens, Domini misericordiam plagarumque cessationem promeruit. Cass. G. Fr. c. 16.

502. Theodericus rex, victis Vulgaribus, Sirmium regno Italiae restituit. Cass.

503. Quidam ex Romanis Simmachum papam falso criminantes et apud regem accusantes Laurentiumque revocantes, magnum Romae scisma fecerunt, et Petrus Altinae urbis episcopus permissu[y] Theoderici sedem apostolicam invasit. G. pontt.

504. Sinodo 115 episcoporum collecta, beatus papa Simmachus[z] de inlatis purgatur et sedi suae cum gloria restituitur, et pervasores sedis eius Laurentius Nucerinus[*] et Petrus Altinâs condemnantur. Ludowicus rex Francorum per suffragia sancti Petri sanctique Martini et aliorum sanctorum divinum implorans auxilium, Gothos petiit, eosque iuxta Pictavis urbem in campo Voglensi pugna vicit, et regem eorum Alaricum, qui iam 22 annis regnavit, occidit, regnumque eius, quod in Galliis habebat, ac thesauros accepit. Amalricus[a] vero, filius Alarici[b], fugiens, regnum patris sui in Hispaniis recepit. G. Fr. c. 17.

505. Hludowicus[c] rex Francorum Parisius beati Petri basilicam aedificat. cf. G. c. 18.

506. Hoc tempore Hludowicus[d] rex Francorum Ragneharium[e] cognatum suum regnique participem, ignavum et luxuriosum, a suis proditum, bello[f] victum fugavit, et conprehensum sua manu cum fratre Richario occidit, et eius sibi populum subiecit. Theodericus rex Italiae contra Francos in Galliam exercitum misit. Fred IV, 29. G Fr. c 18.

507. His temporibus Romae iterum dissensione contra Simmachum[g] papam et aecclesiam orta, nonnulli ex parte eius fustibus et diversis plagis afflicti, nonnulli trucidati et necati, et multa indigna[h] et nefaria contra aecclesiam et religionem commissa sunt. Cass. G. pontt.

508. Hoc anno Romae Boetius vir eruditissimus consulatum[i] amministravit. Hoc[10] quoque tempore Avitus abbas Aurelianensis virtutibus et prophetiae spiritu effulsit[k]. cf. Cass.

509. Hludowicus[l], qui et Clodoveus[m], magnus Francorum rex, post multas victorias totam pene Galliam possidens, Parisius, ubi sedem regni instituit, moritur, et in basilica sancti Petri a se constructa sepelitur anno regni 30, post transitum sancti[n] Martini, ut in gestis Francorum habetur, anno 112. Post quem 4 filii eius, diviso regno, Theodericus Mettis sedem habens annis 23 cum strenuo[o] filio suo Theodeberto regnavit, Chlodomeris[p] Aurelianis, Hildebertus Parisius, et quartus Hlotharius[q] Suessionis sedem statuens annis 51 regnavit. Horum soror Hrodhildis[r], aequivoca matris, et aeque religiosa, Amalrico, regi Gothorum Arriano, in Hispaniis nupsit, materque vidua apud Sanctum Martinum Turonis in orationibus et elemosinis[s] permansit. G Fr. c 18. 19.

510. His temporibus Simmachus papa inter alia bona Manicheos in Urbe inventos[t] damnavit, aecclesiam sancti Andreae ad Sanctum Petrum construxit, oratorium sancti Thomae, confessionem sancti Cassiani itemque sanctorum Proti et Iacincti[u], oratorium sancti Apollinaris, itemque sancti Sossii, item sanctae Crucis, item sancti Iohannis baptistae, item sancti Iohannis euangelistae. Basilicam sancti Petri et porticum marmore stravit et multis modis ornavit; xenodochia instituit, et singulis annis catholicos a Trasamundo, rege Wandalorum Arriano, per exilia dispersos, alimonia et vestibus iuvit. Construxit etiam basilicam sanctae Agathae via Aurelia, item[v] sancti Pancratii[w], item sancti Silvestri, item sancti Martini, item sanctorum Cosmae et Damiani, et alias nonnullas struxit, renovavit et ornavit. G. pontt.

511. Hoc tempore reges Francorum Clodomeris, Hildebertus[x] et Lodharius, Burgundionum reges Sigismundum et Godmarum petunt, et pugna victos fugant. E quibus Sigismundus rex religiosus ad sanctos Agaunenses confugiens, insequente Clodomere, ibidem captus, et Aurelianis[y] in carcerem missus, una cum uxore ac[z] filiis trucidatus est. Et secuto tempore Clodomeris iterum Burgundiones petens, pugna fugavit, et ipse inter hostes equo delatus, ab ipsis iugulatur, et Burgundia a Francis subiugatur. G Fr. c. 20. c. 21.

a) africa 1. b) *deest* 2. c) ludouuicus rex franchorum 1. d) brodhild 1. e) xpi f. 2. f) Vundamundus 2.
g) periclytaretur 2 h) *ita* 1. Ludowicus 2. *hoc loco.* i) rodhilde 2. k) Vundamundo 2. l) persecutiones *corr.*
persecutionis 1. m) sardenia 2. n) Poetius 2. o) *deest* 2. p) Osauri 2. q) ludouuicus 2. r) gundeba-
dum 1. *bis.* s) gotegiselum 2. t) *deest* 1. u) auentione 2. v) n. d. 1. w) Symachus 2. x) nicerię 2.
y) permisso 2. z) simachus 2. *) laurentius. nucerius 2. a) Almaricus 2. b) *e corr.* 1. c) Ludouuicus 2.
d) ludouuicus 2. e) regneharium 2. f) *deest* 2. g) simachum *corr.* simmachum 2. h) *deest* 2. i) consola-
tum 1. k) Hoc — effulsit *desunt* 1. *adsunt* 2. 3. l) Ludouuicus 2. m) chlodoueus 2. n) *deest* 2. o) strenuo 1.
p) chodomeris 2. q) lotharius 2. r) rodhildis 2. s) elymosinis 2. t) *deest* 2. u) iacinti 2. v) *deest* 2.
w) pangracii 2. x) hildibertus 2. y) aurelianus *corr.* aurelianis 2. z) et 2. 10) Cf. Greg. Tur. de glor. conf. c. 99.

512. Amalricus in Hispaniis, rex Gothorum Arrianus, Hrodhildem[a], uxorem suam catholicam, multis modis afflixit. Qui postea a fratre eius Hildeberto[b] pugna victus et peremptus est; et pro eo Theuda regnavit.

513. Cassiodorus huius anni consul fuit, qui postea conversus et monachus effectus, coenobium construxit, et in seculari divinaque litteratura clarus effulsit, psalmos exposuit, libros institutionum et chronica fecit, et tripertitam historiam ordinavit[c]. Romae tandem dissensione cessante, inter clerum et populum optata rediit[d] concordia. Et Simmachus papa beatus obiit.

514. Theodericus rex Italiae filiam suam Amalsuindam Eutharico Cillicae in matrimonium iunxit. Romae Ormisda papa 54us sedit annis 9. Qui inter alia bona Euthicianos[e] itemque[f] Manicheos damnavit, clerum erudivit, basilicas adornavit.

515. Hoc tempore Vitalianus quidam servus, dignitatibus elatus, Anastasio imperatori rebellat, et Scithis[g] adiunctus, crebris praeliis milites eius victos fugans, magno rei publicae dedecori et detrimento fuit.

516. His diebus Hormisda[h] papa pro fide catholica imperatorem Anastasium Constantinopolim legatos mittens, et nihil proficiens, alios itidem cum epistolis legatos mittit. Quos Anastasius cum corrumpere non posset, exilio deputavit, et inter alia domno papae rescripsit dicens: *Nos iubere volumus, non nobis iuberi.*

517. His temporibus Theodericus rex Francorum Danos se[i] invadentes per filium Theodebertum una cum rege suo ad internitionem[k] delevit.

518. Anastasius imperator, cum heresi Euthicetis favisset et catholicos persequeretur, fulmine ictus interiit, maior octogenario. Pro quo Iustinus, imperator catholicus, Constantinopoli regnavit annis 8. Qui nonnullos imperio inhiantes occidit. Et cum Vitaliano[l] tyranno pace prius facta, eundem postea peremit.

519. Iustinus augustus legatos apostolicae sedis, ab Hormisda[m] papa Constantinopolim pro fide missos, summo honore suscepit, eisque in damnatione hereseos per omnia consentaneus[n], plurima per eos donaria[o] Romam misit.

520. Hac tempestate Theodericus rex Francorum cum filio Theodeberto Thuringos petens, inmensa eos caede protrivit, et Ermenfridum[p] regem eorum fugavit. Quem postea fide data ad se venientem suscipiens, e muro praecipitavit, et filios eius occidi fecit.

521. Iustinus augustus hereticis infestus Arrianos etiam Constantinopoli persequitur; unde iratus Theodericus, rex Italiae Arrianus, exitium[q] in Italia catholicis minatur.

522. In Africa mortuo tandem Trasamundo, rege Wandalorum Arriano, Heldericus pro eo regnavit annis 8. Qui statim in principio regni aecclesias diu clausas aperuit, et omnes catholicos de exiliis revocare studuit, et optatam aecclesiae pacem restituit.

523. Romae Iohannes papa 55us sedit annis 2, mensibus 9. Qui cimiteria in Urbe restaurans, et aliis bonis instans, a Theoderico Constantinopolim legatus mittitur, et summo honore et gaudio a Iustino augusto et cunctis civibus susceptus, ad portam, quae dicitur Aurea, caecum inluminat, et coronato a se augusto Iustino, et pro quibus venerat impetratis, donariis et muneribus donatus, revertitur.

524. Theodericus rex Gothorum et tyrannus Romanorum inter alia mala Boetium[r] patricium et philosophum diu carceratum occidit; nec multo post socerum eius Simmachum[s] patricium itidem peremit. Iohannem quoque papam beatum de Constantinopoli reversum Ravennae una cum comitibus carceris afflictione necavit 15. Kal. Iunii; qui non multo post Romam relatus, apud Sanctum Petrum sepultus est.

525. Theodericus tyrannus post tres menses ab obitu papae Iohannis, post multa mala sua, Dei iudicio subitanea morte Ravennae interiit, et sicut solitario cuidam revelatum est, a Iohanne papa et Simmacho patricio in ollam Vulcani deiectus est anno regni Italici 32. Post quem nepos eius Athalaricus[t] puer cum matre Amalsuinda[u] regnavit annis 8. Romae Felix quartus papa 56us sedit annis 4, mensibus 2. Qui fecit basilicam sanctorum Cosmae et Damiani via Sacra, et sancti Saturnini via[v] Salaria.

526. Constantinopoli Iustinus imperator Iustinianum regni consortem et successorem faciens, obiit. Pro quo Iustinianus, ex sorore nepos eius, imperavit annis 38, multa pietate et prudentia conspicuus, nisi in quibusdam hereticis favisset.

527. Iustinianus augustus Belesarium amicum suum principem militiae fecit. Per quem et de Parthis triumphavit, et magna ex parte rem publicam recuperavit. Gens Winilorum sive Langobardorum, rege Odwino[w], Pannoniam invasit, ibique habitare coepit.

528. His temporibus beatus abbas Benedictus inmensa virtutum gloria claruit. Priscianus quoque grammaticus[x] his fuit temporibus.

529. Exercitus Romanus sabbato paschae[y] a Parthis superatur.

530. In Africa, occiso male Helderico rege Wandalorum catholico, Geilamer regnum invadens, tanta[z] feritate in catholicos et in omnes debacbatur, ut nec parentibus suis parceret. Romae Bonifacius secundus[*] papa 57us sedit annis duobus, mense ferme 1. Cum quo per dissensionem ordinatus est Dioscorus[a], et paucis post diebus mortuus. Quem tamen Bonifacius collecta sinodo damnare molitus est.

531. Bonifacius papa Vigilium diaconum in[b] sinodo post se papam eligi sub chirographo[c] decrevit. Quod tamen postea rescindens, quia contra canones erat, conbussit. Ipse in periculo famis clerum et pauperes alimonia iuvit.

532. Ab hoc anno, scilicet Iustiniani[d] imperatoris sexto, Dionisius Romanus[e] abbas, utriusque linguae peritissimus, cyclum magnum paschalem inchoat, qui iam semel ab incarnatione Domini in annis 532 exactus, totidem in se annos continet. Incipit autem a primo Diocletiani[f] anno, unde Greci cyclos[g] suos inchoabant, cyclis decennovenalibus[h] 13 exactis, id est annis 247. Romae Iohannes secundus, qui et Mercurius, papa 58us sedit annis 2, mensibus 4. Ad hunc Iustinianus augustus de fide sua literas et donaria sancto Petro transmisit. Theodericus rex Francorum anno regni 23.[i] moritur, et Mettis sepelitur. Pro quo filius eius Theodebertus regnavit annis 14.

533. Romae mortuo Athalarico[k] rege Gothorum, Amalsuinda[l] Theodatum in consortium regni assumit. Qui tamen[m] ipsam non multo post occidi iussit, et regnum sibi soli usurpavit.

a) rothildem 2. b) adalberto 2. c) et t. h. o. *desunt* 1. *adsunt* 2. 3. d) redidiit 2. e) euthichianos *post altero deleto* h 2. f) item 2. g) schitis 1. scitis 2. h) ormisda 1. i) eos 2. k) internetionem 1. l) uitalio 2. m) ormisda 1. n) consantaneus 2. o) r̃ d. 2. p) ermenfredum 2. q) exicium 1. (exitum *corr.*) exitium minitatur in i. c. 2. r) *deest* 2. (*rec. manu suppl.*) s) simachum 2. *saepius*. t) atharicus 1. u) amalsuuinda 2. v) *deest* 2. w) obunino 2. x) gramaticus 1. y) pascae 2. z) tante 2. *) eps et 2. a) discorus 2. b) in s. *post* eligi *habet* 2. c) cirog. 1. d) iustini 2. e) *deest* 2. f) diocleciani 1. dioclitiani 2. g) ciclos 1. h) decennonalibus 2. i) XXIIII. 2. k) atalarico 1. l) almansuinda 2. m) *deest* 1. *adest* 2. 3.

534. Belesarius[a] patricius a Iustiniano imperatore missus, Wandalorum gentem in Africa bello victam delevit, Geilamerum regem eorum captum Constantinopolim abduxit, et Carthaginem[b] rei publicae restituit post annos 94 ex quo a Geiserico capta est. Geilamer quoque post aliquot annos a Iustiniano augusto comes effectus, et in terminos Parthorum ad eos arcendos constitutus est. cf. H. m. Fred. III

535. Romae Agapitus papa 59us[f] sedit anno fere 1. Hic a Theodato tyranno pro gratia Iustiniani augusti, propter occisam Amalsuindam sibi infensi Constantinopolim missus, constanter cum augusto pro fide Christi[c] decertavit Anthemium eiusdem urbis episcopum hereticum convictum damnavit, et in locum eius favente augusto Moenam[d] ordinavit, ipseque ibidem morbo tactus obiit, et in loculo plumbeo Romam relatus, ad Sanctum Petrum sepultus est. G. pontt.

536. Romae Silverius, Hormisdae dudum papae[e] filius, contra voluntatem cleri a Theodato tyranno pecunia[f] corrupto 60us papa violenter promotus, sedit anno 1, mensibus 5. Theodatus tyrannus abhinc post 2 menses a Witigiso peremptus, et Witigis rex Gothorum[g] factus est. Belesarius patricius a Iustiniano augusto in Italiam contra Gothos missus, per Siciliam transiens, et Sunderat ducem eius vincens[h], Africamque de tyrannis eruens, Neapolim transfretavit, ipsamque urbem sibi resistentem obsessam vi cepit[i], et tam cives quam Gothos, nulli parcens, trucidavit. Inde cum urbem Romam ingressus esset, Gothi omnes qui ibi fuerant nocte egressi, Ravennam[k] fugientes petierunt. Quos insecutus, conserto praelio septem milia ex eis occidit. Witigis vero, collecto[l] grandi exercitu, Belesarium urbemque Romam uno anno obsedit[m], omniaque circum devastans, urbem bello et fame graviter obpressit[n]. Postea vero egresso Belesario, pugna commissa victus, Ravennam aufugit. Fames tanta facta est, ut in Liguria quaedam mulieres parvolos suos comederent[o]. Iord. G. pontt.

537. Silverius papa, cum in restitutione Antemii[p] et communione hereticorum augustis nollet parere, iussu ipsorum a Belesario patricio falso criminatus et secreto positus monachique habitu indutus, indictione 15.[q] a Vigilio diacono exilio afflictus, et deficiens 12. Kal. Iulii, post obitum etiam miraculis claruit. Ipseque Vigilius papa 61us ordinatus sedit annis 17, mensibus 7. Ipsis diebus Belesarius Theodebertum regem Francorum cum grandi exercitu Italiam ingressum vicit et inde reverti coegit. Ipse Romae[r] sancto Petro dona optulit[s]. Iord. G. pontt.

538. Belesarius[t] patricius, commissa cum Gothis pugna iterum victor, Witigisum[u] regem eorum, in ipsa fuga a Iohanne Sanguinario magistro militum conprehensum et Romam adductum, ipse et Vigilius papa Constantinopolim cum uxore et thesauris ad Iustinianum augustum perduxerunt. A quo patricius et comes factus, in orientem contra Parthorum seu Persarum excursiones constitutus, ibidem vitam finivit. Gothi in Liguria manentes Hellebadum sibi regem elevant, iterumque[v] Romanis rebellant. Iord.

539. Parthi[w] rupta pace Antiochiam totamque Siriam invadentes devastant, donec a Belesario tandem repulsi ad terminos suos redierunt. Posteaque a Martino duce pax cum eis facta est, Belesario[x] ad Italiam contra Totilam revocato. Gothi Hellebado post unum annum perempto, Errarium regem faciunt.

540. In Italia occiso post unum annum Errario rege, Gothi Totilam, qui et Baduila[y] dictus est, regem[z] sibi statuunt. Qui successibus[*] bellorum fretus, Romanum exercitum ducesque aliquotiens superavit, et per multos annos Italiam totam ipsamque urbem Romam captam pluribus malis adtrivit[a] et vastavit.

541. Totila per haec tempora apud Faventinum, Emiliae oppidum, Romanum exercitum superat. Nec multo post iterum Romanos[b] duces fugans, partim vi partim[c] donis exercitum sibi consociat, et tyrannidi instans, ipsam etiam Romam et Campaniam vastat.

542. Huius Iustiniani tempore corpus sancti Antonii monachi divinitus revelatum et Alexandriam translatum, in aecclesia sancti Iohannis baptistae tumulatum est. Hoc etiam tempore sexta[d] sinodus universalis Constantinopoli contra Theodorum et omnes hereticos sub Vigilio[e] papa collecta est[11]. Beda

543. Per haec tempora, cum Belesarius a Parthorum finibus ad auxilium Italiae revocatus, et diu impeditus, tandem cum modica classe Romam iam pene vastatam[f] ingressus esset, Totilae superirruentis exercitum commisso praelio fudit et in Tiberi[g] mersit, ipsumque in Campaniam repulit[h]. Hoc tempore Benedictus abbas, cum discipulum suum Maurum ad Gallias transmisisset[i], migravit ipse post multas virtutes ad Dominum. Iord. cf. Vit. S. Mauri

544. Sanctus Remigius, Remorum archiepiscopus[k] et gentis Francorum apostolus, anno episcopatus 74° Idibus Ianuarii plenus virtutibus migravit ad Dominum. Arator subdiaconus Romanus librum suum, quem de actibus apostolorum heroico[l] metro edidit, Vigilio papae oblatum publice cum magno favore recitavit. cf. S. Rem. P. D. I, 25.

545. Hoc tempore cum Belesarius a Sicilia iussu augusti Constantinopolim revocatus esset, Totila iam securus iterum[m] Romam invasit, et secuto tempore collectis viribus Siciliam etiam invasam cepit, totamque, insultans Romanis, qui diversis occasionibus subducti erant, devastat Italiam. Iord.

546. Theodebertus rex Francorum strennuus[n] et fortis moritur, et filius eius[o] Theodpaldus, multum patre nequior et ignavior, pro eo regnavit annis 7. G. Fr. c. 27

547. His temporibus Vigilius papa, cum ad consensum hereseos et restitutionem Anthemii episcopi nullatenus adduci posset, iussu imperiali[o*] Romae vi captus et Constantinopolim perductus, cum constanter in incepto perstitisset nec augusto cessisset, cum comitibus affectus et exilio abductus[p] et per annos aliquot graviter afflictus est. G. pontt.

548. Per haec tempora Iustinianus augustus inter alia magnifica basilicam Salvatoris, quae Agiae[q] Sophiae dicitur, incomparabili opere Constantinopoli construxit. Ipse leges Romanas[r] infinitas adbreviatas collegit, et leges, quae Iustinianae[s] dicuntur, composuit[t]. P. D. I, 25

549. Hoc tempore gens Gepidorum[u] forti[v] a rege Alboino et Langobardis, qui in Pannonia tunc habitabant, praelio victa et pene deleta[w] est, et Chunimundus rex eorum occisus est. De cuius capite auro incluso Alboin[x] sibi pratiam fecit, filiamque eius Rosmodam, inter alios multos captivam, postea, defuncta coniuge, Hlodharii[y] regis Francorum filia, in sui pernitiem[z] duxit[*] uxorem. P. D. I, 27

a) Celesarius 2. b) cartaginem 2. c) catholica certauit 2. d) nicenam 2. e) p. d. 1. f) peccunia 2. g) *deest* 2. h) uicerat 2. i) cępit 1. k) f. p. R. 2. l) collectu 2. m) possedit 2. n) opp. 2. o) commed. 2. p) artemii 1. aritemii 2. q) XVI. 2. r) roma 2. s) obt. 1. t) Celes. 2. u) uuitisigum 2. v) que *deest* 2. w) Barthi 2. x) beleseario 2. y) baduida 2. z) regnum 2. *) successoribus 2. a) attritum 2. b) d. r. 2. c) ui donisque e. superauit et 2. d) VIta *corr.* Vta 2. e) uigilia para *al. manu corr.* uigilio papa 2. f) uastam 1. *corr.* uastatam 2. g) tyberi 2. h) reppulit 1. i) transmisisisset 1. k) episcopus 2. l) heronico *corr.* heroico 2. m) r. i. 2. n) strenuus 1. o) *deest* 1. o*) imperali 1. 2. p) adductus 1. q) augię 2. r) r. fert (fere?) i. 2. s) iustitiniane 2. t) conp. 2. u) gebidorum 2. v) *deest* 1. w) *post suppl.* 2. x) alboim 2. y) loharii 2. z) perneciem 1. *) sibi iunxit 2.

11) Concilium hoc anno demum 553. celebratum. USS.

Beda cf. Iord. G. pontt. 550. Victor episcopus Capuanus[a], de huius anni pascha scribens, erroneos Victorii cyclos arguit. Hoc tempore Totila rex Gothorum iterum Romam obsessam et fame nimis obpressam[b] cepit, et quibusdam senatoribus Constantinopolim[c] fugientibus, securus Urbem possedit[d].

551. **Hucusque Iordanis episcopus chronica sua de gestis Romanorum adbreviata perduxit.** cf. P. D. I, 25. His temporibus in Affrica[e] Mauri per Iohannem patricium domiti sunt.

P. D. II, 1. 2. G. pontt. 552. Hoc tempore Iustinianus augustus Narsetem eunuchum, cartularium et cubicularium[f] suum, principem militiae fecit et in Italiam misit. Qui commissa pugna Dei gratia victor, Totilam regem occidit, et gentem Gothorum, auxiliantibus etiam Langobardis, in Italia[g] exterminavit. Per haec etiam[h] tempora cum Bucellinus comes cum sociis a Theodeberto rege Francorum dudum missus, per annos aliquot Italiam Siciliamque infestaret, et Romanum saepe exercitum Fred. IV, 50. superaret, tandem exercitus eius profluvio ventris attritus[i] et attenuatus, a Narsete pugna victus et profligatus, ipse dux occisus est. Nec multo post socius eius Ammingus dux cum reliquis Gothorum, quibus se iunxit, peremptus est.

G. Fr. c. 27. 553. Theodpaldus rex Francorum moritur, et regnum eius uxoremque Wanderadam Lotharius rex, patris eius Theodeberti patruus, accepit, qui iam 44. anno regnabat. Ipso anno Lodharius ipse Saxones rebellantes iuxta Wiseram fluvium magna caede domuit, et Thuringiam pervasam devastavit.

G. pontt. 554. Vigilius papa tandem impetrantibus[k] Romanis et Narsete de exilio relaxatus, cum Romam redire coepisset, in Sicilia morbo calculi tactus decessit; sed tamen Romam relatus[l], apud Sanctum Marcellum[m] via Salaria sepultus est. Pro quo ordinatus Pelagius papa 62us sedit annis 11, mensibus 10. Qui a populo Romano factionis contra Vigilium incusatus, celebratis una cum Narsete letaniis, apud Sanctum Petrum, ambone ascenso[n] euangelioque super caput suum posito, iuramento se crimine purgavit.

Greg. IV, 14. Fred. IV, 51. 555. Hoc tempore Saxones iterum Hlodhario[o] rebellantes, cum ab eo peterentur hostiliter, eique pro satisfactione dimidium rerum suarum offerrent, idque exercitus Francorum refutans, eo invito pugnam inisset[p], magna ab eis caede protritus, fugae praesidium petiit.

Fred. IV, 52. 556. His diebus Chramnus patri suo Hlodhario[o], annitente patruo Hildeberto, rebellans, regnum Francorum domestica[q] seditione[r] perturbat. Saxones factione Hildeberti in Francia[s] praedas egerunt. Hildebertus Remensem Campaniam populatur.

Beda h. e. III, 4. Fred. IV, 53. 557. In Brittannia Bridius rex Pictorum efficitur. Hildebertus[t] rex Francorum circa haec tempora moritur, et Parisius in basilica sancti Vincentii a se constructa sepelitur, regnumque eius Hlodharius[o] frater assumens, totam paterni regni monarchiam optinuit.

Greg. IV, 20. Fred. IV, 54. 558. Chramnus[u] patrem Hlodharium[o], quem multis malis offenderat, hoc tempore in Brittaniam[v] fugiens, insequente eo, ibidem cum Conobro rege pugna victus et captus, cum uxore et filiabus vivus incensus est. Quo etiam tempore Turonis basilica sancti Martini, rebellibus ad eam fugientibus, igne crematur.

Greg. IV, 20. c. 19. 559. Hlodharius[o] rex de sceleribus et peccatis suis poenitentiam agens, basilicam sancti Martini hoc tempore studiose reparans, stagno texit. Sanctus Medardus episcopus plenus virtutibus migravit ad Dominum, et a Hlodhario[o] rege Francorum Suessionis magna cum gloria sepultus est.

Greg. IV, 22. G. Fr. c. 29. 560. Hlodharius[o] maior, filius Clodovei[w] magni, rex Francorum, anno regni 51° Compendii moritur, et Suessionis apud Sanctum Medardum sepelitur. Post quem quatuor filii eius, diviso regno, Sigibertus Mettis et Remis sedem habens, annis 14, Haribertus Parisius, Hilpericus Suessionis 25 annis, Guntrammus Aurelianis[x] et in Burgundia 23 annis regnavit.

Beda h. e. I, 25. II, 5. G. Fr. c. 30. 561. In Brittannia Edilbertus[y] rex Anglorum regnavit annis 56. Huni cum rege suo Chagano Gallias petentes, a Sigiberto rege pugna victi et humiliati, vix impetrata[z] pace, foedere pacto, redierunt.

562. Hilpericus[*] rex regnum fratris sui Sigiberti[a] et urbem Remensem invasit Campaniamque vastavit. Quo audito, Sigibertus[b] a Hunis reversus, econtra Suessionis urbem cepit[c], Theodebertum, filium Hilperici[*], ibidem captum in exilium misit, ipsumque Hilpericum[*] pugna victum fugavit, et civitates suas[d] recepit. Postea vero, accepto ab eo pacis sacramento, filium ei reddidit, pacemque cum eo firmavit.

563. Haribertus rex libidini deditus, cum, Ingoberga[e] uxore sua repudiata, duas ancillas germanas sibi in[f] matrimonio iunxisset, a sancto Germano Parisiorum episcopo excommunicatus, non multo post interiit. c. 31. Quo etiam tempore Sigibertus rex Brunam, quae et Brunihildis, filiam Athanagildi regis Gothorum, de Hispania uxorem accepit. Et secuto tempore Hilpericus[g], frater eius, Geilsuindam[h], sororem Brunae, coniugem accepit; quam postea suasu Fridegundis concubinae noctu strangulavit; cuius etiam astu[i] Audoveram reginam, commatrem[k] suam factam, repudiavit, et multa mala fecit.

Beda P. D. II, 11. P. D. II, 4. 564. Constantinopoli Iustinianus imperator anno imperii 38. decessit. Pro quo Iustinus minor[l] annis 11 regnavit, homo iniquus[m] et avaritiae ultra modum deditus. His temporibus inmensa pestilentia et mortalitas totam Italiam, et maxime Liguriam, incredibiliter vastavit.

Beda h. e. III, 4. P. D. II, 3. II, 5. II, 11. II, 5. 565. Sanctus Columba presbiter et abbas de Hibernia veniens, Brittannis verbum Dei praedicat. His temporibus Narses patricius Sindwaldum regem, de reliquiis[n] Herulorum in Italia sibi rebellantem, pugna vicit, et captum alta trabe suspendit. Qui divitiis auctus, magnam a Romanis passus invidiam, apud augustum criminatus et[o] ad id adductus[p] est, ut relicta Roma in Campaniam subseruti[q] secederet, eique Longinus[r] successor in Italiam mitteretur.

G. pontt. Beda 566. Romae Iohannes tertius[s] papa 63us sedit annis fere 14. Qui aecclesiam Philippi et Iacobi apostolorum, quam decessor eius Pelagius coeperat, perfecit et dedicavit.

P. D. II, 5. 567. Narses eunuchus et patricius, qui Italiam a[t] Gothis aliisque hostibus liberaverat et multum pro re publica laboraverat, a Iustino augusto et Sophia uxore eius iniuriis lacessitus, Langobardos, qui in Pannoniis habitabant, ad vastandam et possidendam Italiam invitavit, missis eis de ubertate Italiae fructibus terrae atque muneribus. Multa prodigia, et praecipue igneae acies in caelo visae, sanguisque coruscans[u] Italiam terrent.

a) captianus 2. b) opp. 2. c) s. confingientibus 2. d) possidet 2. e) africa 1. f) cubibularium 1. cubilarium *corr.* cubicularium 2. g) italiā 2. h) *deest* 2. i) atritus 2. k) imperatoribus *eadem manu ab adscripto* 2. l) perlatus 2. m) macellum *corr.* marcellum 2. n) et *erasum* 2. o) lodhar. 2. p) pugnasset 2. q) *deest* 2. r) sedicione 2. s) frantia 1. t) hildibertus 2. u) Thramnus 2. v) brittaniam *corr.* brittanniam 1. w) chlodouei 1. x) aurelian' 2. y) edilpertus 2. z) impetrante 2. *) Helper. 2. a) sigoberti 2. b) sigebertus 2. c) coepit 2. d) sua 2. e) ingoberna 2. f) *deest* 2. g) helbericus 2. h) gielsuuindam 1. i) actu 2. k) cum matrem *corr.* comm. 2. l) *deest* 2. m) iniqus 2. n) reliquis 2. o) ex et 1. p) aductus ut 2. q) *ita* 1. 2. — *lege* subsecuto tempore. USS. r) longius *corr.* longinus 2. s) *deest* 2. t) et a 2. u) corruscans 2.

568. Langobardi rege Alboino mense Aprili Venetiam et[a] fines eius ingressi sunt; eamque, paucis civitatibus exceptis, captam subicientes, apud Aquilegiam seu Forum Iulii electam partem copiarum cum duce Gisulfo relinquentes, ad totam Italiam capiendam animos intendunt. Ingens hoc anno nix cecidit, et insolita[b] frugum copia subsecuta est. P. D. II, 7. 9. II, 10.

569. Hoc tempore Huni rupta pace iterum Franciam[c] petentes, dolis instructi Sigibertum regem cum Francis acie victum fugant. Alboinus rex cum Langobardis Liguriam invasit, Mediolanum et alias plerasque urbes cępit, et circumquaque praedis[d] et incendiis[e] et caedibus furibundus, Papiam plus[f] triennio obsedit. Greg. IV, 29. P. D. II, 10. P. D. II, 25. 26.

570. Alboinus plerasque in Tuscia[g] citraque civitates, exceptis Roma Ravennaque et paucis castris, cępit[h]. Ingens[i] etiam fames post ubertatem Italiam, pestilentia attritam, invasit. Sanctus Vedastus episcopus decessit. P. D. II, 26.

571. Papienses cives, ultra resistere non valentes, regi[k] Alboino se tradunt. Qui civitatem ingressus, corruente et iacente intra portam equo suo, divinitus mitigatus, contra votum, quo omnes se puniturum minitabatur, civibus pepercit, et sedem ibi regni statuens, tres annos et 6 menses in Italia regnavit. Quo etiam tempore Narses patricius, cum e Campania Romam reversus[l] esset, non multo post mortuus, et in loculo plumbeo cum thesauris suis Constantinopolim relatus est. P. D. II, 27. ib. II, 11.

572. Hoc tempore Hilpericus rex Chlodoveum filium suum hostiliter in regnum Sigiberti fratris sui misit. Qui cum iuxta Burdegalensem resideret urbem, Sigulfus dux ex parte Sigiberti super eum irruit, fugientemque cum tubis et bucinis vociferando, quasi cervum, Parisius usque, ubi pater eius fuerat, persequitur. Greg. IV, 48.

573. His diebus Hilpericus filium suum Theodebertum[m] item ad vastandum Sigiberti regnum trans Ligerim misit. Qui cum vastationibus crudelissime instaret, et civitates nonnullas cepisset, tandem cum ducibus Sigiberti pugna incaute conserta, decisus interiit. ib.

574. Alboinus rex Langobardorum apud Veronam insidiis Rosmodae coniugis suae a Helmichiso armigero suo peremptus est. Ipseque Helmichis[n] frustra regnum attemptans, cum ad mortem quaereretur, cum eadem Rosmoda coniuge sua et thesauris filiaque regia[o] Albsuinda[p] Ravennam fugit, ibique venenum ab ipsa acceptum ipsam quoque bibere cogens, cum ipsa pariter interiit. Sigibertus rex Francorum cum, suas ulciscens iniurias, fratris Hilperici[q] regnum invasisset, eumque contra vetitum sancti Germani Parisiorum episcopi mortifero odio fugientem persequeretur, missis dolo Fridegundis iam reginae[r] duobus adolescentibus, ab eis peremptus interiit, ipsique pariter exstincti sunt; et Brunihild uxor eius cum filio Hildeberto capta et custodiae mancipata est. Sed Hildebertus[s] puer clanculo a suis ereptus, et rex pro patre promotus, regnavit annis 23, rex admodum fortis et strennuus[t]. Huius soror Ingundis[u] Irminigildo[v] regi Gothorum, filio Levigildi[w], nupsit. P. D. II, 28. 29. G. Fr. c. 32. cf. Greg. V, 39.

575. Constantinopoli Iustinus imperator, post multa mala et cupiditates suas in amentiam versus, moritur. Pro quo Tiberius Constantinus, qui et ipso[x] mente capto palatium rexerat, regnavit annis 7, vir Deo devotus, et in elemosinis[y] pauperum omnium largissimus, atque in adquirendis facile divitiis omnium fortunatissimus. In Italia Clep Langobardorum rex, qui pro Alboino electus fuerat, cum anno et mense uno crudeliter regnasset, et multos Romanorum peremisset, a proprio servo suo interemptus est. Post quem Langobardi sine regibus per annos 10 sub ducibus militantes, pluribus per totam Italiam debachantur sceleribus, Burgundiamque, sicut sanctus[z] Hospitius reclusus praedixerat, ingressi, Amatum ducem Guntrammi regis pugna victum occidunt, et multa caede facta, praedis ditati, in Italiam revertuntur. P. D. III, 11. II, 31. 32. III, 1. 3.

576. Hoc tempore Meroveus, Hilperici filius, a patre contra Pictavos missus, et inde revertens, Brunihildem[*] accepit uxorem. A qua statim a patre separatus, cum suspectus haberetur, non multo post attonsus, et presbiter ordinari iussus est. Per idem tempus sanctus Germanus Parisiorum episcopus migravit ad Dominum. Circa hoc tempus Langobardi iterum Burgundiam ingressi, a Mummulo patricio Guntrammi, qui Amato successerat, circumventi, pluribus trucidatis et captis, vix refugerunt[a]. G. Fr. c. 33. P. D. III, 4.

577. His diebus Helpericus[b] Clodoveum[c] filium suum et Desiderium ducem contra fratrem suum Guntrammum transmisit. Sed a Mummulo patricio Guntrammi pugna victi, terga verterunt. Hoc item tempore Saxones, qui cum Alboino Italiam intraverant, Gallias invadunt; sed a Mummulo caesi et humiliati, impetrata pace redeunt; et post annum item patriam repetere volentes, Gallias petunt, viso Mummulo territi, auro se redimunt, postremo a Suevis, qui locum eorum possederant, pugna victi et pene deleti sunt. Greg. V, 13. P. D. III, 5. 6.

578. Romae Benedictus papa 64us sedit annis 4, mensibus 2. A quo beatus Gregorius de monasterio ablatus, et diaconus ordinatus, Constantinopolimque apocrisiarius missus, Euthicium eiusdem urbis episcopum in fide resurrectionis errasse, Tiberio augusto praesente, convicit. Ubi etiam egregium opus moralia in Iob, venientibus ad eum monachis suis, scribere conpulsus est. Hoc tempore Guntrammus rex [12] Dracolenum ducem, superbe sibi vincula minitantem, pugna victum occidit. G. pontt. P. D. III, 13. Beda. Greg. V, 26.

579. Hilpericus rex Francorum inauditis exactionibus populum suum et descriptionibus afflixit; sed exactor eius occisus, et pittatia census incensa sunt. Magna aquarum inundatio et illuvies, fulmina et terrae motus, et prodigia sequens[e] pestilentia Gallias aliasque provintias afflixere. Tres filii Hilperici desenteria[f] periere, quartus ab ipso in custodia positus, molimine novercae Fridegundis cultro fixus interiit. In Hispaniis Levigildus, rex Gothorum Arrianus, instigante Goesinda uxore, catholicos persequitur. His diebus magnae Langobardorum copiae cum tribus ducibus Galliam ingressae, diversis modis et praeliis a Mummulo attritae, vix tandem in Italiam refugerunt[g]. ib. V, 29. c. 34. Fred. IV, 81. ib. 82. P. D. III 8.

580. Cometa die paschae[h] visa. Suessionis caelum ardere visum est. Parisius sanguis de nubibus fluxit. Pestilentia et mortalitas ingens facta. Levigildus rex Herminigildum filium catholicum cum exercitu persequitur. Rodinus dux Hildeberti, pius et religiosus, obiit. Fred. IV, 87. ib. 88.

581. Hoc tempore exercitus Tiberii imperatoris missus Persas potenter superavit, et inter innumerabilem praedae copiam 20 elephantos imperatori reddit. Ipse imperator cum Italia et ipsa Roma bello[i] Langobardorum, pestilentia et insuper fame graviter laboraret, naves frumento onustas Romam misit, et annonae copiam populo subministravit. P. D. III, 12. III, 11.

a) et f. e. *desunt* 2. b) insecuta f. c. multa et insolita 2. c) frantiam 2. *saepius*. d) predis *corr*. prediis 2. e) et i. *desunt* 1. f) p' (post) triennio *corr*. triennium 2. g) tuscię 2. h) coepit 2. i) In 2. k) rege *corr*. regi 2. l) reuessus *corr*. reuersus 2. m) theobertum 2. n) helmechis 2. o) *deest* 2. p) albsuuindâ 1. q) help. 2. r) regina 1. 2. s) hildepertus 2. t) strenuus 1. u) unguudis 2. v) irmingildo 1. w) leuilgildi 2. x) ipso m. capto *post corr*. ipse m. capta 2. y) elym. 2. z) *deest* 2. *) brunnihildem 2. a) fugierunt 2. b) *ita* 1. 2. *hoc loco*. c) chlod. 2. d) eutichium 2. e) seqres 2. f) desinteria *corr*. dissinteria 2. g) refugierunt 2. h) pascę 1. i) *deest* 2.

12) non Guntramnus rex, sed Guntramnus Boso. BOUQUET.

P. D. III, 15. G. pontt. 582. Constantinopoli[a] Tiberius imperator omni laude dignissimus, morbo tactus, filiam suam et imperium Mauricio[b] tradidit, et ipse ex hac vita feliciter discessit. Pro quo idem Mauricius[c] genere Capadocus regnavit annis 21. Romae Pelagius secundus[d] papa $65^{us}$ sedit annis 10, mensibus 2. Hic templum sancti Petri tabulis argenteis deauratis texit, domum suam xenodochium fecit, basilicam sancti Laurentii construxit, et sepulchrum[e] eius tabulis argenteis ornavit.

P. D. III, 17. 583. Hildebertus rex Francorum cum hoc tempore 50 milia solidos auri a Mauricio imperatore accepisset, quatinus Langobardos ex Italia pelleret, valido cum exercitu Italiam petiit. Sed Langobardis petentibus et munera offerentibus[f], pacem cum eis pactumque confirmans, sine bello rediit, Mauricioque[g] pecuniam repetenti nec responsum reddidit[h].

Fred. chr. 1. ib. 2. 584. Guntrammus rex in suburbano Cavillonensi summo studio monasterium sancti Marcelli construens, ad exemplum Agaunensis instituit. Gundoaldus quidam cum auxilio Mummuli et Desiderii regnum affectans, contra Guntrammum tyrannidem invasit. Sed a ducibus eius Leudisclo[i] et Egilano fugatus, cum latebram Cambanis urbe foveret, a Bosone de rupe praecipitatus interiit.

G. Fr. 35. 36. Fred. 3. 585. Hilperico rege Francorum post multa scelera et mala sua insidiis perempto, et Parisius in basilica sancti Vincentii sepulto, Lotharius puer, filius eius, a Guntrammo rege patruo suo baptizari iussus, et de sacro fonte susceptus, inque regno patris sublimatus, regente matre Fridegunde et Landerico maiore domus, regnavit annis 45. Mummulus patricius reus maiestatis convictus, iussu Guntrammi regis interficitur, et thesauri eius in fisciam rediguntur.

P. D. III, 16. Beda. Fred. 5. 586. In Italia Langobardi post 10 annos, quibus duces praeerant, Autharium Flavum, Clephonis[k] filium, regem statuunt. Qui bellica clarus virtute, regnavit annis 6. Qui inter alia Brexillam urbem diruit, et totam pene Italiam secuto tempore bello peragravit. Levigildus, rex Gothorum in Hispania Arrianus, Herminigildum[l] regem filium suum die sancto paschae[m] 18. Kal. Mai securi iussit interfici. Guntrammus rex exercitum in Hispanias misit, qui infirmatus statim redit.

Fred. 5. 6. Beda. 587. Leudisclus a Guntrammo patricius promovetur. Magna aquarum inundatio facta. Globus igneus scintillans et quasi rugiens de caelo in terram cecidit. In Hispania Levigildus rex Gothorum moritur, et Richaredus filius eius rex pro eo efficitur. Qui instante Leandro Hispolitano episcopo, a quo frater eius Herminigildus conversus fuerat[n], cum tota gente Gothorum non multo post ad catholicam fidem convertitur.

Fred. 7. 8. Conc. Tol. III. Fred. 9. 588. Guntrammus et Hildebertus reges inter se pacem et pactum mutuo confirmant, regnumque Guntrammi post obitum eius Hildeberto[o] promittitur. Nonnulli principum et ducum Hildeberti[o], coniurationis contra eum convicti, puniti sunt. In Hispania[p] heresis Arriana[q] destructa, et sinodus Toletana collecta est industria Leandri praesulis et Richaredi regis. Cesara regina, uxor Aunulfi regis Persarum, Constantinopolim dissimulato nomine regio profuga veniens, se baptizari impetravit. Postea a marito inventa, ipsum quoque[r] cum multis et gente sua Antiochiam[s] venientem baptizari et christianitatem aggredi effecit.

Fred. 10. P. D. III, 27. 589. Exercitus Guntrammi ad Hispanias missus, neglegentia Bosonis ducis graviter a Gothis trucidatus est. Hoc tempore Hildebertus rex sororem suam, quam Authario regi Langobardorum promiserat, regi Gothorum, qui nuper catholicus factus fuerat, in matrimonium tradidit.

Fred. 11. P. D. III, 28. 590. Tunica domini Salvatoris a Simone[t] quodam Iudeo, tormentis coacto, monstrata, a Gregorio[u] Antiocheno, Iohanne Constantinopolitano[v] et Thoma Hierosolimitano et aliis episcopis multis, ieiunio triduano celebrato, in archa[w] marmorea in oppido Zaphad[13] inventa, summo cum honore Hierosolimam allata est. Inter Francos et Brittannos[x] pugna commissa est. Hoc quoque tempore Hildebertus peticione Maximi imperatoris iterum Langobardos in Italia cum exercitu petiit. Sed victo ab Authario rege caesoque graviter exercitu suo, cum paucis rediit.

P. D. II, 29. II, 30. 591. His diebus rex Langobardorum Theodelindam, filiam Garibaldi regis Baioariorum, pulchram[y], prudentem et piam, accepit uxorem. Quo tempore magnus Francorum exercitus cum 20 ducibus a Hildeberto[o] rege contra Langobardos missus, diversis casibus praecipue morbo afflictus, parumque hostibus intra munitiones septis nocere praevalens, parvo effectu, fame afflictus, aegre tandem revertitur.

P. D. III, 23. G. pontt. P. D. III, 31. cf. Fred. P. D. IV, 1. 592. Inmensa pluviarum inundatio et inluvies facta, ingensque mortalitas subsecuta est. In qua primo Pelagius papa, dein innumeri catervatim exstincti[z] sunt. Et beatus Gregorius, tunc Romanae[*] aecclesiae archidiaconus, constitutis letaniis, et plaga cessante, papa $66^{us}$ ordinatus, doctrina et actibus cunctis merito praeferendus apostolicis, sedit annis 13, mensibus 6, diebus 10. Qui statim inter alia bona[a] librum pastoralem egregio edidit stilo. Hic quoque super corpus beati Petri ciborium fecit, et missas celebrare instituit; itemque sancti Pauli similiter. In Italia cum Autharius rex ad Francos pro[b] pace petenda misisset, veneno, ut aiunt, mortuus est; et Theodlinda, regina eius vidua, Agonem[*] ducem, qui et Agilolfus, maritum et regem elegit. Qui rex Langobardorum factus, regnavit annis 22. Langobardi pacem cum Francis peragunt.

Fred. Beda h. e. I, 34. P. D. IV, 2. 593. Guntrammus rex Burgundiae, in omni bonitate praecipuus, anno regni 33. 5. Kal. Aprilis obiit, et in monasterio sancti Marcelli a se[c] constructo sepultus est, regnumque Hildebertus[o], fratris eius Sigiberti filius, accepit, et post[d] eum 4 annis tenuit. In Brittannia Edilfridus rex super Anglorum partem constitutus est. Siccitas magna et fames facta est, et insolita locustarum magnarum multitudo.

Fred. P. D. IV, 2. 594. Quintrio[e], dux Gallicae Campaniae, regnum Lotharii regis, filii Hilperici, hostiliter ingressus, ab ipso Lothario cruenta utrimque pugna victus aufugit. Item locustarum multitudo frugibus nocuit.

Beda. Fred. P. D. IV, 7. 595. Gregorius papa sinodum 24 episcoporum pro utilitate aecclesiae ad Sanctum Petrum colligit[f] indictione 14. Franci et Brittanni[g] gravi utrimque caede pugna confligunt. His diebus Tassilo rex Baioariorum a Hildeberto[o] constituitur. Qui mox, Sclavis superatis, magnam exinde praedam deportavit.

Beda h. e. III, 4. Bedae chr. Fred. 596. Sanctus Columba, presbiter et abba, post multa miracula in insula Hii iuxta Hiberniam migravit ad Dominum[h] anno aetatis 73. Hoc tempore beatus papa Gregorius, missis doctoribus Augustino, Mellito, Iohanne, et aliis servis Dei, Anglorum genti in Brittannia verbum vitae praedicare iussit, eamque cooperante Dei gratia ad fidem Christi per eosdem convertit. Cometa et multa signa apparuerunt[i] in caelo. Exercitus Hildeberti Varnos rebellantes pugna victos pene delevit.

a) Constantinopoli 2. b) mauritio *saepius* 2. c) mauritio *hoc loco etiam* 1. d) sed 2. e) sepulcrum 1. f) petentibus 2. g) *ita* 1. 2. h) dedit 1. i) leuclisclo 2. k) clephonis 1. 2. l) Herminigildum — (*a.* 587.) Gothorum moritur *desunt* 2. m) pascae 1. n) fuerit *corr.* fuerat 2. o) hildib. 2. p) hispaniis 2. q) *deest* 1. *adest* 2. 3. r) ipsumque 2. s) anthiochiam 1. antichiam 2. t) symeone 2. u) agregio 2. v) constantinopolo 2. w) arca 2. x) britannios *corr.* britannos 2. y) pulcram 1. z) exstincti *corr.* extincti 2. *) rome 2. a) multa 2. b) pace pro p. 2. c) a se *desunt* 2. d) et IIII. post eum annos 2. e) Vuintrio 2. f) collegit 1. g) britanni 2. h) xpm 2. i) in c. apparent 2.

13) Aliis Saphad, quae nunc est Iafa, olim Ioppo. USS.

597. Hildebertus rex Francorum fortis et strennuus[a], filius Sigiberti, 23. regni anno, aetatis vero 25. veneno, ut [P. D. IV, 12.] aiunt, a coniuge accepto moritur. Pro quo duo filii eius, Theodebertus[b] in Austrifrantia annis 17 et Theodericus in [Fred.] Burgundia cum avia Brunihilde[c] 18 annis regnaverunt. Ipsoque anno Fridegundis cum filio Hlothario[d] regnum eorum invasit, et eos cum exercitu resistentes gravi caede protritos fugavit.

598. Fridegundis regina, mater Hlotharii[d] regis, moritur. His temporibus cum Romanus patricius aliquot urbes a [Fred.] Langobardis[e] dudum captas ut tum[f] deditione recepisset[g], idque Agilolfus rex ultum ire molitus, Italiae ipsique Romae [P. D. IV, 8.] infesto cum exercitu immineret[h], studio sancti papae Gregorii et suffragio Theodelindae religiosae reginae pax utrimque effecta est.

599. Quintrio[i] dux instigante Brunihilde[k] peremptus est. Per haec tempora Agilolfus rex nonnullos duces Langobardorum [Fred.] sibi rebelles, alios occidit, alios aliis modis perdomuit. Ipse etiam perpetuam cum Theoderico rege Francorum [P. D. IV, 14.] pacem fecit. Circa haec etiam tempora monasterium sancti Benedicti in castro Cassino situm, fugientibus ex[l] eo [IV, 18] monachis, a Langobardis omnino destructum et desolatum est.

600. Gregorius papa Lundunae[m] et Ebora i episcopos in Brittannia, misso pallio, metropolitanos esse decernit indictione [Beda.] 4. Clades glandolaria Massiliam[n] aliasque partium illarum civitates et[o] Italiam graviter attrivit. In lacu Dunensi [Fred.] aqua repente bulliens et fervens magnam piscium partem decoxit. Warinharius[p] maior domus Theoderici, omni substantia sua distributa, obiit.

601. Brunihildis de regno Theodeberti ob scelera sua depulsa, a quodam paupere sola inventa, et ad Theodericum regem, ut rogabat, perducta, benigneque suscepta, eidem pauperi episcopatum Autisiodorensem[q] impetravit.

602. Mauricius imperator Focam, rei publicae utilem, principem militiae faciens, eumque cum exercitu mittens[r], [cf. P. D. II, 27. Fred.] de Persis et aliis nonnullis gentibus triumphavit. Globi ignei et alia signa in caelo visa. Theodebertus et Theodericus fratres, ingenti pugna Lothario rege superato, et exercitu eius trucidato atque fugato, regnum eius diripiunt et[s] inter se dividunt, modica tantum parte illi, id est 12 comitatibus iuxta litus oceani, cum pacto pacis relictis.

603. Constantinopoli[t] Focas victor de Persis reversus, Mauricium[u] imperatorem, peccata sua in praesenti, ut ipse [cf. H. m. Beda.] semper orasse fertur, exsolventem, turpiter interfecit, et ipse imperium arripiens, 8 annis tenuit. Egilan[v] dux, Brunihilde [Fred.] instigante, sine causa, propter divitias tantum suas, occisus est. Theodebertus et Theodericus misso exercitu Wascones victos subiciunt. Corpus sancti Victoris martyris[w], qui cum beato Urso Solodori passus est, apud Genvensem urbem divina revelatione in loculo argenteo invenitur, et multis miraculis declaratur. Filius Agilolfi regis Adaloaldus[x] [P. D. IV, 26.] baptizatur, et a servo Dei Secundo Tridentino episcopo de fonte suscipitur.

604. In Brittannia Edilfridus rex Anglorum Edanum regem Scottorum, insulam petentem, forti profligato exercitu [Bed II, 34. Fred.] pugna, vicit. Etherius Lugdunensis[y] episcopus obiit, eique Secundinus successit, ipsique Arridius. Agilolfus rex Cremonam [P. D. IV, 29.] et Mantuam[z] captas diruit[*], aliasque urbes et provintias vastavit; et Romani[a], reddita illi, quae prius capta ab eis[b] erat, filia eius, pacem ab eo ad tempus acceperunt.

605. Beatus papa Gregorius et doctor sanctissimus migravit ad Dominum[c] indictione 8. Post quem cessante episcopatu [P. D. IV, 30.] mensibus plus 5, Fabianus[15] papa 67[us] ordinatus sedit anno 1, mensibus 5. Et post hunc item cessavit episcopatus [G. pontt.] anno ferme uno, quia[16] de Constantinopoli legatio imperialis expectabatur[d]. Et hoc[e] anno sinodus [Fred.] nefaria Cavillonis[f] congregata, et beatus Desiderius Viennensis archiepiscopus, machinante Brunihilde[g], quia scelera eius arguebat, depositus et exilio deputatus, et in locum eius Domnusus[h] subrogatus est. Sol obscuratus est. Hiems[i] nimis saeva magnam vinearum partem perdidit.

606. Fames Romae facta. Et pax cum Langobardis in annum unum pro 12 milibus solidorum condita est. Protadius, [P. D. IV, 33.] qui cum Brunihilde[k] inter alios plures concubuerat, ipsa[l] moliente dux effectus est. Hlotharii[m] exercitus contra [Fred.] pactum regnum Theoderici invasit, et Berhtoaldum[n] maiorem domus, virum strennuum[o] et pium, fugatum[p] Aurelianis[q] obsedit. Filius Agilolfi Adaloaldus coram patre[r] rex a Langobardis electus, et desponsata ei filia Theodeberti, pax perpetua [P. D. IV, 31.] cum Francis facta est. Mense Aprili et Maio cometa visa est. [IV, 33.]

607. Theodericus exercitum Lotharii pugna inita victum fugavit. In qua tamen Berhtoaldus[s] maior domus audatius [Fred.] inter hostes progressus occubuit. Pro quo Protadius molimine Brunihildis[t] promovetur. Theodebertus et Lotharius cum exercitibus collectis hostiliter convenirent, facta invicem pace digressi sunt. Theodericus, instigante Brunihilde[t] et Protadio, contra fratrem Theodebertum arma movit. Cumque infestis exercitibus concurrere pararent, caeterisque pacem suadentibus solus obsisteret Protadius, eo impetu militum in tentorio regis trucidato, fratres ab invicem facta pace discedunt.

608. Romae Bonifacius tertius[u] papa 68[us] sedit mensibus fere 9. Post[v] quem item cessavit episcopatus mensibus 10. [G. pontt.] Hic, quia Constantinopolitana aecclesia primam se scribebat, apud Focam augustum obtinuit, ut Romana aecclesia omnium caput aecclesiarum decerneretur. Hic quoque sinodum 72 episcoporum Romae collegit. In regno Theoderici [Fred.] Claudius, vir prudens et pius, pro Protadio efficitur maior domus.

609. Romae Bonifacius quartus papa 69[us] sedit annis 6, mensibus 8. Et post hunc episcopatus cessavit mensibus [G. pontt.] fere[w] 7. Hic apud Focam augustum templum omnium idolorum, quod Pantheon vocabatur, optinuit, et in honore sanctae[x] Mariae et omnium sanctorum dedicavit 3. Idus Mai, et sanctae Mariae ad Martyres[y] illud appellavit, festivitatemque [cf. P. D. IV, 37] omnium sanctorum Kal. Nov. celebrari constituit. Cuius tempore fames et pestilentiae et inundatio aquarum inmensa [G. pontt.] acciderunt. Uncilenus dux ob mortem Protadii, instigante Brunihilde[t], a Theoderico[z] pede truncatus et facultatibus spoliatus; [Fred.] itemque Volfus patricius[*] occisus est. Ipse Theodericus Ermenbergam de Hispaniis, filiam Betterici regis Gothorum, coniugem sibi adductam, eiusdem Brunihildis[a] suasu, ne honor suus vilesceret timentis, non uxorem accepit; sed repudiatam et expoliatam[b] post annum remisit. Beatus Desiderius Viennensis archiepiscopus de exilio revocatus, factione Brunihildis[a] et Theoderici et Aridii Lugdunensis lapidatus et martyrio coronatus, plurimis[c] post mortem claruit miraculis.

a) strenuus 1. b) thelebertus 2. c) brunnihilde 2. d) lothar. 2. e) long. 2. f) *ita* 1. 2. g) recepsset 1. h) inm. 1. i) Vuintrio 2. k) brunnihilde 2. l) ex eo m. *desunt* 2. m) lindunę 1. n) massaliamque 2. o) *deest* 2. p) Uuarinaharius *corr.* Uuarinharius 2. q) autisidorensem 2. r) mitens 2. s) et i. s. d. *desunt* 2. t) constantinopoli 2. u) mauritium 2. v) Engilan 2. w) martiris 1. x) adolaldus 2. y) lugdunsis archiep. 2. z) maniuam 2. *) diripuit 2. a) romano 2. b) ab e. *desunt* 1. c) xpm 2. d) exsp. 2. e) Ex anno 2. f) cauillanis 1. g) brunnihilde 2. h) *alia manu corr.:* dionisius 2. i) Hiemps n. s. v. m. perdidit 2. k) brunnih. 2. l) ipse 2. i. m. *desunt* 1. m) loth. 2. n) berthoaldum 2. o) strenuum 1. p) fugauit 2. q) aurelianus *corr.* aurelianis 2. r) *deest* 2. s) berth. 2. t) brunnih. 2. u) tercius 2. v) Post — (*a.* 609.) mensibus VIII. *desunt* 2. w) *deest* 1. *adest* 2. 3. x) s. m. *desunt* 1. y) martires 1. z) a th. *desunt* 2. *) patritius 1. *hoc loco.* a) brunnih. 2. b) exp. *superscripto* s 2. c) miraculis p. m. c. pl. 2.

15) Ita pro *Sabinianus* cat. pontt. Hannoveranus, ap. Eccardum T. II. 16) Haec in G. pontt. non leguntur.

Fred. 610. Bettericus[a] rex Gothorum, aliis tribus regibus auxilio sibi ascitis[b], contra Theodericum bellum parat. His P. D. IV, 37. temporibus Persae bello furentes, multas provintias[c] Romanis abstulerunt. Inter quas ipsam Hierosolimam auferentes et loca sancta destruentes, inter alia ornamenta et thesauros aecclesiarum crucem dominicam abstulerunt.

P. D. I. I. 611. Eraclianus, qui Africae praeerat, Focae augusto rebellans, et cum exercitu veniens, regno eum vitaque[d] privavit, et filium Heraclium[e] imperatorem promovit. Qui accepto imperio regnavit annis 26. cf. Vita S. Columb. Beatus abbas Columbanus, qui cum discipulis suis sancto Gallo aliisque temporibus Sigiberti regis de Hibernia veniens, Luxoviense coenobium, Fred. multis coruscans[f] virtutibus, construebat, cum saepe Theodericum pro sceleribus suis et maxime adulteriis increpans, ad legitimum hortaretur[g] coniugium, molimine Brunibildis[h], reginas[i] ambitiose execrantis, iussu Theoderici regis exinde pulsus, sanctum ibi Eustasium pro se reliquit abbatem.

Beda h. e. III, 3. 612. Circa haec tempora beatus Augustinus, Anglorum apostolus et[k] archiepiscopus et doctor mirificus, migravit ad cf. Vita S. Columb. Dominum[l]. Sanctus Columbanus de Luxovio propulsus, ad Hlotharium[m] regem, inde ad Theodebertum venit, eoque optionem manendi[n] in regno suo dante, tandem in Alamannia Brigantium venit, ibique triennio mansit. Fred. Contentione inter Theodebertum et Theodericum de regno exorta, Theodebertus Alsatiam violenter accepit. Alamanni Aventicum pagum et Ultraiuranum petentes, victores cum praeda reversi sunt. Theodebertus coniugem suam peremit et aliam duxit.

Fred. c. 33. 613. In Hispania mortuo Betterico[o], Sisebodus rex Gothorum factus est, vir fortis et pius, qui saepe Romanis militibus congressus victor pepercit, et captis plerisque urbibus, regnum Gothorum in[p] Hispaniis nobiliter ampliavit. c. 37. Theodericus contra fratrem Theodebertum bellum parans, Hlotharium[m] regem, patruelem suum, promissa quadam provintia ab P. D. IV, 38. auxilio eius avocare satagit[q]. Circa haec tempora Huni, qui et Avares, Venetiam petunt, et[r] Gisulfum[t] ducem Foriiulianum pugnam cum suis conserentem interimunt, et totam provintiam ferro, igne praedaque vastantes, ipsum Forum Iulii, a Romhilda Gisulfi vidua proditum, evertunt, et depopulata provintia[u] redeunt.

H. m. Fred. 614. Eraclius imperator Constantinum filium imperii consortem fecit. Theodericus et Theodebertus cum infestis exercitibus apud Tulense[v] territorium forti pugna confligunt, et magna utrimque caede patrata, Theodebertus victus Coloniam aufugit. Quem cum Theodericus odio, et insuper venerabilis viri Leunisii Mogontiacensis[w] episcopi instigatione[x] persequeretur, ille, denuo collectis undique viribus, apud Tulbiacum occurrens conflixit. Et inmensa hominum strage facta, iterum victus fugit. Theodericus vero Coloniam ingressus, thesauros eius ac regnum rapuit, filiumque eius parvulum necari iussit, et ipsum comprehensum ac detonsum Cavillonis misit, nec multo post suspectum habens, instigante cf. Vit. S. Col. Brunihilde[y] occidi praecepit. Quibus diebus beatus Columbanus de Brigantio pulsus, febricitantem Gallum[z] ibi reliquit, ipseque in Italiam veniens, et benigne ab Agilolfo rege et Theodelinda[*] susceptus, coenobium Bobiense construxit. cf. Vita S. Galli. Sanctus quoque Gallus solitudinem cellae suae incolere coepit.

Fred. G. Fr. 615. Theodericus contra Hlotharium[a] arma parans, profluvio ventris, et, ut quidam aiunt[*], fraude Brunihildis[b] veneno, Mettis interiit, et Sigibertus, ex concubina[c] filius eius, a Brunihilde[y] et principibus rex pro eo factus est. Nec multo post Hlotharius[a] rex regnum eius invasit anno regni sui 30.

Beda h. e. II, 5. 616. In Brittannia[d] Edilbertus, primus Anglorum regum christianus, anno regni 56. obiit. Pro quo Eatpolt regnavit annis 24. Hoc tempore Ysidorus Hispalensis episcopus clarus in Hispaniis habetur. Qui hucus- P. D. IV, 43. que temporum adbreviationem perduxit, et multa egregia opuscula edidit. In Italia Agilolfus rex Fred. Langobardorum moritur. Pro quo filius Adaloaldus[e] cum matre Theodelinda regnavit annis 10. Apud Francos Sigibertus rex, cum contra Hlotharium[f] exercitum collegisset, a suis desertus, et ab hostibus captus, una cum fratribus iussu Lotharii peremptus est. A quo etiam ipsa Brunihildis[g] indomitis equis alligari iussa, et ab eis discerpta, digna tandem morte periit, et Hlotharius[f] monarchiam regni[h] accepit.

G. pontt. 617. Romae Deusdedit papa 70us sedit annis 3, mense fere 1. Qui clerum et sacerdotes dilexit, eisque sumptus auxit. Cuius tempore Eleutherius patricius Ravennam veniens, Iohannis patricii peremptores occidit. Item Neapoli et in[i] Beda h. e. II, 5. aliis locis tyrannis occisis, pacem Italiae reddidit. In Brittannia[k] Edwinus, occiso Edilfrido, et filiis eius in Hiberniam fugatis, regnum illius per annos 17[l] egregie rexit.

G. pontt. H. m. 618. Terrae motus magnus factus est, et clades scabiosa subsecuta populum foeda morte attrivit, ita ut mortui non possent agnosci. Hierosolima inter alias Palestinae urbes a Chosdroe rege Persarum capta, et crux dominica in Persidem[m] abducta est.

Fred. 619. Hlotharius[f] rex Warnharium, cui aliquantum infensus erat, suffragantibus multis in gratiam recipiens, in principatu maiorum domus confirmavit.

G. pontt. 620. Romae Bonifacius quintus papa 71us sedit annis 5, vir valde mitis et pius. Beda h. e. II, 7. Eleutherius patricius tyrannidem et regnum affectans in Italia, a[n] militibus peremptus est, et caput[o] eius Constantinopolim missum. cf. Bedae chron. In Brittannia[p] defuncto sancto archiepiscopo Laurentio, Mellitus[q] successit. Magundat magus, genere Persa, ad fidem Christi conversus et Anastasius dictus, Hierosolimis mirae sanctitatis monachus effectus est.

Fred. 621. Hlotharius[r] rex, acceptis amplis muneribus, Langobardis petentibus, 12000[s] solidorum auri, quos annuatim pro invasa quondam Burgundia Francis persolvebant sub nomine tributi, quibusdam consiliantibus, dimisit.

622. Berhtrudis[t] regina, uxor Lotharii regis, ipsi et omnibus pro pietatis et morum excellentia nimium amabilis, obiit.

623. His temporibus beatus Attala, et post hunc Bertolfus, Bobienses abbates, in Alamannia quoque beatissimus Gallus, virtutibus claruerunt.

Beda h. e. II, 8. 624. In Brittannia[p] defuncto Mellito[q] archiepiscopo, Iustus substitutus est. Qui sequenti anno beatum Paulinum ordinans episcopum, Anglis illis, qui adhuc pagani erant, praedicatorem et doctorem misit. Fred. Hlotharius[r] rex Francorum anno regni sui 39° Dagobertum filium consortem fecit, et beato viro Arnolfo[u] Pippinoque duci commendatum, ad cf. G. Fr. regendum Austrifranciae[v] dirigit regnum.

G. pontt. 625. Romae Honorius papa 72us sedit annis 13. Qui multis bonis studens, aecclesias plures adornavit, renovavit, exstruxit. Fecit basilicam sanctae Agnetis via Numentana. Item sancti Apollinaris in porticu sancti Petri. Item sancti

a) Cetericus *corr.* Betericus 2. b) asscitis bellum c. th. apparat 2. c) prouincias auferunt 2. d) itaque 1. *corr.* uitaque 2. e) eraclium 2. f) corruscans 2. g) adhortaretur 2. h) brunnih. 2. i) reginae *littera* e *adrasa* 2. k) *deest* 2. l) xpm. 2. m) loth. 2. n) *deest* 2. o) beterico 2. p) in H. *desunt* 1. q) sategit 2. r) et — interimunt *desunt* 1. t) gisuffulsum *corr.* gisulfum 2. u) provincia 1. *qui sibi non constat.* v) tulaense 2. w) mogoncinnensis 2. x) instigante persequitur 2. y) brunnihilde 1. 2. z) i. g. 2. *) theodlinda 1. theolinda *corr.* theodelinda 2. a) loth. 2. b) brunnih. 2. c) concubitu *corr.* concubina 2. d) britannia 2. e) adalealdus 2. f) loth. 2. g) brunnih. 1. 2. h) archi 2. i) aliis in 2. k) britannia educdus 2. l) XVI. 2. m) perside 2. n) *deest* 2. o) capud 2. p) britannia 2. q) melit. 2. r) Loth. 2. s) XII. 2. t) Gertrudis 2. u) arnulfo 2. v) astri francorum (rancorum *rec. manu in loco exeso*) 2.

Quiriaci[a] via Ostiensi. Item quatuor Coronatorum. Item sancti Severini Tyburtina urbe. Item sancti Pancratii[b] via Aurelia. Item sanctae Luciae. Item sancti Adriani. Et alia multa laudabilia patravit. G. pontt.

626. Samo quidam Francus negotiator, dum cum aliis ad Sclavos venisset, eisque contra Hunos, qui et Avares, bellum moventes fortissime pugnans adiuvasset, ipsi victoriam nacti[c], super se regem illum eligunt. Ubi multis clarus victoriis, 35 annis feliciter regnum tenuit. Hic ibi 12 uxores, et ex eis filios 22 filiasque 15 accepit. In Italia Adaloaldus[d] rex Langobardorum cum in amentiam[e] Greci cuiusdam legati malefico unguento versus, nonnullos principum peremisset, depositus de regno, nec multo[f] post veneno extinctus est. Post quem Harialdus rex factus, annis 7 regnavit. Hic Gundabergam[g], filiam Agilolfi, habuit uxorem. Fred.

627. In Brittannia[h] Edwinus rex Anglorum a Paulino episcopo conversus, cum gente sua baptizatur anno adventus Anglorum in Brittanniam[i] circiter 180. Discordia inter Hlotharium[k] regem et filium eius Dagobertum incepta[l], beato Arnolfo[m] aliisque principibus mediantibus, sedatur. Beda h. e. II, 9. 14. Fred.

628. Beatus Anastasius monachus multa pro Christo tormenta passus, tandem in Perside a rege Chosdroe cum aliis 70 strangulatus martyrium complevit. Ipso anno Eraclius imperator Persidem petiit, victoque et occiso Chosdroe, cum infinita praeda crucem dominicam triumphans Hierosolimam revexit. Apud Francos Warnharius maior domus moritur, et Godinus, filius eius, novercam suam uxorem accipiens, Lothario persequente per diversa fugitans, postremo peremptus est. Beda. H. m. Fred

629. Hlotharius[k] rex Francorum[n] magnum de toto regno suo Clippiaci habuit conventum. Ubi magna dissensio et tumultus exortus, vix tandem studio regis sedatur.

630. Hlotharius[k], rex Francorum fortis pius et religiosus, anno regni 45. defunctus, et Parisius in basilica sancti Vincentii sepultus est. Cuius regnum Dagobertus filius accipiens, cum iam 6 annis regnaret, 10 annis postea rexit, modica tantum[o] parte iuxta Wascones et Pireneum fratri Hariberto[p] concessa.

631. Dagobertus rex sancto Arnolfo[q] Metense episcopo et Pippino duce maiore domus Chunibertoque Coloniense archiepiscopo utens consiliariis, nimio amore iusticiae flagravit, et rex per omnia laudabilis extitit. Postea vero propria secutus consilia, multum[r] ad deteriora defluere coepit, uxoreque Gomatruda repudiata, Nanthildem[s] quandam de monasterio[17] puellam accepit uxorem.

632. Heribertus[t] regulus, frater Dagoberti, Wasconiam invadens, suo eam regno adiecit. Dagobertus ex quadam concubina Sigibertum filium genuit. Pax perpetua inter Eraclium imperatorem et Dagobertum, legatis[u] mediantibus, pacta est. Et peticione imperatoris, qui imperium suum a gente circumcisa vastandum praecognoverat, Iudei multi in regno Francorum, sicut et alibi in Romano imperio, profligati sunt. Nec multo post secutis temporibus crudelissima gens Saracenorum, et ipsa circumcisa, multas provincias inundans[v] vastavit, et Romanum exercitum crebris praeliis trucidatum vehementer attrivit.

633. In Brittannia[w] Edwinus[x], rex Anglorum pacificus et pius, a Ceadwalda et Penda paganis regibus victus et peremptus est. Post cuius mortem filii Edilfridi de Scottis reversi, regnum[y] quondam patris sui arripiunt. E quibus duo a fide Christi, quam apud Scottos didicerant, apostatantes, intra unum annum pereunt. Apud Francos Heribertus regulus, frater Dagoberti, moritur, et regnum eius ac thesauros Dagobertus, frater eius[z], accepit. Tres exercitus a Dagoberto contra Samonem et Sclavos diversis partibus missi, unus Francorum victus, duo Suevorum et Langobardorum victores redierunt. Beda h. e. II. 20. III, 1. Fred.

634. Calamitosus iste annus fuit Anglis, tam regum apostasia et perditione, quam barbarica et crudeli, quam a Ceadwalda pertulerant, vastatione. Sed statim Oswald, tertius filius Edilfridi christianissimus, paucis collectis, in Domino confisus, et adorata, quam erexerat, lignea cruce, audacter cum Ceadwalda[*] pugnam iniit; eoque victo, provincia et fratribus vindicatis, paternum regnum 8 annis plenus pietate nobiliter rexit. Samo cum Sclavis Turingiam[a] vastat. Saxones Sclavis se resistere pollicentes, tributo 500 vaccarum, quas[b] Francis annuatim solvebant, a Dagoberto absolvuntur. In Italia mortuo Harialdo[c] rege Langobardorum, Rotharius a Gundeberga maritus assumptus, et rex electus, regnavit annis 13. Beda h. e. IV, 1. 2. 9. Fred. c. 74. P. D. IV, 44. cf. Fr. c. 70.

635. Per haec tempora, cum Sergius[d] Constantinopolitanus, innitente[e] Cyro[f] Alexandrino, heresim acephalorum instaurans, unam in Christo divinitatis et humanitatis voluntatem et operationem dogmatizasset ipsumque imperatorem seduxisset, ab apostolica sede damnatus[g] est. Sclavis cum Samone Turingiam[a] et confines pagos incursantibus, Dagobertus filium suum parvulum Sigibertum Pippino[h] et Adalgiso ducibus et Chuniberto archiepiscopo Coloniensi commendatum, Austrifranciae regem fecit, eique sedem Mettis dedit, principibusque[i], ut terminos regni orientalis deinceps tuerentur, persuasit. Beda. Fred.

636. Dagoberto regi Clodoveus seu Hludowicus filius ex Nanthilde regina nascitur; cui non multo post regnum suum occidentale destinavit et confirmavit. Ratolfus dux Thuringiae Sclavis saepe congrediens, victor eos fugabat; unde elatus, ut regi suo rebellare temptaret, sensim animos attollebat.

637. Constantinopoli Eraclius imperator, a Sergio Constantinopolitano episcopo in heresim, ut aiunt, prius inductus, moritur. Pro quo filius eius Eraclonas[k] cum matre Martina annis 2 imperat. Per haec tempora Rotharius rex Langobardorum, quamvis Arrianus, iustitiae tamen amator, leges Langobardorum scripsit. Ipse etiam nonnullas Romanorum urbes cepit, et Ravennatibus[l] pugna confligens, 8 ex eis milia occidit, reliquosque fugavit. cf. H. m. Beda. P. D. IV, 44. 47.

638.[18] Romae defuncto papa Honorio, cessavit sedes apostolica annum 1, menses 7, dies 14, quia Constantinopoli auctoritas imperialis morte principum nutabat[18]. Quo tempore Lateranensis thesaurus a Mauricio chartulario et Hisatio patricio exarcho Italiae direptus et distractus est. Wascones rebellare temptantes[m], misso a Dagoberto exercitu, perdomiti sunt. Brittonum rex ad Dagobertum veniens, humiliter ei satisfecit, et pace impetrata rediit. G. pontt. Fred.

639. Constantinopoli mortuo Eraclona imperatore, frater eius Constantinus regnavit mensibus 6. In Brittannia Eadbald rex Cantuariorum Anglorum decessit, eique filius Erchanbertus successit annis 25. Wascones a Dagoberto pro rebellione sua veniam precantur et impetrant. Beda chr. h. e. III, 2. Fred.

640. Constantinopoli post mortem Constantini[n] imperatoris filius ipsius Constantinus, qui et Constans, regnavit annis Beda.

a) quirini uia ostensi 2. b) pancracii 2. c) macti 2. d) acaldus *superscripto* al 2. e) cum manentiam 2. f) multum 2. g) gundaberdam f. agilulfi 2. h) britannia eduxnus 2. i) britann. 2. k) loth. 2. l) incoepta 2. m) arnulfo 2. n) *deest* 1. o) tandem 2. p) heriberto 2. q) arnulfo 2. *ubi manus saec. XIII. in marg. add.*: alius liber habet sic: Huius sancti Arnolfi Metensis episcopi pater fuit Arnorfus, vir illustris, filius Ansberti et Behthildis filie regis Lotharii, filii Chlothovei regis Francorum primi christiani, a sancto Remigio baptizati. r) multa 2. s) mahthildem 2. t) *ita* 1. 2. u) legantis 1. v) *deest* 2. w) britann. 2. x) educnus 2. y) q. r. 2. z) *deest* 1. *) caedvualda 2. a) turingam 2. b) quam 2. c) harioldo 2. d) serginus 2. e) imminente 2. f) ciro 1. g) dampn. 2. h) pipino 1. i) que *deest* 2. k) eraclinas 2. l) reuenn. 2. m) temptates 2. n) constantin:: 1.

17) Fredegarius cap. 58. *de ministerio*, aulae scilicet, seu reginae. USS. 18) Haec Herimannus de suo adiecisse videtur; sed Honorium triennio fere ante Heraclium obiisse, iam Ussermann annotavit.

(G. pontt.) 28. Romae Severinus papa 73us sedit mensibus[a] 2, diebus 4, vir sanctus, mitis et pius;, post quem cessavit episcopatus mensibus 5. (Fred.) Dagobertus rex anno regni 16. moritur, et in suburbano Parisiaco in[b] monasterio sancti Dionisii, summo studio a se constructo, ornato et ditato[c] et ad institutionem Agaunensis monasterii ordinato, sepelitur. Cum quo pariter regni Francorum virtus et dignitas collapsa, paulatim deficiebat, et pro eo duo filii eius Sigibertus et Ludowicus[d] regnum patris optinuerunt.

(G. pontt.) 641. Romae Iohannes quartus papa 74us sedit anno 1, mensibus fere 10. Qui, missa multa pecunia[e], multos captivos in Histria et Dalmatia a barbaris redemit, et basilicam sanctorum martyrum Venantii, Anastasii et Mauri construxit et ornavit. (Fred.) Ludowicus seu Clodoveus[f] infans, regnante matre Nanthilde[g], regno occidentali praeponitur. In Hispania Sentila[h] rex Gothorum moritur, pro quo Tolga puer regnum accepit. Quo non post multum deposito et detonso, Chintasindus regnum assumens, superbiam Gothorum[i], trucidatis primoribus, nimis humiliavit.

(G. pontt.) 642. Romae Theodorus papa 75us sedit annis 6, mensibus fere 6. Hic corpora sanctorum Primi et Feliciani levavit et in basilica sancti Stephani protomartyris sepelivit, aecclesiam sancti Valentini via Flaminia[k], oratorium sancti Sebastiani[l] Lateranis, oratorium sancti Eupli ante portam sancti Pauli fecit, et inter alia bona constans in fide hereticos damnavit[m]. (Beda h. e. III, 9. 14.) In Brittannia Oswald, rex Anglorum piissimus, pro patria contra Pendanum, regem Merciorum paganum, pugnans occubuit, et plurimis post mortem miraculis claruit. Pro quo frater eius Oswi regnavit annis 28[n].

(G. pontt.) 643. Hoc tempore Mauricius chartularius tyrannidem affectans, missis ab Hisatio[o] patricio militibus, Romae comprehensus et abductus, iuxta Ravennam decollatus est. Nec multo post ipse Hisatius[p] morte apud Ravennam periit, et pro (Fred.) eo Theodorus Italiae exarchos ab imperatore missus est. Ega, maior domus Ludowici, vir strennuus[q] et religiosus, obiit. Post quem Erchonaldus[r], item[s] vir laudabilis, maior domus efficitur.

(Beda III, 14.) 644. Sanctus Paulinus, Eboracensis episcopus et doctor Anglorum, anno episcopatus 20. migravit ad Dominum[t] 6. Id. Octob. (Fred.) Pippinus[u], maior domus et dux Sigiberti, iusticiae et pietatis amator eximius, obiit. Post quem filius eius Grimoaldus maior domus effectus est.

(Beda.) 645. Hoc tempore Pyrrus[v] Constantinopolitanus[w], Sergii et in sede et in heresi successor, cum a Theodoro papa dudum damnatus ex Affrica[x] Romam venisset, et fictam poenitentiam satisfactionemque simulasset, benigne susceptus et reconciliatus est. Postea vero domum reversus, et errorem repetens, denuo ab ipso papa depositus, damnatus et anathematizatus est.

(Gen. Karol. Vita Gerdr.) 646. His temporibus beata virgo Gerdrudis, filia Pippini[u], soror Grimoaldi maiorum[y] domus, Nivalensis coenobii mater, virtutibus claruit. Huius soror Begga, et ipsa femina religiosa, Ansgiso, sancti Arnolfi[z] filio, nupsit, cui etiam Pippinum[*] iuniorem peperit.

(G. pontt.) 647. His temporibus cum Paulus Constantinopolitanus, Pyrri[a] successor, heresim non solum non dimitteret sed augmentaret, ipsumque imperatorem cum aliis seduceret, nec a domno papa ammonitus et increpatus resipisceret, et ipse identidem[b] damnatus est. (P. D. IV, 49.) In Italia mortuo Rothario[c] rege Langobardorum, Radoaldus filius eius regnavit annis 5.

(Fred. c. 81.) 648. His Constantis imperatoris temporibus gens Saracenorum crudelissima Palestinam, ipsamque Hierosolimam[d], utramque Aegyptum[e], Alexandriam urbem, et magnam Affricae[f] partem, aliasque plures provincias Romani imperii vastavit atque diripuit.

(G. pontt.) 649. Romae Martinus papa 76us sedit annis 6, mensibus fere 2. Quo tempore Paulus Constantinopolitanus, ipso imperatore Constante seducto, legatos apostolicae sedis, se pro heresi arguentes, carceribus, exiliis et diversis modis afflixit, catholicisque, ubicumque potuit, non modicam persecutionem concitavit.

650. Martinus papa indictione 9. sinodum Romae 105 episcoporum colligit, in qua Cyrum, Sergium, Pyrrum[g], Paulum cum sequacibus[h] erroris condemnat.

(Beda III, 14.) 651. In Brittannia[i] Oswi[k] rex pius ab Oswi rege pugna fugatus, ad quendam suorum, cui fidem habebat, venit. A quo statim proditus, ab Oswi rege cognato interfici iussus est. Ipso anno beatus Aidanus Scottigena, episcopus et (P. D. IV, 50.) doctor Anglorum, 2. Kal. Septemb. decessit. In Italia mortuo Radoaldo rege Langobardorum, Haribertus, filius Gundoaldi fratris Theotlindae[l] reginae, regnavit annis 9.

(G. pontt.) 652. Hoc tempore Olimpius exarchus a Constante imperatore in Italiam missus, cum domnum papam et ceteros in fide catholica unanimes depravare eisque nocere non posset, frustraque ipsi papae, divinitus protecto, insidias paravisset, cum eo tandem pacificatus, collecto exercitu Siciliam contra Saracenos ingreditur. Ubi victo caesoque ab ipsis exercitu Romano, taedio morboque confectus moritur[m].

(Beda III, 20. ib. 21.) 653. In Brittannia[n] Honorius Anglorum archiepiscopus obiit. Pro quo Deusdedit annis 10 praefuit.

(G. pontt.) 654. In Brittannia[n] mediterranei[o] Angli ad fidem Christi conversi sunt. Beatus papa Martinus iussu Constantis heretici imperatoris a Theodoro[p] exarcho, ad hoc misso, Romae in basilica Salvatoris quae Constantiniana dicitur comprehensus, et Constantinopolim adductus, cum flecti nullatenus posset, exilio in Cersonam[q] damnatus est.

655. Martinus papa in exilio migravit[r] ad Dominum, ibique sepultus multis postea miraculis claruit. Pro quo Romae Eugenius papa 77us ordinatus sedit annis 2, mensibus fere 10, vir benignus[s], mitis et pius. (Beda III, 24.) In Brittannia[t] Pendan, rex Merciorum paganus, ab Oswi rege, sancti Oswaldi fratre, pugna victus interiit. Et gens[u] Merciorum Christi fidem accepit.

(G. pontt.) 656. Petrus Constantinopolitanus, quasi satisfaciens pro fide sua, misit Romam sinodicam epistolam valde obscuram et dubiam, sed a domno papa et aecclesia Romana non est accepta.

657. Romae Eugenio papa defuncto, cessavit episcopatus mensibus[v] 2.

658. Romae Vitalianus papa 78us sedit annis 14, mensibus 6. Qui litteris ex more Constantinopolim missis, in sede confirmatus, aecclesiam Romanam insigniter rexit.

(Beda III, 21.) 659. In Brittannia[w] Vulfhere, filius Pendani, rex Merciorum effectus, regnavit annis 17. (G. pontt.) Constantinus, qui et Constans, imperator sancto Petro donaria preciosa Romam misit.

a) menibus 1. b) *deest* 2. c) dedicato 2. d) ludouuigus *superscripto* c 2. e) peccunia 2. f) chlod. 2. g) mahthilde 2. h) seutila 2. *corr. ut videtur* sentila 1. i) gothorum 2. k) flamia 2. l) petri 2. m) dampn. 2. *saepius*. n) *In 2. manus saec. XIII. addit:* Hoc tempore beatus Emmerammus Pictavie preerat episcopus. o) hisacio 2. p) hisacius 2. q) strenuus 1. r) erchomaldus 2. s) *deest* 2. t) xpm 2. u) Pipin. 1. v) pirrus 1. w) constantinopolus 2. x) africa 1. y) maior 2. z) arnulfi 2. *) pipin. 1. a) pirri 1. b) identidē 2. c) lothario 2. d) i. romam et h. 2. e) egiptum 1. f) africae 1. g) pyrrhum 2. h) sequentibus erroris *corr.* erroneis 2. i) britannia *iam* 1. k) osuuin 2. l) theolindę 2. m) 2. *addit saec. XIII. manu:* Hiis diebus passus est beatus Emmerammus in Baioaria. n) britannia 1. o) *ita* 4. 4b. mediterrone 1. 2. p) theodore 2. q) cerscanum 2. r) ad d. m. 2. s) *add sed del.* et 2. t) britannia 1. brinnia *corr.* britannia 2. u) gen' 2. v) mensebus 2. w) britannia 1. 2.

660. In Italia defuncto Hariberto rege Langobardorum, duo filii eius Godabertus et Perhtarihc[a] regnum inter se dividebant, Godabertus Tycini et Pertharihc[a] Mediolani regnum statuentes. Sed non multo post factione pravorum odio infando alterutrum regno pellere cupientes, dissentiunt; et Godabertus, misso Gunbaldo[b] duce perfidissimo, Grimoaldum virum strennuum[c], qui iam 25 annos dux[d] Beneventi erat, auxilio sibi contra fratrem ascivit[e]. Qui ab ipso Gunbaldo[b] instigatus, Godabertum occidit, et Pertharihc[f] ipso terrore fugatus, ad Hunos secessit post unum annum et 3 menses regni sui, Grimoaldusque, arrepto Langobardorum regno, annis 9 strennue[g] regnavit. P. D. IV, 53.

661. Hoc tempore Pertharihc[f], dudum rex Langobardorum, cum de exilio reversus Grimoaldi regis gratiam petisset, benigneque susceptus esset, factione pravorum proxima nocte ab ipso rege observari iussus est, sequenti die perimendus. Sed astu[h], immo fide, Hunoldi amici sui et cuiusdam fidelis vestiarii sui eductus[i] ex urbe Ticinensi, ad Francos confugit, ibique latuit. Hac etiam tempestate Francorum exercitus Italiam ingressus, cum in castris Grimoaldi regis, simulata[k] ab ipso fuga relictis, epularetur, ipso irruente ad iuternitionem[l] deletus est. V, 2. 3. V, 5.

662. Constantinus, qui et Constans, imperator Italiam contra Langobardos petiit, et aliquot oppidis[m] eorum captis, Rumoaldum ducem, filium Grimoaldi regis, apud Beneventum obsedit. Sed adventante cum exercitu Grimoaldo territus, Neapolim repetit, magnaque exercitus sui parte duce Saburro cum Rumoaldo pugna confligente et victa trucidataque, nihil contra Langobardos profecit. V, 6 — 10.

663. Constantinus imperator Romam venit, et a Vitaliano[n] papa honorifice susceptus, toto exercitu cum cereis aecclesiam intrante, beato Petro pallium auro textile optulit[o]. Et actis ibi 12 diebus, cuncta pene Urbis ornamenta abstulit. Inter quae etiam tegulas[p] aereas, quibus basilica sanctae Mariae ad Martyres, quae[q] Pantheon antiquitus vocabatur, tecta fuerat, diripiens, in Siciliam praemisit, ipseque, suis in Italia depraedatis, ipsam insulam 7. indictione intravit, ibique quinquennio, multa infamis avaritia et nequitia, mansit. V, 11.

664. Eclipsis[r] solis 5. Non. Mai facta est[s] hora quasi decima, 7[s] indictione. In Brittannia[t] conventu ab Anglis et Scottis acto, questio de pascha ventilata, et Scotti a Wilfrido presbitero racionabiliter victi sunt. Saeva lues et pestilentia Brittanniam[t] et Hiberniam nimium vastat. Deusdedit archiepiscopus Anglorum obiit. Ceidla et Wilfridus Nordanumbrorum episcopi ordinantur. Beda chr. h. e. III, 25. ib. 27. ib. 28.

665. In Brittannia[t] Erchanberto rege Cantuariorum mortuo, Egibertus filius eius regnavit annis 9. Angli ad Vitalianum papam pro episcopo et doctore postulatum Romam mittunt. His diebus apud Francos Clodoveus seu Hluduwicus[u], rex iners et infamis, filius Dagoberti, frater Sigiberti, cum Parisius manens brachium sancti Dionisii martyris[v] auferre ausus esset, in amentiam versus est. ib. IV, 1. G. Fr. c. 41.

666. Hoc tempore cum Lupus dux Foroiulianus[w] regi Grimoaldo rebellaret, Huni, qui et Avares, ab ipso rege invitati Venetiam petunt, et ter pugna victi, quartoque certamine victores, ipso Lupo cum suis occiso, provinciam vastant, donec arte Grimoaldi territi, tandem redire coacti sunt. P. D. V, 18 — 21.

667. Circa hoc tempus Sclavi de Carunto, quod Carantanum[x] dicimus[y], cum exercitu Venetiam vastantes, duce Nuectario[z] cum 25 suorum super eos irruente, pauci ex quinque milibus effugere vix potuere. V, 22. 23.

668. In Sicilia Constantinus imperator, qui et Constans, post multas exactiones et depraedationes per provincias actas, tandem a suis in balneo occisus interiit indictione 12. Post quem Mezetius[*] imperium ibi arripiens, ab Italico exercitu cum complicibus suis peremptus est. Et Constantinus, filius Constantis, Constantinopoli imperator factus regnavit annis 17, imperator sane catholicus et pius. Hoc anno Theodorus archiepiscopus a Vitaliano papa ordinatus[a] et cum Adriano abbate ad Anglos missus, multis et verbo profuit et exemplo. Apud Francos mortuo Clodoveo seu Ludowico rege infami, filius eius Hlotharius[b] puer regnavit annis 4. V, 11. 12. Bedae chr. h. c. IV, 1. G. Fr. c. 44.

669. Saraceni, qui iam multis depopulatis provinciis Aegyptum[c] tenebant, Siciliam hoc tempore invadentes, magnas hominum strages faciunt, et depraedata insula, hisque quae Constans imperator ibi collegerat ablatis, Alexandriam redeunt. P. D. V, 13.

670. In Brittannia[t] Oswi rex Anglorum, frater sancti[d] Oswaldi, obiit. Pro quo Egfridus[e] regnavit 15 annis. In Italia mortuo Grimoaldo Langobardorum[f] rege, Pertherihc[g] de exilio reversus, regnum paternum magno Langobardorum[h] favore recepit, et per annos 17 magna pietate insignis optinuit. Beda IV, 5. P. D. V, 33.

671. Per haec tempora in Italia[i] regnum Langobardorum[h] Pertherihc[k] adeptus, summa pace et probitate regebat. His temporibus Childericus[l], frater Lotharii regis, filius Ludowici, cum ad Austrifranciae regnum vocatus[m], leviter in eo et crudeliter ageret, a Francis una cum uxore et filiis trucidatur. G. Fr. c. 45.

672. Romae Vitaliano papa indictione 15. defuncto, post 2 menses Adeodatus papa 79us sedit annis 4, mensibus 2, vir valde mitis et pius. Qui et[n] aecclesias renovavit et ornavit, et aedificia nova construxit. Apud Francos post Hlotharium[o] puerum frater eius Theodericus regnavit annis 19. Sub quo Ebroinus maior domus tyrannidem exercuit. G. pontt. G. Fr. c. 45.

673. In Brittannia[t] Egberto Cantuariorum rege mortuo, frater eius Luthere regnavit annis 11, mensibus 4. Quo anno Theodorus archiepiscopus Anglorum sinodum utilem collegit. Beda h. e. IV, 5.

674. Circa haec tempora Alachis dux Tridentinus, de comite quodam Norico victoria nacta elatus, adversus Pertharich[p] regem suum rebellabat; sed per Chunibertum[q] regis filium saepius reconciliatus et honoribus auctus est. P. D. V, 36.

675. In Brittannia[t] Vulfhere rex Merciorum obiit. Pro quo frater eius[r] Edilred 35 annis regnavit. Qui sequente anno Cantiam vastavit. Beda h. e. III, 24. IV, 12.

676. Romae defuncto Adeodato, post menses 4½[s] Donus papa 80.[u] sedit anno uno, mensibus 5. Qui inter alia bona studia porticum sancti Petri marmore stravit. Qua aestate inmensa vis tonitruorum et pluviarum homines afflixit; et legumina, quae[v] propter pluviam[w] colligi non poterant, quibusdam in locis renata et ad maturitatem reducta sunt. Cometa per 3 menses visa, et magna hominum pestilentia in oriente subsecuta est.[w] G. pontt.

677. In Italia Pertarich[x] rex Langobardorum Chunibertum[q] filium suum regni consortem fecit. Cum quo 10 postea annis regnavit. Aecclesia Ravennas, quae[y] autocephaliam sibi usurpans a Romana desciverat, Dono papae denuo se subiecit. P. D. V, 35. G. pontt.

a) pertharich 2. b) ganbaldo 2. c) strenuum 1. d) b. dux 2. e) asciuit 2. f) pertarich 2. g) strenue 1. h) arte 2. i) e. est ex u. (et *post add.*) ad 2. k) ab i. s. 2. l) internetionem 1. m) opidis 1. n) uitalio 2. o) obt. 2. p) regulas 1. 2. q) quam 2. r) Eclypsin 2. s) *deest* 2. t) britann. 1. u) ludouuicus 2. v) *deest* 1. w) fora iulianus 2. x) carentanum 1. y) dns *corr.* dr 2. z) nectario 2. *) mezecius 1. a) ordinat 1. b) hlętharius 1. letharius *ut videtur corr.* lotharius 2 c) egiptum 1. d) *deest* 2. e) egilfridus 2. f) longabandorum 2. g) *ita* 1. perterihc 2. h) longabardorum 2. i) italiam 2. k) pertarich 2. l) *ita* 1. Per haec tempora hildebertus lotharii regis filius ludouuici 2. m) leuiter uocatus. crudeliter in eo agitaret 2. n) *deest* 2. o) letharium 2. p) pertarich 2. q) cunib. 2. r) *deest* 2. s) s (sanctus) 2. u) *deest* 2. v) q̄ 2. w) *deest* 2. x) *ita* 1. 2. y) quam 2.

G. pontt. Beda h. e. IV, 12. 678. Romae defuncto Dono, post 2 menses Agatho papa $81^{us}$ ordinatus, sedit annis 2, mensibus 6, vir mansuetus et benignus. Wilfridus Anglorum episcopus ab Egberto rege sede sua pulsus, multos in peregrinatione sua ad Dominum praedicando convertit.

G. pontt. 679. Constantinus augustus legationem Romam misit, et ut pro confutandis hereticis synodus apostolica auctoritate Constantinopoli fieret, postulavit. Agatho papa sinodum 120 episcoporum Romae collegit, et hereticos unam in Christo operationem dogmatizantes damnavit.

G. pontt. Beda IV, 17. 680. Eclipsis[a] lunae et magna mortalitas Romae per aestivos menses facta. Agatho papa legatos Constantinopolim misit indictione 9. Qui honorifice ab augusto suscepti atque tractati, sextae synodo[b] universali 150 episcoporum praefuerunt, et convictos[c] rationabiliter hereticos, unam in Christo voluntatem et operationem asserentes, damnaverunt. Theodorus archiepiscopus Anglorum item sinodum collegit.

G. pontt. 681. Constantinopoli sexta sinodus 150 episcoporum indictione 9. mense Febr. acta, et Macharius Antiochenus[d] sequacesque errori damnati sunt. Quibus damnatis, subito plurimae aranearum telae in basilica coram omnibus ceciderant, hereticas videlicet nugas deiectas esse portendentes. Agatho papa decessit[e].

682. Romae defuncto Agatho papa, cessavit episcopatus anno 1, mensibus 7.

Beda h. e. IV, 26. 27. 683. Romae Leo secundus papa $82^{us}$ sedit mensibus fere 11[f], vir per omnia eruditissimus, eloquentissimus atque piissimus; qui aliquot aecclesias renovans dedicavit atque ornavit, sua decreta fecit, et plurima egregie scripsit, docuit atque constituit. Hoc anno 16. die Aprilis in parasceue tota pene nocte luna eclipsin passa. Egfridus rex Anglorum, misso exercitu, Hiberniam insulam sine causa crudeliter vastat. Sanctus Cudbertus Lindiufarnensis[g] aecclesiae episcopus ordinatur, qui plurimis Brittanniam[h] virtutibus[i] decorabat.

G. pontt. Beda IV, 26. 684. Romae defuncto Leone, cessavit episcopatus anno fere 1. Post quem Benedictus secundus papa $83^{us}$ sedit mensibus 10, vir doctus et omnibus pius et beneficus, aecclesias restaurans et exornans, et bona iugiter studia sectans. Cometae apparent, et mons Campaniae Bobius[19] ultra modum flammas eructans, circumposita exussit. In Brittannia[h] Egfridus rex, cum dissuadente sancto Cudberto Pictos incaute[k] bello peteret, ab ipsis victus et peremptus interiit. Pro quo Aldfridus, rex pius et prudens, regnavit annis 19.

G. pontt. Beda IV, 26. 685. Romae post pascha defuncto Benedicto, exactis plus duobus mensibus, Iohannes quintus papa $84^{us}$ sedit anno uno, vir item eruditus et discretus. Qui prius archidiaconus, legatus in 6. sinodo apostolicae sedis fuerat. Constantinopoli Constantino imperatore defuncto, filius eius Iustinianus regnavit annis 10. Qui heresi pollutus, orthodoxis[l] fuit infensus et pravus. Hic etiam cum Sarracenis, provincias plures devastantibus, data eis multa pecunia, pacem in decennium condixit. In[m] Brittannia[h] Luthere rex Cantuariorum interiit.

G. pontt. Beda V, 2. 686. Romae defuncto Iohanne, post 3 menses Conon papa $85^{us}$ ordinatus sedit mensibus 11, vir provectae aetatis, summae innocentiae sanctaeque simplicitatis. Qui, dissentiente in duorum presbiterorum electione clero et populo, tercius postremo[n] ab utrisque electus est. In Brittannia[h] sanctus Iohannes Hagustaldensis aecclesiae episcopus ordinatus multis claruit virtutibus.

G. pontt. P. D. V, 37. 687. Romae defuncto Conone, exactis fere 3[o] mensibus, Sergius papa $86^{us}$ sedit annis 13, mensibus fere 9. Hic quoque, dissentientibus in duorum electione partibus, tercius Deo volente electus est. Qui in fide catholica fortis, persecutionem ab augusto Iustiniano passus est, et aecclesias multas construxit, renovavit et exornavit atque[p] ditavit; vir videlicet sanctus et omnibus bonis intentus. In[q] Italia defuncto Pertharicho rege Langobardorum, Cunibertus, filius eius, rex strennuus mitis et bonus, regnavit annis 12.

Beda V, 7. G. Fr. c. 48. Ann. Fuld. 688. Ceadwald[r], rex occidentalium Saxonum, ad fidem Christi conversus Romam venit, et in sabbato sancto paschae[s] a Sergio papa baptizatus et Petrus vocatus, inibi in albis defunctus, ab ipso papa summo honore tumulatus et epitaphio[t] decoratus est. In regno Francorum Pippinus[u], filius Ansgisi filii sancti Arnolfi, Theodericum regem, filium[v] Ludowici, in Testricio pugna vicit, et potestatem regni Francorum adeptus, dux et maior domus regnavit annis 27 ¼[w], interim tamen Ludowico, Hildiberto et Dagoberto regale nomen, non dignitatem, habentibus.

P. D. V, 38. 689. Circa hoc tempus in Italia Alachis dux tyrannidem invasit, et Papia occupata, regeque Cuniberto in insula Comacina, quia copia militum impar erat, se communiente, cunctos, et maxime clericos, crudelis insequitur.

Beda V, 8. 690. Theodorus, venerabilis Anglorum archiepiscopus, anno adventus sui in Brittanniam[h] 23. aetatis vero 88. decessit. Qui inter alia bona librum poenitentialem magna discretione[x] conscripsit.

G. Fr. c. 49. 691. Apud Francos Theodericus rex anno regni 19.[y] moritur. Pro quo filius eius Ludowicus puer, a Pippino[z] et Francis rex solo nomine factus, regnavit annis 2.

P. D. V, 39. 41. 692. Hoc tempore Cunibertus rex Langobardorum, recepto Dei gratia regno, votis omnium pugna victo et perempto Alachiso tyranno, optata suis deinceps pace regnavit.

G. Fr. 1. 1. 693. Apud Francos post Ludowicum frater eius Hildibertus[*] regis nomen adeptus, regnavit annis 17.[a]

Beda V, 11. 694. His diebus duo Angli presbiteri, niger et albus Hewald, studio[b] divini[c] verbi accensi, dum Saxonibus praedicarent, a quibusdam rusticis martyrio coronati, et divinis miraculis declarati, a Pipino[d] Coloniae tumulati sunt.

P. D. VI, 31. 32. 12. Bed. chr. 695. Constantinopoli Iustinianus imperator hereticus a Leone et Tiberio aliisque coniuratoribus iniuriis affectus, abscisis naribus regno pulsus, exul in Pontum secessit; et Leo arreptum[e] imperium annis 3 optinuit. Vir sanctus Wilibrordus a Sergio papa archiepiscopus ordinatus, et Clemens vocatus, genti Fresonum[f] verbum vitae praedicans, plurimis saluti fuit.

h. e. V, 13. Bed. chr. 696. In Brittannia[g] provincia Nordanumbrorum[g*] quidam Truthelinus e[i] corpore raptus, et horrendis iocundisque[k] visis, vitae redditus, districtissimam et sanctam deinceps duxit vitam. Hoc[l] tempore Sergius papa, Domino revelante, capsam cum portione dominicae crucis invenit.

h. e. V, 24. 697. In Brittannia[h] sanctus Cudbertus, ex anachoreta episcopus, post multas virtutes migravit ad Dominum[m]; cuius vitam Beda[n] presbiter et prosa et exametris versibus edidit. Ipso anno Ostric regina a[o] suis perempta est.

a) Eclypsis 1. b) sinodo 2. c) uictos 2. d) antiocenus 2. e) A. p. d. *desunt* 1. *adsunt* 2. 3. f) XII. 2. g) *ita* 3. linduf. 1. linduifarn. 2. h) britann. 1. i) v. suis 2. k) in bello incaute p. 2. l) ortodoxis 2. m) In — interiit *desunt* 2. n) *deest* 2. o) Ilbus fere 2. p) a. d. *desunt* 2. q) *reliqua desunt* 2. r) Deadual 2. s) pascę 1. t) ephitaphio 1. epithaphio 2. u) pipinus 1. v) *deest* 2. w) *signum* ς (½) *et reliqua anni huius desunt* 2. x) discrectione 2. y) XVIII. 2. z) pipino 1. *) hildeb. 2. a) XVI. 2. b) studi 1. c) v. d. 2. d) *ita* 1. 2. e) areptum 2. f) frosenum 2. g) britann. 1. 2. g*) nordanudrorum 2. i) *deest* 1. k) iucundisque 2. l) *reliqua desunt* 2. m) xpm 2. n) pbr beda 2. o) a s. *desunt* 2.

19) i. e. Vesuvius.

698. Constantinopoli Tiberius imperium invadens, Leonem imperatorem 7 annis, quibus ipse post hinc[a] regnabat, in carcere tenuit. P. D. VI, 13.

699. Hoc tempore sinodus Aquilegiensis facta, et quidam, qui concilium quintum universale noluerant recipere, a Sergio papa correcti sunt. VI, 14.

700. In Italia Cunibertus, rex Langobardorum[b] fortis et pius, moriens, filio parvulo Liutperto regnum reliquit, eique tutorem Asprandum, virum prudentem et strennuum[c], dedit. Sed post 8 menses Taginbertus dux, Gotaberti dudum regis filius, Liutperto[d] cum suis pugna victo, regnum sibi usurpavit; sed eodem anno mortuus est. Cuius[e] filius Haribertus susceptum a patre regnum 12 fere annis optinuit. Qui denuo Liutpertum cum suis pugna vicit, fugavit, cepit atque peremit. VI, 17–19.

701. Romae defuncto Sergio, Iohannes sextus papa 87us sedit annis[f] 3, mensibus 2. G. pontt.

702. In Italia his diebus cum Haribertus[g], reliquis inimicis victis et subactis, Asprandum infestus sequeretur, ille viribus impar, primo Ravennam[h], inde ad Theodebertum Baioariae ducem confugit, ibique 9 annis mansit. P. D. VI, 21.

703. Beda presbiter Anglus, vir doctus, usque huc chronica minoris libri de temporibus perduxit. Hoc tempore cum Gisulfus dux Beneventi Campaniam vastaret, et captivos abduceret, eique nullus resisteret[i], a Iohanne papa, pacem postulante, donaria accipiens, captivos reddidit pacemque fecit. G. pontt. P. D. VI, 27.

704. In Brittannia[k] Edilred rex Merciorum regnum suum Coenredo tradidit, et ipse factus est monachus. Beda V, 17. 20.

705. Constantinopoli Iustinianus imperator auxilio Terbelli regis Vulgarorum[l] imperium recipiens, Leonem et Tiberium[m], imperii pervasores, cum aliis multis occidit, Gallicinum patriarcham excaecatum Romam misit, et in loco eius Cyrum abbatem, qui se in Ponto exulem aluerat, promovit. De[n] hoc imperatore fertur, quod quotiens de truncis naribus profluum terserit, pene tociens aliquem de inimicis suis perimi iusserit. Romae Iohannes VII. papa 88us sedit annis 2, mensibus fere 8, vir facundus et eruditus. In[o] Brittannia[k] Aldfridus rex Nordanumbrorum, vir pius et prudens, obiit, et pro eo filius eius Osredus annis 11 regnavit. Sanctus Heddi[p], episcopus occidentalium Saxonum, obiit; pro quo Danihel[q] et Aldhelmus episcopi facti sunt. P. D. VI, 31. VI, 32. G. pontt. Beda V, 19.

706. Iohannes papa oratorium sanctae Mariae ad Sanctum Petrum construxit et ornavit, et plures ad aecclesias ornatus impendit. G. pontt.

707. Hoc tempore Haribertus rex Langobardorum[r] possessionem Alpium Cottiarum, dudum a Langobardis[s] captam atque detentam, per privilegium, aureis litteris[s*] scriptum, sancto Petro Iohannique papae reddidit. G. pontt. P. D. VI, 27.

708. Romae Sisinnius[t] papa 89us ordinatus, ingravescente podagra, 20 tantum diebus supervixit. Post quem Constantinus papa 90us effectus, sedit annis 7, diebus 15, vir valde mitis et pius et omnibus bonis studiis intentus et[u] stabilis. Aldhelmus episcopus, vir doctus et eloquens, prosa metroque facetus, obiit. G. pontt. Beda V, 19.

709. Coenredus rex Merciorum, et cum eo Offa regius iuvenis, filius Sigiheri regis, relictis regnis Romam veniunt, ibique monachi effecti, mortalem non multo post vitam finierunt. Wilfridus[v] episcopus venerabilis anno episcopatus 45. post exilia multosque labores obiit, eique Acca in Hagustaldensi episcopatu successit[w]. V, 20. 21.

710. Adrianus[x] abbas venerabilis anno ex quo a Vitaliano papa in Brittanniam[y] cum Theodoro archiepiscopo missus est 41.[z] obiit. Hildebertus rex Francorum, filius Theoderici, moritur anno regni 17. Pro quo Dagobertus filius annis 5. G. Fr. c. 50.

711. Constantinopoli Philippicus[*] imperator factus, Iustinianum imperatorem occidit, et ipse[a] annum 1 et 6 menses regnavit, catholicos persequens et hereticis favens. P. D. VI, 32. 31.

712. Heripertus rex Langobardorum[b] moritur. Post quem Liudprandus[c]. VI, 35.

713. Constantinopoli Anastasius Philippicum oculis et regno privavit, et ipse annis 3 regnavit. VI, 34.

714. Anastasius imperator, missis Constantino papae litteris, se catholicae fidei fautorem declaravit. Pipinus, filius Ansgisi, nepos sancti Arnolfi, maior domus et dux Francorum, anno regni 27. obiit; pro quo filius eius Karolus, ex superducta uxore Alpheide natus, regnavit[d] annis 27. Romae defuncto Constantino papa, Gregorius secundus sedit annos 15, menses 9. Ann. Fuld. G. pontt.

Karolus maior domus ann. 27.

715. Karolus e custodia, in quam[e] eum Pliddrud, vidua patris sui, coniecerat, divino auxilio liberatus, contra Radpodum Fresonum[f] regem cum sui damno[g] exercitus pugnat. Dagobertus[h] iunior, filius Hildeberti[i], rex Francorum moritur. Pro quo Hilpericus, qui et Daniel. Ann. Fuld. G. Fr. c. 52.

716. Egbertus vir sanctus, natione Anglus, inter alia bona sua Scottos[k] legitime pascha celebrare docuit. Constantinopoli Theodosius imperator factus, annum unum regnavit. Qui Anastasium imperatorem, pugna victum, presbiterum ordinari fecit. Helpericus[l] rex et Reginfridus maior domus regiones Rheno contiguas vastantes a Bliddruda[m], vidua Pipini, muneribus avocantur. Apud Anglos Osred Nordanumbrorum rex anno regni 11. occubuit. Beda III, 4. P. D. VI, 36. Ann. Fuld. Beda V, 19.

717. Romae Tiberis[n] supra modum inundans multa subvertit aedificia. Karolus Helpericum et Reginfredum apud Vinciacum[o] dominica palmarum pugna victos fugavit. Hoc tempore Winfridus, qui et postea Bonifacius[p], genere Anglus, Germaniae gentibus verbum salutis praedicat auctoritate Gregorii papae. P. D. VI, 36. Ann. Fuld.

718. Constantinopoli Leo imperator annos 9 regnavit. Cuius tempore Saraceni, qui iam multas pervaserant provincias, triennio urbem ipsam obsidentes, divino tandem auxilio fame, peste, ferro[q] naufragioque repelluntur. Karolus, receptis a Bliddruda[r] patris sui thesauris, Lodharium quendam sibi regem constituit[s]. Et inita rursum pugna, Helpericum et Reginfredum una cum Eudone duce Aquitaniae, auxilium eis ferente, victos fugavit. P. D. VI, 41. 47. Ann. Fuld.

719. Helpericus ab Eudone, ad quem confugerat, Karolo reposcenti redditus. Et Lodharius[t] rex mortuus est. Sanctus Bonifacius a Gregorio papa Mogontiae archiepiscopus ordinatus, multis populis et gentibus verbo et exemplo profuit.

720. Mortuo Helperico, Theodericus, filius Tagoberti, rex a Karolo constituitur. Sanctus Otmarus cellae sancti Galli primus abbas constitutus, coenobialem inibi vitam instituit, et 40 per annos nobiliter rexit.

a) hunc 1. b) longab. 2. c) strenuum 1. d) luitperto 2. e) *reliqua desunt* 2. f) III. ann. 2. g) heribertus 2. h) *ita* 1. 2. *pro* Clavennam. i) ressisteret 2. k) britann. 1. l) uulgariorum 2. m) tyb. 2. n) De — iusserit *desunt* 2. o) In — regnavit *desunt* 2. p) heldi 2. q) daniel 2. r) longab. 2. s) longob. 2. s*) literis 1. 2. *raro*. t) sisinsius 2. u) *reliqua desunt* 2. v) Uulfridus 2. w) secessit 2. x) *alia manu pergit* 1. y) britann. 1. 2. z) XLI. obiit *desunt* 2. *) philipicus 2. a) *deest* 2. b) langobordorum 1. langabardorum 2. c) d *e corr.* 1. liutprandus 2. d) regis 1. e) imquam 1. *post corr.* f) fresoneum 2. g) dampno 1. h) Dagopertus 2. i) hildeberit 1. hildiberit 2. k) scoitos 1. scotos 2. l) *reliqua desunt* 2. m) bliddrua 1. n) tyberis 2. o) *post add.* in 2. p) bonef. 1. q) *deest* 2. r) bildruda 2. s) constituunt 2. *ubi reliqua desunt*. t) loth. 2.

A. Fuld. Beda V, 6. 721. Karolus item Reginfredum vicit, Andegavis urbem vi cepit, Saxones bello superavit. Sanctus Iohannes Hagustaldensis episcopus[a] obiit.

A. Fuld. 722. Karolus Alamanniam et Baioariam armis subegit.

723. Alamanni et Baioarii item Karolo rebellant[b].

724. Karolus transito Ligere Aquitaniam vastat, Eudonem ducem pugna victum fugat. Sanctus Pirminius abbas et chorepiscopus[20] a Berhtoldo[c] et Nebi[21] principibus ad Karolum[d] ductus, Augiaeque insulae ab eo praefectus, serpentes inde fugavit, et coenobialem inibi vitam instituit[e] annis 3.

A. Fuld. 725. Saraceni ab Eudone in auxilium evocati, Gallias praeda et incendio vastant[f].

726. Karolus inita pugna magnam Saracenorum multitudinem una cum rege eorum victor prostravit.

727. Karolus Burgundiam petens, sibi eam subegit[g]. Sanctus Pirminius[h] ob odium Karoli a Theodebaldo, Gotifridi ducis filio, ex Augia pulsus, Etonem pro se constituit abbatem, et ipse Alsatiam, alia instructurus coenobia, petiit.

A. Fuld. 728. Eudo dux moritur, et Karolus Aquitaniam sine bello recipit.

Beda V, 24. 729. Karolus Fresiam invadit, Poponem ducem pugna victum occidit, fana incendit, et victor rediit. Sanctus Egbertus presbiter Anglus obiit aetatis anno 90. die paschae, id est 8. Kal. Mai.

A. Fuld. A. Aug. 730. Saraceni, collecto exercitu, Avinnionem urbem capiunt, regionesque circumquaque devastant. Lautfridus dux Alamanniae[i] moritur.

A. Fuld. cf. A. Sang. G. pontt. 731. Karolus Avinnionem, victis et caesis Saracenis, vi expugnatam recipit. Beda presbiter et monachus, natione Anglus, doctor mirificus, obiit[k]. Romae Gregorius III. papa sedit annos 10, menses 9[l]. Tria coenobia, id est Altaha, Morbach et Favarias, ex Augensibus fratribus instructa sunt, duodenis ad singula fratribus deputatis, et totidem Augiae remanentibus.

A. Fuld. 732. Karolus Gothiam[m] invadens, regem Saracenorum Narbonae inclusum obsidet. Eto Augiae abbas a Theodebaldo ob odium Karoli in Uraniam[22] relegatus, sed eodem anno, pulso Theodebaldo, a Karolo restitutus est. *1

A. Fuld. 733. Exercitus Saracenorum de Hispaniis Narbonam superveniens, a Karolo commissa pugna ad internitionem[n] deletur. *2

734. Saraceni item a Karolo pugna victi, fugientesque naufragio perierunt. *3 Augiae Eto[23] abbas post 7 annos Kebam successorem relinquens, ipse Argentinae aecclesiae episcopus a Karolo promotus, non longe post sui nominis, id est Ethenheim[24], coenobium construxit.

A. Fuld. 735. Karolus item, victis et protritis Saracenis, cum praeda magna et captivorum multitudine victor revertitur. *4

A. Aug. 736. Karolus Gothos petiit, et nonnullas urbes eorum et castella diruens, victor rediit. Audoinus episcopus obiit. Augiae[o] defuncto post 2 annos Keba, Ernfredus monachus, Augiae abbas et Constantiae episcopus factus, praefuit annis 10.

A. Fuld. 737. Karolus Saxones victos tributarios fecit[p]. *5

738. Karolus Provinciam petens, Maurontem ducem, qui Saracenos invitaverat, fugavit. *6

739. Karolus totam Provinciam suae subicit dicioni[q].

740. Victis circumquaque hostibus, pax et quies regno Francorum per Karolum facta.

G. pontt. A. Fuld. 741. Romae Zacharias papa sedit annos 10, menses 4. Karolus post multa fortiter facta moritur[r] Carisiaci, et apud Sanctum Dionisium sepelitur; pro quo filii eius, diviso inter se regno Francorum, maiores domus praefuerunt, Karlomannus[s] annis 6. Pipinus annis 10. Pipinus[t] maior domus ann. 10.

742. Karlomannus et Pipinus rebellare molientem Hunaldum Aquitaniae et Theodebaldum Sueviae ducem celeriter conprimunt. *7

743. Ipsi duces Odilonem[u] Baioariae ducem, sibi rebellantem, praelio vincunt. *8

744. Karlomannus cum Odilone duce pacem facit. Fuldense coenobium in saltu Bochonia a sancto Bonifacio archiepiscopo fundatum est. *9

745. Karlomannus cum fratre Saxoniam rebellantem vastavit, Hôseburg[v] castrum cepit.

746. Karlomannus Alamannos[w] iterum rebellare conantes conprimit. *10 Sanctus Bonifacius, annuente Karlomanno, auctoritate Zachariae papae duos in parrochia sua episcopatus facit, Wirziburgensem[x] scilicet, cui sanctum Burchardum[y]

*1) Karolus contra Saracenos pugnat die sabbati. 4. 4b. *cf. Ann. Lauresh.*
*2) Karolus item Saracenos cum rege suo delevit. 4. 4b.
*3) Karolus maior domus Fresiam vastat. 4. 4b. *cf. Ann. Lauresh.*
*4) Karolus Wasconiam invadit. 4. 4b. *cf. Ann. Lauresh.*
*5) Karlus contra Saracenos in Gothia pugnat. 4. 4b. *cf. Ann. Lauresh.*
*6) Karolus Saxoniam intrat. 4. 4b. *cf. Ann. Lauresh. et in sqq.*
*7) Karlomannus Wasconiam et Alemanniam petit. 4. 4b.
*8) Karlomannus Alemanniam vastat. 4. 4b. *9) Karlomannus pacem cum Saxonibus facit. 4. 4b.
*10) Karlomannus maior domus Alemanniam ingreditur. 4. 4b.

a) post multas virtutes migravit ad Dominum. 4. 4b. *cf. Bedam l. c. V. c. 2—6.* b) *hinc aliqua erasa in* 1. *certe notitia translationis S. Augustini desiderari videtur; cf. Bernoldum.* c) bertholdo 2. d) kalonum *corr.* kalorum 2. e) i. a. tribus *erasa sed manu saeculi XV. in marg. restituta* 1. f) *hic notitia de Bedae chronica cessante excidisse videtur; cf.* 3. 4. 4b. *qui hoc loco inserunt:* Hucusque regnum Romanorum, ex hinc Francorum supputatur. g) subiecit 1. h) priminius 2. i) *deest* 2. k) indict. XIV. *addunt* 4. 4b. l) VIII. (*reliqua huius anni desunt*) 2. m) gotiam 2. n) internicionem 2. o) *Reliqua desunt* 2. p) facit 1. q) Romae — IIII (*ut a.* 741.) *hoc anno* 2. r) ind. IX. 4b. s) Karlmannus 2. t) *Haec in* 1. *partim abscisa desunt* 2. u) odilionem *corr.* odilonem 1. v) hoseburc c. coepit 2. w) alamannios *corr.* alamannos 1. x) vuircib. 2. y) burgchardum 1.

20) Scilicet regionarius, Meltensis in vita dictus a Castello Melteshem prope Gamundium in ducatu Bipontino, ubi ultimum vitae exegit. Gerberti disquisit. I. in Liturg. Alem. T. I. p. 37 et hist. Silv. N. T. I. p. 75. USS. 21) Bertholdus a Bernone in vita sancti Meginradi (Mabil. sec. IV. p. 2.) nobilissimus Alamannorum dux appellatur. De Nebi cf. Theganum c. 2. 22) Vallis pagi Durgaugiensis in Helvetia, hodie Uri. USS. 22) Hic Adda vocatur in epistola Gregorii III. inter Bonifacianas 129. et Eddanus in praefatione concilii a. 742. USS. (Mon. Legg. I, 16. Edda a. 765. ib. p. 30) 24) hodie Ettenheim.

et Eichstetensem[a], cui sanctum Willibaldum, conprovinciales suos, primos episcopos ordinavit. Sidonius[b], Augiae monachus, quintus ei loco abbas Constantiaeque episcopus factus, praefuit annis 13; qui cellam quoque sancti Galli ambiens, iniquis principibus in dampnatione sancti Otmari abbatis consensit. cf. catt. abb. Aug.

747 Karlomannus divino amore tactus, mundo abrenuntiavit, et Romam pergens, mutato habitu monachum se in *1 castro Cassino ad Sanctum Benedictum fecit. A. Fuld.

748. Gripho, ex concubina frater Pipini, tirannidem affectans, ad Saxones se contulit; Pipinoque adveniente, pacificari cum eo nolens, in Baioariam fugit.

749. Pipinus Baioariam adiens, Tassilonem, sororis suae Hiltrudis filium, ducem ibi constituit, Griphone[c] et Lantfrido inde abductis.

750.[d] Pipinus Griphoni 12 comitatus in partibus Neustriae dedit; sed ille rursum diffidens, ad Waifarium ducem Aquitaniae transfugit[e].

751. Pipinus, missis Romam legatis, Zachariam[f] papam de regno Francorum et ignavis regibus eius Merovingis[g], nomine solo regnantibus, consuluit. Lantfridus moritur. A. Augg.

752. Auctoritate Zachariae papae, et non multo post Stephani, qui eidem in pontificatu 6 annos succedebat, deposito ac detonso rege Hilderico Merovingorum[h] ultimo, Pipinus rex Francorum electus, et Suessionis a sancto Bonifacio archiepiscopo unctus et consecratus, regnavit annos 17.[i] Audogarius, primus Campidonensis coenobii fundator et abbas, locum illum incolere coepit[24]. Idem Pipinus rex ann. 16. A. Fuld. cf. G. pontt. A. Fuld.

753. Pipinus rex perfidam rursus Saxoniam vastat, ibique Hildigarius Coloniensis archiepiscopus occisus est. Gripho cum Italiam petere moliretur, a comitibus Pipini in valle Maurienna interimitur. Stephanus papa pro auxilio contra Haistulfum Langobardorum[k] regem poscendo ad Pipinum regem in Franciam venit, et filios eius Karolum et Karlomannum Parisius reges unxit. A. Fuld.

754. Sanctus Bonifacius Mogontiensis archiepiscopus cum Fresonibus euangelizaret[l], martyrio ab eis coronatus est, anno episcopatus 36. et apud Fuldense coenobium sepultus. Pro quo Lullus archiepiscopus praefuit annos 32. Karlomannus, frater Pipini, cum ad eum pro dissuadenda expedicione Italica venire vellet, Lugduno obiit. Pipinus Italiam cum exercitu petit, et Haistulfum regem victum et Papiae obsessum, obsides dare et res sancti Petri sacramento reddere compulit. Stephanus[m] papa, duce Hieronimo Pipini fratre, Romam rediit.

755. Haistulfus sacramentum contemnens[n], Romam obsidet, omnia circum[o] ferro et igne devastans. Pro qua re papa legatos marino itinere[p] ad Pipinum questum et denuo auxilium obsecratum mittit.

756. Pipinus rex iterum Italiam petens, Haistulfum Papiae inclusum obsidet, et Ravennam cum Pentapoli aliisque quae[q] pervaserat sancto Petro et domno papae per legatum suum Folradum[q] reddere coartat.

757.[r] Haistulfus rex in venatu ex equo lapsus interiit. Pro quo Desiderius regnavit. Constantinus imperator inter alia munera Pipino regi etiam organum misit.

758.[s] Pipinus Saxonibus item superatis annuatim 300 equorum censum imponit[t]. Romae[u] Stephano papae Paulus successit annis 10. G. pontt.

759.[v] Waifarius tyrannidem in Aquitania exercens, pressuras aecclesiarum, praedas et incendia villarum facit. Sanctus Otmarus abbas a Warino et Rudhardo consensu Sidonii episcopi inique damnatus[w], et in insulam Reni Stein relegatus, migravit ad Dominum. Cuius abbatiam cum Sidonius episcopus et abbas temerario ausu invasisset, ante altare sancti Galli profluvio ventris percussus, interiit. Pro quo Iohannes, Augiensis item monachus, episcopatum et utramque abbatiam accipiens, praefuit annis 21. Qui primum Romanae sedis privilegium Augiae ab Adriano papa impetravit. A. Fuld. cf. Vita S. Othm. A. Sang. a. 760.

760.[x] Pipinus Aquitaniam seu Wasconiam invadens, Waifarium, quae[y] iniuste invaserat, sacramento reddere compulit[z]. *2 A. Fuld.

761.[*] Waifarius sacramenta postponens, cuncta quae potuit usque Cavillionem ferro, praeda et igne vastavit.

762. Pipinus cum filio Karolo Aquitaniam item petens, plurimas urbes capit, et plures sibi rebelles domuit.

763. Tassilo dux de exercitu se subducens, Baioariam[a] repetiit. *3

764. Hiemps frigore saeva et ultra solitum prolixa hoc anno accidit. *4 Pipinus magnum conventum Carisiaci habuit. cf. A. Laur.

765. Roudgangus[b] Metensis archiepiscopus corpora sanctorum Gorgonii, Naboris et Nazarii a Paulo papa impetravit. A Fuld.

766. Corpus sancti Gorgonii in Gorza coenobio, sancti Naboris in Nova Cella, sancti Nazarii in Lauresham[c] conditum est.

767. Pipinus in Aquitania Lemovicam urbem expugnatam capit. Romae[d] Paulus papa obiit, pro quo Stephanus sedit annis 4. G. pontt.

768. Pipinus, occiso Waifario, et subacta Aquitania, victor rediens, 8. Kal. Octob.[e] Parisius obiit, ibique sepelitur, anno aetatis 54. Pro quo filii eius, diviso regno, Karolus Magnus annos 46 et Karlomannus 4 annos regnavit[f]. Karolus Magnus rex et imperator ann. 46. A. Fuld.

769. Karolus et Karlomannus Hunoldum Aquitaniae ducem bello victum capiunt. Corpus sancti Otmari abbatis post 10 annos in insula, qua obiit, incorruptum repertum, ad monasterium sancti Galli translatum est. cf. A. Sang. 770

*1) in monte Soracte. 4. 4b. *cf. Einhardi Vitam K.*
*2) Eclipsis solis facta est 18. Kal. Septembr. hora quasi nona. 4. 4b.
*3) Pippinus aliquos comitatus filiis suis dedit. 4. 4b. *cf. Ann. Lauresh.*
*4) et eclipsis solis 2. Nonas Iunias hora sexta. 4. 4b. *cf. Einhardi Ann.*

a) eichtetensem 2. b) *anno* 748. *haec adscribunt* 4. 4b. c) grifone et lantfride 2. d) DCC.XLIX. 2. [illegible] *deinceps.* e) tranfugit 1. f) zacharia pp 2. g) merouuingis 2. h) merouuingorum 2. i) XVI. 2. [illegible] *reliqua desunt.* k) longab. 2. l) euang. 1. euuang. 2. m) *reliqua desunt* 2. n) contempnens 1. o) *deest* 2. p) i. misit ad p. q. et d. a. o. petit 2. q) *deest* 2. r) DCC. LV. 2. s) DCC.LVI. 2. t) inp. 1. u) *reliqua desunt* 2. v) *ita e corr* 2. w) dampnatus 2. x) *ita e corr.* 2. y) qui 2. z) reddidit 2. *) *ita e corr.* 2. a) boiariam 2. b) rotgangus 2. c) lauresham 1. d) *Reliqua desunt* 2. e) ind. VI. *addunt* 4. 4b. f) *post annum* 768. *codices* 5. 5b. *interserunt genealogiam S. Arnulfi.* USS.

24) Vid. Mabillon Annal. Bened. T. II. p. 159. 229.

A. Fuld. 770. Karolus filiam Desiderii regis Langobardorum, adducente Bertha matre sua, uxorem duxit, sed statim eam repudiavit.

A. Fuld. cf. Regin. 771. Karlomannus rex obiit et Remis sepelitur. Karolus sinodum magnam colligit.

A. Fuld. 772. Karolus Saxones petit, Eresburg[a] castrum cepit[b], idolum eorum Irminsul dictum diruit, et laborantem siti exercitum, datis divinitus in sicco quodam torrente aquis, reficere meruit; acceptisque pro pace 12 obsidibus, rediit.

G. pontt. Romae post Stephanum Adrianus papa sedit annis 24[c].

A. Fuld. 773. Karolus ab Adriano papa pro defensione rerum sancti Petri rogatus, Italiam petit, et claustris Alpium vi potitus, Desiderium fugientem Papiae obsedit, et ipse Romam orandi gratia adiens, pascha inibi celebravit.

774. Langobardi cum Desiderio, rege suo, Karolo se tradunt, anno ex quo Italiam cum Alboino rege intraverant 205; ipseque regno eorum et thesauris potitus, abducto secum rege cum coniuge, victor rediit. Saxones pactum frangentes, Hessios petunt; sed aecclesiam apud Friteslar, a sancto Bonifacio dedicatam, Deo prohibente, incendere nequeunt. Corpora sanctorum Gordiani et Epimachi de[d] Roma in Alamanniam *1 translata sunt[25]. Aecclesia sancti Nazarii Lauresham dedicata est.

775. Karolus late Saxonum terras vastat, et duobus eos praeliis vasta strage superat. Roudgaudus[e] Langobardus[f] Italiae regnum affectat.

776. Karolus item Italiam petit, et Roudgaudum victum occidit. Saxones item rebellantes, Karoli praesidia bello petunt.

777. Saxones multa tandem caede perdomiti, Karolo subduntur et christiani efficiuntur, se suaque omnia tradentes, si ultra fidem violarent.

778. Karolus Hispanias bello petit, et obsidibus acceptis, Wasconibusque et Nabarris[g] subactis, rediit. Interim Saxones item rebelles, duce Widikindo, Francorum terminos[h] usque ad Renum vastant; sed insequente regis exercitu, magna ex parte caesi fugiunt[i].

779. Karolus, item Saxonibus pugna victis et subactis, obsides accepit. Fuldis Sturmi abbas obiit, et Baugolf[i'] successit. *2

780. Karolus, habito in Saxonia conventu et dispositis tam Saxonum quam Sclavorum rebus, ipse Romam orandi gratia adiit.

781. Pipinus, filius Karoli, Romae ab Adriano papa baptizatus est, et cum fratre Ludowico rex unctus. Tassilo dux

cf. Cat. abb. Aug. Sg. A. Fuld. Baioariae fidem subiectionis Karolo sacramento et obsidibus firmat. Constantiae episcopus et abbas Iohannes[k] obiit. Pro quo Egino episcopus annos 32, et Petrus Augiae abbas annos 5 et apud Sanctum Gallum Roudpertus[l] abbas annum 1 praefuerunt. Inter alia prodigia cruces multis in vestibus apparent, sanguis e terra et aerę fluxisse dicitur[m].

782. Karolus[n] item in Saxonia conventum habens, legatos Danorum et Hunorum audivit. Quo reverso, Saxones legatos eius in Sclavos cum exercitu missos, persuadente Widichindo, commisso praelio, non sine magna clade sua

Cat. Sg. interimunt. Ob quorum vindictam Karolus Saxonum 4500 decollare iussit. Apud Sanctum Gallum Waldo abbas praefuit annum 1 et dimidium[o].

A. Fuld. 783. Hiltigard[p] regina, uxor Karoli, 2. Kal.[q] Mai, et Bertha, mater eius, 4. Id. Iul. obiit. Karolus item Saxones, bis acie[r] confligens, magna strage vicit, Fastradamque eo anno duxit uxorem.

Cat. Sg. 784. Iunior Karolus a patre in Saxoniam missus, Westfalos[s] praelio vicit et domuit. Apud[t] Sanctum Gallum Werdo abbas praefuit annos 25.

A. Fuld. 785. Widikind Saxo ad deditionem Karolo veniens, baptizatus est, et tota Saxonia subacta est. Coniuratio orientalium Francorum contra Karolum orta et compressa est.

786. Karolus, misso per Autulfum exercitu, Britones domuit, et ipse Romam orandi gratia adiit. *3 Auctores coniurationis contra Karolum diversis poenis multantur. Lullo Mogontiensi archiepiscopo Richulfus successit annis...[u]. Augiae

Cat. A. post Petrum Waldo abbas octavus praefuit annis 20.

A. Fuld. 787. Karolus Beneventum petens, obsides[v] accepit. Rouddrud[w], filia eius, Constantino imperatori desponsatur. Eclipsis solis 15. Kal. Octobris. *4

788. Tassilo dux Baioariae, infidelitatis et periurii convictus, a Karolo ducatu privatur. *5 Grecorum exercitus a Francis et Italis vincitur. Item Huni, qui et Avares, a Karoli vincuntur exercitu.

789. Karolus, valido undique collecto exercitu, Albiam fluvium transit, et Sclavos, qui Wilzi dicuntur, praeliis protritos subiugavit. *6

790. Hunc annum Karolus sine bello Wormatiae quietus transegit.

791. Karolus, trifariam diviso exercitu, terras Hunorum ingrediens, ferro et igne devastat.

792. Sinodo Ratisponae collecta, heresis Feliciana damnata[w'] est. Coniuratio Pipini contra patrem Karolum detecta et suplicio auctorum punita est.

793. Pugna inter Saracenos et Francos in Gothia. Saracenis superioribus, commissa est. Saxones item more suo rebellant.

794. Sinodo magna in Franconofurt[x] habita, heresis item Feliciana damnata[y] est. Fastrada regina mortua et Mogontiaci[z] sepulta est. Pseudosinodus Grecorum pro adorandis imaginibus habita, ab episcopis damnata est. Karolus, item Saxonibus subactis, tertiam virorum partem transtulit. His[*] temporibus Alcwinus, qui et Albinus, apud regem caeterosque vita et doctrina clarus habetur.

*1) Campidonam *addit* 4. 2*) Fames et mortalitas Franciam vastat. 4. 4b. *cf. Ann. Lauresh. et Alaman.*
*3) et cruces in vestibus apparuerunt. 4b. (*desunt in* 4.) *cf. Ann. Alam.*
*4) Karolus per Alemanniam ad fines Baioariae rebellantes cum exercitu venit. 4. 4b. *cf. Ann. Alam.*
*5) Tassilo dux Baioariae iubente Karolo in Franciam venit, et Baioaria Karolo subicitur. 4. 4b. *cf. Ann. Alam.*
*6) Karolus Sclavos qui Wilzi dicuntur bello petit. 4. 4b. *cf. Ann. Alam.*

a) eresburc 2. b) capit *corr.* cepit (cæpit) 1. cępit 2. c) XXII. 2. d) *deest* 2. e) rŏggaudus *corr.* rŏdgaudus 1. f) langobardos 2. g) narbaris 1. h) *deest* 2. i) refugiunt 2. i') bagolf 1. 2. *sed cf. a.* 802. k) *deest* 2. l) rŏtpertus 2. m) *In* 2 *alia manu add.* Monasterium sancti Emmerammi a Karolo Magno magnifice ceptum est. n) Carolus 2. o) dimium 2. p) hiltigart 2. q) D. 2. r) accię 2. s) VVestfaldos 1. t) *Reliqua desunt* 2. u) *ita* 1. annis *et reliqua desunt* 2. v) obsidens 2. w) rŏtdrud 2. w') dampnata 1. 2. *v. infra.* x) franconofur 2. y) dampnata 1. *et infra.* dāmanata 2. z) mogonciaci 1. 2. *passim.* *) *reliqua desunt* 2.

25) Vid. Bolland. T. II. Maii ad diem 10. et Mabill. Annal. Bened. T. II. p. 228. seq. it. T. IV. p. 448. USS.

795. Saxones cum Witzan[a] ducem Abodritarum ad regem Karolum venientem peremissent, vastata item regione [A. Fuld.] sua puniti, obsides tradunt. Huni quoque missis[b] legatis se cum terra sua ipsi tradunt, et[c] christianitatem promittunt.

796. Romae defuncto Adriano papa, Leo III. papa sedit annis 20. Principibus Hunorum Cagano et Iugurro civili [cf. G. pontif. A. Fuld.] bello peremptis, terra eorum omnibusque thesauris Karolus per Ehericum[d] Foroiuliensem ducem et Pipinum filium suum potitus est. Tudun quoque princeps eorum ad ipsum veniens, cum populo suo baptizatus est, et honorifice ad sua remissus est. Saxonia[e] etiam, iterum rebellis, ab ipso pervasa vastatur.

797. Barcinona[f] urbs Hispaniae Karolo reddita est. Constantinopoli Constantinus imperator a Grecis[g] excaecatur. Saxonia item a Karolo usque ad oceanum vastata, et in deditionem per obsides recepta.

798. Karolus in Saxonia cum exercitu hiemavit, et Transalbianos Saxones, qui legatos eius comprehenderant, late vastavit, et per legatos suos conserto praelio quatuor milia ex eis occidit, reliquos pacem postulare et obsides dare compulit. Hadefuns rex Galletiae Karolo prius munera preciosa itemque manubias suas pro munere misit. Herena, mater Constantini imperatoris caeci, legatos Karolo pro pace misit. Mauri piraticam exercere incipiunt.

799. Leo papa, ut fama est, in letania maiore a Romanis lingua praecisa excaecatur. Sed per Wirundum abbatem et Winigisum[h] Spolitanum ducem ereptus, atque in Saxoniam ad Karolum perductus est. Ehericus dux Foroiuliensis a Liburnis per insidias occisus est. Geroldus[i] quoque, praefectus Baioariae, signifer et consiliarius Karoli pius[k] et religiosus, contra Hunos pugnans, occubuit, Augiaeque, quam multis auxerat donis et praediis, sepultus est. Baleares insulae, victis auxilio Karoli Mauris et Saracenis, liberatae sunt. Brittannia[l] cismarina[m] per [A. Fuld.] Witonem ducem Karolo subicitur. Patriarcha Hierosolimitanus reliquias de sepulchro[n] Domini, et Azan, praefectus civitatis quae dicitur Osca, claves urbis et alia praeclara munera Karolo mittunt. Augiae[o] sancti Petri basilica ab Eginone Veronensi episcopo constructa et dedicata est[26].

800. Karolus Hierosolimam ad sancta loca insignia dona transmisit; ipse, dispositis per Gallici maris litora contra [A. Fuld.] pyratas praesidiis, ad Sanctum Martinum gratia orandi venit, ibique defunctam Liutgardam[p] *1 coniugem sepelivit. Inde Romam petens, Leonem papam, se de illatis et non probatis criminibus sacramento purgantem, sedi suae restituit, ibique hiemavit, Pipino filio in Campaniam praedatum misso.

801. Karolus in die natalis Domini a Leone papa corona imposita primus regum[q] Francorum Caesar Augustus Imperator, Romanis laudes succlamantibus, appellatus[r] est. Qui postea iuxta leges Romanas temeratores Leonis papae capitali sententiae addixit; sed precibus eiusdem papae vita concessa, in exilium eos relegavit. Terrae motus magnus 2. Kal. Mai[s] factus est. *2

802. Herena imperatrix de Constantinopoli legatos item ad Karolum imperatorem pro pace misit, et ille vicissim, missis ad eam Iesse episcopo Ambianense et Helingaudo[t] comite, pacem firmavit. Aaron rex Persarum inter alia munera elephantum imperatori Karolo misit. Franci Transalbianos[u] Saxones vastant. Fuldis Baugolfo abbati Ratgarius successit. Paulinus[v], patriarcha Foroiuliensis seu Aquilegiensis, obiit. Egino quoque Veronensis episcopus hac vita decessit, Augiae in basilica cellae suae sepultus est[27].

803. Constantinopoli deposita Herena, Niciferus imperator factus, legatos Karoli imperatoris suis adiunctis firmata pace remisit. Quos ille suscipiens, compacto pacis litteris mandato, dimisit. Sanguis Domini Mantuae inventus Karolo imperatori nunciatur. Cuius rei veritatem perquirendam Leoni papae imperator demandavit. Qua occasione arrepto itinere, papa ad imperatorem venit, et cum eo natalem Domini Carisiaci celebravit. *2

804. Domnus papa magnis ab imperatore[w] muneribus donatus, per Baioariam rediit. Karolus imperator Transalbianos Saxones cum mulieribus et natis in Franciam[x] transtulit, et pagos eorum Abodritis[y] dedit. Richpoto Treverensis[z] archiepiscopus obiit.

805. Karolus iunior a patre missus, Boemiam, occiso rege Lechone, subiugavit. Imperator Cagano apud Hunos priscum honorem reddidit.

806. Karolus imperator inter tres filios suos regnum divisit. Karolus iunior Sorabos vastavit, et Miliduch[*] ducem eorum occidit. Item misso exercitu, Boemia vastatur. Pipinus rex, filius Karoli, Mauros de Corsica insula pepulit. Augiae [cf. A. Alam.] Waldone abbate ad regendum sancti Dionisii coenobium transposito, Heito[a] nonus abbas praefuit annos 17. *3

807. Aaron rex Persarum inter alia multa et preciosa munera artificiosum satis Karolo imperatori misit horologium. [A. Fuld.] Classis a Karolo imperatore missa, Mauros, item in Corsica commisso praelio, multis caesis, fugavit.

808. Godafridus, rex Danorum et Nortmannorum, multo militum suorum damno[b] cum Abodritis bello conflixit, et vicit. Karolus iunior Linones et Smeldingos[c], qui ad Godafridum defecerant[d], vastavit. Eardolf, rex Nordanumbrorum, regno pulsus, primo ad Karolum imperatorem, ac deinde[e] Romam questum venit.

809. Ludowicus, filius imperatoris, Hispaniam petiit. Eardolf in regnum suum per legatos papae et imperatoris remittitur. Questio de processione Spiritus sancti sinodo habita ventilatur. Imperator contra Godafridum castrum Esesfeld trans Albiam aedificat. Trasco dux Abodritarum, cum fortiter multa contra perfugas Godafridi suosque desertores fecisset, a militibus eius dolo occisus est. Apud[f] Sanctum Gallum Wolflec abbas praefuit annos 4. [Cat. Sg.]

810. *4 Rouddrud[g], filia imperatoris, 8. Id. Iunii obiit. Godafridus, missa magna classe, Fresonibus ter praelio vic- [A. Fuld.]

*1) 2. Nonas Iunii *addunt* 4. 4b. *cf. Einhardi Annales.*

*2) *a.* 803. Terrae motus factus et mortalitas subsecuta est. *habent* 4. 4b.

*3) Waldoni abbati Hetto Basileae episcopus successit. 4. 4b. *cf. Ann. Alam.*

*4) Egino Constantiae episcopus obiit. Eclipsis solis facta est 7. Idus Iunias hora quasi secunda. Item in eodem anno eclipsis solis 2. Kal. Decemb. hora quasi tertia. 4. 4b. *cf. Ann. Alam.*

a) uuitzam 1. b) misis 2. c) *deest* 1. d) eherichum Forouiliensem 2. e) *reliqua desunt* 2. f) Parcinona 2. g) nequeunt 2. h) Vuingisum 2. i) gerolt 4. k) piissimus 4. 4b. *etiamsi Ussermann* pussinius *in* 4. *legi tradens, id comitatu Bussensi explicare conetur.* l) Britania 1. Bittannia 2. m) cis maria 2. n) sepulcro 1. o) *reliqua desunt* 2. p) Hildegardem *A. Fuld. quem errorem Herm. correxit.* — luitg. 2. *de* 1. *non plane constat.* q) regnum 2. r) apell. 2. s) mai 1. t) helmgaudo 1. u) transalbinianos 1. 2. v) *reliqua desunt* 2. w) amp̄. 1. x) frantiam 1. y) abodcitis 2. z) treueris 2. *) miliduhc 2. a) heito — XVII. *desunt* 2. b) dampno 1. c) (smeld. *corr. ut videtur*) simeldingos 1. d) defece | 2. e) inde 2. f) *reliqua desunt* 2. g) rŏtdrut 2.

26) V. Mira ula S. Marci c. 2. Mon. SS. IV. p. 450. 27) Sepulcrum eius cum epitaphio adhuc visitur in ecclesia parochiali Cellae inferioris, quod cum ectypo sandaliorum eius exhibetur in Cels. Gerberti itinerario. Obitus vero eius in Necrologio Augiensi notatur 3. Kal. Mart. USS.

A. Fuld. tis tributum imposuit. Cui cum imperator Karolus iam cum exercitu occurreret, elefas[a], quem Aaron miserat, subito moritur, classisque reversa, et Godafridus, qui se cum ipso imperatore acie conflicturum minitabatur, domi a suis peremptus nunciatur. Castellum quoque Hochbouch[b], super Albiam situm, cum praesidio suo a Wilzis[c] captum. Pipinum quoque Italiae regem[d], filium suum, 8.[e] Idus Iulii defunctum didicit. Hispani itemque Greci per legatos cum illo pacem firmant. Maxima boum pestilentia hoc anno facta. Hemmingus rex Danorum, filius Godafridi, pacem cum imperatore fecit.

811. Heito, abbas Augiae et episcopus Basileae, cum Hugone et Haione comitibus Constantinopolim missus, A. F. a. 812. odoporicum suum scripsit. Interim Niciforus imperator cum Vulgaribus pugnans, occisus est. Tandem Michahel[f] A. F. a. 811. imperator factus, legatos Karoli imperatoris remittit. Tres exercitus fausto omine in Linones, in Pannonias, in Britones[g] ab imperatore mittuntur. Karolus rex, filius imperatoris, 2. Non. Decemb. obiit.

A. Fuld. 812. Hemmingo[h] rege mortuo, orto inter Danos de regni[i] primatu praelio, 10,940 cecidisse feruntur. Michahel[k] imperator, legatis Karoli remissis, suos etiam pacem confirmatum misit. Beneventani[l] 25 milia solidorum auri tributum Karolo persolvunt. Classis Danorum Hiberniam invadens, a Scottis victa est.

813. Karolus[m] imperator Amalharium[n] Treverensem archiepiscopum et Petrum Nonantulanum abbatem item Constantinopolim misit, quorum odoporicum item scriptum habetur. Ipse Ludowicum filium consortem imperii, Bernhardum[o] quoque, Pipini filium, nepotem suum, Italiae regem fecit. Quina[p] permagna concilia Mogontiaci[q], Remis, Turonis, Cavillonis, Arelati pro statu aecclesiarum fieri iussit. Pons Mogontiaci[q] super Rhenum a Karolo structus, cf. Cat. Const. Sg. incendio periit Constantiae[r] Egino episcopus obiit. Post quem Wolfleoz episcopus factus est, qui coenobium quoque sancti Galli 4 iam annis tenuit. Apud Sanctum Gallum Gozpertus abbas praefuit annis 27.

cf. Einh. Vita c. 33. A. Fuld. 814. Karolus imperator Magnus, cum prius thesauros suos inter 21 archiepiscopatus regni sui caeterosque episcopatus et aecclesias divisisset, febre et pleuresi pulsatus, 5. Kal. Febr. Aquisgrani obiit, ibique honorifice sepultus est, anno aetatis 71, regni 47,[s] subiectae Italiae 44, imperii 14, indictione[t] 7. Pro quo filius eius Ludowicus, cognomento[u] Pius, regnavit annis 27. Qui statim, auditis et absolutis gentium diversarum legatis, generale colloquium Aquisgrani habuit, et multa per totum regnum perperam gesta correxit. Pius[u'] Ludowicus imperator ann. 27.

815. Exercitus Herioldo Danorum regi ad auxilium a Ludowico rege missus, 40 obsides ab hostibus accipit[v]. Quidam ex Romanis primoribus in necem Leonis papae coniurantes, puniuntur.

cf. G. pontt. 816. Sorabi itemque Wascones rebellare molientes comprimuntur. Leone papa in 8. Kal. Iunii defuncto, Stephanus sedit mensibus 7. Qui ad Ludowicum regem in Franciam veniens, Remis eum imperatorem coronavit, muneribusque et cf. Legg. I. 200. seqq. amicicia mutuo illi iunctus, Romam rediit. Imperator sinodo collecta, multa de statu et religione coenobiorum bene disposuit. Augiae basilica sanctae Mariae a Heitone abbate et episcopo constructa et[w] dedicata est.

A. Fuld. 817. Stephano papa 9. Kal. Febr. defuncto, Paschalis sedit annis 7. Eclipsis solis Nonis Febr. facta, et cometa visa est. Legati Leonis imperatoris de Constantinopoli pro pace ad Ludowicum veniunt imperatorem. Ludowicus imperator Lotharium primogenitum suum imperii consortem, Ludowicum et Pipinum filios suos Baioariae et Aquitaniae reges praefecit[x]. Sclaomir dux Abodritarum rebellat. Bernhardus[y] rex Italiae rebellare molitus, cum rebus suis desperaret, patruo imperatori ad deditionem venit. Ratgarius Fuldensis abbas a fratribus accusatus et convictus[z] deponitur.

818. Bernhardus[*] rex item rebellionis convictus, iudicio Francorum excaecatus, moritur; complicesque eius diversis modis puniti, episcopique depositi sunt. Ludowicus imperator cismarinos Brittannos[a] rebellantes, exciso Mormanno[b] duce eorum, domuit. Eclipsis solis 8. Id. Iulii facta. Irmingard[c] imperatrix obiit 5. Non. Octob. Fuldis[d] Eigil abbas constituitur.

819. Sclaomir dux Abodritarum exilio damnatus[e], et regnum eius Ceaddrogo, Trasconis filio, datum. Sinodo[f] Aquisgrani habita, multa de statu aecclesiarum et coenobiorum tractata sunt. Imperator Iudith, filiam Welphi comitis, duxit uxorem; ex qua Karolum genuit. Exercitus in Pannonias contra Liudwidum[g] Sclavum rebellantem parvo effectu mittitur. Pipinus, filius imperatoris, Wascones rebellantes subicit. Fuldis aecclesia sancti Bonifacii ab Heistolfo archiepiscopo dedicata est.

820. Tres exercitus contra Liudwidum[g] ex diversis partibus inmissi, Pannoniam magna[h] ex parte devastant. Bera comes Barcinonae, reus maiestatis duello convictus, exilio damnatur[e]. Ex inundatione pluviarum nimia pestilentia magna et fames[i] facta.

821. Ludowicus imperator regnum inter filios dividit, exilia relaxavit, debita cunctis dimisit, possessiones in fiscum redactas restituit. Lotharius, filius eius, uxorem duxit. Ceaddrago[k] duce Abodritarum perfidiae notato, Sclaomir exilio revocatus, tactusque morbo, percepto baptismate, obiit.

822. In Thuringia cespes longitudine 50 pedum, latitudine 14, altitudine 1½ de loco suo[l] 25 pedes translatus integer invenitur. In orientali Saxonia nocte quadam iuxta lacum Arnseo[m] tellus per spacium leugae unius in modum aggeris intumuit. Ludowicus imperator de publicis peccatis suis publicam poenitentiam egit, et quaeque in regno[n] suo corrigenda correxit. Lodharius[o] in Italiam, Pipinus ducta uxore in Aquitaniam reges missi sunt. Fuldis[p] Eigil abbas obiit; cui Rhabanus, vir doctus et divinorum librorum tractator egregius, successit. Augiae Heitone abbate et episcopo privatam et quietam vitam adoptante, Erlebaldus abbas 10us praefuit annis 13. Ebo Remorum archiepiscopus genti Nordmannorum verbum Dei praedicat*.

A. Fuld. 823. Lodharius[q] rex Italiae, rogante papa Paschale, imperator ab eo Romae coronatur. Liudwidus Pannoniae tyrannus[r] in Dalmatiam transfugiens, dolo ducis provintiae peremptus est. Inter alia prodigia terrae motus Aquense

*) Nix magna a 10. Kal. Octobr. usque in 2. Idus April permansit. 4. 4b.

a) elefans 2. b) hochbòhc 2. c) uulzis 2. d) *deest* 1. e) VII. 2. f) michael 2. g) brittones 2. h) Remmingo 2. i) regno 2. k) Michael 2. l) Beneuanti 2. m) *Huius anni historia a.* 814. *habet* 2. *ubi sequentia a.* 813. *adscribuntur.* n) amalcharium 2. o) berinhardum 2. p) Qui 2. q) mogonciaci 1. *saepius.* r) *reliqua desunt* 2. s) XLVII. s. I. *desunt* 2. t) indicione *altero* c *superscripto* 1. u) c. P. *erasis, alia manu scriptum est* uir nimis enormis 2. u') *Haec desunt* 2. v) accepit 2. w) *deest* 1. x) fecit 2. y) berinhardus 2. z) uictus 2. *) Berinhardus 2. a) britann. 1. b) marmanno 1. c) Irmingart 2. d) *reliqua desunt* 2. e) dampn. 1. f) Synodo 2. g) luid. 2. h) p. magnam partem pannonniae d. 2. i) et facta est fames 2. k) caddrogo 2. *littera* C *linea incipiente omissa.* l) *deest* 2. m) anseo 2. n) s. r. 2. o) Loth. 2. p) *reliqua desunt* 2. q) Godtharius *corr.* Lodth. 2. r) tir. 1.

palatium concussit. In territorio Tullense puella quaedam duodennis triennio fere sine cibo et potu sana et manibus A. F. suis laborans permansit. In pago Saxoniae Firihsazi 23 villae, et in aliis provintiis ultra solitum plures fulmine crematae. Fulgura crebro sereno caelo cecidere, agri praeter solitum multi grandine vastati, veris inter ipsam et magnis lapidibus quibusdam in locis decidentibus. Pestilentia quoque[a] ingens facta.

824. Rex Vulgarorum Omartag[b] pro pace ad imperatorem Ludowicum misit. Romae Eugenius papa post Paschalem sedit annis 3. Hiems[c] praeter solitum frigida et prolixa. In territorio[d] Augustudunense[e] glacies de aere cecidisse dicitur 15 pedum longa, 7 lata, 2 grossa. Ludowicus imperator filium Lodharium pro quibusdam corrigendis Romam misit. Ipse rebellantem Brittanniam[f] ferro et igne vastans, domuit. Augiae Wettinus[g] monachus e corpore ductus[h] et reductus, post triduum obiit. Cuius visiones[i] Heito episcopus prosa et Walahfridus[k] heroico metro scripsit[29].

825. Item rex Vulgarorum[l] legatos pro terminis regnorum dirimendis imperatori mittit. Wiomarcus Britto[m] Fran- F. A. corum terminos infestans, a militibus Lantperti comitis in domo propria peremptus est. Imperator cum filiis Godafridi pacem fecit.

826. Item Vulgarorum rex legatos insolentius pro terminis sine mora statuendis imperatori mittit; quos imperator neglegentius remisit. Herioldus rex Danorum cum uxore et filiis et magna suorum multitudine Mogontiaci[n] baptizatus est. Georgius quidam presbiter Veneticus organum ydraulicum Aquisgrani fecit. Aizo Gothus de palatio ad Saracenos se conferens, rebellare temptavit. Hildowinus de Sancto Dionisio abba ab Eugenio papa ossa beati martyris Sebastiani impetravit. Quae Suessionis in basilica sancti Medardi locata, variis et innumeris refulsere miraculis.

827. Exercitus Saracenorum Aizoni ad auxilium missus, Pipino rege tardius resistente, territoria Barcinonensium et Gerundensium vastavit. Vulgari, turbata pace, Pannoniam per Dravum fluvium navibus invadunt[o], vastant sibique subiciunt. Corpora sanctorum martyrum Marcellini et Petri in Franciam translata sunt mense Novembri. Romae[p] post Eugenium Valentinus papa sedit diebus 40, et post hunc Gregorius IV. papa sedi annis 16. G. pont.

828. Reliquiae sancti Marcellini Aquisgrani allatae, plurimis glorificantur miraculis. Imperator Lodharium[q] filium ad A. F. terminos Hispaniae contra Saracenos, Ludowicum vero contra Vulgaros in Pannonias cum exercitu misit. Rupto incaute pacto cum Nordmannis foedere, castra nostrorum ab ipsis direpta sunt[r].

829. Aquisgrani[s] terrae motus sabbato sancto paschae factus. Generalis[t] conventus mense Augusto Wormatiae ab imperatore habitus. Vulgari item navibus per Dravum invecti, Pannoniam vastant. Lodharius[u], filius imperatoris, in Italiam proficiscitur. Bernhardus[v], comes Barcinonensis, camerarius imperatoris contra voluntatem Francorum factus.

830. Dissensio principum contra imperatorem propter Bernhardum[v] mota, ipso pulso[w], ad tempus modicum sedatur. Corpus sancti Marci euangelistae sub nomine Valentis martiris Ratoltus[x] Veronen- cf. A. Aug. sis[y] episcopus a duce Venetiae impetravit, et cum corpore Genesii martyris in Augiam in- SS. IV, 119. sulam attulit[z]. Basilica sancti Galli a Gozperto abbate incepta.

831. Imperator, conventu Noviomagi habito, omnes, qui sibi contrarii fuerant, honoribus privavit, quosdam etiam A. F. praediis spoliavit, quosdam exilio relegavit, animosque tam filiorum quam ceterorum contra se et Iudith uxorem suam graviter irritavit.

832. Imperator contra filium Ludowicum cum exercitu Augustam Vindelicam venit. Quo resistente, contra Pipinum alterum filium ad Aquitaniam se convertit, eumque regno privavit. Sed inde rediens, timore filiorum uxore abdicata, difficulter Aquense palatium repetiit. Eclipsis solis 2. Non. Mai et lunae 13. Kal. Iunii facta.

833. Imperator, recepta uxore, contra filios ad se venire volentes, collecto exercitu, in Alsatiam arma commovit. Ubi veniente cum filiis Gregorio papa, imperator a suis proditus ac relictus, in filiorum suorum[*] potestatem devenit.

834. Imperator, iudicio episcoporum armis depositis, ad agendam poenitentiam includitur, et uxor eius in Italiam relegatur. Sed mox aestate recepta uxore et armis, Lodharium[a] filium in Italiam repulit. Eodem anno pugna contra Mathfredum[b] et Lantpertum facta; in qua inter alios plures cecidit Odo comes Aurelianensis et Theodo abbas Turonensis.

835. Imperator cum filiis Pipino et Ludowico Lugduni magnum habuit conventum. Nordmanni Dorestatum vastant. Basilica sancti Galli dedicata est. A. Alam.

836. Imperator conventum apud Theodenhove palatium habuit, ad quem Lodharius[c], filius eius, gravi morbo deten- A. F. tus, venire non potuit. Nordmanni Andwerpam urbem, et in ostiis Mosae situm Witlam emporium[d] incendunt, et a Fresonibus tributum accipiunt. Augiae[e] Heito, Basileae episcopus, obiit et sepelitur[30].

837. Ticinum[f] 3. Kal. Ian. octies[g] noctu tremuisse dicitur. Multi principum Italiae morbo absumpti. Cometa in signo Librae visa. Nordmanni in Walcra insula commissa pugna 15. Kal. Iulii[h] multos interimunt. Itemque Dorestatum vastantes, tributum a Fresonibus accipiunt.

838. Terrae motus 15. Kal. Febr. vespere[i] factus. Naves contra Nordmannos aedificatae. Imperator optimam partem[k] regni filio iuniori Karolo dedit. Lodharius[c] et Ludowicus fratres in Tridentina valle inter se colloquium habuere. Imperator, habito Noviomagi conventu, consilio quorundam Ludowico filio regnum orientalium Francorum, quod ab eo acceperat, interdixit. Quod ille invidia pravorum factum sciens, cum idem regnum invasisset, imperator collecto exercitu vi eum expellere statuit. Pipinus rex Aquitaniae, filius imperatoris, mense Novembris obiit. Puoto[l] diaconus palatii A. Alam. in iudaismum lapsus. Apud Sanctum Gallum Gozperto abbati Pernwicus successit. Augiae[m] Erle- cf. A. Sg. baldo abbate cedente, Roudhelm abbas 11us praefuit annis 4.

839. Ludowicus patri imperatori cedendum ratus, in Baioariam rediit. Imperator, celebrato iuxta Brigantinum lacum A. F. pascha, postea habito Wormatiae[n] conventu, Lothario filio de Italia advenienti reconciliatur, ipsique et Karolo filio regnum partitur, Baioaria tantum Ludowico, quia eum offenderat, relicta; Lotharioque Italiam repetente, ipse cum filio

a) *deest* 2. b) omart 2. c) Hiemps 2. d) territotorio 1. e) augustuense 2. f) britann. 1. g) wetinus 1. h) eductus 2. e corpore *superscr.* i) uisionē 2. k) uualfridus 2. l) uulgariorum 2. m) brito 2. n) mongonciaci 2. o) inuadunt — XVI. *in loco raso* 1. p) *reliqua desunt* 2. q) lotharium 2. r) direpta *corr.* direptas (s 2.) 1. 2. s) Aquisgranis 2. t) Generanis 2. u) Loth. 2. v) Berinh. 2. w) ipsa et pulso 1. x) radoltus 2. y) furonensis 2. z) *haec omnia, contra Ussermanni assertionem, una eademque manu scripta sunt, nec character a primaeva manu in minima re abit.* *) *deest* 2. a) loth. 2. b) mahtfr. 1. c) loth. 2. d) empolium 2. e) *reliqua desunt* 2. f) Vicinum 2. g) occies 2. h) iun. 2. i) *deest* 2. k) r. p. 2. l) Puoto — lapsus *iam desunt* l. *ubi eorum loco in rasura manu saec. XIV. scriptum est:* Sanctus Meginradus venit ad locum. m) *reliqua desunt* 2. n) uuo/martię 2.

29) v. Mabill. Acta SS. O. S. B. IV, 1. p. 280. 30) cf. Ann. Alam. Aug.

A. F. Karolo ad disponendam proficiscitur Aquitaniam. Cometa in signo Arietis, caelum instar sanguinis rubeum igniculique[a] per aera discurrere visi.

840. Ludowicus se privatum dolens, multis sibi adunatis per Alamanniam, quasi debitum repetens regnum, Franconofurt venit; contra quem pater imperator Ludowicus, relicta Aquitania, copias colligit, eumque per Turingiam[b] ad barbaros pulsum, per Sclavorum gentes laboriose Baioariam repetere coegit. Aer[c] quasi sanguis coagulatus in paschae[d] tempore rubeus apparuit[e]. Eclipsis solis 7. Idus Mai post sextam diei horam facta*. Imperator Ludowicus morbo correptus, et in quandam Rheni insulam prope Ingelenheim ductus, designato in imperium Lothario filio, 12. Kal. Iulii obiit, et Mettis in aecclesia sancti Arnolfi sepultus est. Lodharius[f] de Italia rediens, regnum suscepit. Quod fratribus eius Ludowico et Karolo non ferentibus, primus ei Ludowicus[g] cum copiis orientalium Francorum prope Mogontiacum[h] occurrit. Vixque pugna dilata, cum Lotharius contra Karolum Gallias peteret, Ludowicus[i] sibi Francos orientales[k], Saxones, Thuringios, Alamannos Baioariosque[l] confoederat.

841. Ludowicus cum orientalem Rheni ripam praesidiis occupasset, Lothario omissa Karoli insecutione redeunte, et mense Aprili iuxta Wormatiam clam Rhenum cum exercitu transeunte, a quibusdam suis pene proditus, et a fratre circumventus, in Baioariam redire compulsus est; Lothariusque, relicta ad praesidium Rheni copiarum parte, ad persequendum rediit Karolum. Interim Ludowicus ad auxilium Karoli per nuntios revocatus, occurrentibus in Retiensi[m] territorio relictis Lotharii copiis, 3. Idus Mai pugna conflixit, et Adalbertum comitem cum multis aliis victor prostravit. Inde transito Rheno, adunatis cum fratre Karolo copiis, cum, Lothario monarchiam appetente, de particione regni concordare non possent, iuxta Fontinatam villam 7. Kal. Iulii acie confligunt, et innumera strage facta, Ludowicus et Karolus castris potiti sunt. Lotharius vero fugiens, Aquense palatium petit, et recollectis undique copiis, digressos a se invicem fratres, primo Ludowicum autumno, et hieme Karolum in Galliis frustra persequi laboravit. Cometa in signo Aquarii 8. Kal. Ian. visa. Grimaldus[31] archicapellanus Ludowici coenobium sancti Galli beneficii loco ab eo accipiens, tenuit annis 31.

Lotharius[n] imp. ann. 15 Ludowicus rex ann. 36. Karolus rex ann. 37.

A. F. 842. Visa fratris pertinatia, Ludowicus et Karolus copiis collectis apud Argenturacum conveniunt, eumque persequi statuunt, et apud Sentiacam villam inventum, cum a suis desereretur 17. Kal. April. fugere conpellunt, regnumque eius cis Alpes inter se dispertiunt. Qui rursum collecto exercitu, apud Madasconam Galliae urbem eos exspectat. Tandemque cunctis pacem quam bellum malentibus, ter quadragenis proceribus iuratis regnum in tria parciendum die statuta mandant. Ludowicus in Saxonia coniurationem libertorum contra dominos, auctoribus capite plexis, conpescuit. Cum Cat Aug legati statuta die concordare non possent, particio in aliud tempus differtur. Augiae Walahfridus Strabo, vir doctus, abbas 12us praefuit annis 7, qui multa ingenii sui monimenta metro et prosa reliquit.

A. F. 843. Descripto regno et in tria diviso, fratribusque[o] Viriduni convenientibus, Lodharius[p] cum imperatoris nomine cf Reg. a 855. Italiam et Galliam Belgicam, quae nunc usque ab eo regnum Lotharii dicitur. Ludowicus Germaniam, Pannonias, A F Noricum et Alamanniam, Karolus reliquas Galliarum provintias accipiunt; firmataque sacramento pace, digressi sunt. Karolus Aquitaniam[q] Pipino, fratris sui Pipini filio, auferre moliens, eumque infestans, plurima proprii exercitus A Augg damna[r] pertulit. A F Iudith[s] imperatrix obiit. Romae Gregorio papa defuncto, Sergius II. sedit annos 3. Mauri Beneventum occupant.

844. Karolus rex Galliarum Bernhardum[t] Barcinonensem ducem, nihil[u] mali suspicantem, occidit. Exercitus eiusdem a Pipini ducibus pugna victus est 7. Idus Iunii, ceciditque cum multis[v] aliis nobilibus Rhaban[w] signifer eius et Hugo[x] Richpotoque abbates. Ludowicus rex Germaniae Abodritos defectionem molientes, occiso rege eorum, bello perdomuit, et per duces disposuit. Rhabanus Fuldensis abbas librum, quem de laude sanctae crucis variis figuris metroque composuit, Sergio papae transmisit. Remis post Ebonem Hincmarus, vir doctus, archiepiscopus ordinatur.

845. Nordmanni regnum Karoli vastantes, Parisius usque per Sequanam navigio veniunt, acceptaque ab eo magna pro pace pecunia[y], discedunt. Item in Fresia, semel victi et bis victores, magnas hominum strages faciunt. Item in Saxonia Hemmeburg populati, non inulti[z] redeunt. Karolus rex, inita cum Brittonibus* pugna, pluribus amissis, vix cum paucis effugit. Ludowicus rex 14 ex ducibus Boemanis ad fidem conversos baptizari fecit Lotharius imperator Burgundiones rebellare molientes ad deditionem coegit.

846[a]. Gisalpertus, Karoli miles, filiam Lotharii imperatoris vi rapuit; unde iratus Lotharius, cum Karolo, licet Ludowico satagente, pacificari noluit. Ludowicus, Marahensibus Sclavis compressis, Rastizen ducem constituit, et per Boemiam cum gravi damno[b] exercitus rediit. Mauri, cum Romam petentes urbem ipsam capere non possent, aecclesiam G. pont. sancti Petri vastaverunt. Romae Leo IV. sedit annis 9, mensibus 3; qui castrum, quod[c] Leonianum vocatur, ad aecclesiam sancti Petri conmuniendam[d] construxit.

A F. 847. Lotharius[e] et Ludowicus se vicissim invitantes, mutuo conviviis regiis[f] muneribusque fruuntur. Nordmanni iterum Dorestatum incendunt. Mogontiae Otgarius archiepiscopus obiit; pro quo Rhabanus, Fuldensis abbas doctissimus, archipraesul promotus sedit annos 9. Qui mox Ludowico iubente sinodum magnam Mogontiaci colligit[g]. Ubi inter alia Thiota, pseudoprophetissa ex Salomonis Constantiensis episcopi parrochia, correpta et publice flagellis caesa, tandem a vaticiniis, questum querentibus, obticuit.

848. Ludowicus rex, misso filio Ludowico, Boemanos conpressit et obsides dare conpulit. Gotescalcus quidam presbiter quosdam homines ad vitam, quosdam ad mortem inevitabiliter a Deo praedestinatos dogmatizans[h], in conventu episcoporum Mogontiaci[g] convictus, de regno Ludowici pellitur, et Remis ad Hincmarum episcopum suum mittitur.

849. Exercitus a Ludowico rege contra Boemanos[i] item rebellantes missus, cum pactum et obsides hostium pacem A Sang petentium accipere contempsisset[k], turpiter ab ipsis caesus et spoliatus, obsides dedit, et cum dedecore rediit. Terraemotus Cat Aug factus est. Augiae[l] [32] Walahfridus Strabo abbas obiit, pro quo 13us Folcwinus praefuit annis 9.

*1) IIII. Non. Maias hora ante nonam. 4. (III. Non.) 4b. *cf. Ann. Alam.*

a) ignique per area 2. b) turingiam *corr.* thur. 2. c) Ager 1. d) pascae 1. e) apar. 2. f) Loth. 2. g) lŏd. 2. h) mogonciaci 1 i) ludouuicos 2. k) *deest* 2. l) baioariasque 1. m) reciensi 1. *ut saepius* c *pro* t. n) *Haec desunt* 2. o) que *deest* 2. p) loth. 2. q) aquitania 2. r) dampna 1. s) *reliqua desunt* 2. t) berinh. 2. u) nichil 1. v) a. m. 2. w) raban 2. x) huno richpoto a. 2. rihep. 1. y) peccunia 2. z) multi 2. *) briton. 1. a) DCCCLXVI. 1. *et ita usque* DCCCLXVIIII. b) dampno 1. c) *deest* 2. d) cōminuendam 2. e) Gotharius *corr.* Lotharius 2. *et ita etiam a.* 862. 867. *incipientibus.* f) regis 2. g) colligitur 1. *post corr.* colligit 2. h) docmat. 2. i) boeamanos 1. k) contempsissent 1. l) *reliqua desunt* 2.

31) cf. Catal. Sāng. et Ratpertum. 32) Walafridum non Augiae, sed in Gallia obiisse testatur Ermen-

850. Nordmanni Gotefrido duce per Sequanam ascendentes, regnum Karoli vastant. Contra quos Lotharius imperator [A. F.] in auxilium evocatus, cum se pugnaturum cum hostibus crederet, Karolus timore perculsus Gotefridum[a] cum suis in societatem regni assumit, eisque terram ad inhabitandum dedit. Fames magna Germaniam et maxime circa Rhenum oppressit, et Rhabanus archiepiscopus multos pauperes aluit.

851. Ludowicus rex Sorabos, terminos Francorum infestantes, vastata regione eorum, perdomuit. Pipinus rex comprehensus a suis et patruo Karolo traditus et ab eo tonsus, Suessionis in monasterium sancti Medardi retrusus est. Similiter et Karolus, frater[b] eius iunior, cum ad ipsum proficisci[c] vellet, a comitibus Karoli eiusdem captus, eoque iubente tonsus, in Corbeiense[d] coenobium custodiae traditus est.

852. Magna sinodus[e] et generalis conventus Mogontiaci a Rhabano[f] archiepiscopo et Ludowico rege habitus, multaque correcta sunt. Herioldus Nordmannus diu bene a Ludowico tractatus, suspicione proditionis[g] a quibusdam Francis perimitur. Translatio sancti Remigii Remorum archiepiscopi ab Hincmaro eiusdem urbis archiepiscopo Kalendis Octob. facta[33].

853. Nordmanni per Ligerim ascendentes, et Gallias vastantes, basilicam quoque sancti Martini Turonis incendunt.*1 [A. F.] Aquitani Karoli iniurias questi, Ludowicum, ut super se regnet vel filium regem donet, sollicitant.

854. Ludowicus aequivocum filium[h] Aquitaniam mittens, instabiles eorum animos deprehendens, contempsit. Nordmanni ex diversis, quas iam per 20 annos vastabant, regionibus collecti, vulgus innumerum totumque genus regium usque ad unum puerum mutua caede mactaverunt.

855. Apud Mogontiacum[i] terra vicies tremuisse fertur. Insoliti aeris turbines, et grandines fulgura et tonitrua facta. Ecclesia sancti Chiliani fulmine cremata Non. Iunii; et postea muri turbine diruti sunt. Gozpaldus ipsius urbis episcopus obiit; cui Arnus successit. Ludowicus rex Rastizen ducem Marahensium Sclavorum petens, vastata ex parte regione, subiugare nequivit. Quo reverso, Marahenses secuti, contigua trans Danubium loca vastant. Lotharius imperator, relicto mundo, divisoque inter filios regno, monachum se Prumiae fecit, et non multo post 3. Kal. Octob. ad regnum caeleste [Regino] migravit. Post quem filii eius, Ludowicus imperator Italiam, et Lotharius Cisalpinas partes regni tenuere. [A. F. Reg.] Igniculi crebri instar spiculorum ab oriente in occidentem per aera ferri 16. Kal. Novemb. per totam noctem visi. [A. F.]

856. Rhabano Mogontiense archiepiscopo 2. Non. Febr. defuncto, Karolus, Pipini regis Aquitaniae filius, qui e custodia Corbeiensis[k] coenobii ad patruum Ludowicum transfugerat, archiepiscopus ab ipso promotus, praefuit annis 8. Hiltigard[l] regina obiit. Fuldis[m] Hatto abbas obiit, Thietoque[n] successit. Ludowicus rex per Sorabos transiens, auxilia- [A. Augg.] que inde assumens, Dalmatas[o] bello victos tributarios facit, et per Boemanos nonnullos eorum in deditionem accipiens, [A. F.] rediit. Romae Leone defuncto, Benedictus papa sedit annis 2, mensibus 6.*2 Ludowicus[p] imper. ann. 20. Lotharius rex ann. 14. [G. pontt]

857. Exercitus item a Ludowico rege in Boemiam missus, Sclavitag tyrannum in Marahenses pepulit. Sinodus a [A. F] Karolo archiepiscopo Mogontiae collecta. Tempestas valde terribilis Coloniae 17. Kal. Octob. facta, et fulmen instar ignei draconis aecclesiam sancti Petri penetrans, tres homines diversis in locis exstinxit, plures prostravit.

858. Terrae motus magnus Kalendis Ian. factus est. Lotharius rex, filius Lotharii imperatoris, contra Ludowicum regem patruum suum cum Karolo rege alio patruo suo[q] coniuravit. Ludowicus rex legatione populi, de tyrannide[r] Karoli flebilia conquesti, sollicitatus, diu cunctabundus, Gallias tandem cum exercitu intrat. Cunctisque pene ad eum conversis, Karolus fugit, ipse plus aequo securus, proprio exercitu remisso, regnum illud, prout voluit, disposuit. Sed fraus quorumdam[s] fratrisque Karoli versutia incautum ibi circumvenisset, nisi fama rebellantium Soraborum proprio auxiliatum regno maturius eum revocasset. Quo redeunte, Karolus regnum suum recepit[t]. Augiae[u] Folcwino abbati [Catal. et A. Augg.] Waltheri 14us successit annis 6. Villam quandam iuxta Mogontiam et Rhenum, Cammunti vocatam, nequam [A. F.] spiritus primo invisibiliter, responsa dando, furta prodendo, deinde etiam lapidibus iactis et domorum incendiis homines persequendo, per triennium infestans, vastam reddit. Romae[v] post Benedictum Nicolaus papa sedit annis 9. [G. pontt.]

859. Ludowicus rex, frequentibus missis legatis, cum fratre Karolo et Lothario rege fratruele[w] pacificari satagens, [A. F.] tandem cum denominatis viris ad secretum cum eis colloquium venit, diemque pacificationis condixit[x]. Legatos etiam Nicolao papae et Ludowico imperatori fratrueli suo, se de invaso fratris regno excusatum, misit. Crebri terrae motus Mogontiacum concutiunt. Ibique Probus presbiter religiosus et sanctus 7. Kal. Iulii obiit.

860. Hiems[y] nimis saeva et prolixa terraeque frugibus noxia facta est, adeo ut et Ionium mare glaciatum[z] usque in Venetiam equis et carpentis se meabile praebuerit. Ludowicus et Karolus Lothariusque reges in Confluente castro convenientes, pacificantur, mutuum sacramento pactum confirmantes.

861. Ludowicus rex, habito Ratisponae conventu, aliquot primates suos infidelitatis accusatos deposuit. Item contra maiorem filium suum[*] Karlomannum Carantani ducem, quasi res novas contra se molientem, iratus est. Fames validissima hoc anno facta. Meginradus, Augiae monachus et primus incola Heremi, quae Turicino ad- [A. Sang. cf. V. Meg.] iacet lacui, a quibusdam latronibus inibi 12. Kal. Febr. peremptus, post mortem virtutibus claruit, Augiaeque sepultus est. A quo usque hodie Heremus ipsa a sanctis et religiosis culta[a] viris, in nobile et famosum iam dudum excrevit coenobium.*3

862. Lotharius rex, faventibus archiepiscopis, Gunthario Coloniense et Theodgaudo Treverense, repudiata Tiohtpirga[b] uxore legitima[c], Waldradam concubinam[d] sibi coniunxit, sinodo ad hoc quasi iure machinandum[e] Mettis collecta. [cf. G. pontt] Karlomannus obiecta excusans, cum patre pacificatur. Ludowicus rex Abodritos rebellantes petens, obsides dare coegit. [A. F.]

*1) Corpus sancti Martini de tumulo levatur. 4. 4b.
*2) Leo papa, Trogo et Rabanus, Hildigart regina obierunt. 4. 4b. *cf. Ann. Alam. a.* 856. 857.
*3) Meginradus eremita martyrisatur. 4b. *cf. Ann. Alam.*

a) gothefr. 1. b) i. f. e. 2. c) prociscisci *corr.* profiscisci 1. d) corbeniense 2. e) synodus 1. f) mogonciaci a rabano 2. g) prodiciones 1. h) suum 2. i) mongontiacum 2. k) corbiensis 2. l) hiltigart *corr.* (*eadem manu?*) hiltigard 1. m) Fuldis — successit *desunt* 2. n) thetoque *corr.* thietoque 1. o) dalmatios 2. p) *Haec desunt* 2. q) *deest* 2. r) tyranne 2. s) quorundam 2. t) recipit 2. u) Augiae — VI. *desunt* 2. v) *reliqua desunt* 2. w) patruele 2. x) constituit 2. y) Hiemps 1. z) glatiatum 2. *) *deest* 2. a) *deest* 2. b) tiohtpurga 2. c) legittima 1. d) s. c. 2. e) machinatum 2.

ricus monachus Augiensis, eius discipulus (Mabill. Annal. p. 420.): *Beatissimo praeceptore meo Walahfredo pro responso quodam domni regis* (Ludovici) *ad Carolum germanum suum pergente, ibique defuncto* etc. USS. 33) cf. Acta SS. Oct. I.

A. F. cf. G. pontt. A. F. — 863. Karlomannus item apud patrem adeo innocens accusatus est, ut patrem contra se venientem, a suis proditus et ducatu privatus, vix, innocentiam probans, placaverit. Sinodus coram Arsenio, legato Nicolai papae, Mettis habita, et Guntharius Theotgaudusque archiepiscopi[a], pro roboranda, quam machinati sunt, Lotharii regis causa, Romam missi, sinodo Romae ab Nicolao papa collecta, ab ordine depositi et cum sinodo sua anathematizati[b] sunt; Lothariusque rex, nisi resipisceret, excommunicatus est. Mogontiae Karolo archiepiscopo defuncto, Liutpertus[c] successit. Nonnulli ex (A. Sang.) Hunis christiani effecti sunt.*1

A. F — 864. Guntharius Coloniensis[d], quia contumeliose domno papae rescripserat et contra interdictum eius officium episcopale usurpaverat, poenitentia ductus, Romam ad eum venit; sed minime reconciliari meruit. Ludowicus rex Germaniae Rastizen Marahensium ducem petens, et apud Dowinam castrum obsidens, iussos[e] obsides dare et in iusiurandum subiectionis iterare coartat. Ipse item Ludowicus et frater eius Karolus rex Galliarum convenientes, debita sibi invicem (Cat. et A. Augg. A. Sang.) relaxant et foedus pactumque innovant et confirmant. Augiae[f] post Waldharium abbas Heito 15. praefuit annis 7. Translatio sancti Otmari in basilicam sancti Galli.

A. F. — 865. Roudolfus[g] Fuldensis presbiter et monachus, doctor, poeta et historicus satis doctus, 8. Idus Martii obiit. Arsenius episcopus, domni papae Nicolai[h] legatus, pacem inter Ludowicum regem et fratrueles eius Ludowicum Italiae imperatorem Lothariumque[i] regem redintegravit. Ipsique Lothario fidem conubii per sacramenta 12 principum suorum pollicenti, Thiotpirgam[k] coniugem reconciliatam reddidit, Waldradam concubinam in Italiam relegavit; multis etiam apud Karolum per Gallias dispositis, honoratus a regibus et donatus, Romam rediit.

866. Ludowicus iunior, propter quaedam beneficia sua fratri Karlomanno data, patri Ludowico[l] regi rebellare multo studio molitus, et facile victus, tandem mediante Liutperto[m] archiepiscopo patri reconciliatus est. Gundpaldus, miles Karlomanni, contra ipsum pugnare ausus, amissis copiis victus, vix aufugit. Vulgari, missis a Nicolao papa et Ludowico rege praedicatoribus, fidem Christi suscipiunt.

867. Lotharius rex, promissis suis principumque sacramentis posthabitis, coniugem Thiodpirgam[n] denuo iniurians, Waldradae revocatae clam se miscuit. Unde motus papa Nicolaus, missis[o] ad diversos litteris[p], cum cunctis illum complicibus suis excommunicavit. Roudpertus[q] fortissimus de regno Karoli comes, alter sui temporis Machabeus[r], qui Nordmannos et Brittones[s] magnis saepe[t] protriverat praeliis, apud Ligerim fluvium cum Nordmannis fortiter dimicans, occubuit. Terrae motus magnus 7. Idus Octob. factus.

868. Sinodus magna Wormatiae coram Ludowico rege collecta, et multa inibi pro statu aecclesiae decreta, mense (cf. G. pontt. A. F) Maio. Romae defuncto papa Nicolao, Adrianus II. sedit annis 5; ad quem cum Lotharius rex venisset, et frustra opitulante fratre Ludowico imperatore pro Waldradae matrimonio sategisset, nihil[u] profuit. Cometa visa, inundatio et illuvio magna facta, famesque et pestilentia ingens secuta est.*2

869. Boemani Baioariae fines infestant. Sorabi et Suisli[v] itemque Boemani Thuringiam[w] vastant. Karlomannus bis numero copiis Rastizi pugna congressus, vicit, et praedas ingentes abduxit, Gundacrumque periurum refugam suum, divi(Regino)nitus in pugna debilitatum, inibi occidit. Lotharius rex cum conplicibus suis se apud Adrianum papam de illatis criminibus excusans, et corpus Domini temerarie ab eo accipiens, domumque rediens, mense Iulio Placentiae periit, fautoresque sceleris pene omnes obiter[x, 34] interiere, regnumque[y] eius patruus Karolus invadens, Mettis se coronari impera(A. F)toremque[y] iussit appellari. Interim Ludowicus rex usque ad desperationem Ratisbonae aegrotans, thesaurosque suos aecclesiis pauperibusque dispensans, tres filios suos cum totidem exercitibus contra diversos miserat hostes. E quibus Karolus caeteris iunior, cunctis Rastizi munitionibus captis, totam Marahensem regionem ferro, igne praedaque vastavit, Karlomannus regnum Zuentibaldi, nepotis Rastizi, nihilominus depopulatur, Ludowicus vero Sorabos et eorum complices (A. Sang.) bis pugna victos ad deditionem conpulit. Fames valida et pestilentia facta.

A. F — 870. Ludowicus rex ex infirmitate convalescens, multos ex regno Lotharii ad se venientes suscepit. Postea ad colloquium obviam fratri Karolo venturus, de solario quodam cum multis aliis, cadente aedificio, corruit, et graviter colliso corpore costisque confractis, dissimulato tamen dolore, crastino ad condictum venit, et cum fratre regnum Lotharii aequaliter divisit. Zuentibaldus cum regno suo Karlomanno se tradidit. Unde Rastiz iratus, prius eum dolo perimere, et hoc non procedente, manifeste eum persequi statuit. Ille vero superior factus, Rastizen victum conprehendit et Karlomanno vinctum tradidit. A quo, pervaso regno et gazis[z] suis, in carcerem missus, et Ludowico regi exhibitus[*], iudicioque Francorum morti addictus, luminibus tantum occulorum privari iussus est. Ipso anno Willipertus Agrippinae Coloniae archiepiscopus a Liutperto[a] Mogontiense ordinatus, sinodusque[b] magna Coloniae collecta, et multa pro statu aecclesiae[c] decreta, et aecclesia sancti Petri dedicata est. Inter alia prodigia terrae motus facti sunt, et duae rutilae nubes quasi ignea inter se tela emittentes, se instar pugnantium commiscere visae.

871. Ludowicus et Karolus propter quaedam beneficia[d] sua, Karlomanno[e] fratri donata, contra patrem Ludowicum regem rebellare molientes, vix tandem ab eo placari pacarique consentiunt. Zuentibald[f] perfidiae incusatus, a Karlomanno in custodiam mittitur. Sed crimine non probato, relaxatus ab eo[g], et muneribus donatus, exercitusque ei auxilio contra Slagamarum[h] presbiterum, quem Marahenses invitum pro ipso ducem fecerant, missus est. Qui dolose rediens, et se in civitatem recipiens, ipsum auxiliatorem exercitum, dolo circumventum, paucis fuga elapsis vel comprehensis, prorsus delevit. Boemienses eruptionem molientes oppositis praesidiis[i] reprimuntur. (Cat. et A. Aug. A. Sg.) Constantiae[k] Salomon episcopus obiit. Augiae Heitoni abbati Roudho 16us succedens[l] praefuit annis 17. Apud Sanctum Gallum Yso magister obiit.

A. F — 872. Basilius imperator Grecorum inter alia munera cristallum grandem cum portione dominicae crucis non modica, auro et gemmis preciosis[m] ornatam, Ludowico regi misit. Ludowicus rex, pacificatis secum et inter se filiis, regni post

*1) Huni christianitatis nomen aggressi sunt. 4. 4b. *cf. Ann. Alam.*

*2) Terrae motus factus est, et cometa visus est. 4. 4b. *cf. Ann. Alam.*

a) archieps 1. b) anatematizati 2. c) liupertus 1. luitpertus 2. d) colonienses 1. *corr.* coloniensis eps 2. e) tussos 2. f) *reliqua desunt* 2. g) rŏdofus 1. Rudofus 2. h) nocolai 2. i) que regem *desunt* 1. k) thiothpirgam 2. l) luduuico 2. m) luitp. 2. n) diotpirgam 2. o) *deest* 2. *post* diversos *suppletum*. p) literis 2. q) Rŏpertus 1. r) machabetis 1. s) britones 1. bittones 2. t) *deest* 2. u) nichil 1. v) suifli 1. 2. *sed cf. infra a.* 874. w) tur. 2. x) obier 2. *deletum*. y) que *deest* 2. z) gusis 2. *) exib. 1. a) luitp. 2. b) que *deest* 2. c) eclesie 1. *ubi etiam* eclesia. d) benificia 1. e) no *e corr.* 1. f) zuentebald 1. g) est *post add.* 2. h) *in loco raso* 1. flaganiarum 2. i) prediis 1. k) *reliqua desunt* 2. l) *deest* 1. *nova incipiente pagina*. m) preciosas 1.

34) i. e. simul, in itinere.

se particionem[a] disposuit. Exercitus contra Marahenses missus, cum sine duce sibi dissentiret, ab hostibus victus, caesus (A. F.) et ludibrio habitus turpiter aufugit. Liudpertus[b] archiepiscopus cum exercitu in Boemanos missus, quinque duces eorum pugna vicit, et regionem ex parte vastavit. Karlomannus Marahenses vastat. Sed[c] custodes navium eius ab hostibus trucidati sunt, Embricone Ratisbonae episcopo vix fuga elapso. Aestas pene tota fulminibus, tonitruis grandinibusque horrida, homines multos frugesque pessumdedit. Wormatiae aecclesia[d] sancti Petri fulmine incensa et diruta est. Terrae motus magnus 3. Non. Decemb. factus Mogontiacum diruit. Apud[e] Sanctum Gallum defuncto Grimaldo, Hartmout abbas (A. Sg.) praefuit annis 12.* (Cat. Sg.)

873. In conventu a Ludowico rege apud Franconofurt habito Karolus, filius eius, arreptus a demone graviter vexatur. (A. F.) Karolus Galliarum rex Karlomannum diaconum filium suum, tyrannidem[f] exercentem, excaecari iussit. Pax cum Danis petentibus a Ludowico rege firmatur. Nordmanni Fresiam superbe classe petentes, et tributum exigentes, pugna victi, et duce Roudolfo[g] cum 800 amisso, et cuncta peccunia[h] multati, turpiter redierunt. Fames magna facta est. Tanta multitudo inauditae magnitudinis locustarum ab oriente gregatim more exercituum veniens, has pertransit regiones, ut per duos continuos menses saepe radios solis per unius spacium miliarii volitantes obnubilarent, et in una hora, quicquid in centum vel amplius iugeribus viride invenerant, depascerentur, et postremo in mare vento actae et fluctu[i] reiectae, foetore corrupto aere, non modicam gignerent[k] pestilentiam. In pago Italiae Brixiense sanguis tribus noctibus pluisse fertur. Item[l] Greci, missis per Agathonem archiepiscopum muneribus, amiciciam cum Ludowico rege confirmant. Romae defuncto Adriano, Iohannes papa sedit annis 10. (Cat. pontt.)

874. Hiems[m] valde prolixa, saeva et nivosa, multos homines et iumenta frigore extinxit. Sorabi et Suisli[n] defectio- (A. F.) nem molientes, a Liutperto[o] archiepiscopo facile comprimuntur. Ludowicus rex in quadragesima visione ammonitus, multas pro liberatione animae patris sui Ludowici imperatoris elemosinas et orationes patravit. Idem in Italiam veniens, cum Iohanne papa et Ludowico imperatore, fratris sui filio, colloquium habuit. Idem cum Zuentibaldo duce Marahensium, subiectionem per legatos promittente et fidem censumque annuum pollicente, pacem fecit, Boemanosque idem facientes suscepit. Idem cum fratre Karolo colloquium[p] habuit. Fame magna et pestilentia per Gallias et Germanias facta, tertia fere pars hominum interiit. R a t o l f u s[q] V e r o n e n s i s e p i s c o p u s o b i i t, q u i s u i n o m i n i s c e l l a m[35] i u x t a A u g i e n s e m I n s u l a m c o n s t r u i t. Hemma regina paralisi dissoluta est. (A. F.)

875. Inter Francos et Saxones sedicio pene usque ad caedem mutuam mota, a Ludowico[r] iuniore sedata est. Cometa plus solito scintillans 8. Idus Iunii visa. Villa quaedam in pago Nitense, Ascabrunno[s] dicta, nocte 5. Nonas Iulii subita tempestate et nimbis, 88 hominibus extinctis, ita absumpta et deleta est, ut nec vestigium eius remaneret. Ludowicus Italiae imperator defunctus, Mediolani in basilica sancti Ambrosii sepultus est, anno regni 20. Cuius thesauros et regnum patruus eius Karolus, rex Galliarum, quasi soli sibi debitum invasit ac deripuit[t]. Unde motus frater eius Ludowicus rex Germaniae, filium suum Karlomannum contra eum in Italiam misit, ipseque cum aequivoco Gallias[u] regnum eius invasit. Karolus vero congredi bello timens, dolis et peccuniis[v] mendaciisque Karlomannum de Italia abegit, se quoque statim discessurum[w] et fratrem Ludowicum de regni illius divisione exspectaturum iurans. Quo credulo et reverso, ipse Romam tendit, conciliatisque sibi dolo et peccunia Romanis, imperatorem se a Iohanne papa coronari fecit, Italiamque, uti voluit, quasi suam disposuit.

876. Ludowicus rex precibus populi annuens, de Galliis, ne eas vastaret, rediit. Hemma regina Ratisbonae obiit, et in basilica sancti Emmerammi sepulta est. Fresones, item Nordmannis pugna victis, plurima spolia diripuere. Karolus fraudulenter imperator de Italia Gallias repetens, nova habitus actuum et verborum vanitate, iactantia et levitate usus, Ludowico fratri procaciter et stulte minitabatur. Sed Ludowico exercitum colligente perterritus, crebros et supplices pro pace petenda legatos ad eum mittebat. Interim ipse Ludowicus, rex fortis et religiosus, morbo tactus, apud Franconofurt 5. Kal. Septemb. vita decessit, anno regni 36. et apud Lauresham[x] coenobium sepultus est, regnumque eius tres filii, Karlomannus Baioariam, Ludowicus Germaniam Karolus Alamanniam, singuli cum adiacentibus provin- (Regin.) ciis accepere, pacemque inter se sacramento firmavere[y]. Sed Karolus[z] Galliarum tyrannus, comperta fratris morte (A. F.) gavisus, statim collecto[*] exercitu, regnum eius Rheno[a] contiguum invasit. Quem cum Ludowicus iunior per legatos redire pacemque servare frustra postulasset, eumque sibi dolo insidias struere comperisset, transito Rheno[a], 8. Idus Octob. in Ribuaria bello inito vicit, multi que occisis et comprehensis, illum pene nudum cum paucis turpiter[b] fugere compulit, et castra eius cum innumeris spoliis diripuit.

877. Linones[c] et Suisli[d] eorumque confines defectionem molientes, a Ludowici missis facile compressi sunt. Karolus Galliarum imperator tyrannicus aestate item Italiam ingressus, cum Karlomannum quoque, fratris sui filium, se invito transcensis Alpibus, pugna secum congredi velle cognovisset, fugam more suo iniit, et inter fugiendum desinteria[e] correptus periit, anno regni 37. et in Burgundia A g a u n i[36] sepultus est. Post quem filius eius Ludowicus Balbus regnum Galliarum accepit, et apud patrueles de omnibus patris iniuriis se per legatos excusans, pacem cum eis fecit. Karlomannus vero, disposita[f] prout voluit Italia, in Baioariam rediit, et fratri Ludowico partem suam de regno Lotharii reddidit. Febris[g] Italica, tussis et dolor oculorum et pestilentia multos graviter vexavit et exstinxit.

K a r l o m a n n u s[h] r e x a n n. 4. L u d o w i c u s r e x a n n. 5. K a r o l u s i m p e r a t o r a n n o s 11.

878. Ludowicus rex Germaniae cum fratre Karolo regnum Lotharii divisit. Lantpertus et Adalpertus comites Romam cum manu valida petentes, Iohanne papa sub custodia retento, principes Romanorum fidem Karlomanno sacramento firmare coegerunt. Unde idem papa commotus, aecclesiam sancti Petri, omnibus thesauris Lateranis translatis, clausit, divinaque inibi officia celebrare prohibuit, ipseque per mare Tyrrenum[i] Gallias adiens, totum pene inibi moratus est annum. Dein[k] assumpto secum Bosone quodam, qui, propria uxore veneno necata[l], filiam Ludowici Italiae imperatoris vi rapuerat, quemque Karolus Provintiae praefecerat, Romam rediit, ipsique regnum Italiae subicere et Karlomanno

*) Wormatia fulminis ictu crematur. 4. 4b. *cf. Annales Augienses.*

a) participationem 2. b) Luitp. 2. c) Sed — elapso *desunt* 2. d) aecclesiam 1. e) *reliqua desunt* 2. f) tir. 1. g) rudolfo 2. h) pecunia 2. *sed v. infra a.* 889. peccoribus. i) fluctui 2. k) gigneret 2. l) *reliqua desunt* 2. m) Hiemps 1. n) suifli 1. o) luitp. 2. p) colliquium 2. q) *reliqua desunt* 2. r) lodowico 2. s) o *e corr.* 1. ascabruno 2. t) *ita* 1. 2. u) galliis 2. v) pecun. 2. w) discescurum 1. x) lůresham 2. y) firmare 2. z) karrolus 2. *) colecto 2. a) reno 2. b) f. t. 2. c) Sinones 2. d) (suisli *corr.?*) suifli 1. e) des. *corr.* diss. 2. f) *deest* 2. *ubi* ex *ante* Italia *alia manu add.* g) *reliqua desunt* 2. h) *Haec desunt* 2. i) tirrenum 2. k) Dein *post ut videtur corr.* Deinde 1. l) necta 2.

35) Radolfszell; cf. Mir. S. Marci c. 2. SS. IV. p. 450. 36) Nantuae, Ann. Hincmari.

Ludowicus Balbus ann. 1.

A. F. auferre studuit. Eclipsis solis 7. Kal. Novemb. post nonam horam facta. Magnaque hominum et boum pestilentia.*1

879. Karlomannus rex Baioariae paralisi dissolutus, usum loquendi amisit[a]. Ad quem Ludowicus frater visendum veniens, regnum Baioariae disposuit. Ludowicus Balbus, filius Karoli, rex Galliarum 3. Idus Aprilis Compendii obiit, ibique sepelitur, Karolo filio postumo relicto, duobusque aliis non legitimae[c] coniuge natis, Ludowico scilicet et Karlomanno, in regnum illi succedentibus. Quo mortuo, Ludowicus rex Germaniae[d] statim contiguam sibi Galliam Belgicam[e] petit, indeque rursum in Baioariam a quibusdam vocatus, quae videbantur disposuit, fratremque Karlomannum aegrotum, scripto ei res suas, quia lingua non potuit, commendantem, invisit, eique ministraturos principes nonnullos deputavit. Itemque missis copiis, Hugonem, Lotharii regis ex Waldrada filium, in Gallia Belgica tyrann dem exercen- Regin. tem, cum suis compressit. Boso[f] Burgundia invasa tyrannidem exercet.*2

A. F. 880. Hiems[g] prolixa et nimis frigida facta. Ludowicus rex Germaniae in Gallias veniens, et filios Ludowici Balbi ad se venientes suscipiens, pacem cum eis fecit, totumque Lotharii regnum sibi subicit. Ipse, inito cum Nordmannis, qui in Sciltа[h] fluvio residebant, praelio, plus quam quinque milia ex eis occidit, ibique Hugo[i], ex concubina filius eius, cecidit. Item Nordmanni inita cum Saxonibus pugna victores, duos episcopos, 12 comites, 18 regios milites cum secuta magna[k] multitudine peremerunt, et captivos multos[l] duxerant. Sorabi, Dalmatae et Boemani[m] Sclavi collecto exercitu Thuringiam iuxta fluvium Salam populati, a Popone marchione circumventi, omnes perempti sunt. Karlomannus, rex Baioariae fortis, prudens et pius, 11. Kal. April. apud villam Otingam[37] obiit et sepelitur. Ludowicus rex Germaniae, frater eius, missis item contra Hugonem[n] in Gallias copiis, cruentam adeptus est victoriam. Eius item auxilio freti, filii Ludowici Balbi Bosonem tyrannum[o] ultra Rhodanum persecuti, in Viennam conpellunt, et Madasconam urbem captam subiciunt. Nordmanni[p] Gallias itemque Fresiam igne, praeda caedeque vastantes, tandem Noviomagum muniunt, et in palacio regis hiemare disponunt. Contra quos Ludowicus moto exercitu, impediente hieme, parum proficere[q] potuit. Magna sterilitas frugum Germaniam afflixit.*3

881. Hiems item saeva et prolixa, magnaque fames facta. Ludowicus rex Germaniae Hugonem[n] ad deditionem venientem benigne suscepit; rursumque rebellantem persecutus, in Burgundiam pepulit. Ludowicus rex Galliae cum Nordmannis pugnans, novem milia[r] equitum victor prostravit. Illi vero collectis rursum copiis regnum Ludowici regis Germaniae petunt, Cameracum, Traiectum, Hispanicum[s] pagum, Ribuariam[t] totam, Prumiam[u], Stabulaum, Malmundarium[v], Indam, et alia perplura loca vastant, Aquisgrani in capella regis equos suos stabulant, Coloniam Agrippinam et Bunnam una cum aecclesiis incendunt. Contra quos Ludowicus rex cum morbo detentus venire non posset, exerci- cf. Regino a. 881. 887. tum misit. Terrae motus interim magnus 3. Kal. Ian. Mogontiaci factus. Eodem[w] anno Karolus rex, frater Ludowici, Italiam petens, Romamque veniens, una cum regina Richgarda imperiali unctione a Iohanne papa coronantur.

A. F. 882. Cometa ultra modum comas spargens[x] 15.[y] Kal. Febr. visa. Ludowicus rex Germaniae crescente morbo 13. Kal. Febr. defunctus[z], et Lauresham iuxta patrem aequivocum sepultus est. Quo audito, exercitus contra Nordmannos missus, infecto negotio rediit. Nordmanni vero, nullo resistente, residua circumcirca[*] vastantes, Walach Metensem episcopum incaute occurrentem occidunt, et inter alia multa mala Treverensem quoque urbem, fugatis et occisis civibus, Non. Aprilis incendunt, vastataque et incensa regione, in munitionem suam, quae Ascaloha dicitur, iuxta Mosam fluvium redierunt. Karolus imperator de Italia reversus, habito Wormatiae conventu, regnoque fratris accepto, magno collecto exercitu, Nordmannos cum regibus suis per 12 dies obsedit. Cumque magno aestu et foetore praeter mutua tela utrimque vexarentur, et inmensa tempestate horridaque grandine 12. Kal. Augusti exorta perturbarentur, visa expugnandi difficultate[a], petentibus hostibus pacemque deinceps regno eius sacramento pollicentibus, datis obsidibus cum rege eorum Sigefrido mutuum colloquium habuit, eumque christianitatem professum de baptismo suscepit, datisque mutuo muneribus et firmata amicicia, digressi sunt. Orto[b] inter Saxones et Thuringios bello, Saxones superiores extitere. Pestilentia magna in Baioaria facta.

A. Sang. a. 883; 890. Ratp. casus. 883. Karolus imperator, celebrato in Alamannia natale Domini, ad sancti Galli quoque coenobium venit, ibique, petente Hardmoto abbate iam sene, Bernhardum pro eo abbatem constituit, qui eidem loco 7 annis praefuit; ipseque A. F. Ratisponae pascha egit. Romae Iohannes papa, dato sibi a quodam propinquo suo veneno cum adhuc victurus putaretur, malleo percussus in cerebro exspiravit; percussorque eius, concurrente turba, eadem hora a nullo laesus cecidit Cat. pontif. A. F. mortuus. Et Marinus[c] archidiaconus papa 110us factus, praefuit anno 1, mensibus 6. Imperator Karolus iterum in Italiam[d] obviam papae pergit, et Widonem ducem, reum maiestatis accusatum, fugientem persequi iussit. Pestilentia exercitum vexavit. Item Saxones cum Thuringiis et Popone pugnantes vincunt. Nordmanni item Prumiam[e] petentes, cf. Reg. a[f] Heimrico[g] marchione, Poponis fratre, ad internitionem caesi sunt. A. F. a. 882. Ludowicus[h] rex Galliae, postquam regnum fortiter rexit et defendit, defunctus et Parisius sepultus est, 6. regni anno. Zuentibald dux Marahensium Pannonias, quibus Arnolfus dux, filius Karlomanni regis, praefuit, crudeliter vastat.

A. F. 884. Baioarii in Italiam contra Widonem missi. Item Zuentibald Pannonias inmanissime vastans, quosdam ex Baioariis iuxta Rabam flumen incaute congressos vicit, occisisque aliis, nonnullos comprehendit. cf. Reg. Karlomannus rex Galliae, filius Ludowici Balbi, cum multam peccuniam[i] Nordmannis pro pace dedisset, in venatu ab apro percussus interiit, anno[k] regni 7. Et regnum Galliae ad Karolum imperatorem rediit. A. F. Karolus imperator in citeriore Pannonia conventum habens, Zuentibaldum ducem Marahensium, per manus se dominio eius tradentem pacemque et servitium promittentem, suscepit. Itemque[l] Brazlavonem ducem, qui inter Dravum et Savum fluvios Pannoniae praefuit, nihilominus se tradentem accepit. Ipse per Carentanum in Italiam veniens, natalem Domini Papiae celebravit.

*1) Salomon abbas in coenobio sancti Galli efficitur. 4. (*in* 4b. *et Herimanno anno* 890. *adscripta*.
*2) Eclipsis solis facta est. 4. 4b. *cf. Ann. Augienses.*
*3) Ludovicus vivente fratre suo Carlomanno Baioariam ingreditur, et Carlomannus moritur. 4. 4b. *cf. Ann. Fuld.*

a) dimisit 2. c) legittima 1. d) germen 1. germ̄ 2. e) bellicam *corr.* belgicam 2. f) *reliqua alio atramento post addita sunt* 1. *desunt* 2. g) Hiemps 1. h) sclita 2. scaltu *Ann. Fuld.* i) huno 2. k) *deest* 2. l) milites 2. m) boeamani 1. *deleto post ut videtur* a. n) hunonem 2. o) tir. 1. p) *reliqua desunt* 2. q) iscere *e corr. sed eadem manu* 1. r) VIIII. 2. s) *i. e.* hasbanicum. t) riburiam 2. u) p. s. m. i. *desunt* 2. v) mamuldarium 1. w) *reliqua desunt* 2. x) spariens *corr.* spargiens 2. y) V. X. 2. z) *post add.* est 2. *ubi* et — sepultus est *desunt.* *) circumquaque 2. a) dificultate 1. b) *reliqua desunt* 2. c) martinus *corr.* marinus 1. d) italia 2. e) pruniam 2. f) a *corr.* ab 2. g) heinrico 2. h) *reliqua desunt* 2. i) pecun. 2. k) a. r. VII. *desunt* 2. l) *reliqua desunt* 2.

37) Oettiug, haud procul a confluentibus Oeni et Ivari.

885. Imperator Karolus, habito in Italia conventu, Widonem ducem Spolitanum se excusantem seque subdentem A. F. suscepit. Inde Gallias adiens, susceptisque primoribus, regnum illud, ut videbatur, disponens, c ad condictum cum papa placitum [a] Wormatiam venit. Sed papa, arrepto ad eum veniendi itinere, obiit [38]. Romaeque [b] pro eo Adrianus III. Cat. ponti papa 111[us] sedit anno 1, mensibus 4. Gotafridus rex Nordmannorum, perfidiae contra regnum Francorum insimulatus, A. F. ab ipsis accusatoribus dolo peremptus est. Hugo quoque [c], nothus Lotharii regis, cum incaute contra imperatorem agitaret, occulorum [d] luce privatus est. Pax inter Arnolfum [e], Carentani et Pannoniae ducem, et Zuentibaldum Marahensem [f] ducem confirmatur.

886. Imperator, celebrato Ratisponae natale Domini, Italiam, a papa invitatus, adiit, et Liutwardum Vercellensem episcopum pro quibusdam quaerendis Romam misit. Tumultus Papiae inter cives regiosque milites gravi utrorumque damno [g] movetur. Imperator, habito post pascha Papiae [h] conventu, per Burgundiam Gallias contra Nordmannos petiit. Ubi cum male contra eos pugnatum esset, et Heimricus [i] marchio Neustriae occubuisset, rebus minus prospere gestis, discessit [k]. Peringarius dux Foroiuliensis cum Liutwardo episcopo dissentiens, Vercellensem urbem exspoliat. Insolita [l] inundatio autumni tempore facta, exundantibus aquis, plurimas villas evertit, et multis in montibus vias diruit, multaque mortalibus damna [m] intulit. Romae [n] quintus Stephanus papa 112[us] post Adrianum ordinatus, sedit annis 6. Cat. ponti.

887. Imperator Karolus in Alsatia gravi infirmitate detentus iacuit. Et parum convalescens, incisionem capitis per- A. F. tulit, habitoque in Alamannia conventu in villa Weibilinga [39], Peringarium [o] ducem ad deditionem venientem et Liutwardo episcopo satisfacientem [p] suscepit. Mortuo Bosone, filius eius ex filia Ludowici Italiae imperatoris, puer Ludowicus, ad Karolum imperatorem veniens, benigne ab eo susceptus et in filium adoptatus est. Richgarda imperatrix cf. Reg. adulterii [q] cum Liutwardo Vercellensi episcopo, qui apud eam et imperatorem familiariter in palatio vigebat, ab imperatore et aliis incusata, divino iudicio ab omnium se virorum commixtione [r] integram et eatenus virginem comprobavit, quamvis iam 12 annis in coniugio imperatoris apparuerit [r']. Moxque ab eo [s] separata in Andelahense coenobium [40] virginum a se constructum secessit, ibique sedula in divino servitio virgo regina permansit. Dein Karolus imperator A. F. graviter infirmatus, mente etiam, ut videbatur, minus valuit. Omnesque regni principes, averso iam ab eo animo, cum apud Frauconofurt conventum habuisset, unanimiter eum deseruere, et Arnolfum, fratris eius Karlomanni filium non ex legitima [t] coniuge sed tamen [u] nobili natum, Carentani scilicet ducem, super se regem constituere. Karolus [v] vero A. F. a. 880 cum se cunctis omnino ministris, etiam et servis suis, deseri, et a solo Liutperto Mogontiense archiepiscopo adhuc a. 887 vidisset sustentari, suplex iam Arnolfo munera misit, et pauca ab eo in Alamannia usque ad obitum suum praedia postulans impetravit.

888. Karolus imperio iam privatus, Deo devote serviens, in villa Alamanniae Nidinga [41] infirmatus, et ut quidam perhibent, a suis strangulatus, Idus Ianuarii [42] vita mortali decessit, et quibus- A. F. dam videntibus caelo aperto et lumine super eum apparente, Augiam [43] delatus, iuxta altare sanctae Mariae sepultus est. Arnolfo [w] rege natalem Domini paschaque [x] Ratisponae morante, multis regulis emergentibus, Perengarius filius Eberhardi in Italia regem se [y] fecit, Roudolfus [z] filius Counradi in Burgundia, Ludowicus filius Bosonis et Wido filius [*] Lantperti in Gallia Belgica et Provincia, Odo filius Roudperti [a] in Gallia usque ad Ligerim [b] et in Aquitania, ultra-

a) placidum 2. b) Romaeque — IIII. *desunt* 2. c) uero 2. d) ocul. 1. e) alnolfum 1. f) d. m. 2. g) dampno 1. h) *deest* 2. i) heinricus 2. k) discescit 1. l) *deest* 2. m) dampno 1. n) *reliqua desunt* 2. o) berinhandum 2. p) satisfactionem *post addito verbo*: agentem 2. q) aduterii 2. r) commixitione 2. r') apar. *passim* 1. 2. s) ea 1. t) legittima 1. u) ex *post add.* 2. v) *reliqua desunt* 2. w) Arnulfo 2. x) pascaque 2. y) *deest* 2. z) Rudolfus f. cůnradi in purgundia 2. *) filus lanperti 2. a) rutperti 2. b) lierim 1. 2.

38) Papa, qui in itinere obiit, Adrianus fuit, non Marinus eius antecessor, iam mense Maio an. 884. mortuus. USS. 39) Weiblinga ceu curtis regia occurrit in Annal. Fuld. ad a. 894. memoratur quoque in diplomate ipsius huius Caroli Crassi imperatoris a 885. „actum ad Weibelingam", et in altero eiusdem „dat. Non. Maii a. 887. indict. 4. anno vero regni domini Karoli 11. imperii autem 7. Actum Weiblinga villa". De situ vero eius discrepant inter sese magni nominis viri. Besselio enim in Chron. Gottwicensi T. II. p. 520 videtur esse modernum monasterium Wiblingen, in Sueviae ducatu, olim ad pagum Albegowe pertinens, ad confluentiam Danubii et Illarae. Alii vero Waiblingam intelligunt in ducatu Wurtembergico in valle Remsthal prope Nicrum fluvium, sede Hohenstaufiorum ducum Sueviae et Gibellinorum origine illustrem. Quae quidem posterior praeferenda videtur, quum vix credibile sit, a Carolo potius in loco Ulmae tam vicino, uti est Wiblingense monasterium, conventum fuisse habitum, quam in ipsa Ulma, villa regali, prout appellatur in diplomate Caroli magni a. 813. pro monasterio Augiensi. Neutram ex dictis villis hic indicari arbitramur, sed aliam Wibelingam in Palatinatu inferiori pariter ad Nicrum inter Heidelbergam et Mannheimium in pago Lobodunensi sitam, cuius frequens in monumentis Laureshamensibus occurrit mentio. Firmari id videtur, quod teste Annalista Fuldensi post illud placitum in Weibilinga imperator ad Rhenum Bosonem susceperit in villa Chircheim seu Kircheim in eodem pago sita, ubi etiam datum censeo supra citatum diploma Caroli Crassi pro monasterio Otinga a. 885. 8. Kal. Sept. „Actum ad Weibelingam". Quod de nostro hoc loco intelligendum esse, suadet aliud eiusdem diploma triduo post seu 5. Kal. Septemb. eodem anno datum „in monasterio quod dicitur Lauresham". Hoc exstat in Gallia Christ. T. IV. inter instrumenta p. 133; quod breve temporis spatium utriusque loci vicinitatem, adeoque Weiblingam Palatinam satis aperte indicat. USS. 40) Andelau in Alsatia. 41) Nidingen, Nydingen seu Neidingen villa in antiquo Alemannici ducatus pago Bertoldesbara, sive hodierno landgraviatu Baarensi, sepultura familiae Fürstenbergicae nobilis. USS. 42) In Necrologio S. Germani Paris. notatur: *Nonis Decembris depositio domni Karoli imperatoris.* Quod quidem de depositione a regno accipiunt socii Palatini apud Muratorium Script. rer. Ital. T. II. P. I. p. 416. 1. melius tamen de sepultura eius in Augia tunc primum facta intelligendum videtur, quum nomen eius die 5. Dec. in necrologio Augiensi habeatur, et ipse a regno die 2. Nov. anno priore sit depositus. USS. 43) ubi solemnem imperatoris huius commemorationem instituit Cadoltus Novariensis episcopus, eiusdem coenobii antea monachus, et Liutwardi episcopi Vercellensis germanus. Mabill. Ann. Bened. T. III. p. 264. USS.

A. F. que[a] in Gallia Ramnolfus regium nomen nihilominus[b] invasere; e quibus Odo Arnolfum regem[c] Frantiam petentem humiliter adiens, et benigne susceptus, permisso eius invasum retinuit[d] regnum. Itidem Rodolfus[e] Ratisponam ad eum veniens, favore eius pervasam impetravit Burgundiam[f]. Nihilominus[g] cum Italiam vellet rex Arnolfus petere, obviam venienti Peringario, qui paulo ante cum Widone pugna conflixerat tyranno[h], paucis exceptis totam concessit Italiam. In ea[i] expedicione ingens equorum pestilentia facta. cf. Cat. Aug. Augiae Roudhoho abbati Hatto succedens, praefuit annis 25[k]. Qui cellam et basilicam sancti Georgii in insula construxit. A. F.

Arnolfus[l] rex et imperator an. 12.

889. Liutpertus venerabilis omnique laude dignus Mogontinae[m] sedis archiepiscopus hac vita decessit. Cui Sunderold successit. Calamitosus iste annus morbis ac pestilentia, aquarum inundationibus, insolitis tempestatibus, turbinibus et grandinibus multis[n], fame, peste, et quaquaversum bellis socialibus conprovincialium fuit. In Thuringia torrentis[o] modo nimbus defluens, tres in momento villas absumpsit, et 300 homines cum peccoribus[p] multis exstinxit[q]. Arnolfus rex Zuentibaldo et Ratoldo, filiis suis ex concubina natis, subiectionem a Francis promitti vix effecit, si ei legitimus[r] non nasceretur filius. Magna[s] contra Abodritos expeditio ab eo, sed parvo effectu, mota est.

890.[t] Arnolfus rex, habito in Pannonia de diversis colloquio, a Zuentibaldo duce Marahensi ex verbis apostolici obnixe rogatur, ut Romam veniens, Italiamque sub dicione[u] sui retinens, a tantis eam eruat tyrannis. Quod ille, aliis praepeditus, ad praesens facere distulit. Iterum conventu apud Foracheim acto, Ludowici imperatoris Italiae filiam, Bosonis viduam, ad se cum muneribus venientem benigne suscepit. Inde Constantiam Augiamque orandi gratia adiit. Cat. abb. S. Gall. Indeque[v] Ratisbonam rediit. Apud Sanctum Gallum post Bernhardum Salomon abbas praefuit annis 30½. A. F. Salomon secundus Constantiae venerabilis episcopus obiit. Pro quo tertius Salomon de coenobio sancti Galli abbas episcopus promotus, praefuit annos 30.

891.[w] Embricho Ratisponensis[x] episcopus, vita et aetate verendus, obiit. Ipsaque urbs, exceptis divinitus sancti Emmerammi sanctique Cassiani aecclesiis, 4. Idus Augusti incendio tota conflagrat. Nordmanni item Franciam Rheno[y] contiguam vastant. Contra quos exercitu misso, praelioque incaute conserto, Sunderolt Mogontiensis archiepiscopus cum aliis multis peremptus occubuit, ceterique fugerunt. Pro quo Hatto Augiensis abba, vir ingeniosus, archiepiscopus promovetur. Arnolfus vero rex Nordmannos, victoria elatos et regnum Lotharii vastantes, cum exercitu insequens, iuxta fluvium Dila palustribus locis munitos, manumque pugna conserere trepidantes, offendit. Qui milites adhortatus, equis propter loci difficultatem dimissis, pedes eos[z] aggreditur. Clamor attollitur[*]. Res deinde gladiis cominus[a] geritur, unoque tantum milite ex nostris perempto, duo Nordmannorum reges Sigifridus et Godafridus[b], totusque eorum exercitus multis milibus numerosus, ferro trucidatus, et in[c] flumine fugam impediente[d] dimersus, ad internitionem deletur. Et rex, eadem die letaniis celebratis et Deo laudibus redditis, multisque hostium spoliis direptis, in Alamanniam venit, et natalem[e] Domini Ulmae[f] celebravit.

cf. Reg. 892. Apud Gallias Karolus adolescens, Ludowici Balbi postumus filius, a quibusdam primatibus rex effectus, multa A. F. deinceps Odoni mala fecit et ab eo vicissim sustinuit. Arnolfus rex Pannonias adiens, cum Zuentibaldum ducem Marahensem iterum sibi rebellantem cognovisset, colloquio cum Brazlavone duce Pannoniae ulterioris habito, trifariam cum tribus exercitibus, Ungariis etiam auxiliatoribus, nuper illas in partes de aquilone adventantibus, per continuum mensem Marahensem devastat regionem. Ipse[g] etiam eodem tempore priscam cum Vulgaris renovat amicitiam. Popo ducatu Cat. pontt. Thuringiae privatus est. Romae post Stephanum Formosus, prius Portuensis episcopus, papa 113us sedit annis 4, mensibus 7.

A. F. 893. Engilscalcus[h] marchio Pannoniae iudicio Noricorum excaecatus, et patruelis eius Willihelmus decollatus est. Arnolfus rex Marahensem iterum vastat regionem. Ipsi regi ex Outa[44] regina Ludowicus filius nascitur, et a Hattone archiepiscopo Mogontiense et Adalberone[i] Augustense episcopo nobili baptizatur et sacro crismate[k] unguitur. Formosus[l] papa, missis epistolis et legatis, Arnolfum regem ad suscipiendam et eruendam a tyrannis, maximeque a Widone, Italiam magnopere invitat. Quod ille annuens, legatos muneribus donatos remittit. Hiems saeva et diutina hoc anno facta.

894. Tonitruum magnum 5. Kal. Febr. factum. Widone Italiae tyranno[m] mortuo, Angildruda[45], vidua eius, cum filio Lantperto tyrannidem invasit. *

895. Arnolfus rex Hildigardam, Ludowici regis patrui sui filiam, cuius maxime molimine deiecto Karolo A. F. rex factus fuerat, exilio dampnat. Sinodus magna apud Triburiam collecta. Arnolfus rex cum Odone tunc Galliarum rege ad se veniente pacem firmat[n], Karoloque, filio regis Ludowici Balbi, non multo post advenienti[46] et munera offerenti, auxilium denegat. Ipse etiam Zuentibaldum, ex concubina filium suum, regem cf. A. F. 896 super Lotharii regnum ungui fecit. Itemque per epistolas a Formoso papa rogatus, Italiam autumno petit, Peringariumque[47] perterritum ad dedicionem venientem regnumque pervasum Italiae reddentem, suscepit, et Waltfredo Maginfredoque[o] comitibus Italiam cis Padum distribuit, et omnia vastando, divisisque ad superum inferumque mare copiis, transiens, ipse natalem[p] Domini Lunae celebravit.

A. F. 896.[q] Magna pluviarum inundatione exercitu fatigato, et plurimis equis inde amissis, Perengario etiam a fidelitate eius deficiente et ad Lantpertum se conferente, Arnolfus rex tandem Romam venit, eamque Angildruda Widonis vidua cum filio Lantperto machinante obseratam inveniens, mandato Formosi papae intus inclusi, celebratis apud Sanctum Pancratium[r] letaniis, eam oppugnat. Expugnataque cicius urbe, ingressus, a domno papa honorifice susceptus imperatorque coronatus est. Et dispositis ibi rebus, primoribusque sacramento subactis, Angildrudam persequi statuens, infirmari coepit; metuensque morbum graviorem, de Italia statim redire acceleravit. Quo reverso, Perengarius ac Lantpertus, diviso inter se regno Italiae, tyrannidem exercuere, Lantpertusque Meginfredum[s] comitem decollare iussit. Formosus[t] papa Cat. pontt. die paschae[u] obiit. Pro quo sextus Bonifacius papa 114us ordinatus, decima quinta die podagra defunctus est. Cui sextus Stephanus, Campaniae prius episcopus, papa 115us substitutus sedit annum 1. Qui tyrannis favens, et Arnolfum

*) Arnolfus Italiam Burgundiamque suo regno subiecit. 4. 4b *cf. Ann. Alamann.*

a) que *deest* 2. b) *ita Usserm.* nichil 1. nihil 2. c) r. adiens petent et humiliter frantiam et b. 2. d) eius obtinuit 2. (invasum *deest*). e) rud. 2. f) purg. 2. g) nich. 1. h) tir. 2. i) *deest* 1. k) 26. *habet Catal. abb. Aug. SS. II.* 38. l) *Haec desunt* 2. m) mogontiae 1. n) *deest* 2. o) tormentis 2. p) *ita* 1. 2. q) ext. 2. r) legittimus 1. s) *reliqua desunt* 2. t) DCCCXV. 1. u) dicioni suę 2. v) *reliqua desunt* 2. w) DCCCXVI. 2. x) ratisbon. 1. y) reno 2. z) eorum 2. *) attolitur 2. a) cōminus 2. b) godrafidus 1. gotafridus 2. c) *deest* 2. d) inp. 2. e) natale 2. f) ibi 2. g) *reliqua desunt* 2. h) Hengilscalcus 2. i) adalperone 2. k) crismate *superscripto* b 2. l) *reliqua desunt* 2. m) tir. 1. n) firmans 1. o) meginf. 2. p) natale 2. q) DCCCXVI. 2. *corr. ut editum* 1. r) pangracium lęt. 2. s) megenfr. 1. t) *reliqua desunt* 2. u) pascae 1.

44) Nomen occurrit in A. Fuld. a. 899. 45) cf. A. Fuld. a. 896. 46) Karolus a. 894. advenerat, a. 895. munera per legatos obtulit. 47) cf. Liudprandum I, 22.

odiens, Formosum papam octavo post obitum mense effossum, et in sella positum, loquente pro eo diacono, criminatum et quasi convictum degradavit, et per crura de ecclesia protractum, in Tiberim proici praecepit; sed divinis per merita eius miraculis territi cives Romani, non multo post Stephanum digne cruciatum eiecerunt, Formosumque in sepulcrum suum reposuerunt[48]. [cf. A. F. A. Alam. Laubac.] Eodem anno Grecis cum vagantibus hostibus Ungariis pacem facientibus, Vulgari irati Greciam invasam Constantinopolim[a] usque devastant. [A. F.] Interim Greca astucia Ungarii inducti, terram Vulgarorum ferro, praeda igneque pessumdant. Vulgari reversi, bis ab eis pugna victi et caesi, terga verterunt. Tertio demum divinam enixius gratiam precati, 20 milibus suorum amissis, cruentam, vix profligatis hostibus, meruere victoriam. Tanta etiam fames hoc anno facta, ut innumeri inedia perirent, hominesque christiani nonnulli se invicem comederent. [A. Aug.] Arnolfus imperator, quodam aedificio cadente, cum multis aliis graviter conterens corpus, cecidit. [cf. A. Alam. Laubac.]

897.[b] Magna fames in Baioario multos consumpsit. Boemani contra Marahenses ab Arnolfo imperatore auxilium petunt. [A. F.] Romae[c] post Stephani interitum Romanus papa 116us sedit mensibus paulo plus 4, et post hunc Theodorus secundus papa 117us sedit dies 20. [Cat. pontt.] Post quem nonus Iohannes papa 118us ordinatus sedit annis 2. Arnolfus imperator, habito conventu, nulli fidens, sacramentum fidelitatis denuo sibi et filio parvulo Ludowico a cunctis exigit.

898. Discordia capitalis inter fratres Zuentibaldum et Moymarum, Marahenses duces, facta. [A. F.] Liutpaldus marchio cum aliis Marahenses imperatori rebelles vastat.

899. Item Baioarii fines Marahensium hieme vastant. Outa regina adulterii crimine cum quibusdam viris infamata, 72 principum iuramento Ratisponae in conventu absoluta est. Arnolfus imperator paralisi dissolutus est, et nonnulli inde veneficii vel[d] maleficii criminati et puniti sunt. Item Baioarii Marahensium terram vastant. Isanricus imperatori rebellans, obsessusque et ad dedicionem vi coactus, ad Marahenses iterum confugit. Romae[e] Benedictus IV. papa 119us sedit annis 3, mensibus 5. [Cat. pontt.]

900. Arnolfus imperator Ratisponae, ubi frequentius manebat, aegrotans, obiit, et in basilica sancti Emmerammi sepultus est, anno regni 12; [A. F.] pro quo filius eius Ludowicus puer in regnum constitutus est. Cuius frater ex concubina Zuentibaldus, Galliae Belgicae rex, cum crudeliter et temere ageret, res aecclesiarum affectaret, Ratpotonemque[f] etiam Treverensem archiepiscopum baculo in capud percuteret, a suis spretus ac desertus, cum incaute viribus impar pugna eis congredi vellet, peremptus est. Baioarii per Boemanos[g] transeuntes, ipsis secum assumptis, Marahensem item devastant regionem. Ungarii hostes novi Italiam magna ex parte vastaverunt, et conserto praelio victores, viginti milia ex Italis una die peremerunt. Itidem exploratam Baioariam invadentes, circa Anesum flumen plurimas praedas abducunt. Item Pannonias depopulatas occupant[h]. Liutpaldus[i] marchio quibusdam copiis Ungariorum cum paucis Noricorum congressus, uno tantum ex suis amisso, 1200 peremit. *1

Ludowicus[k] puer ann. 12.

901. Ungarii[49] Carentanum[l] petentes, commissa pugna victi caesique fugerunt. *2 Eodem anno Moymarius dux Marahensis et Isanricus Noricus comes, qui ad ipsum transfugerat, cum Ludowico rege pacificati sunt.

902. Ungarii Marahenses petunt[m], pugnaque victi terga verterunt. Ipso anno Beringer, Reginolf[n] et Gerhard, nobiles germani fratres, filii Atonis comitis et Adellindae[50], [cf. A. Alam. a. 903] non longe a Bouchaugiensi[51] coenobio virginum, in pago Alamanniae Erichgewe[52], a matre per ipsum tempus studiose in honorem sancti Cornelii et sancti[o] Cipriani[p] martyrum constructo, cum sororem virginem nuptum tradere molientes clam inde abducerent, ab inimicis circumventi et occisi sunt, et a matre sua apud ipsum coenobium sepulti. Ubi[q] etiam ipsa, postquam Hierosolimam aliaque sancta loca causa orationis adiit et rediit, divinis intenta serviciis et animarum inhians lucris, feliciter hanc vitam finiens, condita est, ipsa filia virgine, aequivoca sua, abbatissa inibi constituta.

904. Romae post Benedictum Leo quintus, prius presbiter forensis[53], papa 120mus[r] sedit mensibus ferme 2. [Cat. pontt.] Post quem, ut in quibusdam inveni, Christoforus, prius cardinalis papa 121us sedit mensibus 4; qui deiectus est[s] et monachus factus.

905. Romae Sergius III. papa 122dus sedit annis 7, mensibus 4.

906. Adalpertus nobilis et bellicosus de Babenberg[t] Francus, commissa cum aemulo suo Counrado[u] pugna, vicit, eumque cum multis aliis peremit. [Regino.]

907. Adalpertus, cum praedia eius utpote rebellantis a Ludowico rege vastarentur et castrum oppugnaretur, perfidia, ut fama est[54], Hattonis archiepiscopi[v] et cuiusdam Liut-

*1) 4. 4b. *habent:* Gentes Pannonicae [quas Hungaros dicimus 4b.], Italiam depopulantur. *cf. Ann. Alamann.* — *tum:* Ungarii Baioariam ingrediuntur, et plus mille ex eis occiduntur. *cf. Ann. Alam. et Fuld.*

*2) Ungarii Carentaniam invadunt, et in sabbato commissa pugna occiduntur. 4. 4b.

a) constantipolim 1. b) DCCCXVII. 2. c) Romae — II. *desunt* 2. d) et 2. e) *reliqua desunt* 2. f) ratpononemque 2. g) boeamanos 1. h) *reliqua desunt* 2. i) liutpardus 1. *sed cf. infra a.* 907. 908. k) *Haec desunt* 2. l) caretanum 1. careatanum *corr.* carentanum 2. m) petent *corr.* petentes 2. n) *deest* 2. o) *deest* 2. p) cipryani 2. q) *reliqua anni desunt* 2. r) X. C. Xmus *corr.* C. Xmus 2. s) *deest* 2. t) babenberc 2. u) counrando 2. *saepius.* v) episcopi 2.

48) cf. Liudprandum I, 30. Auxilius in his multo brevior est. 49) cf. Ann. Fuld. in quibus tamen neque de victoria reportata neque de Moymario et Isanrico legitur. 50) Cuncta haec magis, non satis tamen studiose tractarunt Bollandiani T. VI. Aug. die 28. in vita B. Aldelindae abbatissae p. 492. USS. 51) Buchau ad lacum Federsee. 52) Ergau, inter Danubium et lacum Brigantinum. 53) i. e. presbyter alterius ecclesiae. 54) V. Widukindum I, 22. et Ekkehardum de casibus. SS. II, 83.

paldi, de quibus plurimum[a] confidebat, ad Ludowicum[a*] regem spe pactionis adductus, decollari iussus est. Baioarii[b] cum Ungariis commissa pugna victi sunt.

908.[c] Ungarii Saxoniam et Thuringiam late vastant. Liutpaldus occisus est.

909.[d] Ungarii Alamanniam invadentes vastant.

910. Ungarii Franciam petentes, commissa pugna superiores[e] fuere. Adalbero, venerabilis et famosus Augustae Vindelicae episcopus, obiit; post quem Hiltine annis 13 praefuit[f].

911. Ludowicus rex adolescens moritur, et Ratisponae sepelitur. Post quem, deficiente nostris in partibus regio stemate, Counradus, filius Counradi, rex electus et unctus, regnavit annis 7. Burchardus dux Alamanniae in conventu suo, orto[g] tumultu, occisus est[h]; pro quo Erchanger ducatum invasit. Counradus rex annis 7.

912. Ungari item Baioariam petentes, congregatis Baioariorum et Alamannorum copiis, iuxta fluvium Ine[i] congressi, magna strage profligantur. Cometae hoc anno visae. Roudolfus[k] rex Burgundiae obiit, et Roudolfus[l], filius eius, regni illius iura disposuit annis 25[m]. Romae Anastasius secundus papa 123[us] sedit annis 2, mensibus 2. Apud Sanctum Gallum Notkerus magister doctus obiit. Otpertus episcopus[55] occiditur; Einhard[56] excaeçatur.

913. Item Ungarii egressi, Alamanniam vastant. Mogontiae Hattone archiepiscopo Augensique abbate mortuo, Heriger in episcopatu succedens, annis 14, in abbatia[n] vero Hug[o], abbas 18[us], annum 1 praefuit.

914. Salomon, Constantiae episcopus et abbas coenobii sancti Galli, a quodam protervo captus et in custodiam missus est[p]. Augiae post Hugonem Thietingus abbas 19[us] praefuit annis 3.

915. Romae[57] Lando, papa 124[us], sedit[q] mensibus 5. Post quem Leo IV. papa 125[tus] mensibus ferme 2; et post hunc Iohannes X. papa 126[tus] annis 14, mensibus 2.

916. Ungarii item egressi, inter alia mala totam pene Alamanniam[r] igne et gladio miserabiliter vastant. Ipso anno apud Altheim coram misso apostolico sinodus habita[s].[58] Augiae Thietingo abbate defuncto, Heribraht abbas 20[mus] praefuit annis 10. Apud Sanctum Gallum beata virgo Wiborada arcius inclusa est.

917. Ungarii, pervasa, ut ceperant, Alamannia, Basileam urbem destruunt, indeque Alsacia vastata, Lotharii regnum, multa mala facientes, invadunt. Erchanger, qui ducatum Alamanniae invaserat, cum fratre Berhtoldo[t] regi Counrado[u] rebellantes, eique tandem ad deditionem spe pactionis venientes, ipso iubente apud villam Aldingam[v, 59] decollantur 12. Kal. Febr.

918. Burghardus[w] dux Alamanniae factus, tyrannidem invasit. Chounradus rex obiit.[*]

919. Heinricus[x] comes natione Saxo in regnum electus, sine regali[z] unctione regnavit annis[*] 18. Pugna apud Winterturum[a] inter Roudolfum regem Burgundiae et Burghardum[b] ducem Alamanniae conmissa, rex a duce victus fugatur[c]. Salomone episcopo Constantiense abbateque coenobii sancti Galli defuncto, Notingus in episcopatu annis 15, Hartmannus in abbacia 4 ferme annis successerunt. Heinricus rex senior a. 18.

920. Karolus rex Galliarum in Frantiam venit. Apud Sanctum Gallum[d] Rachildis[e] virgo inclusa est.

922. Liuthardus a Burghardo[f] duce, oppresso[g] Heriberto, Augiae praepositus, et fratres in exilium missi sunt.

923. Sanguis Domini in Augiam insulam a quadam matrona defertur[h], sicuti[i] litteris inibi historica relatione[60] continetur[k]. Apud Sanctum Gallum Engilbertus abbas constitutus, annis 9 praefuit.

*) in hoc defecit progenies Caroli. *addit* 4b. (*non* 4.)

a) *in loco raso* 1. a*) lod. 2. b) *reliqua desunt* 2. c) DCCCVIIII. 2. d) DCCCV. 2. e) superores 2. f) *vox addita* 1. g) ortu 1. h) *reliqua anni desunt* 2. i) *ita* 2. k) Rŏdoluus 2. l) r̊uduluus 2. m) *reliqua anni desunt* 2. n) abacia 2. o) huc 2. p) *reliqua anni desunt* 2. q) papa lando sedit 2. r) alanniam 1. alanniam *corr.* alamanniam 2. s) h. s. 2. *reliqua anni desunt.* t) bertoldo 2. u) chounrado 2. v) ine 2. adingam 1. w) burch. 2. x) Henricus 2. z) u. r. 2. *) *deest* 2. a) uuinterurum 2. b) burch. 2. c) *reliqua anni desunt* 2. d) *vox supra lineam scripta* 1. e) rach. *corr.* rich. *hic et infra* 2. f) *ita* 1. 2. g) oppso 2. h) VI. Id. Nov. *c. Engelb. ex Contin. Reginonis.* i) sić 2. k) *reliqua anni desunt* 2.

55) Strazburgensis. 56) Spirensis. 57) cf. Legg. II, 554. 58) ex cat. pontt. sed ordine inverso. 59) Aldingen ad Nicrum infra Cannstadt, aut Aldingen auf der Baar, prope fontes Nicri. 60) SS. IV. 447.

924. Sanctus Oudalricus Augustae Vindelicae episcopus ordinatus, mira pietate et religione praefuit annis 50. Vit. Oud.

925. Ungariis item Alamanniam vastando pervagantibus et ad coenobium quoque sancti Galli pervenientibus, Wiborada virgo inc usa, fracta cella, a quodam ex eis perempta et martyrio coronata, Rachildisque, contectalis eius, inlaesa divinitus conservata est. cf. A. Sg. Vit. Wib.

926. Ungarii, vastata Alamannia, totam Franciam, Alsatiam[a] atque Galliam igne et gladio saevientes percurrunt. Burghardus[b] dux occiditur. Heinricus rex magnum conventum Wormatiae habuit. Herimannus Alamanniae dux promovetur[c]. Augiae Liuthardus abbas 21[mus] effectus, praefuit annis 8. A. Aug. A. Herm. Cat. Aug.

927. Heriger[d] Mogontiensis archiepiscopus obiit, et pro eo Hildipertus[e] archipraesulatum accepit[62]. Cont. Reg.

929. Romae Stephanus VII. papa 127[mus][f] sedit annis 2, mense 1. Cat. pont.

930. Heinricus rex Boemiam petit. Cont. Reg. A. Her a 928.

931. Romae Iohannes XI. papa 128[vus] sedit annis 4. Heinricus rex reges Abodritarum et Nordmannorum christianos fieri effecit, ipseque Gallias petiit[g]. Cat pont. A. Aug.

932. Ungarii Soraborum provintiam[h] petentes, ab exercitu regis Heinrici caede profligati, fugati, multique ex eis capti sunt. cf. A. Aug.

933. Apud Sanctum Gallum Thieto abbas praefuit annis ferme 10. cf. A. Sg.

934[i]. Constantiae Notingo episcopo defuncto, Counradus, genere et vita praenobilis, praesul ordinatus, 41 per annos illam nobiliter rexit aecclesiam. Augiae quoque post Liuthardum Alawicus venerabilis abbas 22[us] praefuit annis 25[k]. A. Sg.

935. Romae Leo VII. papa 129[mus] sedit annis 3, mensibus 6. Cat pont.

936[l]. Heinricus rex obiit, et in Saxonia apud Chutilineburg[m] coenobium virginum sepultus est. Pro quo Otto, filius eius, regni gubernacula accipiens, 38 ferme annis strennue[n] rexit. cf. A. Sg.

Otto Magnus annis 38.

937. Ungarii per Baioariam Alamanniamque et orientalem Franciam[o] praedis gladio igneque furendo vagantes, transito Wormatiae[p] Rheno[q], Alsatiam, regnum Lotharii, et adiacentes usque ad Occeanum[r] Gallias vastantes, per Burgundiam Italiamque tandem in Pannoniam redierunt. Monasteria[s] sancti Bonifacii sanctique Galli incendio conflagrant. Ipso anno Roudolfus Burgundiae rex defunctus, Agauni apud Sanctum[t] Mauricium sepultus est, filiusque eius Counradus[u] regnum pro eo suscepit[v]. Arnolfo etiam Baioariae duce mortuo, ducatum eius Bertolfus accepit. Baioarii cum multis aliis Ottoni regi rebellant. A. Aug. cf. A. Aug. cf. Cont. Reg.

938. Otto rex contra Baioarios procinctum movit. Interim frater eius Heinricus ab Eberhardo comprehensus est. Quo liberato Eberhardoque in exilium relegato, denuo Noricos cum exercitu invasit, omnesque praeter Arnolfi ducis filium Arnolfum subiugavit. Interim Ungarii Saxoniam invadentes[63], a Saxonibus pugna victi caesique fugantur[w]. Romae Stephanus VIII. papa 130[mus] sedit annis 3, mensibus 4. A. Aug. Cat. pont.

939. Otto rex Lotharingos rebellantes petens, usque ad Caprimontem[x] cum exercitu venit. Interim Ludowicus rex Galliarum, Karoli filius[y], Alsatiam invasit; sed mox Ottone hoc comperto redeunte perterritus, regnum suum repetiit. Cumque castrum Brisacha[z] ab Ottone rege obsessum oppugnaretur, capita rebellionis, Eberhardus dux occisus et Gisalbertus dux in Rheno[*] submersus, interierunt, episcopique et alii qui cum eis contra regem venerant, fugati et dispersi sunt. Otto vero rex, dedito castro in regnum Lotharii reversus, cunctos sibi rebelles[a] praeter Metensem episcopum subiugavit. Heinricus quoque, frater eius, proiectis armis ipsi se subdidit. A. Aug. Cont. Reg.

940. Otto rex Gallias contra Ludowicum regem petens, magnam provintiae partem usque ad Sequanam amnem vastavit, et Hugonem[b] Heribertumque principes ad se venientes suscepit[c]. Hiems saeva hoc anno facta, et pestis animalium subsecuta[64]. Hugo, filius Richardi, moritur. A. Her. A. Sg. A. Her.

a) frantiam alsaciam 1. b) B. d. o. *desunt* 2. c) *reliqua anni desunt* 2. d) Periger *corr.* Heriger 2. e) hildibertus 2. f) CCXXVII. 2. *eiusmodi errores dehinc haud notavi.* g) peciit 1. petit 2. h) prouintias 2. i) *ad annos* 934. *et* 935. *notata desunt* 2. k) Eberhardus Argentinensis praepositus primus incola cellae Meginradi venit. *manu secunda addita sunt* 1.; *cf. Ann. Einsidlenses.* l) DCCCCXXXIIII. 2. m) chutilineburc 2. n) strenuę 2. o) frantiam 1. p) wormaciae 1. q) reno 2. r) oceanum 2. s) M. s. B. s. G. i. c. *desunt* 2. t) s. 1. u) chōnr. 2. v) *reliqua anni desunt* 2. w) *reliqua anni desunt* 2. x) caprimontes 2. y) f. k. 2. z) prisacha 2. *) reno 2. a) r. s. 2. b) hunonem 2. c) *reliqua anni desunt* 2.

62) cf. Ann. Corbei. SS. III, p. 4. 63) *S. i.* desunt in Ann. Aug. 64) scil. a. 941. Ann. Sangall.

[A. Her.] 942. Otto rex cum Ludowico rege Galliarum pacificatur[65]. Cometa per noctes 14 [Cat. pont.] visa, et inmensa animalium pestilentia facta[a]. Romae Marinus II. papa 131mus sedit annos 3, menses 6.

[A. Sg.] 943. Ungarii item Baioarios invadentes, pugna cum eis commissa, victi terga verterunt[a]. Apud Sanctum Gallum Gralo abbas praefuit annis 17.

[ib.] 944. Terrae motus factus est 16. Kal. Mai.

[Cat. pont. A. Her.] 945. Romae Agapitus II. papa 132us sedit annis ferme[c] 10. Otto rex Galliam inferiorem petit[d].

[A. Sg.] 946. Apud Sanctum Gallum Rachildis virgo inclusa migravit ad Dominum.

[Cont. Reg.] 947. Berhtolfo duce Baioariae defuncto, Heinricus, frater Ottonis regis, ducatum illum accepit. Liutolfus, filius regis, Itam laudabilem feminam duxit uxorem. Mirmidona igne [A. Her.] consumitur.

[cf. Cont. Reg.] 948. Herimannus dux Alamanniae, qui provintiae sibi creditae cultum, habitum, mores et instituta multum, ut fertur, honestaverat, defunctus, Augiaeque in capella sancti Chiliani sepultus est; et Liutolfus, filius regis Ottonis, vir omnium sui temporis universo populo acceptissimus[66], dux pro eo a patre suo constitutus est[e]. Sinodus magna 30 epi- [Cont. Reg.] scoporum coram Ottone et Ludowico regibus apud Ingelenheim habita est. Ipso anno [A. Sg.] Lindaugia incendio conflagrat.

[Cont. Reg. a. 951.] 949. Lothario[f] rege Italiae mortuo, Beringarius regnum invasit, viduamque eius Adalheidem, Roudolfi regis Burgundiae filiam, multis iniuriis afflixit et coartavit. Quae vix fuga elapsa, Ottonis regis adventum in multis angustiis praestolatur.

[Cont. Reg. a. 951.] 950. Otto rex Italiam petiit, eamque subiciens sibi[g], Beringarium regem resistere non valentem pepulit, domnamque Adalheidem[h], suam futuram coniugem, liberavit.

[cf. Leg. II, 27. Cont. Reg.] 951. Sinodus 25 episcoporum magnusque totius regni principum conventus apud Augustam Vindelicam coadunatur. Ibique Beringarius Ottoni regi[i] ad deditionem venit et subiectionem promittit. Inter[67] alia prodigia ignitus lapis[k] quasi massa candentis ferri ab occidente per aera venit, et draco visus est ambulans.

[A. Her. 950. 952.] 952. Otto[l] rex Boemiam, et filius eius Liutolfus dux Italiam petunt. Otto rex una cum filio suo Liutolfo Italiam item ingreditur, et nuptiae regales Papiae celebrantur. [A. Sg.] Discordia inter Liutolfum[m] ducem et patruum eius Heinricum ducem agitata. Friduri- [A. Her. 953] cus[n] Mogontiae archiepiscopus et Hardpertus Curiae episcopus Romam a rege missi sunt.

[cf. Vit. Oud. c. 10] 953. Otto rex fratri Heinrico favens, filium contra se incitavit Liutolfum, magnaque totius regni turbatio diversarum studiis partium facta est[68]. Arnolfus, filius Arnolfi quondam ducis Noricorum, partibus se Liutolfi contra regem iungens, Augustensem urbem episcopatumque depraedatur, et beatum Oudalricum episcopum, regi fidum, in castello Mandichinga obsessum, capere vel occidere nititur. Sed superveniente cum copiis militum Adalperto de Marhtale comite, et Theodpaldo, episcopi fratre, item comite, pugna victus et turpiter repulsus est, divinaque ultione cum cunctis fautoribus non multo post digne punitus. In ea congressione Adalpertus comes parum vulneratus moritur[o], et a [c. 12.] sancto episcopo Augustae honorifice sepelitur. Secuto tempore cum invalescente discordia Otto rex et filius eius Liutolfus dux, collectis contra se invicem exercitibus, iuxta fluvium Hilaram et villam vocabulo Tussam, iam[p] iamque pugna conflicturi, consedissent, intercurrentibus sanctis episcopis Oudalrico Augustense et Hardperto Curiense, Deo donante, pacificati et confoederati sunt.

[A. Her.] 954. Ungarii item egressi, Franciam, Baioariam Italiamque devastant.

[Vit. Oudal. c. 12.] 955. Ungarii cum tantis ut numquam antea copiis, percursa Baioaria, Licum flumen transeunt, basilicam sanctae Afrae Augustae[q] incendunt, sanctum episcopum Oudalricum, multa instantia divinum implorantem auxilium, Augustae cum suis obsessum, armis circumstrepunt. Sed superveniente cum exercitu Ottone rege, 4. Idus Augusti pugna valida nimis committitur, multum humani sanguinis funditur, caedes Ungariorum inmensa sequitur, alveus fluminis fugientium et morientium cadaveribus oppletur, et paucissimis fuga elapsis, innumerabilis eorum exercitus[r] ad internitionem deletur. Ipsique[s], qui tunc effu-

a) *reliqua anni desunt* 2. c) fereme 2. d) petiit 2. e) *deest* 2. f) Rothario *corr.* Rŏth. 2. g) sibi s. 2. h) adelh. *hic* 2. i) *supra lineam additum* 1. k) lapsis 2. l) Otto — petunt *desunt* 2. m) liutolfum 2. n) Fridericus 2. o) et — sepelitur *desunt* 2. p) *deest* 2. q) *deest* 2. r) *supra lineam additum* 1. s) Ipsique — suspensi sunt *desunt* 2.

65) cf. Flodoardum h. a. 66) cf. Widukind. II, 41. Ann. Sang. a. 948. 67) cf. Widuk. III, 11. Ann. Sang. a. 952. 68) cf. Cont. Reg. a. 951.

ere poterant, per totam postea passim Baioariam capti trucidatique sunt. Inter quos [Vita Oud. c. 12.] reges eorum comprehensi, Ratisponae in patibulis suspensi sunt. In ipsa pugna ex nostra parte inter alios multos Counradus[a] dux bellicosus et pius, gener regius[69], et sancti frater[b] episcopi comes[c] Theodpaldus[70] sororisque eius[71] filius Reginbaldus comes, aviae meae Berthae patruus, occubuere[d]. Romae Iohannes XII, qui et Octavianus, papa 133[us] [Cat. pontif.] sedit annis 8, mensibus 4; qui tanti ordinis, heu pro dolor! oblitus, vanitati et spurciciae vitam suam deditus duxit. Mogontiae Fridoricus archiepiscopus decessit, eique [Cont. Reg.] Hatto[72] successit. Heinricus quoque, frater regis, Baioariae dux moriens, filium aequivocum successorem reliquit.

956. Liutolfus dux Italiam hostiliter invasit, fugatoque Beringario et filio eius, [A. Her.] Papia urbe provintiaque potitus est.

957. Liutolfus dux commissa pugna Adalpertum vicit, cunctisque sibi una cum regno [ib.] Italiae subiugatis, ipse eodem anno apud Plumbiam inmaturo obitu vita decessit, et magno multorum luctu Mogontiae sepultus est, Ottone filio adhuc parvulo superstite [Vita Oud. c. 28.] relicto. Et Burghardus[e] Alamanniae[f] ducatum accepit. [Cont. Reg. a. 954.]

958. Alawico[g] Augiae abbate defuncto, Eggehardus abbas 23[us] praefuit annis 15; [A. Sg.] qui aecclesiam[h] sancti Iohannis baptistae formoso inibi artificio construxit. Nonnullis hominibus signa crucis in vestibus apparent[i]. Eberhardus Argentinensis praepositus [A. Her.] cum magno apparatu in cellam sancti Meginradi veniens, ibique regularem vitam instituens, post eius introitum 25. anno ad Dominum migravit.

959. Apud Sanctum Gallum Anno abbas praefuit anno paulo plus uno. [A. Sg. a. 954.]

960. Apud Sanctum Gallum Burghardus abbas praefuit annis 13. [ib. 958]

961. Otto rex filium suum aequivocum ex[k] Adalheide[l] regina regem eligi[m] fecit, et [A. Her.] ipse Italiam cum exercitu petiit. Signum in sole apparuit.

962. Otto rex Romam veniens, a Iohanne seu Octaviano papa imperiali[n] unctione [Cat. pont.] coronatur; ipseque papam pro sceleribus, quae fama de illo vulgabat, arguens, eius corrigere turpitudinem non valebat.

963. Otto imperator natalem Domini Papiae moratus, ipso anno cum propter alia [A. Her.] tum maxime propter papae Iohannis scelera, quae magis magisque infamari audiebat, [Cat. pont.] diiudicanda Romam venit. Quo comperto, idem papa fugiens, Campaniam petiit, ibique in silvis et montibus latitavit. In cuius locum a Romanis et imperatore electus vir venerabilis Leo VIII. papaque 134[us] ordinatus est.

964. Imperator Otto natalem Domini Romae egit. Eoque alias inde Italiae partes [A. Her. Cat. pont.] lustrante, Romani non multo post contra Leonem papam insurgentes, eum neci dare et Iohannem reducere moliuntur. Papa vero fugiens[o] ex urbe, in partes Spoleti ad imperatorem venit, suas illi conquestus iniurias. Cumque iratus imperator Romam infesto exercitu repeteret, mors illi Iohannis scelerati nunciatur, et Benedictus diaconus a Romanis papa postulatur[p]. Abnuente vero imperatore, idem Benedictus eius nominis quintus papa 135[us], nolente imperatore ordinatus, sedit mensibus 2. Et civitas ab imperatore obsessa est, tantaque fame oppressa, ut modius furfuris 30 veniret denariis. Nec multo post, afflictis subactisque Romanis, imperator, dedita urbe traditoque Benedicto, Leonem papam restituit, eique subiectionem et fidelitatem a Romanis sacramento promitti fecit. Qui[73] tamen papa multis postea ab ipsis affectus est iniuriis.

965. Otto imperator natalem[q] Domini item Papiae manens, indeque per montem [A. Her.] Cenerum de Italia rediens, octavam aepiphaniae[r] Curiae egit. Burghardus vero dux Suevorum Italiam hostiliter invadens, Adalpertum pugna victum fugavit, fratremque eius Widonem occidit, et ad imperatorem victor rediit. Ipso anno Brun, Coloniae Agrippinae venerabilis archiepiscopus, frater Ottonis imperatoris, obiit; cuius vita litteris edita [Ruotger] a quibusdam habetur.

a) chônr. 2. b) e. f. 2. c) *deest* 2. d) *reliqua anni desunt* 2. e) burchardus 2. f) d. A. 2. g) lawico 2. h) aeclam 2. *interdum*. i) *reliqua anni desunt* 2. k) et 1. 2. l) adelheide *corr.* adelheida 2. m) elegi 2. n) inp. 2. o) fugens 2. p) postulabatur 2. q) natale 2. r) aepiphaniae *corr.* epip. 1.

69) Cont. Regin. 70) Dilingensis. 71) Liudgardae; v. supra p. 67. 72) immo Willehelmus. 73) *Qui* — *iniuriis* ex Cat. pontiff. unde Zwettlensis codex transscriptus est.

Cat. pont. 966.[a] Romae, defuncto Leone, Iohannes[*] XIII, prius Narniensis episcopus, papa 136[us] in ordine, sedit annis plus minus 7.

A. Sg. 968. Eclipsis[b] solis II. Kal. Decembris[c] facta.

Cat. pont. 969. Hoc tempore Rodfredus[d] comes et Petrus praefectus cum aliis quibusdam Romanis Iohannem papam comprehensum, et in castellum sancti Angeli retrusum, et in exilium demum in Campaniam missum, per 10 vel amplius menses affligunt, donec Roudfredo occiso[e] a Iohanne quodam, Crescentii filio, ad suam sedem vix tandem relaxatus rediret.

ib. 970. Otto imperator Italicas iterum invasit provincias, Romamque veniens, iniurias domni papae graviter in auctoribus sceleris, partim exiliis, partim patibulis variisque poenis et abominationibus vindicavit[f].

Vita Oud. c. 21. 971. Otto imperator cum in Italia moraretur, beatus Oudalricus Augustensis episcopus iam grandaevus et infirmus, cum Romam causa orationis petisset, eum adiit, et episcopatum suum Adalberoni clerico, sororis suae Liudgardae ex[g] Peiere comite filio, ab eo impetravit. Signum quoddam ignei coloris in caelo apparuit.

Cat. Aug. 972. Augiae Eggehardo abbate ob res aecclesiae in paupertatem redactas incusato, et ab imperatore Ottone privato, Roudmannus praepositus abbas 24[us] promotus, praefuit Vita Oud. c. 23. annis 14[h], nimisque abbatiam ditavit. Sinodus apud Ingelenheim ab episcopis collecta est, ibique beatus episcopus Oudalricus et Adalbero, sororis eius filius, transgressionis Cat. pont. canonum accusati, causa sua dicta et excusata, absoluti revertuntur. Romae Benedictus Cat. Sg. papa 137[us] praefuit anno 1, mensibus 10. Apud Sanctum Gallum Notkerus abbas 4 semis[i] annos praefuit.

Vita Oud. c. 24. 973. Cum beatus episcopus Oudalricus apud Dilingam castrum cum Richwino[k] comite, fratris sui Theodbaldi filio, pascha[l] ageret, Adalbero clericus, futurus post eum ut sperabatur episcopus, ibidem flebotomatus[m] subita[n] morte periit, Augustaeque in basilica ib. c. 25. sanctae Afrae ab avunculo suo, episcopo sancto, sepultus est. Ipse beatus episcopus inter alia bona abbatiam Uttenburam, sibi subditam, libertatis privilegio ab imperatore Ottone absolvi impetravit. Otto imperator[73] per ipsum tempus Non. Mai subito mortuus, apud Parthenopolim, quae Magedeburg dicitur, ubi archiepiscopatum summo studio fecerat, Vita Oud. c. 27. sepultus est, et filius eius Otto secundus regni pro eo iura suscepit. Sanctus quoque Oudalricus Augustensis episcopus, longa infirmitate decoctus, anno aetatis 83°, episcopatus vero 50°, feria sexta, 4. Non. Iulii felici obitu migravit ad Dominum, et in basilica sanctae Afrae martiris a venerabili Wolfgango[o] Ratisbonense episcopo tumulatus, c. 28. innumeris usque hodie claret miraculis. Post quem Heinricus Augustae episcopus factus, praefuit annis 9. Purghardus etiam dux Alamanniae defunctus, Augiaeque in capella sancti Erasmi conditus est; et Otto, filius Liutolfi[p], paternum pro eo ducatum recepit.

Otto II. ann. 10.[q]

Cat. pont. 974. Romae Benedictus papa criminatus a Romanis et a Crescentio, Theodorae filio, in castello sancti Angeli custodiae mancipatus, ibique strangulatus est; et eo vivente Bonifacius, Ferrucii[r] filius, papa ordinatus[s], et post unum[t] mensem expulsus, Constantinopolim postea petiit, et Benedictus VII, Sutriae prius episcopus, papa 138[us] ordina- A. Her. tus, sedit annis 9. Constantiae[u] sanctae memoriae Counradus episcopus 6. Kal. Decemb. hac vita decessit, et pro eo Gamenolfus annis plus minus 4 praefuit.

A. Sg. 976. Dissensio inter regem Ottonem et patruelem eius, Heinricum ducem Baioariae, commota est.

A. Sg. 977. Apud Sanctum Gallum Ymmo[v] abbas praefuit annis 8 semis[w]. Qui templum patroni sui pro viribus adornare studuit iuxta disticon illud in arcu aecclesiae scriptum[74]. Vita Oud. c. 28. Discordia inter Ottonem ducem Sueviae[75] et Heinricum Baioariae ducem agitata.

A. Sg. 978. Otto imperator contra Lotharium regem in Gallias duxit exercitum. Heinricus dux Baioariae et alius Heinricus dux[76], Augustensis quoque episcopus Heinricus, rebellan-

a) *a.* 966. *et* 967. *nonnulla circa a.* 1400. *scripta, iam erasa sunt in codice* 1. b) Eclypsis 2. c) *lege* Ianuarii. d) rodfr. *corr.* rŏdfr. 2. e) o. r. 2. f) uindicabunt *corr.* uindicauit 2. g) et 1. 2. h) XXIIII. *eraso iam priore X.* 1. XIIII. 2. i) S *deest* 2. k) ribcwino 2. l) pasca 2. m) fleothomatus 1. 2. n) subito *corr.* subita 2. o) wolfganno 1. p) liuttolfi 2. q) *ita* 1. 2. r) ferocii 2. s) o. est et 2. t) *vox erasa* 2. u) *Quae sequuntur, in Annalibus montis Angelorum ex nostro haustis recte a.* 976. *adsignantur.* v) ymno 1. w) ß 1. W. 2.

73) cf. Widukind. III. 75, 76. 74) „Hoc abbas Immo picturis compsit et auro.“ Casus S. Galli SS. II. p. 150. 75) filium Liutolfi. 76) Carentani dux.

tes imperatori, capti et exilio mancipati sunt, ducatumque Baioariae Otto dux Suevorum accepit. Vita Oud. c. 28.

979. Constantiae Gamenolfus episcopus obiit, eique Gebehardus, nobilis et venerabilis praesul, succedens, 16 annis aecclesiam rexit; qui basilicam sancti Gregorii in ripa Rheni abbatiamque suis ex praediis construxit[77]. A. Her.

981. Otto imperator, peragrata Italia, Campaniam Calabrosque fines cum exercitu ingreditur.*1 cf. A. Her.

982. Greci cum magnis copiis, conductis etiam precio Sarracenis[a], Calabriam contra Ottonem imperatorem defendere aggressi, magnis utrimque viribus pugna[b] conserta[c], primo victi, et deinde nova manu succurrentibus Agarenis[d] victores, totum pene[e] exercitum nostrum perimunt vel capiunt. Ipseque imperator in mari natando fugiens[78], ab hostibus captus, cum non agnosceretur ab eis, ad quoddam castrum maritimum pro precio, ut rogabat, adductus, a suis redemptus est.*2 In eo conflictu nostris infaustissimo inter alios innumeros Heinricus etiam episcopus[f] Augustensis interceptus disparuit; eique Etich[g] in episcopatu successit. Ipso anno Otto dux Suevorum et Noricorum obiit, et post eum Counradus[79] dux Alamanniae factus est, Heinricusque ducatum[h] Baioariae recepit[i]. A. Sg. Vita Oud. c. 28.

983. Otto imperator Romae infirmatus[k], 6. Idus Decembris moritur, ibique honorifice in porticu sancti Petri tumulatur. cf. A. Her.

984. Otto tertius, secundi Ottonis ex Greca coniuge filius, adhuc infantilibus annis rex pro patre, quibusdam primoribus invitis[l], constitutus est, et magna cura educatus summa indole crevit. Romae Iohannes XIV, qui et Petrus, Papiae prius episcopus, papa 139us sedit mensibus 8, eumque Bonifacius, Ferrucii[m] filius, prius relegato Benedicto male ordinatus, de Constantinopoli, quo fugerat, reversus, comprehendit, et in castellum sancti Angeli relegatum, fame et, ut perhibent, veneno enecuit, eiusque sedem 140us papa invasit. cf. A. Her. Cat. pontif.

Otto III. ann. 18.

985. Romae Bonifacius VII.[n] postquam 11 mensibus male invasam sedem occupaverat, subita[o] morte periit, et mortuus, a suis caesus, confossus[p], et triviatim[q] pedibus tractus, vix tandem, clericis miserantibus, humatus est. Augiae Roudmanno abbate defuncto, Witegowo 25tus abbas praefuit annis 12. Apud Sanctum Gallum[r] post Ymmonem[s] Oudalricus abbas praefuit annis 5. A. Her. Cat. Aug. Sg.

986. Romae Iohannes XV. papa 141us sedit annis 10, mensibus 7; qui clericos suos parvi pendens, odio ab ipsis habitus est. Cat. pontif.

987. Fames magna hoc anno facta.

990. Apud Sanctum Gallum Oudalricus abbas et Eggehardus magister doctus obierunt, et Gerhardus[t] abbas factus, praefuit annis 11. A. Sg.

991. Theophanu[u] Greca imperatrix, mater Ottonis regis, nono viduitatis anno obiit. Apud Sanctum Gallum Faillanus, Scottus eruditus, hac vita decessit. ib.

994. Counrado rege Burgundiae mortuo et apud Sanctum Mauricium[v] sepulto, Roudolfus filius, licet ignavus, regium ibi nomen per annos circiter 38[w] occupavit. Sub quo cessante iure, violentia et rapinae in illo regno, ut non facile propelli possint, adolevere, ibique, ut hodie apparet, cum suis complicibus regnum optinuere.

995. Heinricus dux Baioariae obiit, et filius eius ex Gisela, Counradi regis Burgundiae filia, itidem Heinricus, imperator postea futurus, ducatum interim optinuit. Huius soror Gisela Stephano regi Ungariorum, cum se ad fidem Christi converteret, quasi vere iuxta nomen suum fidei obses[80] in coniugium data, elemosinis caeterisque bonis operibus inibi cf. A. Sg.

*1) Otto imperator Neapolim[81] venit. 4. 4b.

*2) Otto imperator apud Calabriam occiso a Grecis et Sarracenis exercitu de navi exiliens, natando aufugit. 4. 4b. *cf. Bernoldum infra.*

a) saracenis 2. b) *deest* 1. c) conferta 1. d) s. A. s. 1. e) v. t. p. *desunt* 1. f) *deest* 1. g) etihc 2. h) ducatumque 2. i) 4b. *hunc annum ut* 3. *habet.* k) infirmus 2. l) inuitus 2. m) verrucii 1. n) VI. 2. o) subito *corr.* subita 2. p) confessus *post corr.* confossus 2. q) triuatim 2. r) *deest* 1. s) ymnonem 2. t) gehardus 1. u) Thephanu 1. v) mauritium 2. w) XXXVIIII. 2.

77) Petershausen. 78) cf. Alpertum SS. III. p. 698. 79) filius Udonis, fratris Hermanni I. Alemanniae ducis. USS. 80) gisel, geissel, theutonice i. q. obses. 81) ubi die 4. Nov. chartam pro Mancillino fideli suo edidit.

intenta consenuit. Constantiae Gebehardus episcopus venerabilis obiit, et in basilica A. Her. sancti Gregorii papae a se constructa sepultus quiescit; eique Lantpertus, habitu et professione monachus, in episcopatu succedens, praefuit annis 23; qui templum sanctae Mariae ex parte diruens ampliavit.

996. Otto rex Italiam cum exercitu petit, sibique rebelles coartavit.

Cat. pont. 997. Otto rex, subactis rebellibus, Italia Romaque potitus[a] est. Et Gregorius V, qui et Bruno, filius Ottonis ducis, papa $142^{\text{dus}}$ ordinatus, et Otto ab eo imperator coronatus est. Qui venerabilis papa canonicam ibi disciplinam reparare satagens, sedit annis 3, Cat. Aug. mensibus 9. Augiae Witegowone abbate privato[b], Alawicus abbas $26^{\text{tus}}$ promotus, Romae A. Her. ab ipso papa consecratus et privilegio donatus est. Counradus Alamannorum dux obiit, et pro eo Herimannus ducatum accepit; qui et ipse filiam Counradi regis Burgundiae, Gerbirgam, in matrimonio habuit; ex qua filium aequivocum tresque filias reliquit.

999. Otto imperator iterum Italiam cum exercitu invisit.

1000. Mortuo in Italia Wideroldo[82], Argentinae aecclesiae episcopo, Alawicus Augiensis abbas episcopus pro eo ab imperatore promovetur, et Werinharius Augiae abbas $27^{\text{us}}$ statutus, praefuit annis 6. Romae quoque defuncto Gregorio papa, Silvester II, qui Cat. pont. et Gerbertus, primo Remorum post Ravennatium archiepiscopus, seculari litteraturae[c] nimium deditus, et ob hoc curioso imperatori admodum amatus, papa in ordine $143^{\text{us}}$ ordinatus, sedit annis 5.

1001.[d] Otto imperator Italiam sibi quaquaversum subditam lustrat. Apud Sanctum Gallum Burghardus abbas praefuit annis 23.

A. Her. 1002.[e] Otto imperator in Italia in castro Paterna anno regni 19. 10. Kal. Febr. inmaturo obitu decessit, et inde asportatus, intestinis Augustae conditis, Aquisgrani sepelitur[f]. Et Heinricus Baioariae dux, assumptis[g] insignibus regni, rex pro eo effectus[h], regnavit annis 23[i].

Heinricus II. imperavit[k] ann. 23.

A. Her. 1003.[l] Heinricus rex Heinricum marchionem[83] sibi rebellantem petens, plurima eius diruit castella. Ernust[84] comprehenditur, Brunone regis fratre et Heinrico vix fuga A. Sg. a. 1002. dilapsis. Argentina a Herimanno duce Alamanniae regi rebellante spoliata, et divinitus in auctores sceleris graviter vindicatum est, et ab ipso duce sacro loco satisfactum.

A. Her. 1004. Heinricus rex per Veronam Italiam cis Padum[m] petens, omnes sibi partium illarum civitates subiecit, Papiam ipsa qua coronatus est die[85] irrumpens, gladio et igne perdomuit. Inde[86], acceptis obsididibus, in Saxoniam reversus, post paucos dies in Sclavos arma convertit, Boemanisque ad pristinam servitutem tributumque redactis, Bolizlaum etiam, ducem Sclavorum Bolanorum, cum tota gente sua subiugavit, et in Saxoniam A. Sg. a. 1002. victor rediit[n]. Herimannus dux Alamanniae obiit, eique filius eius Herimannus puer, omni populo acceptabilis, in ducatu successit.

A. Sg. Cat. pont. 1005. Fames magna facta est. Romae post Gerbertum[o] Iohannes XVI. papa $144^{\text{us}}$ sedit anno 1.

1006. Augiae Werinhario abbate defuncto, fratres Heinricum monachum elegerunt. Sed rex Heinricus eius insolentiam, quamvis ab eo peccunias accepisset, detestatus, fratribusque apud se accusatis infensus, Ymmonem[p] quendam, Gorziensem abbatem, qui et Prumiam ipso tempore tenebat, virum austerum, ipsis invitis praeposuit. Unde nonnullis ex ipsis sponte locum illum relinquentibus, quibusdam etiam ab eo ieiuniis verberibus exilioque graviter afflictis, nobile monasterium in magnis viris, libris et aecclesiae thesauris, grave, peccatis exigentibus, pertulit detrimentum[q]; sicuti Roudpertus monachus nobilis et docte facetus, matris meae patruus, prosa, rithmo metroque flebiliter deplangit[87] Romae Iohannes XVII, qui et Fasanus, papa $145^{\text{tus}}$ ordinatur.

A. Her. 1007. Heinricus rex summo studio apud castrum suum, Babenberg dictum[r], nobilem et divitem episcopatum construxit, primusque ibi hoc anno episcopus promotus est Eberhardus.

a) petitus *corr.* potitus 2. b) *ita* 1. 2. *fortasse* vita *excidit.* c) literature 2. d) in primo (*pro* I, *i. e.* millesimo, primo 1. 2. e) in secundo 1. *deest* 2. f) sepilitur 2. g) assumptus 2. h) *deest* 1. i) mens. V. *addunt* *Ann. Engelb.* k) ī p̄ 2. imp 1. l) in III. 1. *et ita deinceps usque* in XIII. m) panum 2. n) *reliqua anni desunt* 2. o) gebertum 2. p) Himmo monasterii destructor et fratrum expulsor 4. 4b. 5. q) *reliqua anni desunt* 2. r) *deest* 1.

82) Ex Necrologio Fuldensi iam anno priore obiit. 83) Suinfurtensem. 84) Austriae marchio. 85) cf. Thietmar. VI, 5. 86) cf. Thietmar. VI, 8 sqq. et Ann. Quedl. 87) Titulus operis deperditi erat: *De ruina monasterii Augiensis ex incendio.* USS.

1008. Liutolfo viro docto Treverense archiepiscopo defuncto, Megingaudus pro eo archiepiscopus a rege promovetur. Sed Adalbero clericus, reginae Cunigundis germanus, quibusdam faventibus ad archipraesulatum quasi ex regio promisso sibi debitum adnisus, Treverense palatium praesidiis occupat, et cum fratribus suis, Theoderico Metense episcopo et Heinrico Baioariae duce Fridericoque comite[89], adnitente etiam cum aliis multis Gerhardo item comite[90], contra regem rebellavit. Qui tamen omnes a rege post aliquot temporis spacium subacti sunt, et[a] Heinricus ipse Baioariae ducatu privatur. Ipso anno Heinricus rex, cognita tandem post duos annos Ymmonis crudelitate, remoto eo, Bern[b], virum doctum et pium, Prumiensem[c] monachum, Augiae constituit abbatem. Qui gratanter susceptus, fratres dispersos recolligit, et a Lantperto Constantiense episcopo abbas* eius loci $29^{mus}$ consecratus, magna insignis scientia et pietate, praefuit annis 40.

1009.[d] Wolferadus[e] comes Hiltrudem[f], Piligrini et Berhtradae[g] filiam, uxorem duxit, ex qua postea, me Herimanno annumerato, 15 liberos procreavit.

1010. Senior[h] Wolferadus comes, paternus avus meus, vir[i] clemens et iusticiae tenax inter suosque[k] praeclarus, 4. Non. Martii iam senex moritur.

1011. Willigisus Mogontiensis archiepiscopus obiit, eique Erchenbaldus successit. A. Her.
Theodoricus[l], dux partis Lotharingorum, sub ipsa pene praesentia regis a Heinrico, Baioariae dudum duce, et quibusdam Lotharingis captus et abductus est. Quo tamen postea relaxato, Heinricus ipse gratiam regis ducatumque suum recepit.

1012. Counradus dux Carentani, filius Ottonis ducis fraterque Brunonis dudum papae, obiit, et privato filio eius puero Counrado[m], Adalbero[91] ducatum accepit. Herimannus A. Her. A. Sg.
quoque iunior dux Alamanniae defunctus, Ernustum, sororis suae Giselae maritum, successorem accepit.

1013. Romae defuncto Sergio papa, Benedictus VIII. papa $147^{mus}$ sedit annis ferme 12. Cat. pont.
Herimannus[n] ego 15.[o] Kal. Augusti natus sum. Heinricus rex Italiam cum exercitu petit.

1014. Heinricus rex Romae imperiali a Benedicto papa coronatur benedictione. A. Her.

1015. Ernust dux Alamanniae in venatu ab Adalberone comite, feram appetente, cf. A. Her.
sagitta vulneratus interiit, et ducatum eius filius aequivocus, viduam[p] vero Giselam Counradus, filius Heinrici filii Ottonis ducis, futurus postea imperator, accepit[q]. Megingaudus Treverorum archiepiscopus obiit, eique Poppo, vir venerabilis, frater ipsius ducis Ernusti[92], successit.

1017. Godefridus[r], dux partis Lotharingorum[93], Gerhardum comitem[94], Counradi postea imperatoris avunculum, commisso praelio vicit.

1018.[s] Constantiae Lantperto episcopo defuncto, Roudhardus praesulatum accepit, A. Her.
annisque ferme 5 praefuit.

1019. Counradus adolescens, filius Counradi quondam ducis Carentani, auxiliante patruele suo Counrado postea imperatore, Adalberonem, tunc ducem Carentani, apud Ulmam pugna victum fugavit.

1020. Benedictus papa ab imperatore invitatus, Babenberg venit, ibique aecclesiam sancti[t] Stephani dedicavit. Werinharius Argentinae episcopus, auxiliantibus quibusdam Suevis, Burgundiones invasit, et conserto praelio, vicit[u]. Ego Herimannus litteris traditus sum 17. Kal. Octobris.

*) . . locum pene destructum recollectis fratribus recreat. 4. 4b. *cf. a.* 1006.

a) et h. i. b. d. p. *desunt* 2. b) bernhardus *in* 4b. *ter scribitur.* c) prumensem 2. d) *codex* 2 *haec anno* 1010. *adscribit, et quae hic a.* 1010. *leguntur ad a.* 1009. *refert.* e) Wuolferadus 2. f) hiltrudum *corr.* hiltrudam 2. g) berthradę 2. h) *deest* 2. i) *deest* 1. k) suos 2. l) theodericus 2. m) chŏnrado 2. n) h. e. 15. K. A. n. s. *desunt* 2. o) *post* XV *primo* av *scriptum erat* 1. p) *in loco raso* 1. q) *reliqua anni desunt* 2. r) Gotefr. 2. s) *tota annotatio anni* 1018. *deest* 2. t) s. S. ęc. 2. u) *reliqua anni desunt* 2.

89) Mosellano. 90) Videtur esse Gerardus comes Metensis a sancto Henrico a. 1002. renuntiatus, Conradi Salici avunculus. Vid. a. 1017. USS. 91) Comes de Murztal et Afflenz, postea etiam dux Istriae. USS. 92) senioris scilicet, et iunioris seu Ernesti II. patruus. USS. 93) Godefridus III. dux Lotharingiae inferioris. USS. 94) Gerardus comes de Egesheim in Alsatia, cuius filia Adelhaidis Conradi Salici imperatoris mater fuit ex Henrico Franconiae duce. Calmet hist. Lothar. l. 18. c. 69. P. Clement Adelhaidem Gerardi sororem dicit, filiam Eberhardi IV. Nordgaviae seu inferioris Alsatiae comitis, qui hoc modo Conradi Salici iuxta Hermannum vere fuit avunculus. USS.

1021. Terrae motus magnus 4. Idus Mai feria 6. factus. Heribertus, Coloniae Agrippinae archiepiscopus, vir magnae sanctitatis, hac vita decedens, multis miraculis claruit, eique Piligrinus successit. Erchenbaldo quoque Mogontiense archiepiscopo defuncto, Aribo archipraesul efficitur. Post[a] Wolfpotonem quoque Leodicensem Durandus antistes promovetur. Irmendrudis etiam, Bouchaugiensis abbatissa venerabilis, 10. Kal. Martii obiit, eique Abarhild[b] abbatissa successit. Ex quo tempore locus ille magis magisque in deterius defluere coepit. Heinricus[c] imperator in Italiam expeditionem movit[d]. Werinharius, frater meus, Kal. Novembris nascitur.

A Sg. 1022. Heinricus[e] imperator Campaniam petens, Beneventum intravit, Troiam oppugnavit et cepit[f], Neapolim, Capuam, Salernam, aliasque eo locorum civitates in deditionem omnes accepit, et[95] Nordmannis quibusdam, qui tempore eius illô confluxerant, quoddam, ut ferunt, illis in partibus territorium concessit, sicque per urbem transiens A Her. Romanam, victor rediit in Germaniam[g]. Pestilentia in exercitu orta, multos extinxit; inter quos Roudhardus, Constantiae episcopus, et Burghardus, abbas de coenobio sancti Galli, obierunt; et pro his Heimo episcopus annis ferme 4 Theopaldusque abbas 11 A Sg. annis praefuerunt. Notkerus quoque magister et alii praestantes fratres apud Sanctum Gallum decesserunt.

1023. Ratisponae post Gebehardum episcopum, castum virum et singularibus quibusdam moribus et munditiarum ornatusque insueto quodam amore famosum et in divinis officiis nimis studiosum, ab hac luce subtractum, alter item Gebehardus, Augustensis canonicus, successit.

Cat pont. 1024. Romae[i] defuncto Benedicto, frater eius Iohannes XVIII. ex laico papa 148[us] A. Einsid. ordinatus, sedit annis ferme 9. Heinricus quoque[k] imperator 3. Idus Iul. absque filiis diem[l] obiens, apud episcopatum Babenbergensem[m] a se constructum, quem omnium praediorum et thesaurorum suorum reliquerat heredem, in basilica sancti Petri sepelitur. Wippo. Deinde cum Counradus senior, filius Heinrici et Adalheidae[n], et patruelis eius Counradus, filius Counradi ducis ex Mahthilde[o. 96], ad regnum praecipue adniterentur, habito apud villam Kambam[97] principum conventu, senior Counradus rex promotus, et ab Aribone archiepiscopo Moguntiaci unctus est[p] 6. Idus Septembr. Nec multo post uxor eius Gisela a Piligrino archiepiscopo Coloniae regina nihilominus[q] benedicta 11. Kal. Octobr.

A Sg. 1025. Rebellio et discordia multa contra Counradum regem a patruele eius Counrado et Ernusto duce Alamanniae, privigno eius, Welph quoque Suevigena comite et aliis pluribus facta.

cf. A Sg. 1026. Rex Counradus, sedatis ex parte rebellibus, circa tempus quadragesimae cum Wippo. exercitu Italiam adiit, et pascha Vercellis acto[98], totam praeter Luccam, urbem Tusciae, Italiam in Cisromanis partibus sibi subiugavit. — Ernust dux Alamanniae, cum eo ipso anno interpellante matre pacificatus, Campidonensem loco beneficii abbatiam accepit suisque militibus distribuit; nec multo post pravo aversus consilio, iterum rebellavit[r]. Ipso cf. A Sg anno Constantiae Heimo episcopus subita morte pleuresi tactus decessit, eique Warmannus successit annis ferme 8. — Burghardus quoque Campidonensis[s] et Rhenaugiensis Wippo. abbas obiit, eique Rhenaugiae Pirhtilo abbas substituitur. Brun Augustensis episcopus et Welph comes praedis et incendiis inter se mutuo debaccantur.

Wippo A Sg. a 1026. 1027. 1027. Counradus rex, acto Yporegiae natale Domini, in ulteriora progressus, Luccam cum Reginhero[t] marchione in deditionem accepit, Romamque perveniens, à Iohanne papa in die sancto paschae imperator coronatus est. Subactaque Italia tota reversus, in Ala- Wippo mannia aput Ulmam placitum habuit; ibique ad deditionem[u] venientes[v] Ernustum ducem, privignum suum, et Welph comitem cum aliis accipiens, per aliquod[w] tempus exilio deputavit[x]. — Cuiyburg[y. 99], castrum Werenharii comitis adhuc renitentis, aliaque nonnulla rebellium castra capta sunt. — Counradus etiam, patruelis eius, sese imperatori tradens, in exilium nihilominus mittitur. Werinharius Argentinae praesul Constantinopolim ab im-

a) Post — defluere coepit *desunt* 2. b) abarhid *corr.* abarhild 1. c) Heiricus 1. d) *reliqua anni desunt* 2. e) Henricus 2. f) coepit 2. g) *reliqua anni desunt* 2. i) Romae — ferme IX. *desunt* 2. k) *deest* 2. l) *deest* 2. m) ba *deest* 1. n) adelh. 1. o) mathilde 1. *ita et infra.* p) *reliqua anni desunt* 2. q) nichilominus 1. *saepius.* r) *reliqua anni desunt* 2. s) campadonensis 1. t) regenhero 2. u) addecionem 1. v) *deest* 1. w) aliquot 2. x) *reliqua anni desunt* 2. y) Cuyburg 1.

95) *et — concessit* haud leguntur in Ann. Sang. 96) Hermanni II. Alemanniae ducis filia. USS. 97) Inter Moguntiam et Wormatiam, Wippo. 98) *et p. in V. a.* desunt in A. Sang. 99) Kiburg.

peratore legatus dirigitur, ibique insequenti anno defunctus, Willihelmum successorem accepit. Hiltegart Bouchaugiae abbatissa efficitur.

1028. Heinricus, filius imperatoris, Aquisgrani in die sancto paschae rex a principibus [A. Sg. Wippo.] cunctis adhuc puer electus, a Piligrino Coloniense archiepiscopo unctus est.

1029. Imperatore Ratisponae paschale[a] festum agente, Brun Augustensis episcopus[b], [Wippo.] summus symmista eius, vita inibi decessit, Augustaeque in coepta sancti Mauricii sepultus basilica, Eberhardum accepit successorem.

1030. Ernust dux cum exilio relaxatus ducatum suum recepisset, pravorum consilio [cf. A. Sg.] usus, et denuo imperatori refragatus, ducatu privatur, et frater eius iunior Herimannus [Wippo.] dux Suevorum efficitur. Counradus[c] imperator, iam dudum inimicitiis[d] cum Stephano Ungariorum rege conflatis, Pannoniam petiit, et quantum fluminibus et paludibus non obstantibus poterat, Rabam usque[e, 1] devastavit[f]. Interim in Alamannia cum Ernust, dudum [Wippo.] dux, eiusque complices, parvis viribus contra imperatorem agitantes, praedis circa silvam Martianam[2] populares infestarent, a Manegoldo comite[3] ex[4] Augiensi milicia observati, et 16. Kal. Septembr. conserto praelio victi sunt. Ipsoque Manegoldo ibidem perempto, Ernust, pridem dux, et Werinhere comes, caput rebellionis, Adalbertus[f*] quoque et Werin, nobiles milites, cum aliis ciciderunt; et Ernust Constantiae, Manegoldus vero Augiae sepulti sunt. Burghardus, Augensis monacus, Ratisponae aput Sanctum Emmerammum abbas promovetur.

1031. Pax cum Stephano rege Ungariorum redintegratur. Aribo, Mogontinae[g] sedis [Wippo. a. 1030.] archiepiscopus, Romam orandi gratia petens, hac vita decessit; eique in archipraesulatu Bardo, vita et habitu monachi venerandus[h], successit.

1032. Roudolfus, ignavus Burgundiae regulus, obiit, et diadema eius regnique insignia [cf. A. Sg. 1032. 1033. Wippo.] Counrado imperatori per Seligerum allata sunt. Imperatoreque ipsis diebus contra Misiconem, Sclavorum qui Boloni[i] vocantur regem, exercitum ductante, Odo, sororis eiusdem Roudolfi filius, princeps Gallicae Campaniae, regnum Burgundiae invasit, captisque[k] Nuenburg[l] et Murtena castris, sua in eis praesidia inposuit.[m] — Bern Augiae abbas, missis Romam coenobii sui privilegiis, a papa Iohanne item privilegium cum sandaliis, ut episcopalibus indumentis missas ageret[n], accepit[o]. Unde permoto Warmanno Constantiense episcopo, aput imperatorem quasi sui pervasor officii et honoris accusatus, eo usque ab utrisque coartatur[o*], donec idem[p] cum sandaliis privilegium ipsi episcopo traderet, publice in synodo sua, id est in coena Domini sequentis anni incendendum. Ipso anno Bouchaugiense[p*] coenobium 2. Idus Ianuar. incendio flagrat. Bertha, avia mea, femina satis religiosa, 23. viduitatis[q] anno, 11. Kal. Ianuar. decessit.

1033. Imperator post natalem Domini Burgundiam petiit, Murtenam obsedit; sed im- [A. Sg. Wippo.] pediente hiemis[r] algore, nihil[s] inibi se dignum potuit efficere. Unde rursum aestate ipsam Odonis provinciam Gallicam invadens Campaniam, praedis et incendiis devastavit, donec ipse Odo supplex ad eum veniret, et clementer susceptus, satisfactionem, licet ficte, promitteret[t]. — Romae defuncto Iohanne, Benedictus IX, qui et Theophilactus, papa 149[mus] ordinatus, licet indignis[t*] tanto ordini moribus et factis, sedit annis plus 12. Eclipsis solis 3. Kal. Iul. circa septimam diei horam facta. [Cat. pont.]

1034. Imperator iterum Burgundiam cum magnis petens[u] copiis, omnia cis Rodanum castella subiecit, Murtenam diruit, Genvensem urbem intravit, Lugdunensem[v] archiepiscopum [cf. A. Sg. Wippo.] Burghardum[5], hominem genere nobilem et strennuum, sed per omnia scelestum et sacrilegum, cum multis aliis principibus in dedicionem accepit, subiugatoque Burgundiae regno, rediit[w]. — Ipso anno Warmanno Constantiense episcopo mortuo, frater eius Eberhardus [A. Sg.]

a) pascale 1. b) *post* summus *distinguit* 1. c) chōnr. 2. d) inimiciis 1. 2. e) *deest* 1. f) *reliqua anni desunt* 2. f*) adelb. 1. 2. *saepius.* g) mogontię 2. h) uenerandi 1. i) bolani 2. k) captis multis castris sua 2. l) nuenbug 1. m) *reliqua anni desunt* 2. n) *vox deest* 1. *habetur* 3. o) *bis scripta, semel deleta* 1. o*) choartatur 1. p) cum — id est *desunt* 1. *ex Bernoldo supplenda.* p*) bocaug. 1. q) uiduatis 1. r) hiems 1. s) nichil 1. t) *reliqua anni desunt* 2. t*) *ita c.* u) epetens 1. v) ludun. 1. w) Ipso — praefuit annis *desunt* 2.

1) *circa Fisca* A. Sang. 2) Nigra silva, Wippo. 3) Manegoldus iste comes Veringensis fuisse videtur, Wolferadi senioris sive frater sive filius. Suadet id locus sepulturae Augia. USS. Rectius V. Cl. Stälin hist. Wirtemb. I, p. 553. n. 9. eum comitem de Nellenburg dicit. Cf. chron. Einsidl. ap. Neugart episc. Constant. p. 342. 4) Hinc inde noster nonnulla fusius quam Annales Sangallenses narrat. 5) *post multas perpetratas nequitias captus a militibus imperatoris, perpetuo est condemnatus exilio*, Rodulphus Glaber hist. L. V. c. 4.

succedens, plus 12 praefuit annis.*1 Meginhardo[a] quoque praesule Wirzeburgense[b] defuncto, Brun, patruelis imperatoris, filius scilicet[c] ex Mahthilde Counradi ducis, episcopatum die paschae[d] accepit. Apud Sanctum Gallum etiam Theopaldo abbate decedente, Nordpertus successit. Pagani Sclavi, Leutizi dicti, Saxoniae terminos infestant.

A. Sg. Wippo.

Apr. 11. peratore in Saxonia apud Merseburg commanente, cum rege Danorum pascha egit, ipsisque diebus Counradum[m] Baioariae ducem, cui iam prius infensus erat, incusatum, quorundam principum iudicio ducatu privavit. Quo tempore regni tam primores quam inferiores contra imperatorem magis magisque mussitantes, iam dudum eum ab inchoatae iusticiae, pacis, pietatis, divini timoris, multimodaeque virtutis tenore, in quo de die in diem debuerat proficere, paulatim ad quaestum et incuriam quandam deficere, multumque se ipso deteriorem fore, causabantur. — Altdorfense coenobium igne consumitur. — Domnus papa, habita Romae[n] post pascha synodo[o], contra Nordmannos, ut proposuerat, exercitum movit. Cumque illi pacem petentes subiectionem servitiumque ipsi promitterent, et quaeque prius iniuste sibi usurpantes invaserant, eius beneficio gratiaque retinere velle se dicerent, idque papa abnegans vi et iniuria raptas[p] res sancti Petri reposceret, eosque perperam pervaso cedere loco iuberet: illi, quia numero longe praestabant, quasi rem impossibilem sibi propositam refutantes, se potius bello obviam ituros, armisque adquisitam patriam, armis defensuros vel morte occubituros denuntiant. Sicque 14.
Iun. 18. Kalend. Iul. valida pugna confligentes, prima acie a Theutonicis[q] pene victi sunt. Sed succenturiatis copiis ex insidiis nostros circumvenientes, Italis citius terga vertentibus, Theutonicisque[r] maxima ex parte, sed non inulte, occumbentibus, occulto Dei iudicio — sive quia tantum sacerdotem spiritalis potius quam pro caducis rebus carnalis pugna decebat; sive quod nefarios homines quam multos, ad se ob impunitatem scelerum vel questum avarum confluentes, contra itidem scelestos expugnandos secum ducebat; sive divina iusticia alias, quas ipsa novit, ob causas nostros plectente — quamvis nimis[s] cruentam hostes adepti sunt victoriam. Ipseque domnus[t] papa in quodam ab eis castello

a) princibus 2. b) p 2. c) tradididit 2. *ubi* Cumque — delegavit *desunt.* d) tempestate *addit corrector* 2. e) et — auxiliabatur *desunt* 2. f) ab 2. g) uxores 4b. h) egit 2. i) liberandus *corr.* l—dos 2. k) Secuti — consumitur *desunt* 2. l) obnoxias 4b. m) conradum *ed.* n) *deest* 4b. o) sinodo 2. p) ruptas 2. q) heutonicis 2. r) que *deest* 4b. s) nimiis 2. t) dominus 2.

obsessus, cum, expugnata iam iamque munitione, necessitate coactus, communionem eis prius interdictam reddidisset, acceptus ab eis, Beneventum, cum honore tamen, reductus est; ibique tempore aliquanto detentus, nec redire permissus. — Et hoc et superiore anno frugum penuria facta est non modica. — Werinharius[a], frater meus, Augiensis monachus, admodum[b] doctus et religioni vere deditus iuvenis, cum alio monacho Liuthario, studio vitae perfectioris flagrans, peregrinationem clam pro Christo adgreditur, literis tamen[c] remissis licentiam abbatis postulans et impetrans. Et sequenti tempore Richardus Renaugiensis abbas, et Heinricus item Augiensis monachus, hoc exemplum secuti, relictis omnibus, idem propositum adgrediuntur. — Imperator Heinricus magno aput Triburiam conventu habito, filium aequivocum regem a cunctis eligi, eique post obitum suum, si rector iustus futurus esset, subiectionem promitti fecit. Ad quem conventum cum Counradus, dudum Baioariae dux, venire nolens, cum expeditis militibus regi rebellare moliens, Ungariis se adiungere temptasset et Carentani fines invasisset, quibusdam inibi, quae[d] prius habuerat, possessionibus suis ab[e] imperatore privatus est, eas quasi legaliter acquirente. Ibi etiam legati Andreae regis Ungariorum pro pace pactoque missi[f], cum, suffragante Ratisponense episcopo, inmensam pecuniam suaeque provinciae partem, et ad expeditiones imperatoris[g] omnes, praeter Italicam, suos ituros promitterent eaque[h] omnia regem suum impleturum sacramento promitterent, imperator ea se accepturum fide data spondens, eos remisit[i]. — Hadamuta[40] de Niunburgo[k] abbatissa venerabilis, quae locum suum, prius pene dilapsum, intra et extra laudabiliter recuperatum in optimum deduxerat statum, aliam pro se designans, et sororibus pie admonitis ultimum vale dicens, 4. Kalend.[l] Novembr. feliciter o utinam! decessit. Hazilinus[m] etiam, Babinbergensis episcopus infamis, moriens locum dedit. — Per idem tempus Counradus dudum dux, ab Andrea rege Ungariorum gratanter susceptus, ei, ne allegatum cum imperatore foedus perficeret, dissuasit, et auxilio eius quandam Carentani partem, quorundam etiam primatum, qui eam possidebant, machinatione aliis expulsis primoribus, invasam cepit. Imperator vero in Baioariam veniens, ducatum eiusdem provinciae filio suo aequivoco tradidit.

## 1054.

Sicque in eadem commorans provincia, natalem Domini in villa Otinga egit, ibique Babinbergensis aecclesiae praesulatum consobrino suo Adalberoni donavit. Deinde habito Ratisponae colloquio, per Alamanniam transiens, et furibus infestus, nonnulla eorum conventicula exuri iubens, Turegi quadragesimam inchoavit, et per ripales Rheni Febr. 20.
urbes paulatim descendens, Mogontiae paschale[m'] festum celebravit. Ubi Theodpaldus, filius Apr. 3.
Odonis[n], ad eum de Galliis veniens et miles eius effectus, auxilium suum illi pollicitus est. — Domnus papa, cum aput Beneventum divino intentus[o] servicio diu demoratus, tandem instante paschali tempore Romam aegrotans reversus esset, invalescente in dies languore, glorioso exitu, cunctis prius benedicens et ammonitis valedicens, sanctoque Apr. 16.
Petro peccata sua confessus et devote se illi commendans, 16. Kalend. Mai obiit, et in basilica sancti Petri iuxta sepulchrum sancti papae Gregorii sepultus, miraculis claruisse memoratur. — Gotefridus[p] dux[q] iterum contra imperatorem tyrannidem invasit, Italiamque latenter adiens, Beatricem, Bonifacii quondam marchionis viduam, uxorem accepit. Balduinus[r] imperatori rebellat.

EXPLICIT CHRONICA HERIMANNI[s].

a) Vuerrinharius 2. b) *deest* 2. c) *deest* 4b. d) *ita* 2. *ed.* e) *deest* 2. f) *deest* 4b. g) *deest* 4b. h) *e corr.* 2. i) Hadamuta — dedit *desunt* 2. k) nuinburgo 4b. l) Cal. 4b. m) *ita* 3. 5b. hazelinus 4b. hacilinus 5. 5*. m') pascale 2. *et infra.* n) theodbaldus othonis 4b. o) inuentus 2. p) Gotefridus — rebellat *desunt* 2. q) *deest* 4b. *adest* 5. r) B. i. r. *recepi ex* 3. 5. *qui haec Herimanno adscribunt.* s) *ita* 2. HUCUSQUE CHRONICA HERMANNI. ABHINC BERCHTOLDUS 5. 5*.

40) quarta abbatissa parthenonis Neoburgensis prope Ingolstadium circa ann. 1007. ab Heinrico II. imp. extructi. USS.

# LAMBERTI HERSFELDENSIS ANNALES

## EDENTE V. CL. LUD. FRID. HESSE*

SER. PRINCIPI SCHWARZBURGENSI A CONSILIIS AULICIS ET TABULARIO PUBLICO.

*De Lamberti patria nihil certi constat. I. Chr. Krausius*[1] *eum transrhenanum ortu et fortasse Leodicensis disciplinae alumnum fuisse, suspicatur:* 1) *ex nomine Lamberti, quod Lotharingiae inferiori sive terris Mosanis fere peculiare fuerit,* 2) *ideo, quod Francogallorum et Walonum more vocabula exprimat, ut Heschenewege pro Eschenwege, Boto pro Bodo, Ellenburc pro Nellenburg;* 3) *quod in rebus Lotharingiae inferioris et Flandriae describendis copiosior sit. Sed haec argumenta ad rem, quam spectant, probandam, non sufficiunt. Nam ad primum quod attinet, nomen illud alias etiam terras, ut Thuringiam, habitantibus familiare fuit, ita ut eodem iure scriptor ad comites Gleichenses, quorum maioribus id usitatum fuisse scimus, referri posset; deinde non liquet, Lambertum ipsum hanc talium vocabulorum scribendi rationem sequutum esse, quum codices a nobis collati in iis varient; denique in rebus istarum regionum etiam propterea quod magni momenti esse et memoria dignae viderentur, enarrandis diutius haerere et morari potuit.*

[*Neque maioris eorum habenda est opinio, qui Lambertum Schafnaburgensem sive Aschafnaburgensem dixerunt ipsumque in hac Franconiae urbe natum fuisse statuerunt; quum nonnisi locus a.* 1058.[2] *depravatus et male intellectus huius opinionis ansam dederit. W.*]

*Lambertus non a puero in monasterii cuiusdam umbra et solitudine latuisse, sed, antequam Hersfeldiam se conferret, in vitae publicae luce et hominum frequentia versatus, ingenii animique, quas a natura fautrice nactus erat, facultates iam tum diligenter excoluisse, et intima cum optimis Romanorum scriptoribus familiaritate contracta, purum et elegans dicendi genus, quod in eo laudamus, consequutus esse videtur. Nec tamen negari potest, has virtutes assiduis, quae otio monastico fruens, latinae Linguae impendit, studiis, auctas et confirmatas eumque eo potissimum tempore libros sacros, quorum cognitione non leviter tinctus, sed totus imbutus est, diurna nocturnaque manu tractasse.*

*Hersfeldia literarum studiosis optimam in iis proficiendi praebebat occa-*

*) Quum iis quae V. Cl. Hesse de fontibus Lamberti et subsidiorum ordine et auctoritate scripserat, nonnulla pro instituti nostri ratione addenda essent, eius rei curam Waitzius suscepit, cuius observationes, lectorum commodo consulturus, praefationi sigla eius addita inserui. PERTZ.

1) in editionis suae praefat. p. XII. sq.

2) pro *Ascafnaburg* in editionibus antiquis *a Scafnaburg* legebatur; unde primus L. Schradinus eum Schafnaburgensem dixit; quod omnes, etiam loco illo a Struvio emendato, repetivisse, non satis mirari possum. W.

*sionem. Ea enim inter scholas monasteriis adiunctas et per Germaniam fama celebres saeculo XI. fere principem tenebat locum. Albuinus huius scholae primum magister, postea eius loci praepositus, denique Magdeburgensis abbas a Conrado imperatore mense Ianuario a.* 1035. *constitutus, ob insignem, quam sibi comparaverat, philosophiae scientiam memoratur*[3]. *Maxime frequentata et ad summum perfectionis gradum evecta est Meginhero abbatiam regente, quod ex ipsius Lamberti testimonio compertum habemus*[4]. *Bibliotheca etiam eiusdem instructissima, Lamberto patens, libros bonae notae cognoscendi et in usus suos convertendi dabat occasionem. Sane dolendum est, ne minima quidem eius vestigia nostris temporibus esse reliqua, sed omnes eius thesauros aut periisse aut alio translatos et in diversas regiones esse dissipatos.*

*Anno* 1058. *Lambertus, iam adultus, et, si Frischii*[5] *coniecturae fides est, intra annos* 1034—1038. *natus, accessit ad monasterium Hersfeldense, allectus fama et religione Meginheri abbatis, cuius amore tantopere captus est, ut quoties in commentariis suis sermo in eum incidit, grata mente eius recolat memoriam, virum eum appellans „magnarum in Christo virtutum et vere unicum suae aetatis in Teutonicis regionibus recte et monastice vivendi exemplar." — Eo ipso etiam anno in ieiunio autumnali per Liutpoldum, Moguntinensem archiepiscopum, sacro presbyteri munere solenniter Aschafnaburgi est initiatus. Quo facto et rei familiaris, quam fortasse non tenuem sed satis amplam administrabat, cura, ne in via praegravaretur, abiecta, statim Hierosolymam, quo iam tum magnus hominum numerus ex Germania aliisque Europae terris tendere religionis causa solebat, profectus est, zelo Dei, sicut ipse dicit, „sed utinam secundum scientiam"*[6]. *Quo in itinere, quod Meginhero inscio et invito susceperat, nulla magis sollicitudine angebatur, quam quod abbatis animum hac de causa alienatum a se sibique infensum putabat; qui si ante reditum suum obiisset; neque in eius conspectum redeundi et culpae veniam petendi sibi oblata esset facultas, magni criminis reum se censebat. Quod eum ad iter ita accelerandum impulit, ut, qui diem natalem Domini a.* 1058. *Marowae in confinio Hungariorum et Bulgariorum celebravit, anno proximo,* 1059. 15. *Kal. Octobr. (d.* 17. *Septembr.) in illius antistitis amplexibus haereret; quam felicitatem sibi divinitus tributam verbis, constantis et sincerae erga illum reverentiae arctissimique quo inter se iungebantur amicitiae vinculi testibus, praedicat. Sed eius consortio et convictu diu frui non licuit; abbas enim eodem anno et mense (d.* 26. *Septembr.) ad superos abiit.*

*Meginherum in abbatia regenda sequutus est Ruthardus, vir, Lamberto auctore*[7], *„in sacris scripturis apprime eruditus et sic ad loquendum expeditus, ut nemo illa aetate verbum Dei copiosius, nemo subtilius, nemo elegantius tractaret, alias in observatione sanctae regulae paululum, quam mores et tem-*

3) vid. Lambert. ad. h. a. et Ann. Hildesheim. ad ann. 1034. SS. T. III. p. 99. et ad a. 1035. p. 100. cf. Mabillon Ann. Ord. S. Bened. T. IV. p. 407.

4) Hist. Hersf. Cf. Pauli Langii verba in Chronico Citizensi (vid. Pistorii SS. ed. Struv. T. I. p. 1129.), fortasse ex eadem repetita: *Lampertus monachus et nobilis historicus . . scribit in haec verba: „Quid dicam de ludo scholari? ubi adeo circa illud tempus studium flagrabat, ut ex aliis etiam monasteriis quoscunque festivae spei tirunculos discendi causa illo transmitterent, et mater Herveldia ubique odorem noticiae suae diffunderet nobilitate filiorum in laribus philosophiae a tenero, ut aiunt, ungue observatorum (obversatorum?)"*. Exempla aliorum huius monasterii abbatum doctorum et literis faventium praebent Rommel hist. Hass. T. I. annotat. 104. p. 116. et Piderit hist. Hersfel. p. 10.

5) p. 3. commentationis postea laudandae.

6) quibus verbis Flacio Illyrico, (qui in Catalogo testium veritatis ed. ex typographia Ant. Candidi. Lugd. 1597. 4. T. II. p. 395 sqq et editionis, quae ex officina Ioa. Stoer et I. Chouet 1608. fol. prodiit p. 1334—1336. de eo agit) istarum peregrinationum studium damnare videtur.

7) a. 1059. 1073. 1074.

*pora expeterent, remissior erat.“ Ab hoc abbate quaedam negotia in aliis locis divino cultui sacratis peragenda nostro commissa sunt, qui eum anno* 1071. *in monasteria paulo ante ab Annone, Coloniensi archiepiscopo, rigidioris disciplinae patrono, omne studium ad eam, quae hoc tempore collabi coepit, emendandam et pristinae restituendam integritati conferente, fundata Sigebergense et Salfeldense, delegavit, ut novum vitae monasticae ordinem in iis institutum cognosceret et de eo ad suos referret. Quo munere ita functus est, ut virum sapientem decet, non admirantem, quae vulgus stupere solet, nec nova propter novitatem despicientem, at illud tamen vitae genus, cui nescio quid sanctitatis inesse arbitrabantur, minime probantem. Maius, quam cui sustinendo pares essent vires humanae, onus sibi imposuisse censet istos monachos, neque esse, quod, sui dummodo tenaces propositi et paternae virtutis studiosi esse vellent, vitae normam a Benedicto acceptam immutarent.*

*Quibus tamen negotiis bellique circa monasterium Hersfeldense saevientis strepitu vir, liberales artes amans earumque studio innutritus, non impediri se passus est, quominus otio ab illis sibi relicto ad libros componendos uteretur.*

[*Res enim gravissimae, quae tunc per totam Germaniam gerebantur, praesertim vero Saxoniae Thuringiaeque fines agitabant, Lambertum, quamvis „scientia se ad has describendas minus idoneum“ putaret, ut quae memoria digna essent oblivioni eriperet, accendebant. Et primum carmine heroico metro scripto id efficere conatus est, eodem modo quo plerosque medii aevi scriptores in versibus componendis studiorum tirocinium posuisse videmus. Quod opus, etsi auctor, ut* 8 *ipsius verbis utar, in versibus plurima falsa pro veris scripsisse accusaretur*[8], *deperditum esse, non possumus quin doleamus.*

*Postea monasterii sui historiam scribendam aggressus est, quod ex floren-* 9 *tissimo statu iam ad penuriam fere redactum fuit*[9], *et eo praesertim tempore sub abbatibus strenuis et probis, si non pristinae dignitatis recuperandae studio flagrabat, certe eius memoriam tum gaudio tum dolore renovabat. His annis cum episcopis Halberstadiensi et Moguntino de decimis litigabat, hoc tempore rex Heinricus id saepissime visitabat, in eius finibus castra ponebat ibique cum principibus Saxonicis modo hostiliter modo ad pacem componendam conveniebat. Regina a.* 1074. *in ipso monasterio filium peperit, quem abbas Hartwigus et alii plerique fratres Hersfeldensis coenobii de sacro fonte* 10 *susceperunt*[10]. *Quae res quum ultima sit, cuius in hoc libro mentio fiat, et Lambertus vivo Annone archiepiscopo, qui a.* 1075. *obiit, se scripsisse testetur, eum anno* 1074. *hoc opus composuisse putarim. De cuius consilio ipsum audiamus:*

INCIPIT PROLOGUS IN LIBELLUM DE INSTITUTIONE HERSVELDENSIS ECCLESIAE[a].

Ihesu dormiente, navis periclitatur ecclesiae. Pugnant inter se venti in mari magno, Dan. 7. et nullus Daniel invenitur qui oret pro populo. Immo non praevalet Daniel, nisi adversus principem Persarum precibus eius resistentem archangelus praelietur Gabriel. Ezech. 2, 8. Vere etenim, vere domus Israel domus est exasperatrix, et iniquitas eius magna est nimis. Idcirco dedit Dominus potestatem mucroni suo, ut vadat ad dextram sive ad 21 1–6. sinistram, quocumque faciei eius est appetitus. Quapropter ingemiscat Ezechiel, et ingemiscat in contritione[b] lumborum, ut non faciat Dominus consumationem Israel. Dicat etiam ad Zach. 1, 12. Dominum angelus, qui loquitur in Zacharia: *Domine Deus exercituum, usque quo tu*

a) de quo excerpta quedam hec sunt *add. c.* b) *e corr. c.*

8) Hist. Hersfeld. prol. infra p. 137. 9) cf. praeter ipsum Lambertum epistolam a Hersfeldensibus ad regem Boemorum datam ap. Pez Cod. dipl. epistol. p. 292. 10) Ann. a. 1074.

*non misereberis Iherusalem?* ut ab angelo, qui stat inter mirteta, mereatur audire verba bona, verba consolatoria. [Zach. 1, 13.] Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum, [Ier. 9, 1.] ut, etsi deflere non sufficio mala quae fiunt in ecclesia, lugeam saltem die noctuque filiam Babilonis miseram, matrem scilicet meam Herveldiam, multis miseriis et calamitatibus filiam confusionis factam? Cuius dum recordamur pulchritudinis, quasi super flumina Babilonis sedemus et flemus, quod, ut verum fateamur, peccata nostra et iniquitates patrum nostrorum post tantam pulchritudinem[a] confusionem ei modernae pepererint foeditatis. Denique, ut post dicemus, haut difficile est dictu, quantum brevi adoleverit diviciis, magnitudine, gloria, cum praecipue studiis beati Lulli Magontiacensis archiepiscopi[f], qui ei aedificandae manum iniecerat, tum favore ac liberalitate nobilium virorum atque feminarum, tum frequentia monachorum nobiliter ibidem in castris Domini militantium, quorum numerus iam tum excreverat usque ad centum quinquaginta. Tantam siquidem ei contulerat foecunditatem, qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum laetantem. At nunc effoeta et exhausta, immo vero ideo effoeta quia exhausta, ingemiscit et parturit[b] usque adhuc, [Rom. 8, 22.] et non est virtus parturiendi[c] propter violentiam praedonum, qui ei nihil reliqui fecerunt praeter parietes et saxa. „Memento, Domine, filiorum Edom, qui dicunt: Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea.“ [Psalm. 136, 7.] Ob quod suggestioni eorum, pravae conspirationi, rei publicae atque ecclesiasticae paci contraire, assentiri periculosum ducimus. Maximam autem violentiam patimur ab his, qui defensores esse debuerant ecclesiae nostrae, quorum officium erat ex adverso adscendere et murum pro domo Israhel opponere, qui, ut sufficerent pro castris Domini stare et praeliare bella Domini, ecclesiae sunt opibus locupletati. Sed avaritia cum inferno numquam dicit: Sufficit. [Prov. 30, 15.] Etenim acceptis, quae iure illis advocaturae competunt, beneficiis, una etiam, quae in nostros usus illis patrocinantibus debebantur, vindicant instinctu avaritiae, et devorant plebem tuam, Domine, sicut escam panis, [Psalm. 13, 4.] nihil agentes de nostra salute, eo quod nostrae professionis non sit iniuriae obviam ire. *Sed mihi vindictam, et ego retribuam*, [Hebr. 10, 30.] dicit Dominus, et: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi meam.* [Zach. 2, 8.] — Nunc iam tempus flagitat, quid hoc sibi velit exordium, exponi. Scribere disposui non ostentandi sed exercendi causa ingenii, nec scientiae quae inflat sed caritatis gratia quae aedificat, [1. Cor. 8, 1.] quaecumque ad animum recurrunt eorum, quae olim me contigit super statu monasterii nostri vel legisse vel a probatissimis viris audisse, quaeque etiam ipse expertus sum, sedens cum Iheremia et flens casum et, ut ita dicam, excidium patriae meae. Ad quod studium me dormitantem vestra, si recolit, paternitas[10] saepenumero excitare curavit; sed timidum me filiumque diffidentiae tandem ad audendum perpulit laeta cuiusdam Fuldensis abbatis historia subtiliter memoriae commendata; quamquam nec ea facundia nec ea mihi copia suppetat, tam subtiliter enarrandi res, partim oblivione partim temporum prolixitate procul a memoria relegatas, et ideo absque ambiguitate minus auctoritatis habituras. Ad hoc me accendunt studia rerum moderno tempore gestarum, quamquam sciam me ad has describendas minus idoneum. Quas tamen plerasque pro opibus ingenioli mei heroico metro strictim comprehendi. Sed quoniam relata ab aliis, ab aliis refelluntur, et in versibus plura[d] falsa pro veris scripsisse accusor, in hoc genere stili manifesta transcurrere, dubia ne attingere statui. Vestri solius, pater mi, in hoc opusculo expecto iudicium. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. [Psalm. 140, 5.] Surge, pater mi, et comede[e] de venatione filii tui, ut, si faucibus tuis fuerunt dulcia, benedicat mihi anima tua[f]. [Gen. 27, 19.]

*Fuldensem, quam Lambertus laudat, historiam eandem putarim quam Trithemius a Megenfredo magistro conscriptam esse sibique multa notatu digna suppeditasse dicit*[11], *nisi Lambertus hoc loco abbatem auctorem nominaret.* 11 *Certe utrumque opus nos latet, neque Lamberti historia temporum iniuriam integra evasit, cuius epitomen tantum a monacho quodam Hamerslebensi*

a) pulcrit. c. *hoc loco.* b) perturit c. c) pturienti c. d) plu'a in c. e) commede *cod., cuius orthographiam etiam alibi leviter correxi.* f) *infra rubro atramento scriptum est:* Tempore Karoli Magni fundatum est id templum Herveldie per sanctum Lullum archiepiscopum Maguntinum, qui successit sancto Bonifacio martiri et eius loci episcopo.

10) Abbatem alloqui videtur. 11) Chron. Hirsaug. I. p. 128. 153. cf. quae dixi Mon. SS. IV. p. 543. n. 2 W.

12 *factam*[12] *superstitem gaudemus, qui praefationem et primi libri initium satis
fideliter excepisse videtur. W.]. Reliqua ab inepto epitomatore truncata
et mutilata tam deformi habitu ad nos pervenerunt*[13], *ut vix Lamberti agnoscas
manum, et locos, qui ab aliis scriptoribus inde petiti esse videntur*[14], *frustra
apud istum quaeras. Hoc saltem patet, plures libri a Lamberto conscripti
codices in Germaniae bibliothecis extitisse, quem si integrum haberemus, multo*
15 *firmiorem sententiam ferre possemus de eius pretio, quod Wenckius*[15] *minimum
esse statuit: Lambertum, inquiens, ne initia quidem sui coenobii recte ad
annum* 736. *retulisse, et si literas in tabulario eius reconditas inspicere voluisset, multo diligentius et uberius res prioribus temporibus ibi actas singulaque
eius fata narraturum fuisse, excusandum tamen quodammodo, quod tunc non
tam facilis fuerit talium monumentorum usus, ut scriptores ad eorum adyta*
16 *penetrare et materiam libris suis aptam promere inde possent*[16]*; denique scriptorem ipsum suam rerum Hersfeldensium inscitiam palam confiteri*[17], *quam
etiam, plures Hersfeldiae abbates omittendo, aliis falsos regiminis annos tribuendo, saepe prodat, qui errores ex literis tabularii nostro adeo tempore
servatis commode emendari potuissent. Ceterum index horum antistitum, quem
libellus iste exhibet, eos tantum complectitur, qui in altero Lamberti scripto,
de quo iam dicturi sumus, memorantur, eodem se ordine excipientes*[18]

*Nihilominus opus, in quo quaedam de saeculi XI. historia notatu digna*
19 *referuntur, a Madero*[19] *ex codice Guelferbytano editum, ex eodem nobiscum
a V. Cl. Schoenemann communicato — chartaceus est saec. XVI. inc. iam
cod. Aug. 76. 30. notatus, et foll. 25—27. libellum nostrum continet — infra
exhibendum duximus*. W.*]

*) EX LIBRO I[a].

Sancto Bonifacio Mogontiacensi episcopo per martirii gloriam consummato, beatus Lullus, qui ei in episcopatu successit, omnem operam suam, sicut ei, cum adhuc rebus humanis interesset, pollicitus fuerat, in locum Fuldensem intendit. Itaque fratres frequentius invisebat, eorumque animos, super decessu beati Bonifacii anxios, verbis exquisitissimis refovebat, ubicumque res posceret aderat, inopiae rei familiaris supplementum affatim praebebat, periculum, si quod forte immineret, propulsabat, omnia postremo liberalis atque indulgentissimi patris officia inpensius amministrabat. Verum ea longe aliter quam ipse spe conceperat, cessere. Non solum enim his rebus nullum favorem, nullam eorum benivolentiam sibi conciliabat, verum etiam cunctorum ibi degentium gravissima in se odia suscitabat. Igitur post multos sudores irrita spe exhaustos, post diuturnam deliberationem, tandem victus rerum asperitate, totam ab incepto intentionem revocavit, contestatus viventem in Christo spiritum beati Bonifacii, voluisse quiem se praeceptis eius, quibus ei locum illum inpensius

12) Ille auctoris nomen non exprimit; Wenck vero hoc opus, Lamberti tempore scriptum, cuius etiam fragmenta eius ingenium et sermonem referunt, ipsi, quem talem librum reliquisse Trithemius (Chron. Hirs. I p. 202.) testis est, tribuendum esse, optime docuit. (Hist. Hass. II. p. 278. n. c.) W. 13) cf. etiam Stenzel Gesch. Deutschlands unter den Fränk. Kaisern II. p. 105 et de Wersebe über die Vertheilung Thüringens zwischen den alten Sachsen und Franken Fascic. I. annotat. 169. p. 67—69. et annotat. 207. p. 98 sqq. 14) ut eum, quem ex Paulo Langio supra n. 4. attulimus. 15) l. c. p. 289 et 291. not. x et y. 16) Cui sententiae idem monet (p. 280. n. c.) non obstare verba (Ann. a. 1059.): „*Abbati quoque epistolam scripsit* (papa) *verbis consolatoriis, quae usque in praesentiarum in cartario servatur Herveldensis monasterii,*“ quum hic de re recenti memoria facta, quam statim post reditum ex Palaestina fando accipere potuerit, sermo sit. 17) *Quales*, inquit, *viri* (Lullo) *in regimine loci illius successerint usque ad tempora Gozberti abbatis, parum compertum habemus. Nihil enim de his litteris inditum repperimus.* 18) cf. Wenck. p. 279. not. d. 19) Vetustas, sanctimonia, potentia atque maiestas - ducum Brunsvicensium ac Lyneburgensium domus. Helmstad. 1661. 4. p. 150. repetitum in Antiqq. Brunsvic. p. 150.

a EXCERPTA EX LIBELLO QUODAM DE INSTITUTIONE HERSVELDENSIS ECCLESIAE SEQUUNTUR *ita rubra codicis.*

*Deinde rerum Germanicarum historiam composuit. Qui liber, quamquam ex more illorum temporum non in capita divisus, re vera tamen duobus voluminibus continetur, quorum alterum annalium, alterum commentariorum nomine*

commendaverat, parere, sed vi atque iniuria fractum loco cedere. Herveldense deinde solum melioribus profecto auspiciis occupare aggreditur; in hunc locum omnes suas copias dedita opera coegit; tantas rerum inpensas alieno fundamento sine fructu acquisitas, hinc cum fructu insumere parat. Qui et acriore vi eius rei gratia incubuit, ut fractum priori adversitate animum sequenti rerum successu restitueret. Nec spem fefellit eventus. Nam brevi temporis processu Herveldense nomen in immensum gloriae et magnitudinis culmen evaserat. Opibus siquidem, agris ac familiis necnon aedificiis magis magisque in dies augebatur, partim studio beati Lulli, sapientis admodum viri, partim liberalitate principum tocius regni, qui pio eius desiderio ope summa omnes annitebantur. Ea etiam causa opes monasterii non minimum auxerat, quod frequentes eo confluebant homines celebris in seculo et famae et familiae, qui venditis rebus familiaribus precia earum afferebant, et secundum instituta primitivae ecclesiae ea substernebant pedibus apostolorum Simonis et Iudae. *(His enim ecclesia loci attitulata erat* [20]*.)* Nam postea, ut Deus insigne documentum daret spectantis eo benivolentiae suae [a], idem sanctus pontifex angelica in somnis voce tercio est ammonitus, ut corpus beati Wigberti eo transferret. Is accitu beati Bonifacii de Britannia veniens, in Galliis vitam morum gloria ornatissimam exegerat, tandemque felici in Christo dormitione sopitus, in oppido Friteslar sepulturam acceperat. Ego haut temere nec sine Dei nutu gestum credo, ut sancti pontificis et sanctorum [b], ut se mea fert opinio, fratrum [c], animi tam difficulter coalescerent. Si enim benivolentiam episcopi haec rerum procella non excepisset, nimirum in alieno fundamento nimium occupatus, privatae gloriae studium omisisset, atque Herveldense nomen, toto nunc orbe clarissimum, abiisset in vacuum, nec tanta copia sanctissimorum hominum eo loci conversantium auxisset numerum caelestium spirituum. Igitur cum beatus Lullus monasterium illud opibus, aedificiis, familiis quoque affatim exornasset, cunctumque domus Domini decorem adiungere elaborasset, multitudinem quoque fratrum centum videlicet quinquaginta temperatissimis institutis instruxisset, Karolum imperatorem, cui ex virtute nomen accessit ut Karolus Magnus diceretur, eo vocavit, et cuncta in tutelam eius patrocinandi gratia tradidit; hancque traditionem et patrocinandi ius, cunctis deinceps in solium regni succedentibus, ratum manere statuit.

Haec de exordio Herveldensis ecclesiae strictim dicta libellus de vita sancti Lulli [21] editus latius explicat, si quis ea plenius nosse desiderat. Qualiter vero post haec locus ille per incrementa temporum ad profectum pervenerit, aut qualiter supradictus fratrum numerus centum videlicet et quinquaginta integro adhuc rerum statu, imminutus sit, vel quales viri sibimet in regimine loci illius successerint [d] usque ad tempora Gozberti abbatis, parum compertum habemus. Nihil enim de his litteris inditum repperimus, magis, ut se mea fert opinio, scriptorum incuria quam ingeniorum penuria. Quorum tamen seriem hic ponere duximus dignum, sive ne penitus vetustate e memoria aboleantur, sive quod aliqui eorum, summo functi sacerdotio [22], et usui profecto fuerunt nostro monasterio et honori [23]. Balthart abbas, Buno abbas, 23
Brunwart [e] abbas, Druogo abbas, Hardarat abbas, Diethart abbas, item Diethart abbas et episcopus, Burchart abbas et episcopus, Megengoz abbas, Hagano abbas, Guntherus abbas, Egilof abbas, Gozbertus [f] abbas. E quibus Hagano calicem magnum de auro purissimo, electro et gemmis preciosis in ministerium Domini in gloriam et decorem fieri fecit. Umbonem vero patenae latitudine pene unius palmae totum per circuitum lapidibus preciosissimis et unionibus vestivit.

Verum nos ea, quae paulo ante nostram aetatem gesta sunt, breviter, prout ea expiscari potuimus, attingentes, haec, quae nostris modo temporibus geruntur, lamentando potius quam dictando subnectamus. Et ne quis nobis crimini ducat, quod tempora regum vel Romanorum imperatorum per successiones suas huic opusculo subtexentes, non eorum quoque feliciter vel secus gesta historiae more pariter inseramus, hoc sibi responsi habeat quicumque haec legere animum inducat, nos non statuisse omnia scribere, quae in re publica vel ecclesia gesta sunt aut geruntur, utpote monasterii carcere inclusos nec hominum expertos nec valde curiosos. Ego mihi hanc tantum operam iniunxi, ut nostrae rei publicae consules, hoc

a) et non sine suo nutu gestum, ut tam difficulter coalescerent animi Fuldensium fratrum cum animo pontificis *addit c., sed vide infra.* b) apostolorum *add. c.* c) factum *corr.* fratrum. *Locus turbatus est; cf. etiam n. a.* d) successerunt *c.* e) brunwarth *c.* f) gozberthus *c.*

20) Quae littera obliqua expressa uncisque sunt inclusa, Hamerslebensis adiecisse videtur. 21) Haec verba Lamberti esse videntur, ita ut vita iam eius tempore scripta esset. De qua cf. Mabillon Acta III, 2. p. 400. Illa quae in cod. Erlangensi exstat (Mon. SS. II. p. 365.) cum his quae Lambertus narrat satis convenit. 22) i. e. archiepiscopatu Moguntino. 23) cf. catalogum abbatum ex annal. Hersfeldensibus primae Annalium parti illatum a. 798. 846. 875. 892. 901. 927. 928. 933. 956. 959. 962. 970. W

24 *non inepte insignire vult F. C. Th. Piderit*[24]. *Illo enim volumine, iam supra Tom. III. edito, ab Adamo initium capiens, universam historiam in quinque*

est monasterii nostri patres atque rectores, cum calamitatibus, quae nos modernis temporibus oppresserunt, stili officio ad posteros transmitterem. Nam iidem ipsi[a] nimirum imperatores suorum secum habent praecones meritorum, experientia, ut ita dicam, vernacula eis scribenda dictante, et falsas opiniones veritate astipulante longius propellente. Verum haec hactenus.

970. Igitur Gosbertus abbas, etsi non morum, studii tamen sui erga locum Herveldensem satis evidens ad nos transmisit documentum, magnam scilicet copiam librorum suo nomine ob monimentum sui attitulatorum. Plurima quoque ornamenta in auro et argento, in vestibus sacris, quibus uterentur in gloriam ingressuri sanctuarium, tabulam quoque altaris composuit *(etc.)*, dicens: „Domine dilexi decorem domus tuae" *(etc.)* tempore Ottonis secundi *(qui*
983 *rubicundus dicebatur.)* Quo mortuo, Ottonem filium reliquit heredem parvulum; cui patruus Heinricus[b] regnum subripuit. Inde Ludolfus, frater Ottonis, idem attemptavit[25]. Sed optimatum maior vis utriusque conatum repressit. Abbas Gosbertus, quia Ludolfo iuraverat, Ottoni
985. iurare noluit. Ideoque discedens, Bernharius ex eiusdem monasterii praeposito abbas successit superstiti. Idem calicem magnum cum duabus ansulis, ex puro auro, electro et margaritis comparavit. Hic monasterium sibi construxit montem sancti Petri; ibi cum suis militibus residens, rebus monasterii profuse utebatur, fratribus licentia permissa sibi vivendi in deterius. Haec tempore Heinrici imperatoris *(sancti)*, ad quem effrenati monachi contra abbatem conquesti sunt. Qui mittens ad Altahense[c] monasterium, eiusdem loci abbati Godehardo commisit
1005. Hersveldense[d] monasterium. quod tamen non acceptavit, donec paulo post obisset Bernharius. Tunc destructis cellis proprietariis, intravit reformare in melius. Regnum se accepisse dixit, non monasterium; ideoque plurima preciosa dedit pauperibus. Stolas aureas ducentas conflavit
1022. per ignem; aurum pauperibus distribuit. Godehardus, mortuo episcopo Hildesemensi, ibidem
1012. episcopus instituitur. Successit Herveldiae Arnoldus, ex praeposito eiusdem loci abbas, districtae severitatis vir, tempore Heinrici cesaris. Conradus successit cesar tempore eius; apud quem ac-
1031. cusatus abbas Arnoldus deponitur. Rudolfus[e] de monasterio Stabulaus abbas hic instituitur, Italus genere, mitis pater et benivolus, in Dei servicio vigilantissimus et primus[f]. Sed paulo post ab eodem Conrado in episcopum Paderburnensem instituitur. Bardo[26] abbas succedit, qui eodem anno archiepiscopus Moguntinus efficitur; ad cuius sepulcrum miracula fiunt. Megenherus[g] abbas ex
1035. monacho eiusdem loci successit, vir gravis et bonus, cuius doctrina concordavit cum vita. Scolam instituit; omnium artium peritus fuit[27]. Tempore eius anno Domini 1038[28], eius anno tercio, totum monasterium incendio periit. Sed Deus optimus miraculis multis eos consolatus est ibidem ostensis per merita sanctorum patronorum Wicperti et Lulli. Inter sanatos advenit unus ex illis, qui in Collebecse, quod interpretatur prunarum rivus, coream illam famosam duxerant[29], tremulus per annos iam 23. Hic ibidem sanus factus, Ruthart nomine, servicio
1039. sancti Wigberti se tradidit, gratus Deo et sanctis eius. Conradus imperator tempore eius obiit. Filius eius Heinricus velut alter Karolus[30] in regno successit, virtuosus et pius. Nigro erat, sed venusto aspectu, statura procerus. Nam ab humero et sursum eminebat super omnem popu-
1040. lum. Ipse aderat delicatus adhuc et inunctus rex dedicationi ecclesiae reparatae Herveldiae, quam dedicarunt Humfridus Magdeburgensis, Kasso Nuenburgensis et Hunoldus Mersburgensis episcopi[10], cum consensu Bardonis Moguntinae sedis archiepiscopi, sub abbate

a) idem ipse *c.* b) hinricus *c. saepius.* c) althahense *c.* d) hersfeldense *c.* e) Rudolphus *c.* f) p̄mus *c.* g) meghenherus *c.*

24) in commentat. de Lamberto Schafnaburg., monacho Hersfeldensi, rerum Germanicarum saeculi XI. scriptore locupletissimo. Hersfeldiae 1828. 4. p. 14., (cuius censuram dedimus in Ephemerid. literar. Ienens. a. 1830. N. 130.) H. —— 25) Res sane inaudita, quam quomodo Hamerslebensis acceperit — nam Lamberto non tribuere ausim — intelligere nequeo. 26) Hic ordo turbatus est. Bardo a. 1031. Arnoldo, Bardoni a. 1035. successit Meginherus. 27) Locum a Paulo Langio ex hoc chronico de Meginheri studio allatum v. supra n. 4. 28) Anno 1037. Lamberti Annales. 29) De hac re cf. Archiv. VII. p. 431. 30) cf. Paulum Lang. chron. Citic. (ap. Struvium p. 1140.), qui hoc Lamberti opere usus est: *O.:em et ipsi Carolo Magno plures assimilant; eum siquidem morum excellentiam, eum in rebus agendis magnificentiam, eam humilitatem, pietatem, mansuetudinem, affabilitatem atque in dandis elemosinis liberalitatem. „Erat autem ipse nigro quidem sed venusto aspectu, statura procerus. Nam ab humero et sursum eminebat super omnem populum."* 10) Paulus Langius l. l.: *Kasso . . interfuit dedicationi ecclesiae novae monasterii Hirsfeldensis et cryptae eiusdem. Ad quam solemnitatem ipse invitatus fuit una cum Hunoldo Merseburgensi episcopo atque Humfrido metropolitano eorundem Magdeburgensi, in hoc consentiente Bardone Moguntinense archiepiscopo, eius loci diocesaneo. Erat et tunc, ut Lampertus, dicti coenobii Hirsfeldensis monachus et nobilis historicus, refert, praesens per se imperator Henricus tertius adhuc adolescens.* Cf. eiusdem chron. Numburg. ap. Menkenium II. p. 12, ubi eadem fere verba leguntur. W.

*aetates distinctam ita tractat, ut usque ad ann.* 703. *nihil nisi sola nomina*
*afferat, tum vero ad singulos annos ea tantum facta, quae ad gentes Germa-*
*niae, familias principum, rem sacram, ecclesias et monasteria etc. pertinent,*
*quae memoratu digna viderentur, breviter admodum percurrat et tangat, usque*
*ad annum* 1039, *quo Conradus imperator obiit.* [*Quae omnia ex annalibus*
*in monasterio suo Hersfeldensi confectis ad verbum fere desumta esse,*
*iam supra dictum est*[31]. *Hi annales iam deperditi, sed a diversis diverse* 31
*exscripti, etiam rerum annis* 972—982. *gestarum paulo ampliorem historiam*
*ipsi suppeditasse videntur*[32], *ipsosque in monasterio postea ope Annalium Hil-*
*desheimensium usque ad annum* 1040. *continuatos fuisse, Annales ostendunt*
*Ottenburani*[33] *supra editi, qui usque ad hunc annum quam maxime cum* 33
*Lamberto conveniunt, quamvis eos neque ipsius librum neque Hildeshei-*
*mensem illum, ex quo haec notitiae manarunt, sed Hersfeldenses annales secu-*
*tos esse, facile sit demonstratu. His brevibus notationibus exscriptis, Lambertus*
*lectoribus satisfecisse sibi visus est, iisque nihil addidit, nisi fortasse quaedam*
*eaque brevissima, quae ex annalibus antiquis Altahensibus desumta esse viden-*
*tur*[34], *fortasse vero iam a quopiam annalium Hersfeldensium codici illata erant*[35]. 34

Meginhero, quem idem Heinricus ut sanctum virum venerabatur et sociabat lateri suo. Deci-
mas etiam tributorum regalium, donec viveret, concessit. Burchardus episcopus Halbersta- 1059.
densis post haec obiit, (*cui auctor libelli huius crimen imponit iniustae detentionis decimae*
*cuiusdam, quae pertinebat ad monasterium Herseveldense etc. Subsequitur mors abbatis Megin-*
*heri. Heinricus cesar optimus obiit. Item Egbertus Fuldensis abbas inter eosdem obiit.* 1056.
*Plurimum commendat auctor hos tres. Sed episcopi Burchardi, viri utique sancti, qui et mor-*
*tem suam praedixit, plura bona fecit et miraculis claruit, reprehensio videtur iniusta, et*
*quod crepuerit medius sicque poenitentia ductus sera restituerit quae iniuste invaserat, non*
*consonat veritati.*)

EX LIBRO II[a].

Heinricus cesar moriens, Heinricum filium parvulum reliquit heredem sub matris suae 1056.
Agnetis, prudentissimae reginae, regimine. Ruthardus, quondam abbas Corbeiensis, Megenhero 1059.
successit abbati Herveldiae, vir prudens et magnanimus; imperare, non imperari novit. Ad
seculum prudenter se agebat, in spiritualibus mediocriter. Megenherus via contraria inces-
serat. Anno Coloniensis archiepiscopus filium Heinricum matri abstulit flentibus utrisque. 1062.
Episcopus cum rege ad se rerum gubernacula transtulit. Rex interim Ungarorum Salomon,
et ipse puer, ab avunculo regno pulsus, ad Heinricum confugit. Utrique alterius soror despon- 1063.
sata fuerat. Restituit ipsum regno, Annone cooperante. Heinricus, cum ad maturam venisset
aetatem, relicto episcopo, secundum propriam vixit voluntatem, promittensque Karolum Ma-
gnum suo seculo sese repraesentaturum, Roboam se repraesentavit. (*De quo satis alibi scri-*
*bitur.*) Anno curiae se abdicavit ideo, in ocia se[b] recipiens. Adelbertus Bremensis archiepisco-
pus loco eius, non industriae, substituitur. Ruthardus abbas senio confectus, Heinrico adve-
niente Herveldiam, resignavit. Hartwigus, monachus eius loci, substituitur per eundem Hein- 1072.
ricum. Anno hoc gratum habuit. (*Cuius laudem scriptor non persequitur, quia superstes fuit*
*temporis eiusdem.*) Ruthardus in insaniam post haec versus est. Otto dux Baioariorum[c] accu- 1070.
satur reus in regem. Moguntinus archiepiscopus Sigefridus aderat (*etc.*) Palatium perditis
moribus plenum erat. Vae enim tibi terra, cuius rex puer est! (*etc.*) Imperatrix parvulum 1074.
peperit regem in Herveldia. (*Sapientibus ista sufficiant, alibi plura requirant*[d].)

31) SS. III. p. 21. 32) V. Giesebrecht Ann. Altah. p. 19. et quae dixi in ephemeridibus liter. Gotting. 1842. Nro. 38. p. 382 sqq. 33) Quos caveas ne in Suevia conscriptos putes. Certe nusquam eius regionis res accuratius exponunt, sed praesertim bella in Francia et Thuringia gesta memorant, semel etiam monasterii Hasungun non longe ab Hersfeldia siti mentionem faciunt (a. 1081.), ita ut eos in Hassia confectos putarim. 34) a. 741. 991. 994. 995. 996. (997.) cf. quae dixi l. l. p. 392. 35) Nam Lambertus, qui nonnisi annales illos exscripsit, vix tam pauca verba aliunde repetivisset, quum alios fontes prorsus negligeret. Nam neque Reginonis continuatorem neque Thietmarum adhibuit (cf. Stenzel II. p. 103.), neque a. 1040—1049. cum Herimanno ita convenit, ut hunc eius fontem agnoscere possim. — Quae Semler (Versuch etc. p. 140.) de Lamberto monuit, nihil ad hanc rem faciunt. W.

a) Ex libro secundo eiusdem collecta *rubra codicis* 1513. *addit Hamerslebensis.* b) *deest c.* c) baioriorum *c.* d) *annum quo haec scripsit*

*Inde ab a.* 1040. *Lambertus proprio Marte res praecipuas adnotandas suscepit; sed ad sua tempora festinans neque multa memoriae tradidit, neque ab erroribus* 36 *cavit*[36] *W.*] *Secundo hoc volumine tempus, quo Heinricus IV. regnare coepit, persequitur, quae est praestantissima et lectu dignissima libri pars, quoniam rebus quas tradit aut ipse interfuit, ut iis, quae in monasterio Hersfeldensi vel in terris non longe ab eo remotis, Thuringia et Saxonia, acciderunt, aut ea, quae in exteris regionibus, Italia, Flandria, Lotharingia inferiori etc., gesta sunt, a testibus fide dignis facile cognoscere potuit.*

*Narratis, quibus Heinricus rex conflictatus est malis et calamitatibus, et quam indigne et crudeliter in Italia ab Hildebrando (Gregorio VII.), summo pontifice, sit habitus, et Rudolfi, ducis Suevorum, electione Forchhemii* 3. *Id. Mart. ann.* 1077. *peracta, scriptor „more inertis poetae, extremo iam in opere languescens — in longum satis — protracto volumini" finem imponit, ut „qui postea scribendae reliquae huius historiae parti sese accincturus sit, habeat, unde apte exordiri possit." An his verbis significare voluerit, se hunc librum iam senectute ingravescente confecisse, definire non ausim; sed quum ad describendam reliquam historiae partem alium aggressurum esse speraret, certe nonnullis annis post, fortasse Rudolfo iam mortuo, hic finem fecisse videtur.*

*Summorum, qui apud Romanos floruerunt, historicorum exemplum ad imitandum sibi proposuisse Lambertum, ex dicendi, quo usus est, genere satis superque elucet. Eius enim ingenium totius antiquitatis cognitione, optimorumque, quos tulit, scriptorum lectione non leviter tinctum, sed ita imbutum fuit, ut non imperitorum et ineptorum mediae aetatis monachorum more anxie et infelici opera verba ex iis conquireret et parum apto loco promiscue collocaret, sed diligenti optimorum quorumcunque delectu habito, orationem suam pulcherrimis, quos ex iis decerpserat, flosculis ornaret ac distingueret. Suspicimus in eo et admiramur simplicitatem minime rudem, nativum quendam orationis colorem, elegantiamque eam, quae ab huius saeculi scriptore vix exspectari potest. Ubique magnam in exponendis rebus gestis laudem ordinis, perspicuitatis et iucunditatis meruit. Nam eius narratio variis virorum praeclarorum imaginibus, tanquam luminibus, collustrata, sermonibus eorum, quibus, antiquos historicos aemulatus, nos quasi in mediam rem rapit, animata et vividior reddita, et ars, qua excellit, uno fere lineamento rerum faciem depingendi, ut eas pictas cernere videamus, sicut Heinricum cum uxore et reliquis comitibus Alpes superantem, lectores vel invitos allicit et mira suavitate tenet. Deinde, ordine temporum fere semper religiose servato, nunquam, quod alii solent, filum narrationis subito et praeter exspectationem abrumpit, sed producit et continuat, ita ut res unoquoque anno actas separatim a sequentis historia tractet, et virorum clarorum, tam de re publica quam ecclesia meritorum, in eo mortuorum memoriam recolat; quod forma annalium, in quam librum suum redegit, flagitasse videtur, et eam quidem utilitatem praebet, ut uno obtutu, quid simul evenerit, contemplari ac diiudicare liceat. Affert vero etiam incommoda, quae scriptor sensisse quidem, sed necessaria duxisse nec declinare ausus esse videtur. Interdum tamen angustiores hos terminos transgressus liberius vagatur, et ea, quae arcto inter se nexa sunt vinculo, non a se invicem separat et disiungit; quod inter alia, historia controversiae de* 38 *abbatia Malmundariensi agitatae*[37] *et turbarum in Saxonia ortarum*[38] *testatur.*

36) Vide quae in notis dicta sunt et quae iam Stenzel II. p. 105. collegit. Res exteras etiam postea non satis compertas habuit (cf. a. 1071.), easque rarissime respexit. 37) a. 1065. 38) a. 1073.

*Sed, ut pergamus in adumbranda virtutum, quibus noster praeditus est, imagine, excellit is etiam verissimo et acerrimo in recte aestimandis hominibus et aequa lance ponderandis eorum factis iudicio, animoque pietatis, humanitatis misericordiaeque sensu plenissimo. Valde etiam lectores afficit, et ad satietatem fugandam confert, quum scriptorem ipsum vel rei cuiusdam indignatione (ut cruentae et nefandae illius pugnae Goslariensis a.* 1063.*), vel misericordia (ut Heinrici per silvas et deserta fugientis a.* 1073.*), vel denique iusta ira (ut in enarrandis, quas Saxones a regis ministris tolerarunt, vexationibus a.* 1073. *aut Coloniensium scelere in Annonem archiepiscopum commisso a.* 1074.*) vehementer commotum vident. — Nusquam Lambertus historiae dignitatem laedit magna et gravia minoribus et levioribus confundendo, nisi quis eum cum Philippo Melanchthone ideo reprehendere velit, „quod quaedam admiscuerit de privatis rebus indigna posterorum memoria", quae tamen hic vir eximius sine dubio in priori tantum libri parte, nonnulla exigui momenti complectente, invenire sibi visus est.*

*A scriptorum huius saeculi superstitione, qui fabulas aniles et absurda commenta pro veris venditare solent, hic se liberum et immunem, quantum potuit, praestare conatus est, licet passim de sanctorum miraculis malique daemonis, quas hominibus struxisse dicitur, insidiis talia proferat, quae negare vel in dubium vocare, illo aevo nefas putaretur, nos vero, meliora edocti, ridemus*[39]. 39

*Talibus igitur virtutibus quum conspicuus sit Lambertus, quas omnes, qui eius scripta attente legerunt, agnoscunt et praedicant, non tamen ubivis locorum operam dedit sermoni puro, emendato, qui vocabula parum Latina, aut obsoleta aut post aetatem Augusti demum in hanc linguam recepta et usu probata, verborumque structuras et sententias, quibus optimi scriptores recte abstinent, intentissima cura fugit et devitat. Eius generis sunt, praeter ea, quae vel in glossario locum tenebunt vel in annotationibus iam deterioris notae esse monuimus plura, quae quamvis apud plerosque medii aevi scriptores occurrant, infra tamen enotanda putavimus*[40]. *Ita etiam, ut alia taceamus, in constructione* 40 *verborum:* facere *(in significatione efficiendi, cum infinitivo, ut idem sit quod iubere),* iubere ut *et* suadere, *quod modo infinito iunctum vel scriptoris negligentiam vel poetae imitationem prodit, leges purioris latinitatis migrasse existimandus est. Nec minus ingrata est repetitio eorundem verborum et locutionum, a qua scriptores Latini, ad egestatem linguae suae tegendam, sedulo sibi cavent, quae in nostro tam frequens est, ut eum aliquando inopia verborum laborasse, suspicio nobis suboriatur. Ex magno vocabulorum, phrasium, sententiarum, proverbiorum, troporum, metaphorarum etc., quae adamasse videtur, numero pauca tantum infra delibasse sufficiat*[41]. *Eadem est ratio loco-* 41

39) Quo pertinent historiae: de multitudine miraculorum circum corpus S. Remacli coruscante a. 1071, de Attilae gladio ibid., de daemone seditiosis Coloniae incolis praecurrente, de muliere homines magicis artibus dementare infamata et de praesagiis, Coloniam diabolo in potestatem traditum iri, significantibus a. 1074, de visione cuiusdam clerici Spirensis de Huzmanni episcopi obitu a. 1075, de data satanae in carnem Annonis potestate et de omnibus mortem eius portendentibus a. 1075.

40) *amaricare* (a 1075.), *carnalis, in carne, coelitus, compunctio, congruus* et *incongruus, confortare* (a. 1075.), *conversari* (a. 1076.), *conversatio* (pro *vita*), *depraedatio, diversare* (a. 1075.), *econtra, festivitas, iuramentum, iuxta* (pro *secundum*), *meliorare* (a. 1076.), *modernus, mundus* (pro *homines* etc.), *poenitudo* (a. 1074.), *pompaticus* (a. 1077.), *proprius* pro *suus* (a. 1071.), *prolixus* (a. 1071.), *reatus, revelatio* (a. 1075.), *scandalum* (a. 1075.), *scandalizari, transitorius* (a. 1065. 1075.), *tribulatio, vas electionis* (a. 1075.), *vas diaboli* (a. 1074.), *zelus.*

41) *Quid facto opus est (esset)* a. 1056. 1066 (bis), 1073 (bis), 1074. 1076 (quater), 1077 (bis); *habenas, frena, retinacula laxare*

*rum, quos ex libris sacris et classicis Romanorum scriptoribus, Cicerone, Livio, Tacito, Terentio, Horatio, Ovidio aliis affert, quorum haud paucis bis et sae-*
42 *pius in simili re utitur*[42]. *Ad poetarum Latinorum carmina cognoscenda quum maximum contulisse videatur studium, in haud paucis etiam eius commentariorum locis oratio supra prosae simplicitatem tenuitatemque assurgit et poetico quodam colore infucata est; quod non uno exemplo confirmatur. Nimia denique copia et ubertas, ubi brevitati et concinnitati commodior fuisset locus, vitio ei verti potest. Quas leves maculas, quibus, quum in Lamberti libro plura niteant, ut ei inter aetatis mediae historicos principem pene locum concedere non dubitemus, non magnopere offendimur, ipse, emendatrice manu admota, facile abstergere et delere potuisset; excusandae tamen sunt in homine, cuius esset, libris sacris, ecclesiasticis, liturgicis legendis omnem fere operam omneque tempus impendere.*

*Quibus expositis, de re non minus gravi et difficultatibus implicita quae-*
43 *rendum est: an Lambertus historicam fidem semper servarit*[43]*? Quam quidem quaestionem non melius et promtius solverimus, quam si, Lambertum vera dicere primum potuisse, deinde voluisse, paucis demonstrabimus. Omnis autem rei cardo in eo vertitur, utrum, quae hic scriptor de Heinrici IV. indole moribus et factis, de turbis eo imperante concitatis, de calamitatibus, quae Germaniam tum fato iniquo afflixerunt, narravit, vera sint, nec ne. In tantis animorum motibus, quantis Lamberti aetas agitata est, fieri non potuit, quin, quam quis de rebus publicis sequeretur sententiam, in eam lectores quoque trahere vellet. Sed in hoc viro, qui inter has tempestates et procellas tantum mentis sanae et animi quietis sibi conservavit, ut verum a falso discernere posset, tale quid non est timendum. Hersfeldensis coenobii antistes, publici consilii nunquam non particeps, quid in utraque, et Heinrici regis et Saxonum Thuringorumque, parte gereretur, non erat nescius; contigit vero ei etiam, ut medius inter illum principem et hos populos, et illi ob fidem servatam gratus esset et acceptus, et apud hos ob eximiam eloquentiam ceterasque ingenii animique facultates magna polleret auctoritate, ita ut Lambertus, quem tanquam hominem non modo promtum ingenio, sed usu etiam exercitatum, saepius fortasse itinerum et negotiorum sibi adiungebat comitem, quae his de rebus traditurus posteris esset, ex puro et limpido potius fonte quam ex turbidis rivulis haurire posset. Uniuscuiusque autem historici multum interest, si quando, viros, quorum ad arbitrium nutumque ceteri se fingere et componere solent, praesentes cognoscendi, coram ex iis audiendi et, quales sint eorum mores et ingenia, discendi, quaeque velint et cupiant investigandi, occasionem sibi datam videt. Quae opportunitas nostro saepe se obtulit, Heinrico IV. identidem Hersfeldiae commorante, ut anno* 1066, 1071, 1073, 1074. — *Sed satis de hac causa dictum puto, veniamus ad alteram. Lambertum, quae comperta et ex-*

a. 1070. 1073. 1076, *rumpere* a. 1070. 1072. 1073 (bis), 1075, *abiicere* a. 1077; *pro virili portione* a. 1070 1073 (bis), 1075; *abolere*, ut: *macula multis seculis non abolenda* a. 1076. cf. a. 1075; *clades* (a. 1077.), *ignominia non abolenda* a. 1075 etc.; *sanum aliquid sapere* a. 1073. 1074. 1077; *incisa spes* a. 1065. 1069. 1070. 1074. 1075. 1076. — Vocabulum *fidem* a. 1073. paucis lineis quater repetitur. 42) ut ex his: Daniel. 8, 25. *Directus est dolus in manu eius* a. 1071. et 1074; cf. I. Maccab. 3, 6. *directa est salus in manibus eorum* a. 1076. etc.; et ex illis: *surdis tribunalibus (auribus) fabulam narrare* a. 1059. 1063. 1074. (Horat. Epist. II, 1, 199); *in arduis rebus* a. 1065. 1073. (Eiusdem carm. II, 3, 1); *ignem gladio scrutari* a. 1063. 1071. (Eiusdem Serm. II, 3, 276); *frena iniicere vaganti licentiae* a. 1072. 1076. (Eiusdem Carm. IV, 15, 10). 43) Sunt enim qui hoc affirmare nolint, ut Godofredus Arnoldus (Kirchen- und Kezerhistorie. 1729. P. I. L. XI. c. 3. §. 6. p. 367.), qui etiam Iusti Lipsii, Gerh. I. Vossii aliorumque testimoniis niti se ait.

*plorata habuerit, vera et sincera, nec falsa et simulata, posteris reliquisse, quum qui in omnibus eius narrationibus inest genuinus sine ullo fuco color, probat, tum liberae eius et graves de corruptis clericorum moribus et depravata rei sacrae conditione querelae magis confirmant. Tantum enim abest, ut quae in monachis suae aetatis suique ordinis vituperanda observarit, silentio premat, aut eorum culpam in alios, principes inprimis, quorum tamen iniurias et vexationes, quibus cives suos afficiebant, eadem acerbitate castigat, transferre velit, ut aperte in eorum mores plane deperditos invehatur deque iis querelas iactet. En! qualem nobis, data de monachis sui temporis disserendi occasione, ambitionis, superbiae et luxuriae eorum imaginem proponat ad ann.* 1071*:* Et revera non immerito Dominus — non esse usque ad unum. *Nec monachi tantum, sed etiam summi ecclesiae magistratus si forte morum pudori et vitae sanctitati minus studuerint, bilem ei et indignationem movent, graviterque eos reprehendit et exagitat ut ann.* 1064*; et a.* 1070. *Hermannum per simoniacam haeresin episcopatum Bambergensem invasisse, et multis muneribus papae datis non solum impunitatem criminis, quod obiectum fuerat, consequutum, sed etiam pallium et alia quaedam archiepiscopatus insignia percepisse, animo ob hoc facinus vehementer commoto tradit. (cf. a.* 1075.*) Postquam Lambertus Rutberti abbatis Bambergensis, qui ad locum Meginwardi, abbatis Augiensis, non per iustam et legitimam electionem suffectus est, sordidam vitam et quam immensa ad hanc dignitatem assequendam munera prodegisset, perstrinxit, ita pergit (a.* 1071.*):* Is pseudo-monachus — prolixiore opus habent tragoedia. — *Quam severum et iustum est eius de Heinrico, episcopo Spirensi, ecclesiae suae opes puerili levitate dilapidante (a.* 1075.*), et de abbatibus monachisque ad summam Fuldensis monasterii dignitatem pretio mercandam confluentibus (a.* 1075.) *iudicium! Quibus exemplis plura alia eiusdem generis addi possent. Cui denique ipse Ruthardus in moribus remissior videbatur (a.* 1074.*), qui Aribonem, nobilissima familia prognatum, Guilielmi et Ottonis marchionum fratrem, a servis suis occisum, „literis quidem apprime eruditum, sed propter lasciviam morumque intemperantiam bonis omnibus invisum“ (a.* 1070.*) dicit, nonne is solam vitae integritatem et virtutem, nulla dignitatis, generis et ordinis habita ratione, in laudando pariter ac in vituperando spectasse putandus est? — Nec tamen eo audaciae progressus est Lambertus, ut de rebus monasticis aliam plane, quam sui saeculi homines, sententiam sequeretur, Meginhero duce, nihil nisi quod nimium esset, tum in petulantia, tum in disciplinae severitate, aversatus.*

*Suspicionem etiam animi Hildebrando sive Gregorio VII. pontifici tantum dediti, quantum ab Heinrico IV. rege alieni, quibusdam movit Lambertus. Nam illum non modo laudibus cumulat (a.* 1073.*), sed etiam calumnias et convicia, quibus inimici eum proscindebant, tam sedulo refutare studet, ut inde eius officiosam gratificandi voluntatem cognoscamus. Sic narrata pontificis cum Mathilde marchionissa consuetudine et convictu, quantam criminandi materiam praebuerit ista familiaritas, non praeterit quidem, at statim tamen addit (a.* 1077.*):* Sed apud omnes sanum aliquid sapientes luce clarius constabat, falsa esse quae diceba tur. Nam et papa — satis eum contra venenatas detractorum linguas communiebant. *Eodem modo, quorum Hildebrandus in synodo Wormatiensi accusatus est, delicta excusare eorumque criminum vim et pondus infringere ac levare studet, ut ea omnia ab Hugone Blanco, homine fraudulento et ira in papam inflammato, excogitata esse dicat. Denique*

tumultus, vita caelibe sacro ordini imperata, passim, Erfordiae praecipue ortos, ita refert, ut pontificis decreta magis probare quam improbare videatur. His igitur aliisque causis Lambertum Gregorio faventem et ab eius partibus stantem videmus. Sed quaeso, qui fieri poterat, ut scriptor, locorum intervallo disiunctus, de viro, qui non solum vulgi opinione gravissimus, disertissimus et maximae auctoritatis esset habitus, sed intelligentium quoque hominum iudicio probatissimus, aliter sentiret et loqueretur? Ad virtutum eius, verarum et fictarum, admirationem accessisse apud Lambertum legimus grati animi sensum, quem Hildebrando, velut acerrimo libertatis Germaniae vindici, deberi, omnes vel regis levitate offensi, vel eius superbia laesi prae se ferebant ac profitebantur. Utrum iure, an iniuria? Hoc diiudicare vix licuit Lamberto, qui tum superbe a rege facta et indigne ab eius ministris vel amicis perpetrata, malaque ex munerum sacrorum nundinatione, tanquam ex perenni fonte, manantia vidit et gemuit, tum remedia his morbis, qui totum utriusque reipublicae corpus, antea sanum et valens, pestilenti veneno infecerant, sanandis proposita, salutaria et praesentia duxit.

Sed ea quoque culpa Lambertus vacat, quam in eum vulgo conserunt, quod in describenda Heinrici IV. vita et moribus veritati male consuluerit, quae, instituta cum aliis rerum Germanicarum eiusdem aetatis scriptoribus comparatione, facile ab eo removeri potest. Nullus enim fere horum scriptorum[44] reperitur, qui ab omni partium studio immunis, conturbatum dissidio inter pontificem et imperatorem reipublicae statum tam prudenter et quiete exposuerit, quam Lambertus. Cuius etsi commentarii satis luculenter docent, eum fidem papae debitam omnino servare voluisse et eius signa deserere nefas duxisse, non ubique tamen ab eo facta defendit. Quo fuit probo, honestatis amante et a flagitiis sceleribusque abhorrente animo, prorsus omnes, qui leges et aliorum iura violarunt, sive clerici fuerint sive laici, ira et indignatione acriter prosequitur, ideoque pari vehementia iniustam decimarum exactionem et iniurias Saxonibus et Thuringis a rege illatas atque improbam eorum clericorum vitam, qui ad honorum gradus non via virtutum, sed per ambitionis praeruptum et male partarum pecuniarum profusionem immerentes ascenderant, insectatur et corripit. Quae quum ita se habeant, non mirum est, Lambertum potius pontificem quam regem, cum asseclis insontes adeo nec refragantes iniuriose et crudeliter tractantem, quae facinora quotidie et videret et audiret, favore esse complexum. In Heinrici quidem vita duo discernenda sunt tempora, unum, quo rex iuvenis per paedagogos et pessimae notae familiares corruptelarum illecebris irretitus, potentiae fines paulo longius, quam patriae salus permitteret, proferre conatus est; alterum, quum mala subiit, rege potentissimo a patre avoque, viris clarissimis et optime meritis, commendato, indignissima, quae summam miserationem commovere debent; cuius sensu etiam Lambertus, difficile et periculosum in Italiam iter calamitatesque quibus in eo laboravit describens, se tactum esse profitetur. De illa vitae parte scriptor lene iudicium fert, iuvenili potius superbiae, quam inveteratae male faciendi consuetudini iniustam Saxonum oppressionem perniciosasque quibus flagrabat libidines tribuens, et sic eum excusans[45]: Rege ad omnia, quae iussus fuisset, puerili levitate annuente, tum regem „iuveniliter tumultuantem“ appellans.

44) quorum recensendorum nobis otium fecit Paul. Frischius Aschafnaburgensis, in comparatione critica de Lamberti Schafnab. annalium cum aliquot eiusdem aevi chronicis. Dissertatio inauguralis. Monachii 1830. 8. 64 pp. 45) ad ann. 1063.

*Saxonibus vero et Thuringis ad maximam perniciem ab eo iam redactis, rerumque publicarum conditione omnino perturbata, prudentibusque principum consiliis prorsus spretis et neglectis, severius cum eo agit, ut non modo haec*[46]: Neque enim lasciviae regis — vel levi verbo auderet redarguere, *sed etiam multa alia in regis ignominiam dicta, in his annalibus legamus; quum, si alterum simul tempus narrando complecti licuisset, meliora de eo dicendi oblata esset facultas.*

*Quibus omnibus examinatis et ponderatis, haud inviti largiemur, Lambertum, licet ab erroribus, quorum nonnullos in annotationibus ostendimus, non prorsus liberum, plenam, perspicuam et accuratam rerum sua aetate vere gestarum narrationem posteritati reliquisse, et, quum nec causarum, quibus quaeque acta sunt, neque eorum, quae cum iis coniuncta evenerunt, explicationem negligat, pragmaticae eiusdemque verae historiae exstitisse auctorem. Quo factum est, ut plerique historiae Germanorum scriptores, qui quidem fontes ipsos adire consueverunt, eum maximi aestimaverint, eiusque in Heinrici vita auctoritate, tanquam hominis eloquentissimi pariter ac gravissimi, fere sola nitantur et in ea acquiescant.* F. L. HESSE.

*Attamen per medium aevum Lamberti nomen raro aut numquam auditum est. Nam ipse illud neque praefatione quadam neque libri inscriptione neque in textu prodidit*[47]*, ut fere mirum sit, quod posterioris aevi codices et scriptores*[48] *id scire potuerint. Liber vero a pluribus lectus est atque exscriptus. Quibus signa praetulisset Bernoldus, si eius verba a.* 1054. *de miraculo a papa Victore facto, quae cum Lamberto prorsus conveniunt, ex hoc exscripsisset. Quum vero alibi nusquam hoc libro usus sit, id vix statuerim. Nisi haec verba Lamberto postea obtrusa putes*[49]*, sane de communi utriusque fonte, quamvis haec nunc lateat, cogitare oportet. Neque Sigebertum Gemblacensem*[50] *Lamberti annalibus usum esse, V. Cl. Hirsch mihi persuasit*[51]*, licet singulis annis*[52] *quandam inter eos deprehendi similitudinem non negem. — Itaque primus, nisi fallor, Lamberti historia monachus Sigebergensis, qui vitam Annonis archiepiscopi Coloniensis conscripsit, usus est; cui quae ille de viro celeberrimo sibique noto diligenter retulerat se ita commendabant, ut ea ad verbum in suas transferret schedas, iisque in publica archiepiscopi vita enarranda nihil fere addendum reperiret*[53]*. — Paulo post qui magnos illos annales confecit, quos vulgo Annalistae Saxonis nomine laudamus, Lambertum evolvit et plures eius locos compilationi suae vastissimae intulit, quamvis, Brunonis historia caeteris fontibus praelata, praestantissimam illius partem, eam dico, qua bellum Saxonicum describitur, intactam reliquerit, sive ne narratione copiosissima obrueretur veritus, sive Lambertum Saxonibus et praesertim Halberstadensibus non satis favisse ratus. — Eodem fere tempore liber de fundatione coenobii Gozecensis scriptus est, cuius auctorem plura ex*

46) a. 1075. 47) V. a. 1058. 1059. ubi optimi libri *N.* legunt, alii vero semel *Lambertus* scribunt. 48) cf. infra n. 59. 60. 62. 63. 49) Hoc etiam loco minus apto, quo haec in codice 1. leguntur, indicari videtur; reliqui codices postea ordinem mutasse videntur. 50) Verba apud Miraeum a. 1077: *Lamberti Schafnaburgensis monachi Hersveldensis chronicon desinit,* in nullo codice obvia, editoris esse, vocabulum *Schafnaburgensis* satis ostendit. 51) In libro eruditione plenissimo, quem de vita et scriptis Sigeberti edidit p. 110—113. 52) Cf. praesertim a. 1073. At Lambertus haec a. 1075. retulit, neque video, cur dubitemus, quin Sigebertus de hoc regis Russorum adventu quaedam audierit. Si alibi conveniunt, plerumque res sunt notissimae; sed quae Lambertus fuse exponit, Sigebertus breviter attingit. Locos vero a. 1054. 1071. hic ex aliis fontibus recepit. 53) Quod Delius (ap. Ledebur Archiv V. p. 55 sqq.) sine causa in dubitationem vocavit.

54 *Lamberto desumsisse*[54] *patet. — Etiam*[55] *in Chronico Laureshamensi Lamber-*
*tinae narrationis vestigia deprehendi, iam Stenzel monuit*[56]. *— In monasterio*
*S. Petri Erfordiensis iam saeculo duodecimo incipiente Lamberti codicem*
*fuisse, cuius fragmenta tum aliis operibus sint inserta, tum tamquam bre-*
*viores annales descripta, mox videbimus. In eodem vero coenobio saec. XV. ex.*
57 *Nicolaus de Sygen magnum Thuringiae chronicon digessit*[57], *in quod etiam*
*ex Lamberto plurima recepit. Cuius autographon in archivo publico Wima-*
*riensi asservatum V. Cl. Hesse summa diligentia perlustravit et examinavit.*
*Alii quoque rerum Erfordiensium scriptores, praesertim ille, qui satis barbaro*
58 *nomine „Exphurdianus antiquitatum variloquus“ audit*[58], *multa ex Lamberti*
*annalibus mutuati sunt. Praeterea vero saeculo XIV. exeunte, XV. incipiente,*
*plures eorum codices noti fuisse videntur, quum etiam alios rerum scriptores iis*
*usos fuisse, V. Cl. Hesse probaverit, Wigandum Gerstenberger in chronico*
*Hassiaco*[59], *Trithemium in chronico Hirsaugiensi*[60], *Paulum Langium in chro-*
*nico Citicensi*[61]; *quibus addi possunt Andreas Lang abbas S. Michaelis Baben-*
*bergis, qui saec. XV. ex. librum de sanctis ordinis S. Benedicti conscripsit*[62],
64 *et N. Emser*[63], *qui a.* 1512. *vitam sancti Bennonis Misnensis episcopi edidit*[64].
*Paucis annis post prima editio prodiit, quae ingenti plausu recepta, viri-*

54) c. 9. de Dedone ex a. 1056. et 1042, c. 12. de Adalberto ex a. 1065. et 1072.

55) Vol. I. p. 179. ex a. 1064.

56) II. p. 105.

57) De quo vide quae disputavit V. Cl. Hesse Beiträge T. I. fasc. 2. p. 5—9. Ipse Nicolaus f. 125': *Hic* (Lampertus), inquit, *satis late scribit suam cronicam, ex qua plura ego frater Nicolaus de Sygen professus Erff. ad Sanctum Petrum collegi hunc sive praesentem sexternum, videlicet ab anno Domini* 1000. *usque ad a. D.* 1077.

58) apud Menkenium II. 471 sqq.

59) natus Frankenbergae in Hassia, d. 1. Mai a. 1457, mortuus d. 27. August. 1522. (ergo tribus annis ante editum a Churrero Lamberti librum, quo igitur tantum manuscripto uti concessum fuit), ut, quae ad ann. 1524. et 1549. traduntur, ab aliena manu adiecta sint. Eius chronicon Thuring. et Hass. (de quo vid. Wenck l. c. T. I. praefat. p. XV.) typis exscriptum legitur in Schminckii monument. Hass. T. I. et II. Loci, quos ex Lamberto in id transtulit, habentur T. I. p. 46. ad ann. 909, ubi fontem, ex quo hausit, ut etiam in sequentibus paginis, falso Chronicon Lamberti Leodicensis nominat, quem errorem iam in huius praefationis initio redarguimus, p. 106. 110. 112. 114. 116. 129. 131. 134. 142. 147. 149. 154. 160. 164. 172. 181. 190. (Ex Monachi Erfordiensis additionibus ad Lambertum petita sunt, quae continentur p. 192. 197. 198. 200. 208. 211. 214. 216. 218. 222. 238. 239. 246.) — Chronici Hersfeldensis nomine Gerstenbergerus p. 103. nonnisi Lamberti Annales indicare videtur; neque, ut Wenck statuit, historia Hersfeldensis intelligenda est. HESSE.

60) V. a. 1065. p. 209. a. 1072. p. 232. Eum codicem Wirzburgensem habuisse, verisimile est; quem fortasse etiam P. Langius, Trithemii discipulus, inspexit.

61) Chronicon Citizense primo edidit a. 1517, a. 1520. revisit; ubi p. 1142. (ap. Pistor. ed. Struve I.) narrationem, quae incipit: *Rex Wilhelmum marchionem Thuringorum* — et desinit — *sorore Ioiade* ex Lamberto ad ann. 1051, verba p. 1143. exstantia: *Rex accepto nuntio — omnia faciebat* ex eodem ad ann. 1076. mutuatus est; quod etiam valet de iis, quae p. 1146. de Ecberto marchione narrantur. — Paulo Langio non ignotum fuisse Lamberti libellum de ecclesiae Hersfeldensis institutione, iam supra dictum est. HESSE. — Cf. eiusdem chronicon Numburgense ap. Menkenium II., ubi eadem fere repetuntur.

62) Cf. de ipso Mon. SS. IV. 166. Quae fol. 181. de Wilderado abbate Fuldensi tradit, ex Lamberti Ann. a. 1063. sumta sunt, et hunc ipse auctorem laudat f. 184'. ubi de Meginhero Hersfeldensi loquitur: *Is ut Lampertus in sua chronica testatur* etc.

63) Ipsum affert c. 39 (ap. Menkenium II. p. 1859): *Huius autem vastationis meminit Lampertus Herveldensis monachus, nobilis historiarum scriptor.* Quae verba quum legisset monachus Hamerslebensis supra laudatus, chronicon Ekkehardi, cuius epitomen fecit, Lamberto tribuendum esse putavit, ita inquiens (f. 30' Cf. Leibnitz I. p. 710.): *Puto Lambertus vocatur auctor monachus Hersfeldensis nobilis historiografus; sic illum nominat Ieronimus Emser in vita Bennonis episcopi. Si tamen sit iste.*

64) His nescio an annumerari debeat Stephanus Leopolder, qui a. 1502—1532. in coenobio Wessofontano vixit et Leutnero teste (Hist. Wessof. p. 339.) „chronici Hersfeldensis compendium ex Lamberto Schafnaburgensi excerpsit“, quum iam editione principe uti potuerit. — Staindelium, qui iam antea chronicon magnum Bavaricum compilavit, non Lamberto, ut Oefelius putavit, sed Annalibus Altahensibus usum esse, Giesebrecht satis probavit p. 7. — Stenzel etiam Ann. Novesienses ex Lamberto a. 1074. descriptos esse annotavit, quos saeculo XVI. exeunte compositos hic non attulerim, quum tunc temporis iam plurimi editum Lamberti textum adhibuissent.

*bus eruditis preciosissimus visus est thesaurus*[65], *ita ut deinceps horum anno-* 65 *rum historiam Lamberto maxime auctore omnes narrarent; qui utinam etiam aequum eius iudicium imitati atque aemulati essent!*

*Societate aperiendis fontibus rerum Germanicarum medii aevi constituta et statim de praecipuis scriptoribus summa cura diligentiaque exhibendis cogitante, Cl. L. F. Hesse, vir de historia Thuringica meritissimus, Lambertum, omnium medii aevi historicorum pene praestantissimum, edendum suscepit, et annis sequentibus cum codices a Pertzio et Boehmero feliciter repertos cum editis comparavit eorumque fide textum recensuit, tum verbis et rebus explicandis egregiam operam navavit, et studiorum per viginti et amplius annos continuatorum fructus in hoc loco reponere voluit.*

*Subsidia vero haec ipsi ad manus fuerunt:*

1) *Codex Augustinensium Wittenbergensium*[66], *quem vir summus et de* 66 *omnium scientiarum provectu optime meritus Philippus Melanchthon Secerio describendum mandavit atque Chaspari Churrero typis edendum transmisit. Qui quum iam inveniri non potuerit, sive deperditus sit sive in quodam angulo lateat*[67], *editio princeps, quam Churrerus a.* 1525. *Tubingae apud Hulderichum Morhardum vulgavit, adhibenda erat. Exemplar enim illud genuinum Lamberti textum continuit satisque fideliter expressum esse videtur, ita ut plerumque nonnisi leviora menda aspersa atque hinc inde vocabulum*[68] *omissum vel additum* 68 *deprehendas; quae aliorum codicum fide emendanda erant.*

1*) *Codex in archivo Dresdensi a Cl. Hessio primum evolutus, quem annis* 1550—1600. *manu exaratum esse, opinatur, ex editione principe descriptus esse videtur, quippe qui in plerisque cum ea conveniat neque locum a.* 1075. *expleat*[69]. 69

1a) *Auctor vitae S. Annonis*[70] *et*

1b) *Annalista Saxo*[71] *antiquos et optimae fidei codices ante oculos habuerunt*[72].

*Reliqui vero libri quotquot novimus manarunt ex*

2) *Codice monasterii S. Petri Erfordiensis, qui certe saeculo XII. inc. scriptus fuisse videtur, itaque prope ad Lamberti tempora accessit et eius verba accurate satis atque fideliter servasse putandus est, nonnulla vero adiecit quae res Erfordienses posterorum memoriae traderent, a genuino Lamberto secernenda. Codex ipse, quem in Thuringiae bibliothecis frustra quaesivi, deperditus esse videtur; ex ipso vero derivati sunt*

2a) *Codex Gothanus Ekkehardi, mbr. s. XII. olim S. Petri Erfordiensis, de quo vide Mon. SS. III. p.* 21[73]. *Post annum* 1040. *vero pauca tantum verba ex Lamberto exscripsit*[74]. 74

65) Cf. testimonia a Vossio collecta de hist. Lat. II. c. 47. quibus multi addi possent. 66) Errore decepti plures codicem Tubingensem dixerunt. 67) V. Cl. Förstemann mihi retulit, codices illius monasterii partim in bibliothecam Wittenbergensem venisse, partim postea in Ienensem transmigrasse. In neutra iam reperitur. 68) In priore tantum libri parte plura omissa sunt, ut a. 723. 732. 733. 786. (*cui R. s.*), 787 813. (*c. H. s.*). De a. 718. 742. 777. v. n. 76. 69) Eodem continentur: 1) *Origines Saxonicae Vuolgangi Crusii* (71 pagg.); 2) *Chronicon Veterocellense* e Conradi presbyteri Lauterbergii annalibus et manuscripto exemplari castigatum (22 pagg.); 3) *Annales Misnenses* auctoris incerti (9 pagg.); 4) *Chronicon Pirnense* (6 pagg.); 5) *Chronicon Dresdense* (3 pagg.) Hae quinque libri partes germanice conscriptae sunt; 6) *Chronicon Fribergense* Latinum (8 pagg.); 7) Civitatum, arcium ac monasteriorum fundationes, ex innumeris chronicorum codicibus congestae per *Vuolg. Iustum* germanice, (79 pagg.); denique 8) *Herveldensis abbas de rebus Germanorum* (240 pagg.). 70) Codicem egregium Hallensem adhibuimus. 71) Usi sumus cod. autographo Sangermanensi 72) Alii plerique, quos Lamberto usos esse diximus, non ita eum exscripserunt, ut ad verba restituenda facere possent. 73) cf. Archiv VII. 505. et quae postea dicentur. 74) 1041. *cui Suitgerus successit.* 1051. *Imperator pentecosten — mense dece-*

*2^b) Codex comitis de Schoenborn in arce Gaybach asservatus, mbr. s.*
*XII. olim „S. Petri in Erfesfurt“, annales continet, a. V. Cl. Boehmero ex-*
*scriptos, qui usque ad a.* **1077.** *ex Lamberto hausti saepe ipsa illius verba*
*retinent, ideoque his emendandis multum inserviunt. Annales una manu usque*
*ad a. c.* **1150.** *exarati, postea ab aliis usque ad a.* **1163.** *continuati, in alio*
75 *Monumentorum volumine edentur*[75].

*Proxime ad codicem 2. accedere videtur*

*3) C. Dresdensis, olim academiae Lipsiensis, postea tabulario regio illatus,*
*nunc in bibliotheca publica asservatus et I. 50. signatus. Liber saeculo XV.*
*ex. vel XVI. in. in charta duabus manibus, altera rudi et minus eleganti, altera*
*comptiori, exaratus est. Lamberti verbis pauca de coenobio S. Petri addita*
76 *sunt*[76]*, praeterea continuatio brevis usque ad a.* 1154. *adiecta, quae cum anna-*
*libus ibidem scriptis (2^b.) quam maxime convenit.*

*4) C. Gottingensis, olim Albini, postea domini de Plotho et Semleri*[77],
*chartaceus in fol. saec. XV. ex., satis diligenter et distincte scriptus*[78]*; qui*
*pariter atque*

79 *5) C. Wirzburgensis, olim abbatiae S. Iacobi, quae Scottorum erat*[79],
*chartaceus in fol. saec. XV. ex. vel XVI. in., duobus calamis scriptus, — in-*
*cipit ab a.* 705. *— maxime in prima libri parte quaedam adiecit*[80]*, et con-*
*tinuationem quoque illam non solum retinuit sed etiam usque ad a.* **1182.** *pro-*
*secutus est. In minoribus quoque hi codices inter se conveniunt, quamvis alter*
*ex altero descriptus esse nequeat, quum aliis hic aliis ille mendis sit defor-*
*matus. Eodem modo codex 3. suas habet maculas. Omnes vero non paucis*
*locis eodem modo peccarunt, verba omiserunt, alia transposuerunt et mutave-*
*runt*[81]*, ut communem fontem iam ab eiusmodi erroribus haud liberum facile*
*agnoscas. Omnes, utpote eodem fere tempore exarati, etiam in verbis scribendis*
*valde conveniunt et ab orthographia, quam saeculo XI. in usu fuisse*
82 *satis constat, saepe recedunt*[82]*, ita tamen ut modo hic modo ille antiquiores*

*dens.* 1056. ***Presentes erant — sepulturae est traditum. Hermannus Coloniensis archiepiscopus obiit; cui Anno Goslariensis prepositus successit.*** 1060. *relicto — speciosus.* 75) Magnam eorum partem publici iuris fecit Würdtwein Nova subs. diplom. II. 238—241. 76) a. 858. 1068. Etiam quae a. 718. 742. 777. de archiepiscopis Moguntinis leguntur et tam ab aliis Annalium Hersfeld. exemplaribus quam a codice 1. aliena sunt, equidem haud Lamberto, sed monacho Erfordiensi, tribuerim. 77) cf. Archiv. VII. 456 sqq. — Semlerus hunc librum ex bibliotheca Petri de Ludewig cancellarii Hallensis aut Baumgarteni professoris comparasse videtur; cf. Baumgarten Nachrichten von einigen . . Handschriften der . . Bibl. des Kanzlers von Ludewig. Halle 1749. 8. p. 31—40. HESSE. 78) Codices Dresdensem et Gottingensem a VV. Cll. nostraeque rei fautoribus eximiis, Falkenstein et Beneke transmissos et ipse inspicere potui. 79) Cf. Gerken in itinere II. p. 345. qui satis inepte de hoc codice disputavit. HESSE. 80) V. a. 623. 705. 706. Annis 718. 742. 777. 1068. easdem quas 3. habent additiones. Saepe etiam episcoporum et abbatum nominibus sedium indicationes adiecerunt, a. 863. 890. 892. 928. 932 etc. 81) Cf. a. 1069. 1071. 1072. 1074. (ter), 1075. 1077. (loci, quos iam textu nondum impresso accuratius indicare non possum, facile in notis invenientur.) 82) Ita semper fere *c* pro *t* exhibent, et ubique non solum *nichil, michi, mulctare* sed etiam *nunctius* scribunt; *y* pro *i* non raro occurrit; neque tamen in hoc neque in aliis multis sibi constant. Nam modo *solemnia*, modo *solempnia, sollemnia, dampnum* et *damnum* et alia eiusmodi praebent. Sed ubique fere *unquam, cunque, aliquandiu* praeferunt. 3. et 4. saepe *h* utuntur: *sathanas, sathagere, penthecoste, thabus, thabescere;* etiam *charissimus* et *lachrimae* interdum in 4. legitur. Magis offendunt *s* pro *z* (*baptisare, scandalisare*), et *z* pro *s* (*thezaurus*), *w* pro *u* (*sangwis*, quod in 3. etiam *saguis* pariter ac *ligua* scribitur, *extingwi*), *n* ante *g* additum (*pungna*), litterae bis positae (*legittimus* 3. 4., *tollerare* 3. 4., *sanccire, dupplicare, aufferre, pallacium* 3., *rursus* 4.) aliaque quae rudem saeculi XV. orthographiam referunt, qualia sunt nomina propria praesertim in cod. 3. deformata (*ff, ph* pro *f; tt, dt* pro *t* et alia in notis allata). 4. plerisque locis magis ad antiquiorem quem sequitur codicem accedit, et hinc inde ů, ŏ etc. servavit.

*formas retinuisse videatur. Quas, codicibus* 1[a]. *et* 2[b]. *adhibitis, ubique restituere conandum erat; quamvis in multis vocabulis, in quibus scribendis illius temporis scriptores numquam fere sibi constabant, nos pristinam lectionem haud assecutos esse*[83], *bene sciam. Sed haec levissima sunt, quae nisi ipse monuissem,* 83 *vix unus alterve attendisset.*

6) *Pistorius codicem habuit, quem vetustissimum dicit*[84]*; sed lectiones cum* 4. 5. *concordantes et continuatio usque ad a.* 1352. *deducta atque ex annalibus Sanpetrinis excerpta, eum eiusdem originis et fortasse non maioris aetatis fuisse ostendunt.*

7) *Codex Oxoniensis Bodl. N.* 5128., *Iunii manu scriptus, brevem anni* 1075. *partem continet, cuius lectiones a genuino textu satis recedentes V. Cl. A. Nicoll enotavit*[85]. 85

*His subsidiis ad hanc novam Lamberti editionem adornandam V. Cl. Hesse magna diligentia usus est, et quamvis nullum veterem et auctoris tempori supparem codicem integrum atque genuinum ad nos usque pervenisse aegre feramus, textum tamen quam fidelissime esse restitutum, ita ut de vera lectione nusquam fere dubitandi locus sit, lectores libenter concessuros esse confido.*

*Editiones vero quae nostram praecesserunt hae sunt: prima sub titulo:* Quisquis es gloriae Germanicae et maiorum studiosus, hoc utare ceu magistro libello. Tubingae 1525. *in* 8[vo][86] *curante Chasparo Churrero*[87]*; — secunda ibi-* 87 *dem a.* 1530[88]*; — tertia ibidem a.* 1533[89]. *curante Lutovicho Schradino, qui nomen auctoris detexit et quaedam emendare*[90] *conatus est*[91]*; — quarta in Schardii prima collectione*[92] *Francof.* 1566*; — quinta quam dedit Grynaeus*[93] *Basileae ex officina H. Petri* 1569. *fol.; — sexta in altera Schardii collectione*[94] *Basileae* 1574*; — septima et octava in Scriptorum a Pistorio editorum* 94 *Volumine I. Francof.* 1583. *Hanoviae* 1613. *fol.; — nona cum Chronico Urspergensi Argentorati* 1609. *fol.; — decima in Schardio redivivo opera H. Th. Augustani Giessae* 1673. *fol.; — undecima quam Struvius Pistorii libro repetito exprimendam fecit Ratisbonae* 1726. *fol*[95]. *Post quos*[96] *Krause, prima* 96

83) Praesertim an praepositiones sequenti litterae assimilaverit necne, codicibus saepe inter se discrepantibus, dubium me tenuit. 84) Vol. I. Epistol. dedicatoria p. 2. 85) Vid. Archiv V. 727. 86) In fine legitur: *Excusum apud Hulderichum Morhardum Mense Augusto*. M. D. XXV. 87) De ipso cf. Schurreri biogr. und liter. Nachrichten von ehemal. Lehrern der hebr. Liter. in Tübingen. Ulm 1792. 8. p. 88. et Veesenmeyer Sammlung von kleinen Aufsätzen. Ulm 1827. 8. p. 67 sqq. ubi etiam de Lamberto scite ut solet disseruit. HESSE. 88) Hanc Hamberger (Zuverlässige Nachrichten III. p. 781. Director. p. 7.) aliique laudant; Ebert vero (Bibl. Lexicon I. 961.) an revera prodierit, dubitat. Certe neque V. Cl. Hessio innotuit, neque in bibl. Gottingensi exstat. 89) *Tubingae ex aedibus Morhardinis Kal. Septemb. a.* 1533. 90) neque tamen se codice adiutum esse dicit. 91) Servabatur olim huius editionis exemplum ab anonymo emendatum et notis copiosis illustratum in bibl. Uffenbachiana (Vid. eiusdem catal. T. III. 18. n. 99.); uti aliud annotationibus margini adiectis illustratum et correctum, quod olim Philippus Melanchthon possedit, praestantissimae librorum Dr Klossii supellectili, anno huius saeculi 35. publica venditione Londini distractae, ornamento fuerat. Vid. Catalogue of the library of Dr. Kloss. p. 165. N. 2289. HESSE. Sed annotationes libris quos olim ipse possederat adscriptas minime a Melanchthonis manu profectas esse, Klossius publice nuper protestatus est. PERTZ. 92) *Germanicarum rerum quatuor celebriores vetustioresque chronographi.* fol 93) Lamberti nomen in titulo non apparet: *Chronicon historicum apud Germanos authore monacho quodam Herveldensi.* 94) *Historicum opus in quatuor tomos divisum.* Vol. I. 95) Ex hac fragmenta quaedam in Bouqueti collectionem recepta sunt III, 348. V, 367. VI, 227. VII, 240. XI, 59—69. 96) Primus D. H. Hegewisch praestantissimos horum annalium locos vertendi periculum fecerat; vid. Eius Charactere und Sittengemälde aus teutschen Geschichtschreibern des Mittelalters mit Nachrichten die deren Aufzeichner betreffen. 1. Samml. (Leipz. 1768. 8.) p. 93—200. Postea integrum chronicon germanice interpretatus est F. B. de Bucholz. Frankfurt 1819. 8. HESSE.

*libri parte omissa, duodecimam editionem adornavit (Halae 1797. 8.), qua textum quidem intactum pene reliquit, verbis vero et rebus explicandis illu-*
97 *strandisque primus manum admovit*[97].

*Quibus annotationibus V. Cl. Hesse alias multas easque bonae frugis plenissimas adiecit, iisque congessit quae tam alii hinc inde monuerunt tam ipse e penu sua literaria promenda et cum lectoribus communicanda duxit. Rarissime et ipse notulam aspersi, qua praesertim Lamberti errores, aliis scriptoribus collatis, demonstrare et refellere conatus sum.*

*Iam vero, prima eaque ex Ann. Hersfeldensibus hausta libri parte supra Vol. III. p. 22. sqq. edita, ipsum Lambertum suorum temporum historiam initio quidem breviter, mox vero ample et egregie exponentem audiamus.*

*G. WAITZ.*

## 1040.

Aug. 22-31. Heinricus rex in Boemiam[a] duxit exercitum, ibique Werinherus[b] comes et Reginhart[c] signifer Fuldensis cum aliis multis occisi sunt.

Petrus Ungariorum rex a suis expulsus, ad regem[d] Heinricum confugit, petens auxilium[98].

Eberhardus[e] Babenbergensis obiit; cui Suitgerus[f] successit. Dedicata est cripta Herveldensis[g], atque in eam translatae sunt reliquiae sanctorum confessorum[h] Wigberti et Lulli.

## 1041.

Heinricus rex secundo[i] Boemiam ingressus, ducem eius in dedicionem accepit, Prenzlao[k] nomine, terramque eius sibi[l] tributariam fecit. Inde per Baioariam[m] regres-
Sept. 29. sus, festum sancti Michahelis Ratisponae celebravit.

Ouban[n], qui Ungariorum regnum invaserat[o], eruptionem in fines Baioariorum et Carentinorum fecit, multamque praedam abegit. Sed Baioarii coadunatis viribus insecuti, praedam excusserunt, multisque occisis, reliquos in fugam coegerunt[99].

## 1042.

Aug. Sept. Rex, prima[p] expeditione in Ungariam facta, praedictum Ouban fugavit, usque ad fluvium Raban pervenit, tres urbes maximas cepit, acceptoque a provincialibus iureiurando, in pace remeavit.

Herimannus[q] Mimigardenvurtensis episcopus obiit; cui Ruotbertus[r] successit. Heriberdus Eihstatensis[s] episcopus obiit; cui frater eius Gezman[t] successit. Cui post aliquot ebdomadas[u] defuncto Gebehardus successit.

## 1043.

Rex incarnationem Domini Goslariae celebravit. Illuc dux Boemicus adveniens, benigne susceptus a rege, et honorifice aliquamdiu habitus, tandem in pace est dimissus.

a) Bohemiam 3. 4. 5. *saepius* (*praesertim* 3.) b) Wernherus 3. 4. c) Reginhard 1. *et ita saepius* d *ubi codd.* t. d) *deest* 3. e) Eberhard episcopus 1. f) Suuitgerus 3. Suuttgerus 4. *et ita infra;* Suntgerus 5. Suiggerus. *ed.* 3. (2?) g) Herveldie 1. h) conf. plurimorum et abbatum sanctorum 4. 5. i) scds 5. k) prenslao 4. l) *deest* 1. m) baioriam 4. n) Vban 1. 3. *semper.* o) invaserant 3. p) in p. 3. q) hermanuus 3. *saepius.* r) *ita* uo *quod in codd. nonnumquam evanuit semper restitui* (W.); rudbertus 1. rupertus 3. ruttbertus 4. rutbertus 5. s) einstatensis 1. 3. 4. 5. t) geſman 3. u) ebdomedas 4. aliquod hepdomadas 1.

97) In ipso tamen sufficientem latinitatis, tam aurei quam barbari aevi, et historiae singularum Germaniae civitatum et genealogiae eorum, qui iis praefuerunt, scientiam desideramus, ex quo fonte multi in annotationibus et indicibus commissi errores fluxerunt. Coniecturis etiam indulget, quae a scriptoris ingenio et oratione non raro ita abhorrent, ut eius sententiam miro modo detorqueat ac depravet. HESSE. 98) a. 1041. Herimannus et Annales Altah. (restituit W. Giesebrecht. Berol. 1841. quos saepius allaturus sum. W). 99) Vere a. 1042. Herim. et Ann. Altah.

Ibi inter diversarum provinciarum legatos, legati Ruscorum tristes redierunt, quia de filia regis sui, quam regi Heinrico nupturam speraverant, certum repudium reportabant[1]. Ibi[2] quoque[a] legati regis Ungariorum pacem suppliciter orant, sed non impetrant, quoniam rex Petrus, quem Ouban per vim regno expulerat, praesens erat, suppliciterque Heinrici regis auxilium contra illius violentiam implorabat.

Sigewart Fuldensis abbas obiit; cui Rohingus[b] successit. Gisla imperatrix obiit, et Spirae sepulta est[3].

Rex, secunda expeditione in Ungarios facta, praedictum Ouban ad placitam sibi pactionem coegit, acceptisque ab eo de pace iuramentis et obsidibus, reversus, nuptias celebravit in Ingelenheim in coniunctione Agnetis, filiae Willihelmi[c] comitis Pictavorum. Nov.

# 1044.

Rex nativitatem[d] Domini celebravit Treveris. Ibique omnes, qui in regiam maiestatem deliquerant, crimine absolvit, eandemque legem per totum regnum promulgavit, ut omnes sibi invicem delicta condonarent.

Gozelo dux Luteringorum[e] obiit; cuius[f] filius Gotefridus[g], nobilissimae indolis iuvenis atque in re militari admodum exercitatus, quia ducatum patris non potuit obtinere, arma contra rem publicam corripuit, Adalbertum[h] ducem, quem rex patri eius subrogaverat, praelio victum occidit, caedes hominum et depopulationes agrorum quam 1043. maximas fecit, loca omnia usque ad Renum, praeter ea quae vel murorum praesidio hostilem impetum subterfugiebant vel se data pecunia redemerant, in cinerem redegit.

Rex, tercia expeditione in Ungariam facta, praedictum Ouban vicit[4] et expulit, Pe- Iul. 5. troque regnum restituit.

Hazecho[i] Wormaciae episcopus obiit; cui Adalgerus successit; cui itidem paulo post humanis rebus exempto, Arnoldus successit. Diotmarus[k] Hildinesheimensis episcopus obiit[5]; cui Azelinus[l] successit.

# 1045.

Dux Gotefridus a rege in dedicionem acceptus, in Gibekestein[m] missus est custodiendus[n. 6], sicque regnum brevi tempore quietum et pacatum mansit.

Petrus Ungariorum rex Ouban, aemulum atque insidiatorem regni sui, captum decollavit[7].

Brun[o] Wirciburgensis[p] episcopus obiit; cui Adalbero successit. Cathelo[q] Citicensis episcopus obiit; cui Eppo successit. Adalbrandus[r] Premensis[s] archiepiscopus obiit; cui Adalbertus[t] successit.

# 1046.

Rex nativitatem Domini Goslariae[u] celebravit; ubi et socrus eius de Pictavis[v. 8] cum primoribus gentis suae aderat.

Petrus rex[w] Ungariorum ab Andrea propinquo suo dolo circumventus caecatur.

Eggihardus[x] marchio subitanea morte praefocatus, interiit. Drutmarus abbas Corbeiensis obiit; cui[y] Ruothardus[z] successit.

Dux Gotefridus custodia absolutus, dum videret, nec intercessionem principum, Mai 18.

a) Ibique 5. b) roghingus 4. 5. c) wilhelmi 1. 3. *saepius.* d) natalem 1. *semper.* e) Lutheringorum 1. Lotoringorum 3. f) cui 3. g) godefridus 4. 5? h) *ita* 1b. *et ita ubique scripsi* (W.) adelb. *rell.* i) Nazecho 3. k) Ditmar 2b. Diothmarus 3. l) Aezelinus 1. Ezelinus 3. m) Gibekenstein 1. gibelecstein 3. n) cost. 4. *semper fere.* o) bruno 3. p) wirceb. 1. 5. wirzeb. 3. wercib. 4. q) Catelo 1. r) Altbrandus 1. adelbrandus *rell.* s) *ita* 3. 4. t) adelberdus 4. adelbertus *rell.* u) celebravit Goslarie 3. v) pictavia 2b. w) Ung. rex 3. Eggih. — interiit *des.* 1. y) *deest* 3. z) ruthardus *omnes.* *) intercessione 4. 5.

1) Cf. Ann. Altah. p. 67. V. Karamsin hist. Russiae II. ann. p. 19. 2) Ann. Altah. eos Paderbrunnae mense Maio regem adiisse dicunt. 3) Obiit d. 15. Februar.; vid. Wedekind Not. T. 2. fasc. 8. p. 407. 4) D. 5. Iul. a. 1044. secundum Herimannum; cf. Ann. Altah. p. 70—72. 5) cf. Wedekind l. c. 6) Alia exempla principum ibi custodiae traditorum affert Conr. Fr. Reinhard in commentatione, in qua fabula de Ludovici II. Thuring. comitis ex arce Gibichenst. saltu — refellitur. Hal. et Lips. 1726. 4. p. 3. et ex rec. F. Wideburg. Hal. 1737. 4. p. 4. 7) Quod a. 1044. narrant Herim. et A. Altah. 8) Agnes, filia Ottonis Wilhelmi, comitis Burgundiae, uxor Wilhelmi III. comitis Pictaviae, mater Agnetis, uxoris Heinrici III. imperatoris.

nec dedicionem, quam sponte subierat, sibi aliquid profuisse, et rei indignitate et inopiae familiaris taedio permotus, bellum rursus de integro sumpsit[9]. Inter alias, quas rei publicae intulit clades, Neumago[10] domum regiam miri et incomparabilis operis[a]
1047. Oct. 24. incendit, civitatem Verdonensem cepit, maiorem in ea ecclesiam concremavit. Sed post modicum facti in tantum poenituit[b], ut publice se verberari faceret et capillos suos, ne tonderentur, multa pecunia redimeret, sumptus ad reaedificandam ecclesiam daret, et in opere caementario per se ipsum plerumque vilis mancipii ministerio functus deserviret[c].

## 1047.

Rex nativitatem Domini Romae celebravit[d. 11], ubi tribus depositis qui sedem apostolicam contra ecclesiasticas regulas invaserant, Suitgerum, Babenbergensem episcopum, vicarium apostolorum constituit. A quo in die sancto ipse vicissim cum Agnete regina imperiali nomine et honore est donatus. Inde Beneventum vicinasque regiones pera-
Apr. 19. Mai. 28. grans, sanctum pascha in redeundo Mantuae celebravit, ascensionem[e] in Augusta; ubi Epponi episcopo defuncto Heinricum subrogavit. Deinde exercitum navalem per Renum duxit in Fresiam contra Gotefridum eiusque adiutorem Diodericum, ibique duas urbes munitissimas cepit, Rinesburg[12] et Fleerdingen.

Suitgerus papa, qui et Clemens, obiit, et Babenberg sepultus est. Rohingus abbas Fuldensis obiit, qui eodem anno Romae in nativitate Domini consecratus fuerat a Suitgero papa. Guntherus[f] heremita obiit[13].

## 1048.

Imperator nativitatem Domini Polethe[g] celebravit. Ibi legati aderant Romanorum, Suitgeri papae obitum nunciantes[14] eique successorem postulantes. Quibus imperator Bopponem Prisniensem[h. 15] episcopum assignavit, Babenbergensem[i] vero episcopatum Hezekin[k. 16] cancellario contradidit[l].

Sept. 29. Festum sancti Michahelis imperator iterum Polethe celebravit. Ibi postero die Dietmarus comes, frater ducis Bernhardi, cum a milite suo Arnoldo accusatus fuisset de inito contra imperatorem consilio, congressus cum eo, ut obiectum crimen manu propria purgaret, victus et occisus est.

Ekbertus[m] Fuldensis abbas factus[n] fuerat statim post nativitatem Domini.

## 1049.

Imperator nativitatem Domini Frisingae celebravit. Ibi iterum legati Romanorum, Bopponis papae[o] morte nunciata, rectorem Romanae ecclesiae postulabant. Quibus imperator Brunonem Tholosae[p. 17] episcopum dedit.

## 1050.

1049. Oct. Nov. Leo papa propter componendum statum ecclesiarum et pacem Galliis[18] reddendam Roma egressus, Mogontiae[q] sinodum celebravit, praesidente[r. 19] imperatore cum 42 episcopis. Ubi Sibecho[s] Spirensis episcopus de criminibus, quibus accusabatur, sacra communione se purgavit; et dux Gotefridus interventu papae et principum gratiam impe-

a) opis 3. b) eum p. 6. c) serviret 3. d) c. R. 3. celebrat 2b. *plerumque.* e) a. in a. *des.* 3. f) *add.* de thuringia 4. in thuringia 5. g) Poleten celebrat 2b. h) prisinensem 3. 4. i) Babenberg 5. k) Hexclem 3. l) tradidit 1*. *corr.* contradidit 4. m) Ecbertus 1. Ekebertus 4. 5. n) *deest* 4. fuerat *deest* 1. 5? 6. o) *deest* 2b. p) Tolosae 1. q) moguntie 2b. *hoc loco.* r) *legendum esse* praesente, *Krause suspicatus est.* s) Sibecho 1.

9) *bellum — sumsit.* Ita Sallust. Iug. 20, 5. 83, 1. Tacit. Ann. 2, 45. Hist. 2, 42. 3, 43—69. 5, 25. 10) Nimwegen. 11) cf. Wedekind Noten 2, 8. p. 407. 12) Superest nomen Rineburg tenui in vico in laeva Rheni ripa eo fere loci ubi olim Romanorum castellum Matilo. STRUVE. 13) Guntherus eremita potius obiit ann. 1045. d. 9. Oct. vid. Wedekind Noten 2, 8. p. 400 sq. 14) Sed imperatori iam antea Clementis II. mors nuntiata fuisse videtur; cf. Pagi a. 1048. N. I. Stenzel Gesch. Deutschl. unter d. fränk. Kaisern II, 223. 15) Brixiensem, qui Damasi II. nomen assumsit, et a d. 17. Iul. ad 8. Aug. 1048. quo Palestrinae mortuus est, sanctam sedem occupavit; cf. Höfler Päpste I, 270. 271. 16) Herimanno Hacilinus; idem nomen est quod Hartwigus. 17) Tullensem. 18) Gallias noster Germaniam Alpibus Rhenoque propinquam intelligit. KR. 19) Alii scriptores hanc synodum rectius referunt ad mensem Novembr. a. 1049. Vid. I. A. Schmidii diss. de con-

ratoris obtinuit. Expleta sinodo, imperator expeditionem movit super Balduwinum[a]; papa vero reditum eius Aquisgrani expectavit.

## 1051.

Imperator nativitatem Domini Wormaciae celebravit[20]; ubi Leo papa ei valefaciens, mediocriter compositis et causis ecclesiasticis et regni negociis, Romam reversus est, abducens[b] secum Gotefridum ducem et fratrem eius Fridericum, qui Gebehardo[c] postmodum in sedem apostolicam[d] successit; item alios quam plures, tam clericos quam laicos, in re militari probatissimos, quorum virtute Nortmannis[e], qui Apuliam occupaverant, obviam ire parabat.

Consecrata est ecclesia in Goslare[21] ab Herimanno Coloniensi archiepiscopo.

Imperator pentecosten[f] celebravit Podelbrunnum. Ubi Bardo archiepiscopus[f*], ad Mai. 19. missam habito sermone, obitum suum instare praedicens, orationi fidelium se commendavit; qui eodem mense decessit, eique Liutpoldus[g] successit.

Dietericus Constantiensis episcopus obiit; cui Rumolt successit. Hunfridus Magadaburgensis[h] episcopus obiit; cui Engilhardus[i] successit.

Natus est imperatori filius Heinricus quartus rex[k], 3. Idus Novembris[22].

## 1052.

Imperator nativitatem Domini Polethe[l, 23] celebravit. Ubi filio suo Heinrico, adhuc catecumino[m], principes regni sub iuramento fidem promittere fecit. Pascha celebravit Coloniae[24], ibique praedictus puer ab Herimanno, eiusdem civitatis archiepiscopo, bapti- 1051. Mart. 31. zatus[n] est.

Ruodolfus[o] Podelbrunnensis episcopus obiit; cui Immed[p] successit.

## 1053.

Imperator nativitatem Domini Goslariae[25] celebravit, ubi et Immed[r] consecratus est a Liutpoldo[s] archiepiscopo. Ibi[t] quoque per Gotefridum[u] ducem heretici deprehensi sunt et suspensi.

Leo papa profectus contra Nortmannos[v], conserto[w] cum eis prope Beneventum praelio[26], et fugientibus statim in prima congressione Longobardis, Teutonici[x] omnes pene[y] ad unum interfecti sunt. Ipse quoque obsessus est in Benevento, et vix tandem post multas tribulationes obsidione liberatus, cunctos dies[*], quibus supervixit tantae calamitati, in luctu et moerore egit.

Eo tempore Fridericus, frater Gotefridi, Romanae ecclesiae archidiaconus, Constantinopolim[a], apostolicae sedis functus legatione, abierat. Ubi indicta sinodo cum imperatorem Constantinopolitanum et patriarcham evocasset, et illi primatus sui maiestatem vendicantes, dicto obtemperare dedignarentur[b], egressus[c] urbem, sandalia[d] sua[e] more apostolorum publice super eos excussit. Act. 13 51. Quo facto, tantum terrorem omnibus Constantinopolitanis incussit, ut imperator et patriarcha cum clero et populo sequenti die, sacco

a) balduuinum 1. b) secum abducens 3. *in marg.* c) Gebehardum 1. d) sede apostolica 5. e) Normannis 3. f) penthecost. 3. 4. *semper fere.* Podelbr. celebrat 2b. f*) a. Moguntinus 2b. g) lucipoldus 3. h) *ita* 1. Magdaburgensis 4. Magdeburgensis 3. *semper fere.* i) engelhardus 1. 4. 5. k) *deest* 3. l) Polete 2b. m) cathecumino 3. caticumino 1. 4. 5. n) baptisatus 3. 4. *saepius.* o) rudolfus 1. 4. Rodulffus Polbrunnensis 3. podebrunn 5. p) Humedt 3. r) humed 3. s) Lupoldo 3. Luitpoldo 1. t) Ibi — et suspensi 1. *infra habet post* adorarent. *Hoc loco vero etiam* 1b. *ea legit.* — et suspensi *desunt* 4. u) gotifridum 4. v) Normannos 3. *semper fere.* w) contulit c. e. p. b. signa 1. x) theutunici 3. y) *deest* 5. *) cunctis diebus 3. a) constantinopoli 1. b) dignarentur 5. c) regressus 1. d) scandalia 4. e) suo 3.

ciliis Moguntin. in Ioannis scriptor. rer. Mogunt. Tom. nov p. 290 sqq. 20) Imperator neque a. 1051. (1050.) neque a. 1050. (1049.) nativitatem Domini Wormatiae celebravit; illo Goslariae (Herim.) vel Polithe (Ann. Altah.), hoc vero Polithe (A. Alt.), quo tempore papa Leo iam in itinere erat festumque sacrum Veronae exegit (Herim.). Quae hic narrantur ad a. 1054. (1053.) pertinent. W. 21) Cf. Ann. Saxo a. 1050. 22) a. 1050. Herim. 23) secundum Herimannum (et Ann. Alt.) Goslariae. Lambertus semper uno anno a vero recedit. 24) a. 1051. 25) Anno praeterito, hoc vero Wormatiae; quod Lambertus in a. 1051. retulit, duo Leonis itinera non discernens. 26) D. 18. Iun. ad Civitellam. Leo papa d. 23 eiusdem mensis Beneventum se contulit, et ibi usque ad d. 12. Mart. a. 1054. mansit.

et cinere obvoluti, ad eum procederent et apostolicam auctoritatem in eo proni in terram adorarent[a].

1052. April. 26. Marchio Italorum Bonifacius obiit. Cuius viduam Beatricem dux Gotefridus accipiens, marcham[b] et ceteras eius possessiones coniugii praetextu sibi vendicavit. Quo comperto, imperator Heinricus gravi scrupulo perurgeri coepit, reputans, ne forte per eum animi Italorum, semper avidi novarum rerum[27], ut a regno Teutonicorum deficerent, sollicitarentur.

# 1054.

April. 19. Leo nonus papa 13. Kalendas Mai beato fine quievit in Domino, Romaeque sepultus est. Imperator interpellatus a Romanis, ut antistitem sedi apostolicae[c] provideret, Gevehardum Eihstadensem[d] episcopum misit[e]; datisque clanculo[i] litteris ad omnes, qui in Italia opibus aut virtute militari plurimum poterant, deprecabatur eos, ut ducem Gotefridum, ne quid forte mali contra rem publicam machinaretur, observarent; promittebatque, se ipsum vita comite proximo anno affuturum, et quid facto opus esset, visurum.

Huic[28] subdiaconus toxicum in calicem misit. Quem cum ipse post consecrationem levare vellet nec posset, a Domino causam facti inquisiturus, cum[f] populo ad orationem prosternitur, statimque toxicator a demone arripitur[g]. Ita igitur causa manifestata, domnus[h] papa calicem cum sanguine dominico cuidam altari iussit includi et pro reliquiis in perpetuum conservari. Deinde iterum cum populo tam diu ad orationem prosternitur, quousque subdiaconus a demonio liberaretur.

Fridericus archidiaconus Constantinopoli[29] regressus, ubi comperit, Leonem papam humanis rebus excessisse et alium iam ecclesiastici regiminis iura suscepisse, dona quidem, quae ab imperatore Constantinopolitano[k] permagnifica deferebat, ecclesiae Romanae consignavit, et statim Urbe excedens, in monasterium Casinum[l] se contulit, ibi deinceps Christo sub sanctae professionis titulo militaturus. Quod factum male plerique interpretabantur. Sed nemo qui sanum sapiebat aliter hoc eum quam ardore fidei et taedio secularium negociorum fecisse credebat, praesertim cum eodem tempore et longi itineris labore exhaustus et gravi corporis molestia pulsatus, diu se posse vivere desperaret.

Azelinus Hildenesheimensis episcopus obiit; cui Hecelo[m] successit. Sibicho[n] Spirensis episcopus obiit; cui Arnoldus successit. Hezeken[o] Babenbergensis episcopus obiit; cui Adalbero[p] successit.

Iul. 17. Imperatoris filius Heinricus consecratus est in regem Aquisgrani ab Herimanno[q] Coloniensi archiepiscopo, vix et aegre super hoc impetrato consensu Liupoldi[r] archiepiscopi, ad quem propter primatum Mogontinae[s] sedis consecratio regis et cetera negociorum[t] regni dispositio potissimum pertinebat. Sed imperator potius Herimanno archiepiscopo hoc privilegium vendicabat propter claritatem generis eius, et quia intra[u] diocesim ipsius consecratio haec celebranda contigisset[30].

# 1055.

Heinricus imperator nativitatem Domini Goslariae celebravit, statimque exactis feriis solemnibus, in Italiam perrexit, vocatus eo[v] legatione Romanorum, qui nunciaverant, nimium in Italia contra rem publicam crescere opes et potentiam Gotefridi ducis, et nisi turbatis rebus mature consuleretur, ipsum quoque regnum propediem ab eo, dissi- Mart. mulato pudore, occupandum fore. Sed ubi Italiam ingressus est, dux Gotefridus, missis in occursum eius nunciis, mandavit, nihil se minus quam rebellionem cogitare, paratum

a) 1. *add.* Ibi — suspensi *quae supra.* b) marchiam 3. c) apostolice sedis 3. d) eiustadensem 1. 3. 4. 5. e) 3. 4. 5. *add. quae infra* Huic — liberaretur *et pergunt* Imperator quoque datis clanculo. f) *bis scriptum* 4. g) corripitur 3. h) *ita* 1b. dominus *rell.* i) clanculum 3. k) Const. imperatore 4. l) Cassinum 3. m) hecelo — obiit cui *desunt* 3. n) Siuiko 1. o) Hezeleen 3. p) adelbero *omnes.* q) Herimano a. C. 2b. r) Lupoldi 5. s) mogontie 4. 5. *corr. ut videtur* mogontine 3. t) negotia atque r. 3. u) inter 4. v) et 3. ea 5.

27) *avidi rer. nov.* cf. Liv. 22, 21: *Ingenia ad res novas avida.* 28) scilicet papae. Eadem verba apud Bernoldum anno sequenti leguntur; cf. praefationem supra p. 147. 29) ubi hoc anno mense Iun. concilium habitum fuit. 30) Vid. I. G. Reuter über die Krönungsmünzen der röm. Könige Rudolph I, Adolf, Albert I. u. Heinrich VII. (Nürnb. 1804. 8.) p. 21.

potius pro statu rei publicae et imperatoris salute extrema etiam[a] omnia experiri[31], gratum[b] se habere, quod patriis finibus extorris[c, 32], patriis possessionibus[d] eiectus, opibus saltem uxoris suae in peregrinatione sustentaretur; quam nec dolo nec rapto, sed ipsius placito, et celebratis solemniter nuptiis, in matrimonium sibi iunxisset. Beatrix quoque, dissimulato metu, imperatori obviam processit, et vix impetrata dicendi copia, ait, nihil se egisse praeterquam quod iure gentium sibi agere licuisset; destitutam se priori marito, desolatae domui patronum paravisse, et ingenuam ingenuo sine fuco nefariae cuiusquam machinationis nupsisse; nec aequi nec boni memorem eum esse, si id sibi pace eius non liceret, quod in imperio Romano feminis nobilibus semper licuisset. Imperator itaque, accepto a primoribus consilio, Gotefridum crimine absoluit, non tam probans satisfactionem eius, quam metuens, ne malis recentibus exasperatus, Nortmannis infestantibus Italiam ducem belli se praeberet, et fierent novissima eius peiora prioribus; Beatricem tamen, quasi per dedicionem acceptam, secum abduxit[e], hoc illi culpae obiciens, quod, contractis se inconsulto nuptiis, hosti publico Italiam prodidisset. Deinde anno integro intra[f] Italiam commoratus, cuncta quae rei utilitas exposcere videbatur magnifice pro loco et tempore ordinavit.

## 1056.

Guntherus tunc temporis cancellarius visionem vidit memoria dignam: Dominum[g] in solio maiestatis suae residere, et elevato in altum brachio, districtum gladium magno nisu vibrare, et circumstantibus dicere: ***Reddam ultionem hostibus meis, et his qui oderunt me retribuam.*** Deuter. 32, 41. Quam visionem protinus mortalitas subsecuta[h] est principum regni. Eaque expleta, vidit eodem rursus scemate Dominum residere, et remisso iam in vaginam gladio et super genua sua reclinato, dicere circumstantibus: *Ignis succensus est*[i] Ierem. 17, 4. ***in furore meo, et ardebit usque ad inferni novissima.***

Herimannus[k] Coloniensis episcopus[k'] obiit; cui Anno Goslariensis praepositus successit. Feb. 11. Mart. 3.

Imperator regressus de Italia, sanctum pascha Podelbrunnae celebravit, brevique[l] April. 7. commoratus in Goslaria, perrexit ad villam Civois[33], in confinio sitam regni Francorum ac Teutonicorum[m], colloquium ibi[n] habiturus cum rege Francorum. A quo contumeliose atque hostiliter obiurgatus, quod multa saepe sibi mentitus fuisset, et quod partem maximam[o] regni Francorum, dolo a patribus eius occupatam, reddere tam diu distulisset; cum imperator paratum se diceret, singulariter cum eo conserta manu obiecta refellere, ille proxima nocte fuga lapsus[p], in suos se fines recepit.

Imperator nativitatem[q] sanctae Mariae Goslariae celebravit, ibique Victorem papam, Sept. 8. qui et Gebehart, magnifico apparatu suscepit hospicio, collectis scilicet ad ornandam tantae diei solemnitatem cunctis pene regni opibus et principibus. Inde profectus Botfelden[r, 34], cum ibi aliquamdiu venationi deditus moraretur, comperit, Willihelmum marchionem et Diotericum comitem cum infinita multitudine Saxonici exercitus, quos contra Luticios miserat, male gestis rebus, occubuisse[s]. Nec multo post ipse corporis molestia[t] correptus, cum septem aut eo amplius diebus lecto decubasset, diem clausit Oct. 5. extremum. Praesentes erant, quasi ad officium tanti[u] funeris ex industria evocati, Romanus pontifex, Aquileiensis[v] patriarcha, patruus[w] imperatoris Ratisponensis episcopus, item innumerabiles[x] tam laici quam ecclesiastici ordinis[y] dignitates; notatumque est, nulla retro maiorum memoria sine publica indictione tot illustres personas in unum confluxisse. Corpus eius Spiram translatum est; et celebratis regio more exequiis, die

a) *deest* 3. b) se g. 3. c) et terris 3. d) successionibus 4. e) duxit 4. f) inter 4. g) Deum 3. 5. h) secuta 3. i) *deest* 4. k) Herimannus — successit 3. 4. 5. *infra habent. Sed videntur hic recte collocari, quoniam scriptor etiam in seqq. ordinem chronolog. mensium servavit.* 2a. *ea post* suscepit hospicio *collocavit.* k') archiepiscopus 3. l) temporis *add.* 3. m) teutunicorum 5. n) *deest* 5. o) magnam 5. p) elapsus 3. q) nat. D. Goslarie 2b. r) in Verbotfelden 3. s) obcubuisse 1. t) modestia 4. u) *deest* 4. v) aquilegiensis 1. w) et p. 1. 5? et p. i. Gebehardus R. 1b. x) i. aliae inn. 1. et alii (? 1b. y) *deest* 3. *ubi* dignitatis.

31) *extrema omnia experiri*, Sallust. Cat. 26, 5. 32) *patriis finibus extorris*, ita etiam a. 1071. Cf. Sallust. Iug. 14, 11. extr.: *extorris patria domo* etc., Tacit. Ann. 6, 36: *sedibus extorris*, Duker. ad Hor. 3, 13, 4. 33) Ivois, Ipsch. Colloquium etiam ibi habuit Heinricus III. imp. cum rege Francorum d. 13. Oct. a. 1048. 34) ad Bodam supra Quedlinburgum.

Oct. 28. natalitio apostolorum Simonis et Iudae, quo scilicet die etiam natus fuerat, sepulturae est traditum. Regnum pro patre obtinuit filius eius Heinricus quartus, quinque annorum infantulus, anno postquam in regem unctus fuerat tercio. Summa tamen rerum et omnium[a] quibus facto opus erat[35] administratio penes imperatricem remansit, quae tanta arte periclitantis rei publicae statum tutata est, ut nihil in ea tumultus, nihil simultatis tantae rei novitas generaret.

Arnoldus Spirensis episcopus obiit; cui Counradus[b] successit[c].

Counradus[b], filius imperatoris, dux Baioariae obiit. Ducatum eius imperator imperatrici dedit, privato iure, quoad vellet, possidendum.

Dedi palatinus comes[36] a quodam clerico Premensi occisus est, quem a fratre suo archiepiscopo[e. 37] susceperat pro criminibus quae ei obiciebantur exilio deportandum; sepultus est[f] iubente imperatore[g] in Goslaria.

Willehelmo marchioni successit Uodo[h] comes, vir valde industrius et regi consanguinitate[i] proximus[38].

# 1057.

Rex nativitatem Domini Ratisponae celebravit, praesente adhuc Victore papa. Qui exinde, compositis mediocriter, prout tunc copia erat, regni negociis, in Italiam regressus, 5. Kalendas Augusti migravit ad Dominum. Eihstatensem[k] episcopatum, quo se ille papa factus non abdicaverat, Gunzo suscepit. Tum vero universi, quicquid principum, quicquid plebis Romanae erat, uno animo, pari voluntate, in electionem consen- Marc. 4, 21 Luc. 8, 16 serunt Friderici, fratris Gotefridi ducis, extractumque de monasterio Casino[l], ubi lucerna Dei ardens et lucens sub lecto monasticae quietis delitescebat, super candelabrum extulerunt sedis apostolicae. Nec quisquam sane multis retro annis laetioribus suffragiis, maiori omnium expectatione, ad regimen[m] processerat Romanae ecclesiae. Sed tantam Aug. 2. spem, heu! frustrata est mors immatura.

Uoto[n] marchio[39] obiit; cui filius[o] eius, Uoto[n] iunior, successit.

Principes Saxoniae crebris conventiculis agitabant de iniuriis, quibus sub imperatore affecti fuerant, arbitrabanturque[p], pulchre sibi[q] de his satisfactum fore, si filio eius, dum adhuc aetas oportuna iniuriae esset, regnum eriperent; nec procul ab[r] fide aberat, filium in mores vitamque patris pedibus, ut aiunt, iturum esse. Accessit ex insperato magnum turbandis rebus adiumentum Otto, frater Willehelmi marchionis, sed matrimonio impari, matre scilicet Slavia[s. 40], natus, vir acer ingenio[t] et manu impiger. Is apud gentem Boemorum iam a puero exulaverat; sed comperta morte fratris, magna spe obtinendae hereditatis regressus in Saxoniam, a cunctis illic principibus benigne excipitur[u], magnisque omnium adhortationibus[v] instigatur, non modo marcham[w], quae sibi iure hereditario competeret, sed ipsum quoque regnum affectare[41]. Ubi alacrem paratumque negocio advertunt, fidem[x] omnes dicunt; suas quique[y] manus, suam operam pollicentur; regemque, ubicumque fortuna oportunum fecisset, interficere constituunt. Perculsis metu omnibus, quibus rerum publicarum sollicitudo aliqua erat, et magnopere intentis ad sedandam turbam quae oriebatur, placuit, regem ocius in Saxoniam venire, et periclitanti rei publicae, quaqua posset[z] ratione, consulere. Itaque nativitatem sanctorum apostolorum Petri et Pauli Mersenburg[*] celebraturus[a] erat. Eo, quicquid principum Iun. 29. erat in Saxonia, ad colloquium evocari iussit. Quo dum pergerent, pro sua singuli copia magna militum manu stipati, contigit, ut Brun et Eggeberdus[b], patrueles regis,

a) omnibus 3. b) cunradus *omnes.* c) 3. 4. 5. *addunt:* Herimannus — successit *quae supra.* e) archieps 4. f) *deest* 4. 5. g) rege 3. h) Vdo *omnes.* i) consanguinitati 5. k) einst. 1. 3. 4. 5. l) Cassino 3. m) regnum 3. 5. n) Vto *omnes.* o) f. e. *desunt* 4. p) que *deest* 4. q) de h. s. 3. r) a 3. s) Sclavica 1. 1b. t) ingenii 3. u) accipitur 1. v) exhortationibus 5. w) marchiam 3. 5. x) f. illi 6. y) quisque 1. z) posse 4. *) in Ersenburg 1. a) c. e. M. 3. b) Ecberdus 1. Egebertus 3. *et ita infra.*

35) *quibus facto opus erat.* Hac formula dicendi saepissime utitur noster ut a. 1066 (bis), 1073[*] (bis), 1074. 1075. 1076 (quater), 1077. cf. Terent. Adelph. 5, 9, 39. 36) Friderici I. et Agnetis filius; cf. libellum de fundat monast Gosec. c. 9. 37) Adelberto. 38) Cf. Ann. Saxonem h. a. 39) aquilonalis; cf. Gebhardi aquil. marchiones p. 48. 40) germ. *unfrei;* cf. de Fürth Ministerialen p. 69. 41) *regnum affectare*, cf. Sallust. Iug. 66, 1. Tacit. Ann. 2, 88.

casu inciderent in multitudinem praedicti Ottonis, conglobato agmine ad curtem[a] regiam proficiscentis. Hi praeter causam publicam privatis quoque inimicitiis infestissimi illi erant. Nec mora, dato militibus signo ad pugnam, equis subdunt calcaria, et pari utraque pars audatia, paribus odiis in mutua vulnera ruunt. Ibi in prima fronte Brun[b] et Otto, ambo pleni irarum[42], ambo sui tegendi[c] immemores, dum hostem ferirent, tam concitatos in sese vicissim impetus dederunt, ut uterque alterum primo incursu equo excussum, letali vulnere transfoderet. Amissis ducibus, aliquamdiu utramque aciem anceps pugna tenuit. Sed Eggeberdus[d] quamquam graviter saucius, dolore tamen interempti fratris efferatus, rapido cursu in confertissimos hostes praecipitem se mittit, Bernhardi comitis filium, egregium adolescentem[e], sed vixdum militiae maturum, interficit; ceteros[f] languidius, quoniam ducem perdidissent, pugnantes, in fugam convertit. Sic res publica maximo metu liberata est, et Saxones, adempto rebellionis signifero, nihil ulterius quod secus esset contra regem moliti sunt.

Cuono[g], cognatus regis, dux factus est Carentinorum[h]. Frater eius Heinricus, palatinus comes Luthariorum, instinctu demonis monasticam vitam professus est in Gorzia. Sed post paucos dies, vulgante se demonio quo illusus fuerat, sanctae conversationis habitum, quo se angelus sathanae in angelum lucis transfiguraverat[i], abiecit, uxoremque suam et possessiones, desertor Dei et transfuga, recepit.

# 1058.

Rex nativitatem Domini Mersinburg[k, 43] celebravit, aderatque ibi[l] inter alios regni principes etiam Hildibrant[m] abbas de Sancto Paulo[44], mandata deferens ab[n] sede apostolica, vir et[o] eloquentia et sacrarum litterarum eruditione valde admirandus[p].

Ego N.[q] vulgatam toto orbe abbatis Meginheri placitam Deo conversationem aemulatus, rei familiaris curam, ne in via Dei praegravarer, abieci, sanctamque vestem ab eius sanctissimis manibus Idibus Marcii, heu! nimium impar tali armaturae, suscepi.

Piae memoriae Stephanus[r] papa, qui et Fridericus, cum in civitate Florentia[s] moraretur, 4. Kalendas Aprilis naturae mortali debitum solvit, et vere, ut speramus, de[t] hac Mart. 29.
convalle[u] lacrimarum[v] ad gaudium transiit angelorum. Psalm. 83, 7.
Indicio sunt signa et prodigia, quibus sepulchrum eius in eadem civitate usque hodie divinitus illustratur. Sedem apostolicam protinus, inconsulto rege et principibus, invasit Benedictus quidam Lateranensis[w], adiutus factione popularium, quos pecunia corruperat.

Otto de Suinfurde[x] dux Suevorum[y] obiit[z]. Ducatum eius Ruodolfus[*] obtinuit, et ut regi in dubiis tunc rebus ex affinitate devinctior fideliorque in rem publicam foret, soror quoque regis ei desponsata est, tenera adhuc aetate, traditaque est episcopo Constantiensi nutrienda, dum thoro coniugali maturesceret[a].

Cuono[b] dux Carentinorum, contractis ingentibus copiis, ad occupandum ducatum suum, quem tanto tempore metu rebellionis non inviserat[c], primam profectionem parabat; sed morte praeventus, coeptum iter[d] non explevit.

Ego N.[e] presbiter ordinatus sum Ascafnaburg in ieiunio autumnali a Liupoldo archiepiscopo, statimque peregrinationem Hierosolimitanam[f] aggressus sum zelo Dei; sed utinam secundum scientiam[45]!

Ecberdus[g], qui et Eppo, abbas Fuldensis 15. Kalendas Decembr. obiit cui Sigefridus, eiusdem coenobii monachus, successit.

a) curte 3. b) Bruno 3. c) tangendi memores 3. d) Eggebertus 4. 5. e) adulescentem 1. f) ceteros l. quam d. p. pugnantes in f. c. *in marg. post add.* 4. g) Cuno 3. h) Carenthinorum 3. i) transformauerat 3. k) *ita* 1. 3. 4. l) *deest* 4. m) Hildebrant 1. Hiltibrandt 3. n) a 3. o) *deest* 3. p) amm. 1. 4. q) Lampertus 4. 5. r) Steffanus 4. s) florentina 4. t) *deest* 5. u) lacrimarum valle 4. v) miseriarum 1*. w) latranensis 4. x) Suuiforde 3 Suuinfurde 4. 5. y) Suacuorum 4. Suueciorum 5. z) abiit 3. *) Rudolphus 3. *saepius;* rudolfus *rell.* a) maturescere 5. b) Cuno 3. c) invaserat 1*. 3. 4. d) tunc 4. e) Ego cnn. 5. f) ieros. 3. 4. 5. *semper.* g) Egbertus 3. 5.

2) ita a. 1075: *irarumque plenus.* 43) Goslae, Ann. Altah. 44) monasterio Romano. 45) Cf. a. 1075. de Hermanno Babenbergensi: *zelo quidem Dei, sed non secundum scientiam;* Piderit in comm. de Lamberto p. 11. haec interpretatus est, ipsum in errore fuisse, plus boni inde sperasse quam invenisse.

## 1059.

Nativitatem Domini in civitate Marouwa[a] celebravi, in confinio sita Ungariorum et Bulgariorum[46].

Romani[47] principes satisfactionem ad regem mittunt, se scilicet fidem, quam patri dixissent, filio, quoad possent, servaturos, eoque animo vacanti Romanae ecclesiae pontificem usque ad id tempus non subrogasse; eius magis super hoc expectare sententiam; orantque sedulo, ut quem ipse velit transmittat; nihil eius ordinationi obstare, si quis
Ioh 10,1 non per legittimae electionis[b] ostium, sed aliunde ascendisset in ovile ovium. Rex, habita cum primoribus deliberatione, Gerhardum Florentinum episcopum, in quem et Romanorum et Teutonicorum[c] studia consenserant, pontificem designat, Romamque per Gotefridum[d] marchionem transmittit. Ita Benedicto, qui iniussu regis et principum sacerdotium usurpaverat, reprobato, Gerhardus, qui et Nicolaus, pontificatum obtinuit. Is[e] eodem anno ab abbate Meginhero[f] interpellatus propter decimationes Saxoniae, litteras et mandata direxit Burchardo Halberstadensi episcopo, ne statutos patrum terminos transgrederetur, neu monasterium Herveldense superfluis concertationibus inquietaret; si pergeret molestus esse, necessario se apostolicae[g] auctoritatis virga usurum adversus eius inobedientiam, praesertim cum monasterium illud sub iurisdictione esse Romani pontificis tot praedecessorum eius privilegia testarentur. Abbati quoque epistolam scripsit verbis consolatoriis, quae usque in praesentiarum in cartario servatur Herveldensis monasterii[48].

Ego, exacta peregrinatione Hierosolimitana, 15. Kalendas Octobris ad monasterium reversus sum, et quod in omni illa profectione mea praecipuum a Deo postulaveram, Meginherum[h] abbatem superstitem inveni. Timebam scilicet, quoniam sine benedictione illius profectus fuissem, si offensus inreconciliatusque decessisset, magni criminis reum[i] me teneri apud Deum[k]. Sed non abfuit propicia divinitas redeunti, quae tanto illo itinere saepe usque ad ultimam necessitatem periclitatum misericordissime texerat. Incolomem reperi[l]; peccato[m] indulsit; et quasi ex inferis redivivus emergerem, sic obviis[n], ut aiunt, manibus[49] me gratulabundus excepit. Mirum autem in modum, diceres, vitam eius absolutioni meae ex industria servatam fuisse: eodem die[o], quo me crimine absolverat, febre correptus est, et sic per octo dies gravi aegritudine decoctus, 6. Kalendas Octobris, feliciter consummato cursu, quievit in Domino; vir magnarum in Christo virtutum, et vere — quod omnium modernorum abbatum[p] pace dixerim — unicum sua aetate in Teutonicis regionibus recte ac monastice vivendi exemplar[50].

Is, ut praedictum est, cum Burchardo Halberstadensi episcopo diuturnam traxerat litem propter decimationes Saxoniae, quas ille Herveldensi monasterio ereptas, per occasionem episcopalis regiminis sibi vendicabat. Contra cuius improbitatem cum nec forenses nec ecclesiasticae leges quicquam valerent, et abbas, saepe querimonia in ius relata, surdis tribunalibus fabulam narrasset[51]: tandem brevi antequam vita excederet, mandavit ei per Fridericum palatinum comitem, se quidem tamquam viribus imparem causa cadere, Deo tamen vires ad tuendam aequitatem non defuturas esse; proinde parati ambo essent, ut intra[q] paucos dies ad tribunal aequissimi iudicis Dei causam dicerent; victurum ibi esse, non qui plus posset, sed cuius causa iustior esset. Nec fefellit

a) Maroiuua 3. Marouinia 5. b) ordinationis 4. c) theutonicorum 5. d) gothefr. 3. e) ab *add. sed del.* 4. f) Mehingero 3. Herveld. *add.* 4. Herffeldensi 5. g) *deest* 4. h) Mehingerum abbatem abbatem 3. i) me reum n. d. t. 3. me t. reum 4. k) dominum 1. l) repperi 1. 4. 5. m) peccatum 4. n) obvius 4. o) *deest* 5. p) *deest* 3. q) inter 4.

46) Civitas Marouwa est hodie Nissa in Servia ad Nissam s. Nissavam fluvium, qui non longe ab hac urbe cum Morawa fluvio iungitur. KR. Sed in mappis geographicis invenitur etiam locus *Morawa* ad eundem fluvium in via a Nissa ad Albam graecam (Belgrad) situs. 47) Haec ad annum praeteritum pertinere iam monuit Stenzel I. p. 197. n. cf. Ann. Altah. 48) Haec epistola non ad nostra tempora pervenisse videtur, quum nusquam eius mentio fiat. 49) ita etiam a. 1076: *obviis, ut dici solet, manibus.* 50) Cf. Lamberti histor. Hersfeld. supra p. 140. 141. 51) *surdis trib.* (a. 1063. et 1074 fin. *auribus*) *fabulam narrare,* Terent. Heaut. 1, 2, 48. Horat. Ep. II, 1, 199. Stat. Theb. 8, 557. De hoc proverbio vid. Liv. 4, 8, 10. Ruhnk. ad Terent. Heaut. 2, 1, 10. (1, 3, 10. ed. Schmieder.) interpr. ad Propert. 4, 8. 47: *surdo cantare*, Virg. Ecl. 10, 8: *surdis auribus canere.*

eventus. Nam post dormitionem[52] abbatis pauci dies intercesserant; et ecce! episcopus[53], cum praedictae ei gratia sinodum indixisset, et admoto iam equo illuc properare vellet, repente divina animadversione ictus corruit, reportatusque ad cubiculum, ascitis ocius presbiteris suis, per Deum obtestabatur, ut decimationes suas Herveldensi monasterio restituerent atque omnem in perpetuum super hac re litem praeciderent[a], scirentque, cunctis qui eadem temptassent sic infeliciter rem cessuram ut sibi cessisset, qui iniustae exactionis tam acerbum vindicem ipsum experiretur Deum[a*]. Cumque Magadaburgensis et Hildinesheimensis[b] episcopi visitatum eum advenissent, cum magno eiulatu fatebatur, se iuxta praedictum eximii abbatis ad tribunal Dei iam iam abripi et pro invasis rebus alienis rationem exigi, rogabatque obnixe, ut, missis Herveldiam nunciis, veniam sibi pro admisso supplices precarentur. Nec multo post, diruptis miserabili genere morbi visceribus, expiravit. Uoto[c] quoque archipresbiter eius, quo ille potissi- Oct. 17.
mum incentore in hanc[d] saevitiam[e] inarserat, quique exactor atque administrator[f] huius calumniae vehementissimus extiterat, eodem anno subitanea morte sine[g] confessione, sine sacra communione interiit, a diabolo, ut fama vulgatior loquebatur, suffocatus. Meginhero abbati 6. Idus Novembris substitutus est Ruothardus[h], Corbeiensis disciplinae[i] monachus, qui in monasterio Corbeiensi abbas quondam fuerat ordinatus, sed quorundam criminum postea, falso ut creditur, insimulatus, abbatia amissa, nonnullos per diversa monasteria privatus[k] iam exegerat annos. Burchardo episcopo successit Bucco[l] Goslariensis praepositus[54]. Qui praecessoris sui recenti adhuc exitio conterritus, ab infestatione Herveldensis monasterii temperabat. Minabatur tamen plerumque, magna se facturum; sed ultra verba non processit.

Liupoldus[m] archiepiscopus Mogontinus[n] 7. Idus Decembris obiit, relicto in moni- Dec. 7.
mentum sui monasterio sancti Iacobi, quod propriis impensis extruxerat Mogontiae foris murum in monte qui dicitur Speciosus[55]. Cui successit[56] Sigefridus abbas Fuldensis. 1060. Ian. 6.
Abbatiam vero[o] Wideradus obtinuit[p], eiusdem coenobii monachus, eiusdem quoque familiae oriundus.

## 1060.

Rex nativitatem Domini Wormaciae[57] celebravit. Ubi et sinodus indicta fuerat. Sed excusantibus se[q] per infirmitatem et pestilentiam, quae tunc temporis vehementer grassabatur in Gallia, ad effectum non pervenit.

Sizzo[r] Verdensis episcopus obiit; cui Richbertus succcessit. Gebehardus Ratisponensis episcopus obiit; cui Otto successit. Counradus[s] Spirensis episcopus[t] obiit[u]; cui Einhart successit.

## 1061.

Andreas rex Ungariorum videns Belem, quendam propinquum suum[58], regnum affectare, et Ungarios a se paulatim ad eum deficere, uxorem suam et filium Salomonem, cui imperator filiam suam[59], parvulo parvulam[v], desponderat, cum multis opibus ad regem Heinricum transmisit, petens, ut et sibi misso exercitu subveniret, et suos,

a) presciderent 3. a*) dominum 1. deum experiretur 3. b) hildeneshcimensis 1. hildisheimensis 3. hildimesh. 5. c) Vto *omnes*. d) *deest* 5. e) sentenciam 3. sententiam exarserat *Nic. de Sygen.* f) administer 1. 5? minister *Nic. de Syg.* g) s. c. *desunt* 3. h) Ruthardus 3. i) d. m. q. in m. c. *desunt* 5. k) *deest*, iam *post addito* 4. l) Burco 4. 5. m) Luipoldus (?) 2b. Lupoldus 1. 3. 4. 5. n) moguntinus 3. *saepius*. o) *deest* 2b. p) optinuit 2b. 4. 5. *saepius*. *Sed plerumque libri manuscripti cum* 1. *habent* obtinui, *quod retinendum duxi* (W.) q) ii quibus indicta erat *add.* 5. episcopis *suppl.* 1. r) Sitto 1. Sizo 3. s) cunradus 1. 3. 5? cônradus 4. t) *deest* 4. 5. u) moritur, in cuius locum Einhart promovetur 1. v) paruula 5.

52) obitum. 53) Quae h. l. de Burchardi obitu narrantur, suspectae sunt fidei, quum noster nimis favisse Hersfeldensium partibus et haec odio illius episcopi permotus literis mandasse videatur. Cf. Leuckfeld. antiq Halberstad. p. 445—447. 54) Lenzius in hist. Halberstad. p. 41. dubitat, an Bucco prius Goslariensis praepositus fuerit, sed haec res firmis argumentis stabilitur a Delio (ap. Ledebur Archiv. Vol. V. fasc. 1. p. 41. 55) Monasterium S. Iacobi Benedictinorum, ad Moguntiae muros, postea intra urbis propugnacula, vulgo *auf der Schanse*, prope saxum glandiforme (Eichelstein, montem s. collem Drusi) iam a. 1030. a. Bardone archiep. aedificari coeptum, sub Lupoldo a. 1055. finitum et dedicatum est. Cf. Ioann. ad Serar. T. I. p. 77. 494 sqq. T. II. p. 113. 799. 828. et de anno quo Lupoldus obiit eund. T. I. p. 495. 56) Anno sequenti, quum epiphaniam rex Ottingae celebraret, Ann. Altah. 57) Frisingae, Ann. Altah. 58) Latuisse videtur Lambertum, Belem Andreae fratrem fuisse. — Haec vero Ann. Altah. ad a. 1060 referunt. 59) Sophiam.

donec rebus tranquillitas redderetur, servaret. Rex Willihelmum[a] marchionem Thuringorum et Epponem Citicensem episcopum cum duce Boemorum et exercitu Baioarico illuc misit. Sed marchio et episcopus priores Ungariam ingressi, non expectato[b] duce Boemorum, cum Bele signa contulerunt, atque infinitam multitudinem Ungariorum peremerunt. Deinde cum ex[c] omni parte Ungarii ad ferendum suis auxilium frequentes confluxissent, videntes missi regis, tantae multitudini se numero et viribus impares esse, finibus hostium excedere volebant. Verum illi loca omnia, per quae exitus esse poterant[d], occluserant, tum ne quid cibi aut potus in[e] via reperiretur, providerant. Cumque insuper abeuntes crebra incursione infestarent, et illi semper periculum virtute propulsantes, magnas hostium strages darent, tandem diuturna caede exhaustis viribus, Andreas equo forte excussus, pugnantium pedibus est conculcatus; episcopus captus; marchio fame magis quam ferro expugnatus, se dedidit; cuius virtus tantae admirationi apud barbaros fuit, ut Ioas, filius Belis, pro illius tum gentis[f] moribus haut desperatae indolis adolescens, ultro patrem exoraret, non modo ut eum iure belli intactum sineret, sed etiam ut affinitate sibi iungeret, desponsata ei filia sua, sorore[g] Ioiade[h, 60].

Imperatrix ducatum Baioariae, quem post mortem Counradi[i] filii sui usque ad id tempus per se ipsam administraverat, Ottoni dedit[61], videns eum virum industrium et iuvandis regni negociis satis oportunum.

Heinricus, comes[k] palatinus Luthariorum, uxorem suam[62] manu propria interfecit, et sic tandem publicata evidentius infestatione demonis, quam diu dissimulaverat, missus est in monasterium Efdernachen[l, 63], ibique diuturna vexatione consumptus interiit.

## 1062.

Willihelmus[m] marchio reversus in Thuringiam, dum redire in Ungariam et sponsam suam cum magna opum suarum ostentatione adducere pararet, inter eundum secunda mansione morbo correptus obiit. Sponsam eius Oudalricus[n] marchio Carentinorum, cognatus eius, accepit; marcham Otto, frater eius, obtinuit. Sed is beneficia Mogontini episcopatus aliter obtinere non potuit, nisi promitteret, decimas se de suis in Thuringia possessionibus daturum et ceteros Thuringos ut idem facerent coacturum. Quae res multorum malorum seminarium fuit, detestantibus omnibus Thuringis factum eius et asserentibus, mori se malle quam patrum suorum legittima[o, 64] amittere[65].

Imperatrix nutriens adhuc filium suum, regni negocia per se ipsam curabat, utebaturque plurimum consilio Heinrici Augustensis episcopi. Unde nec suspicionem incesti amoris effugere potuit, passim fama iactitante, quod non sine turpi commercio in tantam coaluissent[p] familiaritatem. Ea res principes[q] graviter offendebat, videntes scilicet, quod propter unius privatum amorem sua, quae potissimum in re publica valere debuerat, auctoritas pene oblitterata fuisset. Itaque indignitatem rei non ferentes, crebra conventicula facere, circa publicas functiones remissius agere, adversus imperatricem popularium animos sollicitare, postremo omnibus modis niti, ut a matre puerum distraherent et regni administrationem in se transferrent. Ad ultimum Coloniensis episcopus, communicatis[r] cum Ecberto[s] comite et cum Ottone duce Baioariorum[t] consi-
Mai. liis[u], navigio per Renum ad locum qui dicitur Sancti Suitberti[v] insula[66] venit[w]. Ibi tum[x] rex erat. Qui dum quadam die post solemnes epulas factus fuisset hilarior, hortari eum episcopus coepit, ut navim quandam suam, quam ad hoc ipsum miro opere instruxerat, spectatum procederet. Facile hoc persuasit puero simplici et nihil minus

a) Vuilehelmum 1. Willehelmum 2b. 3. b) expecto 4. c) *deest* 2b. d) poterat 1. 3. 5. e) in via *desunt* 4. f) i. turgentis 4. cum g. 1. g) *deest* 4. h) ioiada 6. i) cuonradi 4. 5. cunradi *rell.* k) c. p. *corr.* p. c. 4. p. c. 1. 5? l) Endernachen 3. 4. 5. m) *ita* 3. 4. 5. Willehelmus 2b. n) *ita* 2b. 4. 5. Vdalr. 1. 3. *semper.* o) *ita* 3. 4. 5. legitima 1. 2b? p) coaluisset 3. q) *deest* 5. r) communicato 3. 4. 5. s) egberto 3. t) Bauuariorum 4. u) consilio 3. v) Switberti 3. Suuitberti 4. 5. w) venerunt 4. x) tunc 3.

60) Vid. de Hormayr Herzog Luitpold. Gedächtnissrede etc. München 1831. 4. ann. ad p. 31—33 et Wedekind Noten f. 2. p. 188—198., cui nomen Ioiada esse videtur genitivus voc. Ioas, pro Ioadis sive Ioadae. 61) de Nordheim, Saxoni. 62) Vid. supra a. 1057. Uxor Heinrici fuit Mathildis, Gozelonis I. Lotharing. ducis filia, tertio loco nata. 63) Epternach. 64) Vox Lamberto usitata pro: privilegia, praerogativae. KR. 65) Cf. de hoc litigio Wenck hist. Hass. III. p. 34. sqq. 66) Kaiserswerth, ubi S. Suibertus sepultus. STR. — *in loco qui Werida dicitur*, Ann. Altah.

quam insidias suspicanti. Cumque navim ingressus fuisset, stipantibus eum his, quos Mai episcopus factionis suae socios ac ministros paraverat, repente remiges insurgunt, remis incumbunt, navim dicto citius in medium fluminis impellunt. Rex nova rerum facie confusus, incertusque animi, nec aliud quam vim et necem sibi paratam arbitratus, in flumen se praecipitem dedit; citiusque eum aqua violentior suffocasset, nisi Ecbertus comes, dato post eum saltu, periclitantem, ipse quoque non minimum periclitatus, vix et aegre morti eriperet et navi restitueret. Exin[a] blandiciis quibus poterant delinitum, Coloniam perducunt. Cetera multitudo per terram subsequitur, criminantibus plurimis, quod regia maiestas violata suique impos facta foret. Episcopus, ut invidiam facti mitigaret, ne videlicet privatae gloriae potius quam communis commodi ratione haec admisisse videretur, statuit, ut episcopus quilibet, in cuius diocesi rex dum[b] temporis moraretur, ne quid detrimenti res publica pateretur, provideret, et[c] causis, quae ad regem delatae fuissent, potissimum responderet. Imperatrix nec filium sequi nec iniurias suas iure gentium expostulare voluit, sed in propria recedens[d], privata[e] deinceps aetatem agere proposuit. Nec multo post taedium passa aerumnarum seculi, domesticis quoque erudita calamitatibus, quam cito et velociter exsufflante spiritu Dei exsiccetur Iesai. 40,7.8. foenum temporalis gloriae, cogitavit seculo renunciare; statimque ad explendum quod cogitaverat praeceps abisset, nisi in ea impetum spiritus amici maturioribus[f] consiliis inhibuissent.

## 1063.

Rex nativitatem Domini Goslariae celebravit. Ubi ipsa die, dum ad vesperam sellae episcoporum locarentur, inter camerarios Hecelonis[g] Hildenesheimensis episcopi et camerarios Wideradi Fuldensis abbatis gravis concertatio oborta est, et primo iurgiis, deinde pugnis res gesta est, citoque ad gladios prorupissent, nisi[h] Ottonis ducis Baioariorum, qui causam abbatis tuebatur, auctoritas[i] intercessisset. Causa vero talis erat. Consuetudo[k] erat in regno per multos retro maiores observata, ut semper in conventu episcoporum abbas Fuldensis archiepiscopo Mogontino proximus assideret[67]. Sed episcopus causabatur, neminem[l] sibi intra[m] diocesim suam post archiepiscopum debere praeferri, animatus ad hoc et opum gloria, qua[n] antecessores suos longe supergrediebatur, et temporis[o] oportunitate, quia, rege adhuc in puerilibus annis constituto, singuli quod sibi animus suggessisset facere impune poterant.

Gerhardus papa, qui et Nicolaus, obiit. In cuius locum per electionem regis et quorun- 1061. Iul. dam principum Parmensis episcopus substitutus est, et Romam per Bucconem Halbersta- Nov. densem episcopum missus. Cui redeunti pro praemio bene curatae legationis pallium 1062. dedit et alia quaedam archiepiscopatus insignia. Quod archiepiscopus Mogontinus ad obfuscandum sui prioratus fastigium factum interpretatus, indignissime tulit[68]. Sed per archiepiscopi Coloniensis interventum satisfactione accepta, quievit indignatio eius.

Rex pentecosten[p] Goslariae celebravit[69]. Ibi[q] dum ad vespertinalem sinaxim[70] rex Iun. 8. et episcopi convenissent, rursus de positione sellarum episcopalium tumultus exoritur, non fortuita, ut prius, concursione, sed praemeditata diu machinatione. Nam episcopus Hildenesheimensis[r] acceptae prius contumeliae memor, Ecbertum comitem cum expeditis militibus retro altare occuluerat[s]. Hi, audito tumultuantium camerariorum strepitu, ocius advolant, Fuldensium alios pugnis, alios fustibus caedunt, prosternunt, et de sacrario ecclesiae inopinato periculo attonitos facile proturbant[t]. Quibus ilico ad arma conclamantibus, Fuldenses, quibus arma in promptu erant, facto grege, ecclesiam irrumpunt, in medio chori psallentiumque fratrum manus conserunt, rem non iam fustibus sed gla-

a) Exinde 4. b) *ita* 3. 4. tunc 1. 5? c) et — responderet *desunt* 4. d) decedens 3. e) privatam 3. 5. f) *deest* 3. g) Hezelonis hildemensis 3. h) ni 5. i) non *add.* 4. 5. k) in regno p. m. r. m. consuetudo erat obs. 4. l) quod intra d. s. p. a. neminem sibi debere preferri 3. m) int' 4. n) quia 5. o) et temporis et loci opportunitate. *Nic. de Sygen.* p) penthecosten 3. 4. *semper fere.* q) Ubi 3. r) Hildehemensis 3. s) occultauerat 4 5. t) perturbant 4. 5.

67) Abbates Fuldenses ideo hanc praerogativam sibi vindicasse videntur, quod archicancellariatus munere apud imperatricem iam tunc fungi solerent, proximum propterea a Moguntino locum sibi deberi rati, idem munus apud caesarem obeunte.

68) Cf. Ioann. ad Serar. T. I. p. 496. et scriptores ibi laudatos, quibus add. Leuckfeld. l. l. p. 455. et 680. n. 50.

69) Vid. Wedekind. Not. Vol. II. fasc. 8. p. 407.

70) Idem h. l. ac vesperae, s. decantatio horarum ad vesperam.

Iun. diis gerunt. Pugna atrox committitur, atque per totam ecclesiam pro ymnis et canticis spiritualibus vociferatio adhortantium et ululatus[a] morientium exauditur. Super altaria Dei tristes iugulantur hostiae, passimque per ecclesiam sanguinis currunt flumina, non legali, ut quondam, religione sed hostili crudelitate profusa. Episcopus Hildenesheimensis,[b] capto editiori loco, tamquam militari quodam classico, suos, ut fortiter praeliarentur, hortabatur, et ne loci[c] religione ab armis terrerentur, suae auctoritatis et permissionis titulum obtendebat. Multi utrimque vulnerati, multi occisi sunt, inter quos praecipui erant Reginboto[d], signifer Fuldensis, et Bero, Ecberto comiti miles carissimus. Rex inter haec vociferans et sub obtentu regiae maiestatis populum[e] adiurans, surdis fabulam narrare[70] videbatur. Tandem monitus a suis, ut vitae propriae pugna excedens consuleret, vixque[f] inter constipatam artius multitudinem eluctatus, in palatium se recepit. Hildenesheimenses, qui instructi praemeditatique ad pugnam venerant, superiores efficiuntur. Fuldenses, utpote quos inermes inopinatosque subito exortae seditionis procella contraxerat, fusi fugatique atque[g] de ecclesia expulsi sunt. Fores ilico obserantur. Fuldenses, qui primo tumultu ad arma tollenda paulo[h] longius discurrerant, frequentes armatique assunt, atrium ecclesiae occupant, aciem instruunt, ut de ecclesia progressos statim adoriantur; sed nox concertationem diremit. Postero die severissime habita quaestione, Ecbertus comes facile crimen removit, non tantum iuris et legum patrocinio, quantum favore et indulgentia regis, cuius patruelis erat. Totum accusationis pondus in abbatem versum est. Hunc, inquiunt, omnium quae acciderant caput fomitemque fuisse, hunc[i] ad disturbandam quietem regiae curtis praemeditato furore venisse; argumento rei esse, quod tanta vi hominum, tanta bellici apparatus pompa instructus, nullo periculi metu urgente, eo venisset[k]. Tum vero urgebat et ille apostolicae sanctitatis ac Mosaicae mansuetudinis episcopus, qui tanti sanguinis effusione manus suas Deo consecraverat et violatae ecclesiae iniurias truculentius atque immitius quam rex suas persequebatur. In quorum corpora prius ferro debachatus fuerat, ad perimendas horum animas gladio spiritus modo[l] fulminabat, praecidens tam defunctos quam eos qui caedi superfuerant de corpore ecclesiae. Abbatem praeter acerbitatem rei[m] quae acciderat odium quoque gravabat nominis monachi[n], quod inveterata malitia homines seculi[71] semper obfuscare atque opprimere conabantur. Sic undique impetitus, obpugnatus, oppressus, post tot tantasque contumelias privatus abscessisset, nisi quem nec lex nec innocentia tueri poterant, pecunia tutata fuisset. Nam distractis ac dilapidatis[72] rebus Fuldensis monasterii, se suosque carissimo mercimonio redemit. Quantum regi, quantum auriculariis[73], quantum episcopo datum sit, haut satis certo comperimus. Cautum enim fuerat, ne passim vulgaretur. Hoc haut dubio constat, sic ea tempestate exhaustas atque attritas esse illius monasterii opes, quae usque ad id temporis florentissimae erant cunctisque Galliarum ecclesiis eminebant[o], ut modo ibi prioris opulentiae vix monimenta reperias.

Abbas post haec, accepta licentia, Fuldam remeavit, amaro et confecto nimis super tantis calamitatibus animo. Et ecce! ibi a erbiori pene rerum asperitate excipitur, et Ioh 20, 21 secundum prophetae[p] elogium, fugiens arma ferrea, incidit in arcum aereum. Fratres Fuldenses a principio austerum eius et minus quam decuit populare ingenium offenderat. Auxit ipse invidiam et facem non minimam aemulationi[q] subdidit, praedia ecclesiae militibus improbe erogando[r] et victualia fratrum, priorum abbatum liberalitate statuta, minuendo. Murmurabant de his cottidie[s], et intestinis simultatibus quatiebatur monasterium. Tolerabantur tamen timore magis quam amore, ne scilicet, immature vulgata querimonia, favor regis et principum eum tuerentur. At ubi nuncius acceptae in Goslaria cladis Fuldam venit, tum vero et[t] recentis vulneris dolore et praeteritorum memoria accensi, fremere omnes et se vicissim hortari[u], ut tantam temporis commoditatem divinitus oblatam non[v] negligerent; agendo negocio nihil praeter operam industriamque suam

a) ululancium 5. b) hildeneshemensis 3. *et infra.* c) loca 5. d) Regenbodo 1. Reginbodo 4. 5. reinbodo 1b. e) *deest* 3. f) uix 4. g) *deest* 3. h) *deest* 4. i) hic 5. k) u. convenisset 5. l) *deest* 5. m) *deest* 3. n) monachici 1. o) imminebant 3. p) prophetie 5. q) emulacione 3. r) erongando 5. s) quottidie 3. *semper et ita plerumque etiam* 4. t) *deest* 4. u) cepere *add.* 3. v) *deest* 5.

70) cf. supra p. 160. n. 51. 71) i. e. laici. 72) *dilapidatis rebus*, cf. a. 1075: *thesauros dilap.*; Terent. Phorm. 5, 7, 4: *dilap. minas.* 73) Intelliguntur regis amici, qui aurem regis habebant; eadem vox infra occurrit a. 1071. 1073. 1076.

deesse[a], urgeri hominem propriis iniquitatibus ad interitum; agerent nunc singuli pro virili portione, et se suumque monasterium liberarent acerrimo non patre sed hoste, qui Fuldense nomen, caelo prius aequatum, probro nunc ludibrioque cunctis exposuisset. Sic inflammatae seditioni tamquam oleum igni[74] addidit iniuria recentior. Reginboto[b], qui in illa Goslariensi congressione occubuerat, equum unum magni precii fratribus Fuldensibus ob recordationem animae suae dederat, quem protinus abbas, ipsis inconsultis, laico cuidam dedit. Hunc efferatis animis, intemperatissimis clamoribus fratres repetunt; diu se tirannidem eius magis quam dominatum servili patientia tulisse, non ultra laturos fore; redderet ocius per vim erepta sibi alienae liberalitatis beneficia; si cunctaretur, non iam[c] clandestinis[d] musitationibus se acturos, sed palam aditis tribunalibus divinam et humanam opem contra violentiam eius imploraturos. Abbati pondus malorum primo consilium respondendi ademerat. Dein[e] totus ad preces lacrimasque versus, orare et obtestari per Deum, ne iuxta vetus proverbium ignem gladio scrutarentur[75], ne Goslariensis contumeliae vulnus recens adhuc et necdum in cicatricem obductum novis doloribus exulcerarent; memorentur calamum[g] conquassatum[h] non conterendum[76], nec linum Ies. 42,3. fumigans in favillas cineresque redigendum; parcerent, si minus existimationi propriae, at[i] calamitati eius et[i] miseriae, quae tanta esset, ut hostibus quoque[k] suis lacrimas[l] excutere posset; se, si angelus Domini persequens eum paululum remisisset, si ab tantis malis vita comite umquam[m] respirasset, non modo adempta redditurum, sed duplicatis quoque muneribus cumulaturum. His qui aetate et sensu maturiores erant cito haec verba satisfecerant. Sed iuventus more suo nihil veniae, nihil laxamenti admittebat; diu simplicitati suae per mollia verba insultatum fuisse; fidem eius, tanto tempore, tot rebus spectatam, ultra[n] fallere non posse; eos mores, eam improbitatem hominis esse, quicquid urgentibus inpraesentiarum malis non fecisset, id, nisi iterum vis[o] adhiberetur, perpetuo infectum fore; propterea se ab[p] iure suo non cessuros esse, donec ad expugnandam animi eius duritiam omnia divinae, omnia humanae opis suffragia pertemptassent. Abbas diu immoratus, ubi se videt nihil supplicando agere, nec copiam sibi esse ad reddenda quae exigebantur[q], praesertim exhaustis pene cunctis opibus monasterii, nec sufficientibus tamen ad exsaturandam ingluviem avaritiae eorum, qui in Goslariensi tumultu laesi fuerant: tandem regis iussione accersitus, ad curtim[r] regiam proficiscitur, dato necessariis suis negocio, ut terroribus et blandimentis, quaqua via possent, efferatae iuventutis animos mitigarent[s]. Sed hoc in irritum cessit. Denique post abscessum[t] eius principes iuventutis, quibus potissimum incentoribus tantum malum exarserat, totam adeunt[u] congregationem, indicant, animo sibi fixum esse, ut, eruptione facta de monasterio, regem, ubicumque gentium reperiatur, perquirant, contra saevitiam abbatis eius potentiam[v] patrocinium exposcant; orantque, ut quibus valitudo non obsistat secum proficiscantur, qui vero aetate vel morbo praegravante id non possint scripti sui astipulatione[w] factum eorum corroborarent.[x] Res foeda et dictu quoque horrenda visa est senioribus, fusique in terram, per Deum precabantur, ne se et ipsum Fuldensis spei exiguum quod restabat perditum irent[77]; turbatam graviter Goslariensi clade rem Fuldensem; si ipsi monasterii limen ea mente excessissent[y], non turbandam modo, sed omnino in praeceps ituram. Nihil illi his sermonibus moti — iam enim pertinacia in amentiam atque in rabiem se verterat — concite per monasterium discurrunt, invicem se ad audendum[z] facinus adhortantur, et sic tandem adulta conspiratione sedecim numero, crucem sibi praeferentes, antiphona imposita[78], claustris monasterii erumpunt. Seque-

a) esse 5. b) Reginbodo 1. 4. 5. c) *deest* 5. d) clamdestinis 4. 5. e) Deinde 4. g) *deest* 5. h) quassatum 4. i) ac — ac 3. k) quique 4. *deest* 3. l) exc. l. p. 3. m) unaque 5. n) n. u. f. posse 3. o) ius 4. 5. p) a 4. 5? q) exigebatur 3. 5. r) curtem 3. *saepius*. s) mitigare 4. t) abcessum 4. 5. u) ad eu 5. v) *ita* 4. *Nic. de S.* potentiae 1. 5? potentiam et patrocinium 3. w) asst. 3. x) corroborent 1. y) excesserint 3. z) audiendum 4.

74) Ita etiam a. 1074. 75) *ignem gladio scrutari* cf. a. 1071. (1075: *ignem gladio purgare*), Horat. Sat. 2, 3, 276, ubi vid. Heindorf, et symbola Pythagorica e var. scriptor. collecta in Orellii Opuscul. Graecor. vet. sentent. T. I. p. 62. ex Athen. X, 54. et Plutarch. de puerorum educat. c. 17, ubi ita explicatur: Potentium iram tumentemque indignationem non commovendum vel: ira percitum non lacessendum sed cedendum et obsecundandum iratis. 76) cf. a. 1077. 77) *perditum irent*, Sallust. Cat. 36, 4. 78) i. e. cantum incipere et quo vocis sono decantari debeat designare, *anstimmen*.

bantur eos eminus maiores natu, qui sanum aliquid sapiebant, cum tanto luctu atque eiulatu, acsi eos ad sepulturam funebris pompa ultimum vale audituros[79] efferret. Itaque ne rei tam atrocis novitas repente nunciata regi stuporem incuteret, unum ex numero suo, citato quantum poterat equo, praemittunt, qui litteras ad regem tantae calamitatis indices perferat[a], et qua vi, qua necessitate ad haec extrema experienda coacti sint, edoceat. Ipsi paulatim pedestres, servatis ordinibus, subsequuntur. Postquam nuncius eo pervenit lectaeque[b] sunt litterae, horror quidam perculit omnes qui in palatio erant super tam procaci facto, mirabanturque, inter eximios et apostolicae conversationis viros tantum flagitii potuisse reperiri, ut privatas iniurias tam pessimo exemplo[c] ulciscerentur, nec[d] filii patris, in ea potissimum calamitate, misererentur, in qua hostes quoque[e] suos ad miserationem et ad lacrimas provocare potuisset. Placuit itaque omnibus, insigne hoc facinus insigni aliquo exemplo vindicari. Tum rex, consilio usus Coloniensis archiepiscopi et Ottonis ducis Baioariorum, quorum tunc arbitrio res publica administrabatur, praecepit, ut ipse baiulus litterarum cum aliis tribus, qui auctores seditionis fuerant, per diversa monasteria in custodia habendi mitterentur; ad compescendam vero ceteram multitudinem, quoniam[f] nec spiritu lenitatis nec virga monasticae correptionis sanari potuissent, abbas militari manu uteretur. Tunc[g] abbas, missis obviam militibus, sine vi et tumultu eos Fuldam reduci iussit, et extra monasterium custodibus adhibitis suum praestolari reditum. Ipse quoque, regi vale facto, eos e vestigio est subsecutus. Ibi collectos fratres et primos militum Fuldensium diu ea consultatio tenuit, laicorum an monachorum iudicio in eos animadverti oporteret. Vicit ea sententia, quae[h] censebat, eos, qui, excusso iugo regulae, contempto abbate, per contumaciam egressi et necdum in monasterium recepti essent, laicorum potius lege iudicandos[i] fore. Ita abbas laicorum iurisdictionem secutus, duos ex eis, alterum presbiteratus alterum diaconii honore insignes, iussit publice virgis caesos et attonsos expelli; reliquos multis plagis maceratos, per vicina monasteria alium alio transmisit. De singulis tamen non pro modo culpae, sed pro natalium suorum claritate vel obscuritate, mitius vel atrocius sumptum supplicium est. Viderit abbas, an vi doloris impulsus iniurias suas acerbius quam decuit vindicando, modum forte excesserit. Id constat, inustam esse ea tempestate maculam Fuldensi monasterio, quae longa forsitan succedentium temporum serie ablui et extergi[k] non possit.

Bel[80], qui regnum invaserat Ungariorum, obiit. Ioas, filius eius, satius putans moderatis opibus in pace perfrui, quam[l] immoderatas ambiendo calamitatem atque excidium parere[m] genti suae, mandavit[n] regi Heinrico, si sibi apud Salomonem, filium Andreae regis, natalibus et meritis suis condignus honor haberetur, subditum se ei fidelemque futurum, et malle beneficiis cum eo quam armis, fide quam acie dimicare. Eadem Aug. Ungarii omnes assidua legatione pollicebantur. Ita rex Heinricus Ungariam cum exercitu ingressus, Salomonem in solium patris restituit, iuncta ei in coniugium sorore sua; ablatisque omnibus, quae regi scrupulum movere vel regni statum labefactare poterant, in pace remeavit ad Gallias.

Educatio regis atque ordinatio omnium rerum publicarum penes episcopos erat, eminebatque inter eos Mogontini et Coloniensis archiepiscoporum auctoritas. A quibus cum in partem consilii Adalbertus Premensis archiepiscopus assumptus fuisset, tum propter claritatem generis, tum propter aetatis atque archiepiscopatus praerogativam, ille saepius colloquendo, obsequendo etiam atque assentando, ita sibi regem brevi devinxerat, ut, ceteris episcopis posthabitis, totus in eum inclinaretur, et ipse in regno communi pene[o] monarchiam usurpare videretur. Secundas[p] post eum partes agebat Wernheri[81] comes, iuvenis tam ingenio quam aetate ferox[82]. Hi duo pro rege imperitabant; ab his episcopatus et abbatiae, ab his quicquid ecclesiasticarum, quicquid secularium dignitatum est, emebatur. Nec alia cuiquam, licet industrio atque egregio viro, spes adipiscendi honoris ullius erat, quam ut hos prius ingenti profusione pecuniarum suarum redemis-

a) perferret *corr.* perferat 3. b) que *deest* 4. c) *ita* 1. *Nic. de Sygen.* pessimum exemplum *etiam dixit noster a.* 1073. 1076. p. publico 3. 4. 5. d) nec — misererentur *desunt* 4. e) quique 4. 5. *Nic. de Syg.* f) quam 4. g) Item 4. h) qua 4. i) vindicandos 3. k) extingwi 4. l) quia 5. m) parcere 1*. n) mandatum 5. o) *deest* 3. p) Secundus 3.

79) *ultimum vale aud.*, Ovid. Met. 10, 62. 80) cf. Ann. Altah. p. 103. 81) cf. Wenck hist. Hess. III. p. 27. sqq. Rommel I. p. 159. 82) Ita Livius VI, 23. de Lucio Furio tribuno militum: *ferox quum aetate et ingenio.*

set. Et ab episcopis quidem et ducibus metu magis quam religione temperabant. In abbates vero, quod hi iniuriae obviam ire non poterant, tota libertate grassabantur, illud prae se ferentes, nihil minus regem in hos iuris ac potestatis habere quam in villicos suos vel in alios quoslibet regalis fisci dispensatores. Et primo quidem praedia monasteriorum fautoribus suis, prout libitum erat, distribuebant, et quod reliquum erat crebra regalium servitiorum exactione usque ad feces ultimas exhauriebant. Dein[a] convalescente audatia, in ipsa monasteria impetum faciebant, atque ea inter se tamquam provincias partiebantur, rege ad omnia quae iussus fuisset puerili facilitate annuente. Itaque Premensis archiepiscopus duas occupat abbatias, Laurensem[82] et Corbeiensem, 1066. praemium hoc asserens esse fidei ac devotionis suae erga regem. Ne id invidiosum apud ceteros regni principes foret, persuaso rege, dat Coloniensi archiepiscopo duas, Malmendren[b] et Endan[c, 83], Mogontino archiepiscopo unam in Selechinstat[d, 84], Ottoni duci Baioariorum[e] unam in Altaha, Ruodolfo[f] duci Suevorum unam in Kenbeten[g, 85]. Igitur Premensis archiepiscopus, ut totam tirannidi suae vacantem redderet Corbeiensem[h] abbatiam, ridiculam commentatur fabulam. Disseminatis per curtem regiam rumoribus, divulgat, episcopum civitatis cuiusdam Transalpinae, cui Pole[86] nomen est, humanis rebus excessisse. Huic successorem, persuaso rege, subrogat abbatem Corbeiensem, iubetque, ut destitutam rectore ecclesiam quantocius eat invisere. Verum inter moras, quibus ille itineri necessaria parabat, dum quidam de Italia venientes episcopum, qui mortuus dictus fuerat, vivum et incolumem nunciassent, irridere omnes et detestari fraudem archiepiscopi coeperunt[i]. Tum Otto dux Baioariorum ad prohibendum tantum nefas divino spiritu animatus, multis conatibus circumquaque explicitis[k], vix et aegre obtinuit, ut tam abbati quam monasterio Corbeiensi suus honor, sua dignitas incolumis servaretur. Porro cum in monasterium Laurense satellites archiepiscopi venissent nunciantes, quod regia donatione locus ipse in ius potestatemque archiepiscopi concessisset, iuberentque, ut abbas ei constituto loco non pigritaretur occurrere, tantus dolor et indignatio omnes invasit, ut nec manibus in legatos ipsos temperassent, nisi ius gentium plus quam ira valuisset. Contumeliose auditi, contumeliosius multo sunt dimissi. Quod postquam regi nunciatum est, missis aliis nunciis, iussit abbati sub interminatione salutis propriae, ut abbatia se abdicaret festinusque monasterio excederet. Ille, comperta, priusquam legati advenirent, regis sententia, benigne eos suscipi iussit, atque in diem posterum eorum quae in mandatis habebant audientiam distulit. Nocte, paucis sibi adhibitis, inde discedens, in loca tutissima, omnibus praeter admodum paucos ignoratus[l], se recepit, cum et prius omnes ecclesiae thesauros clanculo exportatos[m] in tutum locasset. Ita legati die postero cui iussa regis exponerent non habentes, multumque viri prudentiam admirantes, infecta legatione redierunt. Tum milites eius, quos eo tempore et opum gloria et militaris[n] rei industria clarissimos habebat, collatis viribus montem[87] qui proximus adiacet monasterio occupant, castellum exstruunt, praesidium imponunt; parati archiepiscopum ab infestatione monasterii capitis quoque[o] sui periculo arcere.

## 1064.

Causabantur Romani principes, quod rex eis inconsultis Romanae ecclesiae pontificem constituisset, et ob eam iniuriam defectionem meditari videbantur. Propter quod placuit, Coloniensem archiepiscopum Romam mitti[88]. Qui veniens eo, cum aliud turbatis rebus invenire non posset remedium, iudicavit, ordinationem, quae inscio senatu Romano facta fuisset, irritam fore, et sic amoto Parmensi episcopo, per electionem eorum Anshelmum[p] Luccensem[q] episcopum pro eo ordinari constituit[89]. Verum

a) Deinde 4. 5? b) Milmundren 3. c) Eldan 3. d) Selechinstatt 3. e) Bauarie 3. f) Rudolffo 3. Rodolfo 4. g) Kenbetten 3. h) Gorbeiensem 4. i) cepere 3. k) implicitis 5. l) paucis incognitus 3. m) thezauros (*ita semper*) cl. deportatos 4. n) rei militaris 3. o) *deest* 1*. p) Anselmum 1. 3. *et infra*. q) lucensem 3. *et infra*.

82) Quae hac de re in Chronico Laureshamensi p. 179. sqq. narrantur cum iis, quae noster de ea tradidit, apprime consentiunt. Regis diplomata data sunt Sept. 6. a. 1066, et in tabulario regio Hannoverano extant. 83) Malmundarium et Inda sive Cornelii monasterium. 84) Vid. tabulas imperatoris 18. Kal. Iul. eiusdem anni datas ap. Guden Cod. dipl. I. p. 23. 85) Kempten. 86) Pola Istriae. 87) Cf. Chron. Laur. l. l. p. 182. 88) cf. Ann. Altah. p. 105 et Giesebrecht ibid. p. 179 sqq. 89) Iam a. 1061. electus. Sequentia quoque ad a. 1062. pertinent.

ubi ipse peracta legatione regressus est in Galliam, Parmensis episcopus, armata multitudine non modica, Luccensem episcopum sede apostolica per vim deturbare aggressus est. Econtra fautoribus illius ad arma impigre concurrentibus, congressio facta est, multique hinc et inde vulneribus acceptis corruerunt. Sic depravata ecclesiastici rigoris censura, homines non ut quondam ut praeessent ecclesiae Dei iniecta manu trahebantur, sed ne non praeessent armata manu praeliabantur, fundebantque mutuo sanguinem non pro ovibus Christi, sed ne non[a] dominarentur[b] ovibus Christi. Anshelmus tamen, qui et Alexander[c], et virtute militum et favore principum sedem obtinuit. Alter vero, etsi per contumeliam repulsus, tamen quoad vixit ab iure suo non cedebat; huic semper derogans, hunc adulterum ecclesiae Dei, hunc pseudoapostolum appellans; missas quoque seorsum celebrans, ordinationes facere et sua per ecclesias decreta et epistolas more sedis apostolicae destinare non desistebat. Verum nullus attendebat, criminantibus universis, quod in ultionem privatae contumeliae sedem quoque apostolicam homicidio[d] maculasset.

Heinricus Augustensis episcopus obiit[90], invisus regi, invisus episcopis omnibus, propter superbe administratam regni gubernationem tempore[e] imperatricis. Embricho[f] ei successit, praepositus Mogontinus, vir pontificalis modestiae et gravitatis.

Wernheri comes villam monasterii nostri, quae dicitur Kirhberc[g] [91], inconsulto abbate, a rege petiit et impetravit. Pro qua recipienda diuturnum agonem desudavimus, dimicantes adversus tanti hostis saevitiam non armis carnalibus, sed ieiuniis et crebris orationibus. Unde ille mordaciter magis quam facete[h] iocari solebat, magno munere dignum se esse apud regem, qui monachos eius, languidos prius in[i] opere Dei et tepidos, novis facibus adhibitis, exsuscitasset[k] invitosque ad ieiunia et nudipedalia coegisset.

Sigefridus Mogontinus episcopus et Guntherus Babenbergensis et Otto Ratisponensis et Willehelmus Traiectensis episcopi, item alii quam plures, columnae et capita Galliarum, autumnali tempore Hierosolimam proficiscuntur.

## 1065.

Mart. 27. Rex nativitatem Domini Goslariae celebravit, pascha Wormaciae. Ubi archiepiscopus Premensis inter sacra missarum solemnia, dum debitum tantae festivitati sermonem faceret, hominem ab infestatione demonis purgavit, fusis pro eo tam suis quam tocius populi qui praesens erat precibus. Ea res grandi miraculo cunctis erat, stupentibus scilicet, quod vir tam pessimae in populo existimationis, qui vitam virtutum non haberet, signa virtutum faceret. Sed aemuli eius invidiose[l] hoc interpretabantur, non meritis eius sed praesentium populorum supplicationi asscribendum esse tantae rei effectum. Mart. 29. Ibi per concessionem eiusdem archiepiscopi primum se rex arma[m] bellica succinxit, statimque primam susceptae armaturae experientiam[92] in archiepiscopum Coloniensem[n] dedisset et ad persequendum eum ferro et igne[o] praeceps abisset[p], nisi res turbatas imperatrix tempestivo valde consilio composuisset. Inter cetera id potissimum invidiae ei erat, quod ante aliquot annos, dum imperatrici ius regni rerumqu gubernacula eripere vellet, ipsum pene regem in ultimum discrimen praecipitasset.

Heceloni Argentorati episcopo paulo ante defuncto, successor substitutus est Wernheri, propinquus Wernheri comitis.

Interea praedicti episcopi Hierosolimam pergentes, dum magnitudinem opum suarum gentibus, per quas iter habebant, inconsultius ostentarent, ultimum sibi periculum consciverant[q], nisi rem humana temeritate prolapsam divina misericordia restituisset. Nam barbaros, qui ex urbibus et agris ad spectandos tam illustres viros catervatim profluebant, primo peregrini cultus ac magnifici apparatus ingens miraculum, dein[r], ut fit, non minor praedae spes ac desiderium cepit. Itaque cum transita Licia fines Sarracenorum introissent[s], et iam a civitate cui Ramulo nomen est una vel paulo plus mansione abes-

a) ne *corr.* ut 3. b) nōdeuarentur 4. c) Allexander 4. d) *deest* 5. e) tempore (*superscr.* temporaliter) imperatrici 4. f) Embrichio 3. g) Kirchberg 1. 3. 5. Kirchbergk 4; *cf infra a.* 1066. h) facere 3. i) p. et t. in o. d. 3. k) exsuscitasse 4. l) insidiose 3. m) ad arma 6. n) Coloniensium 3. o) igni 3. p) abijsset* 3. q) consciuerunt 1. 5? r) deinde 1*. s) retroissent 4.

90) A. 1063. Ann. August. Mon. SS. III. p. 127. 91) in praefectura Gudensberg; cf. Wenck III. p. 31. n. p. 92) cf. Grimm Deutsche Rechtsalterthümer p. 415.

sent, proximo parasceue ante pascha, circa terciam diei horam, incursionem passi sunt Mart. ab Arabitis, qui comperto tam insignium virorum adventu, undique ad spolia diripienda frequentes armatique confluxerant. Plerique christianorum[a] religiosum putantes, manu sibi auxilium ferre[b] et salutem suam, quam peregre proficiscentes Deo devoverant, armis corporalibus tueri, prima statim congressione prostrati, vulneribus multis confecti, et omnibus quae habebant a filo subteminis[c] [93] usque ad corrigiam caligae exspoliati Gen. 14,23. sunt. Inter quos Willihelmus quoque Traiectensis episcopus, brachio pene plagis debilitato, nudus ac semivivus relictus[d] est. Ceteri christiani iactu lapidum, quod genus teli forte locus ipse affatim ministrabat, non tam periculum propulsabant, quam mortem, quae praesens urgebat, differre conabantur. Pedem etiam paulatim subtrahendo, ad villam declinabant, quae ab ipso itinere spatio mediocri distabat. Capharnaum hanc fuisse, ex similitudine vocabuli coniciebant. Quam ut ingressi sunt, episcopi omnes atrium quoddam occupant, humili septum maceria et tam fragili, ut, etiamsi nulla vis adhiberetur, sola vetustate facile corrueret; in cuius medio domus erat, coenaculum habens satis editum et ad repugnandum quasi ex industria[e] praeparatum. Huius superiora episcopus Mogontinus et Babenbergensis cum clericis suis, inferiora ceteri episcopi sibi vendicant. Laici omnes ad arcendam vim hostium et maceriam defendendam impigre discurrunt, et primam quidem certaminis procellam lapidum iactu, ut praedictum est, sustinuere. Dein[f] cum barbari magnam telorum nubem in castra coniecissent, et ipsi plerumque, impressione in eos facta, clipeos et gladios manibus eorum vi extorsissent, non solum iam maceriam tueri sufficiunt, sed portis[g] etiam interdum erumpere et pugnam comminus[h] lacessere audent. Quorum impetum dum Arabes nullo iam loco, nulla acie sustinere possent, consilium tandem a[i] tumultuaria congressione ad obsidionem vertunt, et inedia atque lassitudine conficere aggrediuntur, quos ferro expugnare non poterant. Itaque multitudinem, qua[i*] superhabundabant, conglobatis scilicet circiter duodecim milibus, partiuntur, ut alii aliis vicissim ad obpugnationis studium succedentes, nullam illis vel paululum respirandi[k] copiam facerent, suspicantes, quod propter inopiam rerum omnium[l] quibus vita humana sustentari solet, dimicandi laborem non diu tole- Mart. 25–27. raturi forent. Ita christiani toto parasceue, toto sabbato[m] sancto usque ad terciam fere horam paschalis diei sine intermissione obpugnabantur; nec eis hostilis improbitas vel modicum temporis punctum, quo saltem somni perceptione corpora recrearent, indulgebat. Nam[n] cibum et potum nec, mortem prae oculis habentes, desiderabant, nec, si magnopere desideraretur, quid sumerent, omnium inopes, habebant[o]. Cumque die tercio, labore et inedia exhausti, ad extremum pervenissent, et fortia plerumque conatos[p] virtus ieiunio infracta frustraretur, quidam ex numero presbiterorum exclamavit, non recte eos agere, quod in armis suis plus quam in Deo spei ac roboris ponerent, et calamitatem, quam eo permittente incidissent, propriis viribus propulsare conarentur; propterea placere sibi, ut se dederent, praesertim cum triduana iam abstinentia militaribus rebus eos inutiles prorsus reddidisset; non esse Deo difficile, ut deditis eis et ab hoste sub iugum missis misericordiam praestaret, qui suos totiens etiam in ultima necessitate conclusos mirabiliter liberasset; ut hoc quoque inferret, barbaros nequaquam propter ipsos occidendos tanto molimine grassari, sed ut pecunias eorum auferrent; quibus si potiti fuissent, liberos eos deinceps intactosque sine vi, sine molestia abire passuros. Placuit consilium omnibus, statimque ab armis ad preces versi, per interpretem, ut in dedicionem acciperentur, orabant. Quo comperto, dux Arabum citato equo in primos advolat, et ceteros quidem longius summovet, cavens, ne, temere admissa multitudine, praeda confuse distraheretur. Ipse decem et septem honoratissimos gentis suae secum assumens, castra ingressus est patentia, relicto ad portas praesidii causa filio suo, ne quis forte praedae avidus[q] post se non vocatus[r] irrumperet. Cumque admotis scalis in coenaculum, ubi Mogontinus[s] et Babenbergensis episcopi latitabant, cum paucis ascendisset, Babenbergensis[t] episcopus, cui, licet iunior aetate esset, tamen propter virtutum praero-

a) crist. 4. (*ita aut* xpi *semper*). b) referre 3. c) *ita* 1. 3. 4. subtegminis 6. d) derelictus 5. e) ad industriam 1*. f) Deinde 1*. 4. g) portas 4. h) *ita* 4. *semper*; cominus 1. *semper*; *modo* comminus *modo* cominus 3. i) *deest* 4. i*) quia 5. k) respirendi 4. l) omnibus 4. 5. m) sabbatho 3. sabato 4. n) Non iam c. et p. mortem 4. 5 (*deleto* nec *ante* mortem). o) habebantur 4. p) conatus 3. q) avide 5. r) vocatos 5. s) magontinus 4. t) babenburgensis 4.

93) i. q. interula.

Mart. 27. gativam et tocius corporis admirandam dignitatem praecipuus a cunctis honor deferebatur, rogare eum coepit, ut, omnibus quae[a] haberent usque ad novissimum quadrantem sublatis, nudos se abire sineret. Ille et victoria elatus et praeter ingenitam morum barbariem accepta quoque tot congressionibus clade nimium efferatus, ait, se adversus[b] eos iam triduo non sine grandi dampno exercitus sui ea mente bellum gessisse, ut suis conditionibus erga victos uteretur, non quas[c] ipsi constituissent; ne ergo falsa spe eluderentur, se, omnibus quae haberent sublatis, carnes eorum comesturum et sanguinem bibiturum. Nec moratus, linteum[d], quo caput more gentis[e] obvolverat, expediens, facto vinculo, in collum episcopi iniecit. Episcopus, ut erat vir liberalis verecundiae[f] et maturae admodum gravitatis, ignominiam non ferens, tanto nisu pugnum ei dedit in faciem, ut uno ictu consternatum ad pavimentum usque praecipitem daret, vociferans insuper, prius eum poenas pro impietate daturum, quod impuras manus in sacerdotem Christi profanus et idololatra mittere praesumpsisset. Irruunt protinus alii clerici et laici, et tam huic quam ceteris qui in coenaculum ascenderant adeo artis nexibus manus a tergo constringunt, ut sanguis plerisque rupta cute per ungues proflueret. Perlato audacis facti indicio ad eos qui in inferiori[g] parte[h] consistebant, ipsi quoque his qui apud se erant Arabum principibus idem faciunt. Dein[i] laici omnes, sublato in altum clamore, vocatoque in auxilium sibi omnium rerum opifice Deo, rursus arma capessunt[k], maceriam occupant, praesidium, quod circa portas erat, conserta manu fundunt fugantque, et sic alacres, sic innovatis inopino successu viribus, ubique rem peragunt, ut nihil lassitudinis, nihil incommodi ex triduana eis inedia et labore accessisse putares. Alacritatem tantam, repente ex trepidis rebus et ultima desperatione coortam, nimium admirati Arabes, nec aliam novitatis huius causam suspicati, quam quod de principibus suis sumptum fuisset supplicium, infestissimis animis in pugnam ruunt, et facto grege, per arma, per viros in castra perrumpere[l] parant. Et acta res foret, nisi mature[m] orto consilio christiani vinctos eo loco principes statuerent[n], ubi atrocissima vis hostium et creberrimus telorum imber incumbebat, apposito super capita eorum spiculatore, qui districtum in manibus gladium tenens, clamitabat per interpretem, nisi ab obpugnatione quiescerent, non armis se adversum eos sed principum capitibus dimicaturos. Tum ipsi principes, quos praeter vinculorum acerbitatem imminens quoque cervicibus gladius vehementer angebat, cum magno eiulatu suos obtestabantur, ut moderatius agerent, ne obstinate certamen hostibus inferentes, eos ad supplicium necemque suam, cum incisa[o] 94 spes[94] esset[p] veniae, inflammarent. Patris periculo attonitus filius ducis Arabum, quem ad portam atrii a patre causa praesidii relictum supra memoravi, citato gradu in confertissimos suorum cuneos se dedit, et furentis exercitus impetum voce et manu increpitans retinuit, et tela in hostes iacere prohibuit, quae[q] non hostes, ut ipsi putarent, sed principes sui propriis pectoribus excepturi forent. Per hanc[r] occasionem paululum ab armis et incursione[s] vacatione data, nuncius venit in castra ad christianos, missus ab his qui in parasceue omnibus amissis nudi et saucii usque Ramulo pertenderant. Is amaritudine et metu confectis mentibus magnum attulit refrigerium, indicans, ducem praedictae civitatis, licet paganum, divino tamen, ut putabatur, instinctu animatum, cum ingentibus copiis ad ipsos liberandos advenire. Nec latere potuit Arabitas advenientium hostium fama; statimque omnes, aversis ab aliorum obpugnatione ad se ipsos salvandos cogitationibus, praecipiti fuga, quo quemque[t] spes evadendi vocabat, dilabuntur. In ea trepidatione dum alii ad alia curanda discurrerent, unus vinctorum evasit, opera usus Sarraceni cuiusdam, quem ducem itineris christiani habebant, tanto omnium dolore, tanto gemitu, ut ab eo, cuius indulgentia dimissus fuerat, vix manus inhiberent[u]. Nec multo post dux ipse, ut nunciatum fuerat, cum exercitu advenit, pacificeque in atrium a[v] christianis susceptus est; suspensis tamen omnibus inter spem et metum, ne forte non sublata calamitas sed hostis[w] tantum mutatus esset, et propter novitatem rei difficile credentibus, quod satanas[x] satanam eicere, hoc est paganus paganum ab infesta-

a) *deest* 3. b) adversos 4. c) quasi 4. quia 5. d) lintheum 3. 4. 5. e) gentium 4. f) verecundo 4. g) inferiori in p. 5. h) p. domus 1. i) Deinde 1*. 4. k) capessant 4. l) prorumpere 3. m) maturo 4. n) staturent 4. stat. princ. 5. o) inscisa 3. 4. 5. p) esset spes 3. 5. q) qui 5. r) *deest* 4. s) incursionibus 1. t) quocumque 4. u) inhiberet 4. v) *deest* 1. w) t. h. 3. x) sathanas 3. 4. 5. *semper*.

94) *incisa spes.* Ita Lambertus saepius dicit, a. 1069. 1070. 1075. 1076. cf. Liv. 3, 18.

tione christianorum cohibere vellet. Primo omnium vinctos sibi praesentari iussit. Quos cum aspexisset et quae facta fuerant ordine audisset, maximas christianis gratias egit pro magnifice gestis rebus et expugnatis rei publicae acerrimis hostibus, qui regnum Babilonium iam per multos annos assiduis populationibus infestassent et magnas plerumque adversum se instructas acies commisso certamine obtrivissent[a]. Traditos eos custodibus, regi Babiloniorum vivos servari praecepit. Ipse, accepta a christianis quanta convenerat pecunia, secum eos Ramulo perduxit. Inde, adhibito eis expeditorum iuvenum praesidio, ne qua denuo latronum incursione periclitarentur, usque Hierosolimam eos perduci iussit. Nihil deinceps difficultatis in eundo, nihil in redeundo perpessi, Liciam pervenerunt, gratias[b] Deo referentes, quod, emensis[c] tot rerum asperitatibus, vivos eos et incolumes in tutum restituisset. Ex hoc per christianorum fines reditum facientibus omnia cedebant ex sententia. Verum posteaquam in Ungariam ventum est, Guntherus Babenbergensis[d] episcopus, heu! immatura morte praeventus, prosperae ac laetae reversionis lugubrem omnibus exitum fecit. Decessit[95] autem 10. Kalendas Augusti, Iul. 23. aetate integra ad[e] perfruendum hoc seculo maxime matura[f], vir praeter morum gloriam et animae divicias corporis quoque bonis adprime ornatus. Natus erat ex primis palatii, privatis possessionibus praeter episcopatum affluentissimus, lingua promptus et consilio, litteris eruditus tam divinis quam humanis, tum statura et formae elegantia ac tocius corporis integritate ita[g] ceteris[h] eminens mortalibus, ut in illo Hierosolimitano itinere ex urbibus et agris spectandi eius studio profluerent, et bene secum actum crederet, cui eum videre contigisset. Unde cum, positis eis in diversorio, plerumque turba intemperans propter eum nimis molesta foret, compulsus est aliquotiens a ceteris episcopis, ut in publicum procederet et obsidentem fores[i] multitudinem suo spectaculo a ceterorum vexatione avocaret. Tantum hunc transitoriae felicitatis splendorem vitae innocentia et morum temperantia clariorem in eo cumulatioremque faciebant. Nam tantam in se utriusque[k] hominis gloriam, quam omnes mirabantur, solus ipse ita[l] propter Deum contempnebat, ut infimae quoque conditionis hominibus popularem se communemque praeberet et a servis suis plerumque maximas verborum contumelias inultus acciperet. Celebri ergo pompa funeris in patriam reportatus, et magnis omnium qui eum noverant planctibus exceptus, in Babenbergensi ecclesia, ubi a puero adoleverat, sepultus est. Successit ei in episcopatu Herimannus vicedomnus[96] Mogontinus, qui in eadem Hierosolimitana peregrinatione constitutus, dum eum invalescente morbo ad exitum urgeri videret, legationem praemisit ad necessarios suos, quibus patria excedens suae rei familiaris dispensationem delegaverat, petens, ut sibi ad episcopatum, quaqua possent ratione, aditum patefacerent. Quod et sedulo fecerunt, profuso in coemptionem eius argenti et auri inaestimabili pondere.

Eilbertus[m] Patavii episcopus obiit; cui Altman cappellanus imperatricis[n] successit, Mai. 27. qui dum ipso tempore cum ceteris principibus Hierosolimam abisset, per interventum imperatricis absens designatus est episcopus. Arnolfus Wormaciae episcopus, vir pontificalis modestiae et sanctitatis, migravit ad Dominum; successitque ei[o] Adalbero[p], monachus ex monasterio sancti Galli, frater Ruodolfi[q] ducis, uno pede omnino debilis, vir per omnia dignus spectaculo. Erat enim fortitudinis magnae, edacitatis nimiae, crassitudinis tantae, quae aspicientibus horrorem magis incuteret quam admirationem; nec ita centimanus gigas[97] aut aliud antiquitatis monstrum, si ab inferis emergeret, stupentis populi oculos in se atque ora converteret.

## 1066.

Rex nativitatem Domini Goslariae[r, 98] celebravit. Ubi ab ipso iam initio autumni usque ad eam partem hiemis tamquam stativis castris se continuerat, sumptus habens regiae

a) obtinuissent 5. b) gra 5. c) emersis 4. immensis 5. d) babenburgensis 4. e) et ad 1. f) natura 5. g) ita ut 4. h) cunctis 3. i) foris 3. 5. k) h. n. 3. l) *deest* 3. m) Gilbertus Pataui 3. Cilbertus (?) 5. n) imperatoris 5. o) *deest* 3. p) adelbero *omnes*. q) *ita* 4. r) Goslare 5.

95) Albanii sive Albae Regal. (Stuhlweissenburg). 96) oeconomus, syndicus ecclesiae. 97) *centimanus gigas* Horat., Od. II, 17, 14. III, 4, 69. 98) Moguntiae, Ann. Altah. Sed certo autumni tempore regem Goslariae fuisse, diplomata ostendunt ibi data ( ohmer n. 1807—1810).

magnificentiae multum impares. Nam praeter pauca quae ex reditibus[a] regalis fisci veniebant vel quae abbates coactitio[b] famulatu ministrabant, cetera omnia in cottidianos[c] usus eius cottidianis[c] impensis emebantur. Hoc adeo fiebat odio Premensis archiepiscopi, quem omnes criminabantur sub praetextu regiae familiaritatis monarchiam usurpasse manifestae tyrannidis; et ipsi ergo consueta regi servitia detractabant[d]; et ille in alias regni partes regem abducere nolebat, ne scilicet cum aliis principibus communicando principatum consiliorum et familiaritatis, ipse sibi aliquid imminueret[e] de fastigio usurpatae singularitatis. Sed non ultra laturi iniuriam videbantur principes regni. Archiepiscopi Mogontinus et Coloniensis cum ceteris, quibus curae erat res publica, crebra conventicula faciebant, atque omnes in commune, quid facto opus esset, consulere rogitabant. Dein iam adulta conspiratione, diem generalis colloquii omnibus indixere regni

Ianuar. principibus, ut Triburiam convenientes, Premensem archiepiscopum, communem omnium hostem, communibus omnes studiis obpugnarent, regique denunciarent, aut regno ei cedendum esse[f], aut familiaritate et amicitia Premensis archiepiscopi defungendum. Perlato Goslariam atrocis rei nuncio, rex ad statutam diem concitus properabat; cum quo et Wernheri comes veniens, in villam Ingilneheim, cuius pars aliqua ad nostrum quoque monasterium pertinet, hospitatum divertit. Ubi dum milites eius ab incolis praedas agerent et illi ad arma conclamantes manu se vindicare niterentur, atrox pugna coorta est. In qua dum Wernheri comes ad ferendum suis opem impigre discurreret, a quodam nostri monasterii vilissimo mancipio, vel ut alii ferunt a femina saltatrice, clava percussus in capite, corruit, atque ad regem semivivus est reportatus. Admonitus ab episcopis qui praesentes erant, ut pro peccatis suis Deo, in extremo iam spiritu constitutus, satisfaceret, seque Herveldensium monachorum precibus interemptum recognoscens, villam Kirhberc[g], quam iniuste invaserat, redderet: nullo modo adquievit, donec episcopi consensu facto minitarentur, se ei sacram communionem morienti non daturos, nisi prius tanti peccati pondere se exonerasset. Sic tandem pudore magis quam religione victus reddidit, statimque vita excessit. Statuta die tristis in regem omnium vultus, tristis erat sententia, ut aut regno se abdicaret aut archiepiscopum Premensem a consiliis suis atque a regni consortio amoveret. Tergiversanti et quid potius eligeret haesitanti archiepiscopus consilium dedit, ut proxima nocte, ablatis secum regni insignibus, clam aufugeret, et Goslariam aut in alium locum se reciperet, ubi ab[h] iniuria tutus foret, donec turba haec conquiesceret. Adveniente vespera, thesauros[i] regios per satellites et socios fraudis suae iam exportare coeperat, cum repente ad ministros regis consilium hoc, nescio quo indicio, permanavit. Qui statim raptis armis curtim regiam circumdederunt, totamque deinceps noctem ducentes pervigilem, ne quid novi accideret, asservabant. Facto mane infensis adeo animis omnes in archiepiscopum coorti sunt, ut nec manibus temperassent, nisi regia maiestas vix et aegre iracundiam cohibuisset. Contumeliose itaque eiectus est de curte regia cum omnibus tyrannidis suae fautoribus, misitque cum eo rex amicorum suorum non modicam manum, ne scilicet ab aemulis suis insidias in via pateretur. Sic iterum[k] rerum publicarum administratio ad episcopos rediit, ut singuli suis vicibus, quid regi, quid rei publicae facto[l] opus esset, praeviderent[99].

April. 16. Rex pascha[m] Traiecti[1] celebravit.

April. 15. Eberhardus Treverorum archiepiscopus dum in sabbato[n] sancto[2] tantae diei misterium solemniter populo exhibuisset, regressus in secretarium[o, 3], caput in sinum archi-

a) retibus *corr.* reditibus 4. redditibus 5. b) coacto 3. c) quottid. 4. 5. d) mittere d. 1. m. detrectabant 6. e) imminuere 4. immineret 5. f) esset 4. g) *ita* 1. Kirchberg 3. 4. 5. h) *deest* 4. i) thezauros 4. *semper fere.* k) dum 5. l) *deest* 4. m) pasche 3. n) sabato 4. o) sacrarium 1.

99) Hic Lamberti locus illustratur ex dipl. Heinrici regis dato Mersburgi 7. Kal. Novembr. a. 1069. ap. Heinecc. l. c. p. 82: *Quare in omne saeculum notum esse volumus, quo pacto nos, submonentibus et consilium dantibus fidelibus nostris, Bertha thori regnique consorte, tum Herimanno Bambergensium episcopo, eo tempore in curia, communi principum nostrorum consilio, negotia omnia administrante* etc. 1) Ita etiam Bertholdus. Minus recte, ut videtur, Ann. Altah. Spirae. 2) illud quod pascha praecedit. Wedekind. l. c. t. 2. fasc. 8. p. 408. 3) i. e. diaconarium, sacristia, aedicula s. camera vice exedrae templo seu aedi sacrae adiuncta, in qua sacra ecclesiae ministeria reconduntur et in qua etiam sacerdotes et clerici, antequam ad sacra procedunt, vestes ecclesiasticas induunt.

diaconi reclinavit, circumstantibusque fratribus, spiritum exalavit. Episcopatum eius per interventum[a] Coloniensis archiepiscopi suscepit Cuono praepositus[b] Coloniensis. Graviter et indigne nimis tulit tam clerus quam populus Treverorum, quod ipsi in electionem[c] admissi consultique non essent, seque vicissim hortabantur, ut insignem hanc contumeliam insigni aliquo exemplo eluerent. Erat tunc[d] temporis maior domus[4] ecclesiae Treverorum 4 Dietericus[e] comes, adolescens tam natura ferox quam aetate. Is die, quo episcopus urbem ingressurus sperabatur, cum ingentibus copiis ei obviam[f] processit, atque in ipso lucis crepusculo, priusquam hospitio progrederetur, super eum irruens, paucos resistere temptantes occidit, ceteros inopino terrore perculsos facile fudit fugavitque, opes, quas[g] amplissimas advexerat, diripuit[h], ipsum episcopum captum traditumque in manus carnificum, de rupe altissima praecipitari et sic interfici iussit. Corpus eius a religiosis viris collectum atque in monasterio Doleiensi[5] sepultum est; ubi usque in praesens tempus 5 magnis, ut fertur, miraculis divinitus saepe illustratur. Successit ei in episcopatum Uoto[i], concordante in electionem eius tam clero quam populo.

In festis paschalibus per quatuordecim fere noctes continuas cometa[k] apparebat. Quo in tempore atrox et lacrimabile nimis praelium[l] factum est in partibus aquilonis; in quo rex Anglisaxonum tres reges cum infinito eorum[m] exercitu usque ad internitionem delevit.

Rex Friteslare[n] veniens, gravissimam aegritudinem incidit, ita ut a medicis despe- Mai. raretur, et principes de regni successione consilia conferre coepissent. A qua infirmitate vixdum plene resumptis viribus, pentecosten Herveldiae celebravit. Nec multo post Iun. 4. nuptias in Triburia regio apparatu celebravit, in coniunctione Berhtae[o] reginae, filiae Ottonis marchionis Italorum.

Reginherus Misnensis episcopus obiit; cui Craft[p] praepositus Goslariensis successit. Sed is dum suscepto episcopatu Goslariam venisset, post refectionem in cubiculum, ubi thesauros suos, quorum nimius amator erat, nullo conscio infoderat, quasi paulum requiescere volens, sese inclusit. Cumque iam die vergente in vesperam praeter modum consuetudinemque suam somno indulgere videretur, rem insolitam mirantes cubicularii, pulsare ostium coeperunt. Sed nec pulsantibus nec vociferantibus ullum dabatur responsum. Tandem effractis foribus irrumpentes, invenerunt eum fractis cervicibus, colore tetro, exanimem, ipsis thesauris[q] suis miserabilem[r] in modum incubantem. Episcopatum pro eo suscepit Benno, praedictae Goslariensis ecclesiae canonicus.

## 1067.

Otto marchio Thuringorum obiit, gaudentibus admodum in morte eius omnibus Thuringis, eo quod ipse primus ex principibus Thuringorum[s], ut praedictum est[5*], decimas ex suis in Thuringia possessionibus dare consensisset, et per hoc calamitatem maximam genti suae invexisse videretur. Marcham[t] eius Egbertus, patruelis regis, suscepit.

Einhardus Spirensis episcopus obiit; cui Heinricus successit, Goslariensis ecclesiae canonicus, tantae[u] dignitati vixdum per aetatem maturus, et non tam electione principum ad hanc provectus[v] quam indulgentia regis, cui in puerili aetate fuerat familiarissime assentatus. Benno Osenbruggensis episcopus obiit; cui alius Benno successit. Nov. 23.

Rex in nativitate sancti Martini Goslariam veniens, graviter infirmari coepit, atque Nov. 11. eadem valitudine per multos dies laborans, lecto recubabat.

## 1068.

Rex nativitatem Domini Goslariae, necdum sospitate ad plenum recuperata, celebravit; a quo Egbertus[w] marchio, exactis diebus festis, digressus, cum se in sua recepisset, modica febre pulsatus, terminum vitae accepit. Sed marcham adhuc vivens adquisierat filio suo, tenerrimae aetatis infantulo[6], quem ei vidua[7] ducis[x] Ottonis de 6

a) intercessionem 3. b) Cuno Col. p. 3. c) e. eius 1. d) tum 5? e) Diedericus 1. 4. 5. f) o. ei 3. g) quam 3. 4. 5. h) adduxerat dirupuit 4. i) *ita* 4. k) *deest* 3. l) premium 3. m) *deest* 3. n) friteslarie *corr.* friteslaree 4. o) *ita* 1. berthe *rell.* p) craht 1b. q) thezauris 3. *ut semper* 4. r) miserabiliter in m. incumbentem 4. s) turing. 4. t) marchiam 1*. marchia 1. u) ante 5. v) profectus 1. 4. w) ecbertus 3. x) *deest* 4.

4) advocatus, *stiftsvogt.* 5) Tholey ditionis Trevirensis. 5*) a. 1062. p. 162. 6) cf. F. A. G. Wenck de Henrico I. Misn. et Lus. march. comment. II. p. 19 sqq. et Stenzel I. p. 253. 7) Immula vel Irmingardis, Ann. S.

Swinefurt pepererat[a]; cui tamen ipse paucis diebus antequam vita excederet repudium scribere cogitaverat, et contra leges ac[b] statuta canonum viduam Ottonis marchionis matrimonio sibi iungere[c], quod haec forma elegantior et efferatis moribus suis oportunior videretur; sed mors oportune[d] interveniens nefarios conatus[e] eius intercepit.

Ravenger patriarcha Aquileiensis[f] obiit; cui Sigehardus cancellarius successit; pro quo Bibo cancellarius est substitutus[*].

# 1069.

Apr. 12. Rex nativitatem Domini Goslariae[8] celebravit, pascha Quidelenburg, pentecosten
Iun. 1. Coloniae[9]. Post pentecosten Wormaciae cum principibus regni colloquium habuit. Ibi primum cum Mogontino[h] rem secreto agit[i], eiusque opem ad perficiendum quod mente machinetur obnixe implorat; si impetret, se deinceps ei subditum et dicto obtemperantem fore; ad hoc Thuringos armata[k] manu, si aliter nequeat, coacturum, ut decimas sine ulla in perpetuum contradictione persolvant. Annuente episcopo, et pactione utrimque firmata, rex ad publicum refert, sibi cum uxore sua non convenire; diu oculos hominum fefellisse, ultra fallere[l] nolle; nullum eius crimen, quo iuste repudium mereatur, afferre, sed se, incertum quo fato, quo Dei iudicio, nullam cum ea maritalis operis
10 copiam habere; proinde per Deum orare, ut se male ominata compede[10] absolvant patianturque aequo animo discidium fieri, ut illa[m] sibi et ipse ei, si ita Deus velit, felicioris matrimonii viam patefaciat; et ne quis violatum[n] semel pudorem causetur obstare iterum nupturae, se sub iureiurando confirmare, quod eam ut acceperit[o] sic
11 incontaminatam inlibatoque virginitatis pudore conservaverit[11]. Foeda res et ab regia maiestate nimium abhorrens visa est omnibus qui aderant. Negocio tamen, cui rex tam fervide animum adiecisset, detractare, singuli religiosum arbitrabantur. Episcopus quoque tam preciosa pollicitatione redemptus, quantum poterat salva verecundia, haut aegre causam regis tuebatur. Itaque cunctis id fieri decernentibus, synodum conficiendo negocio indixit Mogontiae, proxima post festum sancti Michaelis ebdomada. Hac expectatione rebus suspensis, regina Loresham, ut statutum tempus ibi praestolaretur, missa est; rex alio, quo regni negocia vocabant, abiit.

Interea Dedi marchio Saxonicus cum viduam duxisset Ottonis marchionis, tercio prius anno defuncti, praedia etiam, quae ille a diversis dominis beneficii loco habuerat, summa vi nitebatur adquirere. Cum nullus daret postulanti, indignitatem non ferens, regi, per quem potissimum stetisset ne darentur, bellum parabat, crebrisque colloquiis Thuringos ad societatem armorum sollicitabat. Promptum hoc fore sperabat, eo quod rex archiepiscopum adiuvando in exigendis decimationibus, multum a se avertisset animos eorum. Incitamentum tamen[p] illi furoris vel maximum erat uxor saevissima. Haec placido hominis ingenio et per aetatem iam mansuefacto iuveniles animos inspirabat, saepius obtundens, quia, si vir esset, non inultus iniurias acciperet, nec priori marito eius audacia se imparem gereret, quo et virtute et opulentia superior esset. Rex[q] accepto nuncio graviter permotus, ingentes copias et quae pluribus[r] etiam bellis satis essent celerrime contraxit. Tum vero episcopus Mogontinus, tempus se accepisse ratus, quo per occasionem publici belli privatum in Thuringos odium vindicaret, infestissimus aderat, regem quam atrocissime rem agere instigabat; ipse quoque totis amicorum, totis[s] Mogontini episcopatus opibus coepto annitebatur. Non fefellit Thuringos efferatus in se animus episcopi, nec ipsi in eum mitiores spiritus gerentes, legatos ad regem

*) Ecclesia sancti Petri in monte (in m. s. p. 4. 5.) exusta est 18. Kalendas Decembris. *add.* 3. 4. 5.

a) peperat [illegible] b) et 3. c) coniungere 3. d) inoportune 3. e) conatos 4. f) aquilegiensis 3. h) Maguntino 3. episcopo M. 1. i) habuit 3. k) adarmata 3. l) vallere 5. m) ille s. et ipsa 3. n) vioalatum 5. o) accepit 3. p) *deest* 3. q) Rex — contraxit *desunt* 3. r) plurimis 4. s) *deest* 5.

8) Moguntiae, Ann. Altah. 9) Stenzelius l. c. T. II. p. 251. Lambertum errasse suspicatur, quum extent ap. Wenck hist. Hass. T. III. cod. diplomat. p. 59 sq. literae Heinrici d. 1. Iun. a. 1059. Moguntiae, non Coloniae, ubi rex pentecosten celebrasse dicitur, datae, nostrum tamen scriptorem saepe omnes festos pentecost. dies, non semper primum, hoc nomine intelligere Sed fortasse in isto diplomate verba: *Data est Kalendis Iunii — et: Actum Mogontie* — ita discernenda sunt, ut res iam ante in hac urbe acta, Kalend. demum Iun. literis consignata sit. 10) Ita Horat. carm. l. III. od. 14. v. 11 sq. *male ominata verba* dixit; cf. l. IV. od. 11. v. 24. 11) Hoc illustrari potest ex ipsius Sigefridi archiep. Mogunt. ad Alexandrum papam epistola, Conc. T. IX. p. 1200. ubi rem prorsus aliter ac hic Lambertus narrat.

miserunt, se nihil iniquum, nihil quod secus sit moliri adversus eum, nec arma contra[a] rem publicam suo consilio aut favore sumpta esse; paratos se potius hostem publicum capitis quoque sui periculo expugnare; promptius autem ac devotius id facturos esse, si decimationum leges, priorum regum et episcoporum indulgentia sibi statutas, ratas inviolatasque fore pateretur; quod si episcopus ad eos rem divinam non divinis sed humanis armis expugnatum[b] veniret, et decimas[c] iure belli sibi extorquere vellet, quas nec iure ecclesiastico nec lege forensi potuisset, iam pridem se sacramento obstrictos obligatosque fuisse, ut raptores et praedatores inultos non sinerent; satius sibi[d] esse mori in bello quam amissis patrum legitimis periuros vivere. Rex ad haec benigne respondit, auxiliumque suum, si in fide permanerent, certissimos sperare iussit; dehinc ubi res matura visa est, infesto agmine Thuringiam intravit. Duo ibi castella, quibus marchio praesidium imposuerat, Bichelingun[e, 12] et Scidingen[f, 13], alterum per 12 dedicionem, alterum manu expugnatum recepit. Ceteris ilico admovendus erat exercitus. Sed marchio advertens, nullo loco vel munitione sustineri posse impetum regis, incisa[g] spe resistendi, se suaque omnia dedidit. Thuringi, etsi, ut promiserant, erga regem et causam publicam devoti fidelesque essent, in episcopum tamen Mogontinum hostilia pleraque fecere[h], probris et conviciis in faciem lacessere, milites eius, dum praedas agerent, facto grege saepius incursare, rapinam excutere, fundere, fugare, nonnullos denique ministros eius, nec hos mediocri fortuna vel humili loco natos[i], dum ab exercitu regis paulo longius praedatum abissent[k], comprehensos suspenderunt[l]. Iussum tamen eis est ab rege facile et contemptim, ut decimas darent, non quo recusantibus vim ferre[m] in animo esset, sed ne, non reddito promisso, archiepiscopum offenderet. Dedi[n] marchio aliquamdiu habitus in custodia, tandem, adempta possessionum et redituum non modica parte, dimissus est. Filius eius Dedi iunior patrem ea tempestate infestius acerbiusque quam alius quisquam insectatus est. Ob eam rem, exacto bello, ingenti gloria esse coepit apud regem, egregiae indolis adolescens, nisi ambitionis spiritu et praepropera dominandi cupidine praeceps raperetur. Is non multo post, cum nocte quadam ad necessitatem naturae secessisset, apposito extrinsecus[o] insidiatore, confossus in inguine et occisus est. Quis necis eius auctor fuerit, non satis constat, quamquam dolo novercae interfectum, vulgi sermonibus passim iactaretur. Illud haut dubie liquet, monasteria et ecclesias, moriente eo, magna formidine exoneratas esse, cum mentibus omnium certissima opinio insedisset, eum augendarum opum studio non[p] Deo, non[p] homini[q] parciturum, qui patri proprio non pepercisset.

Imminente iam die, qui scindendo[r] regis coniugio dictus fuerat, rex Mogontiam concitus properabat. Et ecce inter eundum comperit, legatum sedis apostolicae suum Mogontiae adventum praestolari, qui discidium fieri prohibeat[s] et episcopo Mogontino apostolicae animadversionis sententiam minitetur, quod tam nefariae separationis se auctorem promiserit. Consternatus ilico, quod rem diu exoptatam perdidisset e manibus, per iter[t] quo venerat in Saxoniam redire volebat. Vix et aegre tamen amicorum consiliis superatus, ne principes regni frustraretur, quos summa frequentia sibi Mogontiae occurrere iussisset, Franconofurt[u] abiit, ibique eos qui[v] Mogontiae convenerant Oct. statuto die adesse iussit. Quo dum frequentes venissent, Petrus Damianus — is legatus erat sedis apostolicae, vir aetate et vitae innocentia admodum reverendus — mandata exposuit Romani pontificis: pessimam rem et ab nomine christiano, nedum ab regio multum abhorrentem esse, quam moliatur; si minus humanis legibus vel canonum sanctionibus terreretur, parceret saltem famae et existimationi propriae, ne scilicet tam foedi exempli venenum, ab rege sumpto initio, totum commacularet populum christianum, et qui ultor esse[w] debuisset criminum, ipse auctor et signifer fieret[x] ad flagitium; postremo si non flecteretur consiliis, se necessario vim ecclesiasticam adhibiturum et canonum lege scelus prohibiturum; ad haec[y], suis manibus numquam imperatorem con-

a) *deest* 5. b) expugnaturus 4. c) *deest* 3. d) enim 3. e) bichelingen 3. bichelingum 1* f) seidingen 4. schidingen 1. — scidingun *scribere malim* (W.) g) inscisa 3. h) facere *ed.* (*secunda?*) *tertia rell.* i) ortos 1. k) abijssent 3. l) suspenderent 1, m) inferre 3. *et ed.* II. n) Dedo 1* *et infra.* o) extrinsico 4. p) nec — nec 4. q) hominibus 4. r) scindendi 3. 4. 5. s) prohibebat 3. t) *ita* 3. 4. pariter 1. 5? *cf. infra* p. 178. *n.* k. u) frankonefurt 4. francōnefurt 1. v) *deest* 5. w) n. deb. crim. esse 3. x) foret 3. y) hoc 3.

12) Beichlingen. 13) Burgscheidungen.

secrandum fore, qui tam pestilenti exemplo, quantum in se esset, fidem christianam prodidisset. Tum vero in eum coorti omnes qui aderant principes aiebant, aequa[a] censere Romanum pontificem, et per Deum rogabant, ne crimen inferret gloriae suae[b] et regii nominis maiestatem tam turpis facti colluvione[c] macularet; praeterea ne parentibus reginae causam defectionis et iustam turbandae rei publicae occasionem daret; qui si viri essent, cum armis et opibus plurimum possent, tantam filiae suae contumeliam procul dubio insigni aliquo facinore expiaturi essent. Hac oratione[d] fractus magis quam
14 inflexus: *Si id*, inquit, *fixum obstinatumque est vobis*[14], *imperabo egomet mihi, feramque, ut potero, onus, quod deponere non valeo.* Ita efferato magis per studium concordiae odio, annuit quidem, ut in regni consortium regina revocaretur, ipse tamen, ut congressum eius conspectumque vitaret, adhibitis sibi vix 40 militibus, in Saxoniam concitus rediit. Regina cum cetera multitudine et regni insignibus paulatim subsecuta est. Cumque ad eum Goslariam venisset, vix compulsus ille a familiaribus suis, ut ei obviam procederet, satis superque pro consuetudine eam benigne suscepit; sed protinus refrigescente amore, ad ingenium suum atque ad pristinum rigorem animi rediit; et quia consilia scindendi coniugii saepe[15] iam temptata non processerant, statuit, deinceps, com-
16 municato cum ea solum regni nomine, sic eam habere, quasi non haberet[16].

Maxima eo anno vinearum omniumque silvestrium arborum sterilitas fuit.

Meginwardus abbas Hildenesheimensis abbatiam suscepit Augiensem, patefacto in eam[e] sibi per multam largitionem aditu.

Nov. 2. Rumoldus Constantiensis episcopus, maturae admodum gravitatis vir, obiit; cui Karolus[f] successit, Magadaburgensis canonicus Is[17] a clericis Constantiensibus primo benigne susceptus est; sed processu temporis dum pro libito suo magis quam ex ratione rem gereret, indignantes clerici, a communione eius se abstinere coeperunt propter simoniacam heresim, per quam episcopatum usurpasse dicebatur; id quoque ei crimini dantes, quod plerosque ecclesiae thesauros furtive abstulisset. Qua accusatione Romam perlata, Romanus pontifex mandata direxit Mogontino archiepiscopo, ne ullo modo ab
18 eo consecraretur, donec in sui praesentia causa diligentius ventilaretur. Tolosae[18] episcopus obiit; cui Bibo cancellarius successit; pro quo Adalbero[g] canonicus Mettensis[h] cancellarius est substitutus[i].

# 1070.

Rex nativitatem Domini Frisingae celebravit.

Episcopus Mogontinus et Coloniensis et Babenbergensis a domino apostolico evocati, Romam venerunt. Ibi episcopus Babenbergensis accusatus, quod per simoniacam
19 heresim data pecunia episcopatum invasisset, multa et preciosa munera papae dedit[19], et per haec efferatam adversum se[k] mentem eius ad tantam mansuetudinem reduxit, ut, qui non sine periculo honoris et gradus sui evasurus putabatur, non solum impunitatem criminis, quod obiectum fuerat, consequeretur, sed etiam pallium et alia quaedam archiepiscopatus insignia ab[l] sede apostolica pro benedictione perciperet. Mogontinus archiepiscopus ultro se episcopatu abdicare atque in otium privatae conversationis secedere magnopere cupiebat; sed tam Romani pontificis auctoritate quam eorum qui praesentes erant maturioribus consiliis vix et aegre abductus est a sententia. Omnes in commune acerbe obiurgati, quod sacros ordines per simoniacam heresim venderent et ementibus indifferenter communicarent manusque imponerent; tandem, accepto[m] ab eis iureiurando, quod haec ulterius facturi non essent, in sua cum pace dimissi sunt.

1069. Dec. 24. Dux Luteringorum[n] Gotefridus, omnibus pene terris magnitudine suarum rerum gestarum compertus et cognitus, obiit, et Verdunis[o] sepultus est; cui filius eius Gozelo[p]

a) eque 3. b) *deest* 4. c) colluvie 1*. d) ratione 4. e) ea 5. f) Carolus 3. g) adelbero 3. 4. 5. h) metensis 3. *saepius*. i) s. est 3. k) *deest* 5. l) a 4. 5? m) ab iis acc. 5. n) lutheringorum 1. 4. o) verdunisse 5. p) Godefridus 1. Gotefridus *superscripto* Gozelo 4. Godefridus qui et Gozelo 1b.

14) *Fixum obstinatumque est vobis.* Sic Tacit. Ann. I, 47, 1: *Immotum fixumque Tiberio.* 15) vid. Stenzel I. p. 254. not. 28. 16) His contradicere videntur, quae ad annum 1071. de nato a regina primo filio narrantur. Sed omnem scrupulum tollit Stenzel II. p. 62 sq. 17) cf. Berthold. Constantiens h. a. 18) Tulli. 19) Ipsum se iureiurando purgasse, Lambertus tradit a. 1075.

successit, praestantis quidem animi adolescens, sed gibbosus. — Udalricus[a] marchio Carentinorum obiit[20]. 20

Rex pascha in Hildenesheim[21] celebravit. Ibi inter milites regis et milites episcopi seditio facta est. Sed milites regis in congressione superiores facti, plerosque ex militibus episcopi peremerunt, captosque[b] seditionis auctores ex edicto regis in vincula coniecerunt[c]. Rex ascensionem Domini Quidelenburc[d], pentecosten Merseburc[e] celebravit. Apr. 4. Mai.13. Mai.23.

Augustissimum[f] in Quidelenburc[g] templum cum omnibus attiguis sibi aedificiis, incertum divina ultione an fortuita calamitate, incensum atque in cineres redactum est[22].

Clarus eo tempore in palatio[h] et magnae in re publica auctoritatis erat[i] Otto dux Baioariorum. Sed sicut semper gloriam sequi solet invidia, invidentes ei plerique homines nequam, qui malitiae suae potentiam[k] eius atque[l] immoderatam gloriam obstare querebantur[m], sollicite oportunitatem ad opprimendum eum quaerebant. Itaque quendam, Egenen nomine, hominem ingenuum, sed omni flagitiorum genere infamatum, in necem exitiumque eius subornaverunt. Is crimen adversus eum detulit, quod se ad occidendum regem precibus et pollicitationibus multis saepenumero sollicitasset, atque in[n] argumentum fidei gladium ostentabat, quem sibi ab eo in hos tam sceleratos[o] nefariosque usus[p] datum asserebat; si inficiaretur, paratum se quovis iudicio verbis suis fidem facere. Qua accusatione vulgata, hi, quos ratione communis commodi[q] aliquando offenderat, omnes infensi infestique aderant, et iracundiam regis adversus eum inflammare summa vi, summa ope nitebantur. Igitur rex eum[r] Mogontiam cum ceteris principibus ad colloquium evocavit, quid delatum esset exposuit, negantique inducias in sex ebdomadas[s] dedit, ut Kalendis Augusti Goslariam veniens, obiectum crimen, congressus[t] cum accusatore suo, manu[u] propria refelleret[v]. Cum in haec verba discessum esset, causari principes de iniquitate conditionis coeperunt, nec bonum nec aequum esse dicentes, ut homo nobilissimus, integerrimae apud omnes existimationis, nec ulla umquam sinistri rumoris macula attaminatus, manum conferre iuberetur cum homine sceleratissimo, qui si quid ingenuitatis a parentibus accepisset, id per furta, per latrocinia, denique per omnia[w] vitiorum probra iam dudum oblitterasset. Ille tamen et indignitate rei efferatus et Deo innocentiae suae teste et conscio fretus, cum quovis, etiam indigno, etiam praeter natales suos, pugnare malebat, quam tanti sceleris suspicione teneri. Igitur die statuta ad proxima Goslariae loca cum armata multitudine venit; missis ad regem nunciis mandavit, si sibi[x] tuto venire, si tuto causam dicere liceret, paratum se coram venire, et conditione, quam principes regni aequam iudicassent, crimen, cuius insimulatus fuerat, refellere. Rex ad haec atrociter et acerbe respondit, se ei nec in veniendo nec in causa dicenda pacem aut securitatem polliceri; id solum expectare, ut iuxta condictum Goslariam comminus veniret, et si quid de innocentia sua praesumeret, conserta cum adversario suo manu, aequissimo iudici Deo rem committeret; ni id faceret, se, omissa legum dissidentium simultate, relegato sententiarum certamine, pro convicto confessoque eum in tanti[y] sceleris immanitate habiturum. Relato ad ducem hoc responso, nec tutum nec satis honestum eius[z] rationibus visum est his qui recte ei consultum cupiebant, ut sic inflammatae adversum se regis iracundiae illudendum se vexandumque obiceret, cum sibi, integris adhuc rebus et crimine necdum comprobato, tuto coram venire non licuisset; quod tam iure caeli quam iure fori omnibus semper reis, omnibus in causis licuisset. Ita incisa[*] spe veniae, infectis rebus, in sua se recepit, satius putans, quoad posset armis salutem tueri, quam ad[a] exsaturanda hostium suorum odia turpiter more pecudum iugulari. Postera die rex principes Saxoniae, quod ex his oriundus esset et hi propter privatas inimicitias maxime invisum eum haberent, sententiam super eo[b] rogavit. Qui eum tamquam manifesti criminis depre- Iun. Aug. 1.

a) *ita omnes.* b) captos 4. c) coniceretur 4. d) Quidilenburg 3. Quidelenburg 4. 5. e) Merseburg 3. 4. 5. f) Augusstimum 5. g) Quidelinburg 3. Quidelenburg 5. h) pallacio erat 3. i) *deest* 3. k) *deest* 4. l) eius atque suam i. 4. m) querebant 4. n) *deest* 5. o) celeratos 5. p) *an* ausus? W. q) comodi 3. r) cum 3, *et infra* eum ad c. s) hebdomodas 4. t) *deest* 3. u) p. m. 3. v) reuelleret 1. 3: w) omnium 4. x) ut si 1*. y) tanta 4. z) *deest* 5. *) inscisa 3. 4. a) *deest* 4. b) cum 3.

20) d. 6. Mart. huius anni; cf. Wedekind. Not. fascic. 2. p. 190. annotat. 144. 21) Spirae, Ann. Altah., qui pentecosten Missenae regem celebrasse dicunt. 22) Vid. Ranke et Kugler Beschreibung und Geschichte der Schlosskirche zu Quedlinburg. (Berlin 1838.) p. 60.

Aug. hensum reum maiestatis iudicaverunt, et si caperetur, capitali in eum sententia animad-
23 vertendum fore, decreverunt. Ilico amici regis ferro et igne[23] persequi eum, singuli
pro virili portione, aggrediuntur; plerique etiam nec fide erga regem, nec studio erga
rem publicam, nec ultione cuiusquam privatae iniuriae, sed sola[a] rapinarum cupiditate,
arma contra eum capiunt. Itaque[b] undique laxatis, immo ruptis irarum habenis, omnes
in eum irruunt, praedia eius et possessiones alias diripiunt, vastant, incendunt, mini-
stros eius agrorumque cultores, si quos fors[c] obtulisset, obtruncant, lacerant, iugulant.
Sic postremo praeter modum modestiamque ira immoderatior debachabatur, ut nec ab
ecclesiis nec templis, quae ille propriis impensis Deo construxerat, hostilis saevitiae
impetus temperaret. Deinde rex collecto exercitu egressus, extremam operi manum per
se ipsum imposuit; principes, quos ei consanguinitate vel alia necessitudine obnoxios
noverat, aut acceptis obsidibus aut iureiurando, ne ad eum deficerent, obligavit. Castel-
24 lum eius Hanenstein[24], a quo ad primum statim belli terrorem praesidium abductum
fuerat, funditus everti iussit. Alii castello, quod Tesenberg[d. 25] dicitur, exercitum iam
admoverat. Sed hi qui intus erant, etsi loci situ inexpugnabiles essent, et copiis omni-
bus, quae administrando bello necessariae erant, affatim affluerent, ultro tamen se
dedere quam ancipitem belli fortunam temptare maluerunt. Relicto illic praesidio, rex
26 in ulteriora loca ad demoliendas uxoris quoque eius possessiones[26] exercitum abduxit,
villas multas opibus et aedificiis ornatissimas incendit, bona diripuit, in mulieres et
pueros — nam viri in montes et in saltus[e] devios se abdiderant — foeda et hostilia
multa commisit; tantaque in ea expeditione acerba et crudelia perpessi sunt a rege
proprio homines innocentes et nulla saltem suspicione criminis cuiusquam infamati, ut
nihil acerbius, nihil crudelius a barbaris perpeti potuissent. Tandem dux Otto perdoluit,
et calamitatum pondere superata est constantia patientiae. Itaque assumptis secum ad
tria milia viris electis et omni militaris disciplinae studio exercitatis, impetum in Thu-
ringiam fecit, villas regalis fisci, rebus cunctis affluentissimas, incendit, praedam mul-
tam abegit, et milites suos, quorum plerosque ad societatem belli sola spes rapinarum
allexerat, hac primum mercede inescavit fidosque ac firmos sibi effecit. Ita popula-
bundus ultra Heschenewege[27] pervenit. Ibi confluentibus ad se agrorum suorum cultori-
bus, quibus milites regis praeter miseram vitam nihil reliquum fecerant, partem aliquam
praedae distribuit, verbera[f] divinae animadversionis fortibus animis tolerare admonuit,
28 et pro se quoniam arma ferre non possent[28], suppliciter ad Deum vota facere flagitavit.
Interea Thuringi, qui se ante aliquot annos sacramento obstrinxissent, ne latrones aut
raptores inultos sinerent, rerum suarum direptionibus exacerbati, ad arma conclamant,
conglobatis propere[g] ingentibus copiis, hostes e vestigio insequuntur, inventisque haut
Sept. 2. procul ab Heschenewege[h] certamen inferunt 4. Nonas Septembris. Nec diu anceps pugna
fuit. Nam[i] his qui cum duce Ottone erant impigre occursantibus, vix primam praelii
procellam sustinentes in fugam vertuntur, et alii in proximos montes et silvas evadere,
alii per iter[k] quo venerant citatis equis reverti[l], summo conamine nitebantur, haut
satis auspicato temptatam fortunae aleam detestantes. Ipse denique, qui primo ut res
29 certamini committeretur vehementissimus auctor incentorque fuerat, Ruotgerus[m] comes[29],
is nunc primus fugiendi auctor ac signifer apparebat, omnique, ut vulgo dicitur, vento

a) solum 4. b) Ita 1. 5? c) sors 4. 5. d) Tesinberg 1*. e) saltos 4. f) verba 5. g) prope 4. h) Heschenwege 3. i) Nas 4. k) *ita* 3. pariter *corr.* per iter 4. pariter 1. 5? l) *deest* 3. m) *ita* 3. 4.

23) Apud alios: *rem flamma et ferro, Marte et Vulcano ducibus, gerere;* cf. Casp. Barth. ad Briton. Philipp. III, 292. p. 269. 24) Non in Baioaria, sed in praediis Ottonis patrimonialibus quaerendum ad Wirraham, non longe a Gottinga dissitum, unde gens Hansteinia nomen traxit, vid. de Gudenus cod. dipl. Tom. I. p. 418. Orig. Guelf. T. III. p. 626. KR. et Schrader die Dynastenstämme etc. Tom. I. p. 185 sqq. et p. 39. n. 47. 25) Procul dubio Desenberg in episcopatu Paderbornensi, olim in patrimonio ducum Brunsvicensium. KR. Cf. Fürstenberg Monument. Paderborn. p. 155. Mascov. l. c. p. 24. not. a. Schrader l. c. p. 186 sqq. 26) In Westfaliam. Uxor enim Ottonis Richinza fuit, vidua Hermanni comitis de Werla. 27) Eschwege ad Werram; cf. Wersebe über die Vertheilung Thüringens II. p. 136. n. 239. 28) cf. de h. l. Schrader in libro laudato Vol. I. p. 69. not. 1. 29) de Bielstein ad Werram; v. Gebhardi hist. gen. Abh. III. p. 102 sqq. Wenck l. l. III. p. 39.

citatior montes et colles modernus[a] Idithun[b, 30] transmittebat. Trecenti plus vel minus[c] 30 in ea congressione ex Thuringis corruerunt; ex parte altera unus occisus, duo sunt vulnerati. Dux Otto, signo receptui dato, cum a caede hostium vix et aegre militem suum revocasset, aliquamdiu in eisdem castris commoratus est, et vergente iam in vesperam die, plerosque principes exercitus sui singulos[d] in sua cum pace dimisit. Ipse, adhibitis sibi quantas res poscere videbatur copiis, in ulteriorem Saxoniam contendit; ibique totam hiemem usque ad nativitatem Domini exegit, partim rapinis et depraedationibus victitans, partim ex possessionibus Magni comitis, quem belli periculorumque omnium socium et innocentiae suae[e] devotissimum assertorem habebat. Is filius erat Ottonis[31] ducis Saxoniae, egregius adolescens, boni[e] et aequi in pace supra annos suos servantissimus, et in bello audacia et virtute militari nulli secundus. Perlato ad regem nuncio acceptae[f] in Heschenewege[g] cladis, omissis rebus aliis, Goslariam concitus remeavit, nec inde usquam[h] ante nativitatem Domini abscessit[i], timens scilicet, ne tam caram tamque acceptam sibi villam, quam pro patria ac pro lare domestico Teutonici[k] reges incolere soliti erant, hostes per absentiam eius, quod minitari et crebris usurpare sermonibus dicebantur, in favillas cineresque redigerent.

Adalbero[l] Wormaciae episcopus, propria, ut fertur[m], crassitudine praefocatus, interiit; cui[n] Adalbertus successit.

Aribo[o] diaconus, frater Willehelmi et Ottonis marchionum, occisus est a propriis servis suis, vir tam divinis quam secularibus litteris adprime eruditus, sed propter lasciviam morumque intemperantiam merito bonis omnibus gravis et invisus.

Silvestrium arborem eadem quae priore anno sterilitas permansit. Sed vinearum tanta fertilitas fuit, ut plerisque in locis prae multitudine vix colligi vindemia posset.

## 1071.

Rex nativitatem Domini Goslariae[32] celebravit. Ibi per interventum Ruodolfi[p] ducis 32 Suevorum Welf[q], filius Azzonis marchionis Italorum, ducatum Baioariae[r] suscepit. Is filiam Ottonis ducis Baioariorum uxorem duxerat, et[s] per iusiurandum altera iam vice matrimonio fidem dixerat; quamdiu itaque res tranquillae[t] erant, quamdiu etiam bellum temere coeptum sine grandi permutatione rerum sedari posse sperabat, maritalem uxori[u] affectum et honorem deferebat, et causam soceri, quantum poterat, armis et consiliis tuebatur[32*]; at ubi animadvertit, datam in eum sententiam[v], et bellum iracundiamque regis magis in dies adversus eum crudescere, leges omnes vinculaque omnia, quibus vicissim propinquitatem firmaverant, abrupit; satius putans, periurii crimen et violatae fidei verecundiam sustinere, quam res suas florentissimas desperatis ac perditis eius rebus admiscere. Et primo in tam trepidis rebus[33] petenti[w] auxilium denegavit, dein[x] filiam eius a complexibus suis et thori consortio segregavit patrique remisit; postremo ad ipsum eius ducatum occupandum omnem operam intendit, nihil pensi habens[34], quantum auri, 34 quantum argenti, quantum redituum ac possessionum[y] dilapidaret, dummodo quod cupiebat assequeretur. Directus est ergo dolus in manu eius[z, 35], et potuit* et invaluit, cunctis detestantibus, quod clarissimam atque opinatissimam in re publica dignitatem tam foeda ambitione[a] polluisset. Noverat rex, haut satis placiturum principibus Baioariae, quod hoc tum[b] contra morem et ius, tum ipsis inconsultis factum fuisset[36], et propterea quan- 36 tocius ire in Baioariam cogitabat, ut tumultum, si quis forte oriretur, per se ipsum reprimeret. Sed e diverso haut nescius erat, si ipse longius abisset, hostes ilico in Goslariam impetum facturos et clarissimum illud regni domicilium in[c] cinerem redactu-

a) modernos 4. b) idithim 3. 4. c) minusve 1. d) singuli 4. e) *deest* 4. f) percepte 3. accepit 4. g) Heschenwege 3. Heschenenuuege 1. h) usque 4. i) recessit 3. abcessit 5. k) Theutonici 1. 4. 5. l) Adalberus 1. Adelbero Wormatiensis 3. m) ferunt 5. n) c. A. s. *desunt* 4. o) Eribo 3. Kribo 1. p) *ita* 4. q) Wel 3. r) Baioariorum 3. s) et — dixerat *desunt* 3. t) intranquille 3. u) uxoris 5. v) esse a. 1. w) *deest* 3. x) deinde 4. y) p. suarum 1. z) in manu eius *per errorem repetitur* 5. *) potuit *omnes codd. et edit., sed fort.* patuit *scribendum.* a) poll. amb. 4. b) dum 3. c) in c. r. *desunt* 3.

30) cf. 1. Paral. 25, 3 etc. Isidor. Originum l. 7. c. 8, 28: *Idithun interpretatur transiliens eos sive saliens eos. Quosdam enim inhaerentes humo, curva os in terram, et ea quae in imo sunt cogitantes, et in rebus transeuntibus spem ponentes, transilivit canendo iste, qui vocatur transiliens.* Quod huic dictioni ansam dedisse videtur. 31) Ordulfum alii vocant. 32) Ann. Altah. minus recte: Babenberg. 32*) cf. Stenzel II. p. 105. 33) *in tam trepidis rebus;* cf. Horat. Od. III, 2, 5. Liv. I, 27. 34) *nihil pensi habens*, Sallust. Cat. c. 5. et 12. 35) cf. Daniel 8, 25. 36) cf. Thietmar. V, 8. (ex quo Adelboldus c. 9.)

ros. Accepto a familiaribus suis co silio, quosdam Saxoniae principes illic praesidii causâ reliquit; et ipse, sicut instituerat, in Baioariam proficisci parabat. Interea dux Otto videns sibi nihil iam spei reliquum esse, cuius et bona omnia flamma hostilis absumpsisset et ducatum alius in suam potissimum contumeliam invasisset, statuit, rem in extremum discrimen adducere, et cum rege, ubi primum copia fieret, collatis Ianuar. signis dimicare. Itaque montem qui dicitur Hasengun[37] occupavit[a], ut is scilicet militibus suis, quomodocumque res in praelio cecidissent, receptui foret. Eum[b], etsi natura et situ ipso satis munitum, munitiorem tamen manu atque opere fecit, ibique convecta ex circumiacentibus agris praeda, regem praestolabatur. Rex accepto nuncio nihil moratus, quantas in ea trepidatione potuit copias ex Saxonia, ex[c] Thuringia atque[d] ex Hassia celerrime contraxit. Ceteris principibus, qui longius aberant, mandavit, ut, si forte res sine mora et diuturnitate confici non posset, sibi quam citius possent armata manu concurrerent. Plurimum eo tempore rex consiliis utebatur Eberhardi comitis[38], sapientis admodum viri. Is videns, hostes sic ad bellum exercitatos, sic ipsa iam[e] 39 desperatione, quae plerumque timidis[f] etiam virtutem addere solet[39], efferatos, sine magno detrimento rei publicae nec vinci nec vincere posse, abiit ad ducem[g] Ottonem, eumque per Deum obtestari coepit, ne se suosque in tantum discrimen praecipitaret; necdum ei omnem spem veniae, omnem respirandi facultatem ereptam esse; si de monte, quem occupaverat, exercitum abduceret, seque regi iustis conditionibus[h] dederet, sub iuramento se ei promittere, quod et veniam culpae, cuius insimulatus fuerat, et omnium quae iure belli amiserat restitutionem ei[i] a rege impetraret. Annuente eo, rem ad regem detulit, et eum haut difficulter in sententiam adduxit, quippe cum taedere eum iam belli coepisset, quod propter privatum hominis amorem a principibus per ingenium trahi ac segniter geri videbat. Pace per iusiurandum utrimque firmata, induciae datae sunt Ottoni duci usque in pascha, ut Coloniam veniens, dedicionem lege quam principes aequam iudicassent perficeret. Inter has inducias, cum dux Otto exer- 40 citum, singulos in sua, dimisisset, Retheri[k] comes[40], partium eius haut leve momentum, occisus est ab hostibus suis propter quasdam[l] privatas simultates.

Saricho abbas Corbeiensis obiit; cui Wernheri[m], eiusdem coenobii monachus, successit.

Rex, sicut instituerat, in Baioariam abiit, ibique compositis mediocriter, prout tum April. copia erat, regni negociis, ad Renum[n] rediit. Castellum Hamerstein[o] [41], quod a supe- April. 24. rioribus regibus iam olim dirutum fuerat[42], summo nisu instauravit. Pascha Coloniae celebravit, ibique rursus Ottoni duci indu ias usque in pentecosten dedit. Exacta solemnitate paschali, Leodium abiit[p]. Ibi ad eum vidua Balduwini[q] comitis venit, regiae maiestatis patrocinium expetens contra violentiam improbitatemque[r] Ruotberti[s], fratris Balduwini[q], qui et fratrem praelio victum vita privasset, et comitatum eius, expulsis uxore et liberis, tirannica crudelitate occupasset.

Non ingratum fortassis lectori fecero, si gestae rei historiam quam paucis potero absolvam. In comitatu Balduwini[q] eiusque familia id multis iam seculis servabatur quasi sancitum lege perpetua, ut unus filiorum, qui patri potissimum placuisset, nomen patris acciperet[t] et[u] tocius Flandriae principatum solus hereditaria successione obtineret, ceteri vero fratres aut huic subditi dictoque obtemperantes[v] ingloriam vitam ducerent,

a) *deest* 3. b) cum 4. 5. c) et 4. d) et 1*. e) *deest* 3. iam ipsa 5. f) eciam tim. 3. g) adducere 5. h) *deest* 4. i) *deest* 3. k) Recheri 3. l) *deest* 4. m) Werenher 5. Vuernher 1*. n) Rhenum 4. o) Hammerstein 3. p) adiit 4. q) Balduini 3. r) *deest* 3. s) Rutberti *omnes*. t) p. p. p. nomen patris placuisset nomen patris acciperet 3. u) et — obtineret *desunt* 5. v) temper. 3.

37) in Hassia, Hasungen am Habichtswalde. Cf. Wenck l. l. III. p. 40. n. h. 38) Ex mente Gebhardi hist. gen. Abh. III. p. 102 sqq. fuit frater Rutgeri comitis de Bielstein ad Werram; cf. Scheidt vom Adel p. 173. Wenck l. l. II. cod. dipl. p. 47. 50. 39) Hanc nobilem sententiam usu saepe probatam illustrat Barth. ad Briton. Phil. V, 525. p. 339 locis similibus Statii Theb. X, 493. Curtii Ruf. V, 4, 31: *ut opinor ignaviam quoque necessitas acuit, et saepe desperatio spei causa est.* Arator. hist. apostol. II, 706: *labor ultimus omnia secum, Si desperat, habet; sola est via vincere victis, Formidare nihil.* 40) Videtur fuisse comes de Insula (Giselwerder). Cf. Guden. cod. dipl. M. I. p. 207, ubi a. 1151. eiusdem nominis comes, Ottonis Brunsv. vasallus, familiam nostri signat. Adde Scheidt ad Moseri ius publ. Brunsv. p. 82. etc. KR. 41) V. Schoepff Ausführung von Marggraf Otten aus dem Nordgau und zugleich von Hammerstein. Laubach 1755. 4. p. 28 sqq. 42) V. Ann. Quedl. a. 1020. SS. III. p. 85. Ruperti vitam S. Heriberti SS. IV. p. 749.

aut peregre profecti, magis propriis rebus gestis florere contenderent, quam[a] desidiae ac socordiae dediti, egestatem suam vana maiorum opinione consolarentur. Hoc scilicet fiebat, ne, in plures divisa provincia, claritas illius familiae per inopiam rei familiaris obsoleret[43]. Igitur cum Balduwinus senior duos genuisset filios, Balduwinum et Ruot- 43
bertum[b], Balduwinum omnium quae habebat heredem instituit, Ruotberto[c], ubi primum aetas faciendis stipendiis matura visa est, naves paravit, aurum, argentum et ceteras longinquae profectionis impensas affatim praebuit, iussitque, ut ad gentes exteras iret, et, si vir esset, propria sibi virtute regnum diviciasque pararet. Ille patri adquiescens, assumpta secum multitudine, qua regio praegravari videbatur, navem ascendit, et in Galliciam ire eamque, si votis Deus successum annuisset, sibi subdere cogitavit. Cumque post paucos dies ad ignota quaedam littora applicuisset, et egressus[d] in terram ab incolis loci praedas agere coepisset, illi ex omnibus partibus[e] ad arcendam vim ilico armati conveniunt. Facta congressione, eum[f], cum aliquamdiu pugnam fortiter sustinuisset, in fugam vertunt, fugientem usque ad naves persequuntur, sociosque eius pene ad internitionem prosternunt. Ipse cum paucis vix fuga elapsus, ad patrem tantae calamitatis nuncius rediit. A quo propter male gestas res contumeliose repulsus, alia rursum via, quoniam hac non successisset, fortunam temptare aggreditur, omnia paratus, etiam extrema perpeti, ut maculam veterem factis recentioribus elueret. Reparatis navibus et numero militum instaurato, marinis iterum fluctibus se credidit, in regionem longinquam, ubi sedem vaganti Deus[g] ostendisset, iter facturus. Et ecce post paucos dies tempestate infestissima circumventus, multis suorum naufragio amissis, ipse nudus omniumque rerum egens vix et aegre in littus evasit[44]. Dehinc assumpto plebeio habitu, inter eos, qui Hierosolimam causa orationis pergebant, Constantinopolim ire parabat, vocatus[h] eo crebris legationibus Northmannorum[i, 45], qui sub imperatore[k] Constantinopolitano militabant, quique ei, si illuc veniret, tocius Greciae principatum pollicebantur. Sed imperator Constantinopolitanus, comperto hoc consilio, omnia flumina, per quae transitus[l] in Greciam esse poterat, appositis custodibus, observari fecit, ut deprehensus ilico trucidaretur. Sic conatus coeptumque eius[m] irritum fuit. Tandem advertens, sic infeliciter sibi cedere, quamcumque viam temptasset amplificandae gloriae suae, deinceps in perpetuum[n] ab oppugnatione exterarum gentium animum avocavit, atque in Fresiam[46], 46
quae confinis est Flandriae, cui Thiedericus[o] quondam comes, et post hunc[p] Florentius, frater eius, imperaverat, irruptionem fecit. Bis ibi commisso praelio, victus et[q] fugatus est. Tandem incolae loci multis certaminibus exhausti, cum animum eius vel ad mortem vel ad victoriam obstinatum cernerent, ultro se ei dediderunt[47]. Quod ubi frater eius Balduwinus comperit — iam enim pater eius morbo ac senio confectus naturae concesserat — armata multitudine his eum sedibus proturbare[r] magna vi, magno molimine parabat[48]. Cui cum exercitu adventanti Ruotbertus[s] legatos obviam 48
misit, obtestans per Deum, ut se fratrem suum reminisceretur, nec iura germanitatis, apud barbaros quoque semper sancrosancta et inviolata, pollueret; misereretur potius peregrinationis, laborum et calamitatum, in quibus totam aetatem suam detrivisset;

a) *deest* 5. b) Rûbertum 3. Rutbertum 4. 5. Rubertum 1. *semper fere.* c) Rutberto 3. 4. 5. *plerumque.* d) ingressus 4. e) *deest* 4. f) e. contra eum al. 4. g) *deest* 5. h) vocatis 3. i) Normannorum 3. k) imparatore 4. l) trans. esse pot. in gr. 3. m) *deest* 3. n) imperp. 4. o) Thidericus 1. 4. p) eum 4. q) ac 5? r) perturbare 1°. 4. s) *ita* 4.

43) Cf. Nachricht von einigen Häusern des Geschlechts der von Schlieffen. (Cassel 1784. 4.) p. 51. not. 1. 2. et: Die Ministerialen. Von Aug. Freih. v. Fürth (Cöln am Rhein 1836. 8.) p. 853. — Hermannus de restauratione S. Martini Tornac. ap. Dachery ed. 2. II. pag. 892. haec rectius ita narrare videtur: *Balduinus, qui Insulae iacet, timens ne post mortem suam seditio nasceretur inter filios suos Balduinum et Robertum, totam terram suam in vita sua Balduino dedit, et optimates suos hominium et fidelitatem promittere fecit, ita ut apud Aldenardam super reliquias sanctorum praesente patre et filio multisque principibus idem Robertus publice iuravit, quod nec ipsi Balduino nec heredibus eius aliquo modo de terra Flandriae noceret; quo iuramento completo, de Flandria exivit et in Frisiam secessit.* W. 44) Quae de his duabus expeditionibus a Lamberto narrantur, in libro egregio: L'art de vérifier les dates T. XIII. pag. 291. ad fabulae romanensis similitudinem quodammodo accedere dicuntur. 45) qui alias Barangi, Waraegi. 46) i. e. Hollandiam. 47) Nupsit Gertrudi, viduae comitis Florentii; cf. Wilhelm. Gemmet. cont. VIII, 14. Albericum ex Guidone a. 1072. W. 48) Haec minus recte Lambertus tradere videtur. Hermannus Torn. l. l. per-

49 gauderet ipse beatus[a] sorte sua[49], quod totam communis patris hereditatem, quam iure gentium secum dividere debuisset, solus sine consorte obtineret; se patriis[b] finibus extorrem, paterna hereditate destitutum, ab summa gloria maiorum suorum ad ultimam egestatem coactum, exteras[c] gentes bello lacessisse, terras ac maria concitasse, nihil denique praetermisisse, ne de portione paternae substantiae, quae se contingeret, fratri molestus esset; nunc laboribus exhaustum, adversitatibus defatigatum[d], vix et aegre parvissimo terrarum angulo insedisse, cuius nullam partem constet ad eius dominium pertinere; postremo id se animo fixum habere, nec ab sententia[e] ulla vi, ulla necessitate abduci posse, ut hic aut instantis iam senectutis requiem aut honestae saltem mortis sepulchrum sit habiturus. Nihil ille his verbis motus, exercitum haut segniter ad Fresiam admovebat. Tum Ruotbertus[f] necessitate compulsus, armata iuventute[g], quam secum lectissimam habebat, obviam ei processit; commissoque praelio, ex parte Balduwini[h] multi occisi[i], plures vulnerati, omnes in fugam versi sunt; quos dum ipse loco pulsos sistere pugnamque restituere summo conamine moliretur, in confertissimos hostium cuneos temere invectus, occiditur. Cuius morte comperta, Ruotbertus ilico in Flandriam irruptionem fecit, eamque sibi tamquam ex iure debitae successionis totam mancipavit. Filius erat Balduwino, impubis adhuc adolescens et necdum armis militaribus maturus. Is repente et perempti patris et hostilis irruptionis atroci nuncio attonitus, ad regem Francorum, Philippum nomine, confugit, auxilium et necis paternae vindictam expetens, eo quod pater eius tam ipsi quam maioribus eius saepe in arduis rebus commodissime[k] affuisset et civitates quasdam ex his quas Ruotbertus occupaverat pro donativo ab eo accepisset. Ille rei indignitate gravissime permotus, statim temere et tumultuario tantum milite collectum[l] exercitum duxit[m] in Flandriam, de magnitudine virium suarum et hostis imbecillitate nimium praesumens. Sed Ruotbertus[n], quo viribus erat impar, eo magis ut rem astu[o] tractaret[p] intentus, simulato aliquamdiu metu et fugiendi[q] studio, ex insperato atque ex insidiis copias suas super exercitum regis effudit, tantumque eis terrorem incussit, ut abiectis armis fugiendo saluti consulere summa ope conarentur. Filius Balduwini[r] cum deinceps parum spei in armis[s] poneret, assumpta matre sua, ad regem Teutonicorum[t] Heinricum, Leodii, ut praedictum est, tum temporis positum, venit, opemque eius adversus patrui violentiam supplex imploravit, atque ut magis eum sibi obnoxium faceret, comitatum Reginheri quondam comitis cum castello munitissimo, Mons nomine[u], quae scilicet praedia mater eius a priore marito suo dotis nomine acceperat[50], sancto Lamperto[51] tradidit; quae rursum episcopus Leodiensis duci Gotefrido, ille itidem ipsi filio Balduwini[v] beneficii loco dedit. Hoc rex quasi precio redemptus, episcopo Leodiensi atque duci Gotefrido, item aliis Lutheringiae[w] principibus praecepit,
52 ut in arduis rebus[52] praesidio[x] illi essent, et Ruotbertum[y], si iniuste invasis sedibus ultro excedere nollet, vi et armis expellerent. Qui protinus coadunato exercitu in Flandriam profecti sunt. Sed comperto, quod Ruotbertus[y] cum rege Francorum iam in gratiam redisset, et expiata veteri contumelia, firmum sibi eum fidelemque fecisset,

a) *deest* 4. b) patria 1. 3. 5. patribus 4. c) ceteras 4. d) fatigatum 5. e) absentem 5. f) *ita* 4. Rutpertus 3. (*et infra*); Rupertus 5. g) vi venture 4. h) balduini 3. *et ita infra. Hinc inde etiam* 1. i) o. sunt 1*. k) commodisve 3. l) *deest* 3. m) in fl. d. 3. n) Rupertus 3. *hoc loco.* o) actu 3. 4. 5. p) tractare 4. q) confugiendi 4. r) Balduini 1. 4. s) a. francorum 1. t) Theutonicorum 1. 4. 5. u) acceperat *add.* 4. v) Balduini 1. 3. 4. w) in Luthoringie 3. in L. 5. x) prelio illi adessent 3. y) Rupert. 3.

git: 13. *Post aliquot vero annos audiens Balduinum germanum suum defunctum et in coenobio Hasnoniensi sepultum filiumque eius Ernulfum iam Flandrensem comitem factum, quibusdam Flandriae principibus secrete convocatis multisque muneribus promissis, Flandriam intravit, praetermissoque iuramento quod fecerat, bellum contra nepotem suum paravit. Quod audiens Ernulfus, iuncto sibi Philippo Francorum rege, de cuius manu terram susceperat, patruo suo Roberto cum exercitu suo apud Casletum occurrit, ibique praelio conserto et Ernulfo interfecto, Robertus Flandriam obtinuit, et Richeldis, mater Ernulfi, de Flandria pulsa cum altero filio suo Balduino comitatum Hainoensem repetiit.* Cf. etiam Ordericum Vit. IV, 8. ed. Le Prevost II. p. 234. W. 49) Cf. Horat. Epod. 14, 15. 50) Richildis, uxor Hermanni comitis Hannoniensis. 51) V. Diploma Heinrici regis hac de re datum 5. Idus Maii ann. 1071. quod extat ap. Lunigium in Spicileg. ecclesiast. T. III. p. 494. Chapeavill. l. c. T. II. p. 11 sqq. et in libro, qui inscribitur: *Annales de la province et comté d'Haynau, recueillies par feu François Vinchant prestre, augmentées et achevées par le R. P. Antoine Ruteau, de l'ordre des PP. Minimes: à Mons en Haynau* 1648. in fol. p. 191, unde id depromsit Mart. Gerbertus de Rudolpho Suevico p. 17 sq. 52) *in arduis rebus;* cf. a. 1073. Horat. Od. II, 3, 1.

infectis rebus in sua rediere[a], temerarium iudicantes, cum rege potentissimo privatis viribus acie confligere. Sic Ruotbertus[b] deinceps[c] Flandriae principatu in securitate potiebatur[53].

Fratres de monasterio Stabulaus[d, 54] cottidie aures regias obtundebant[55] pro repetitione Mai. monasterii Malmendrensis, quod abbati ereptum, rex consilio Premensis episcopi, ut praedictum est[55*], dono dederat Coloniensi archiepiscopo. Cumque nihil[e] ille precibus, nihil lacrimis, nihil ipsa perurgentium[f] importunitate moveretur, inito consilio, et, ut fertur, divina revelatione ad hoc faciendum incitati, ossa beati Remacli[g] levant, Leodium deferunt, et rege[h] celebri quodam loco convivium agente, super mensam ipsam apponunt, obsecrantes per Deum, ut si minus filiorum, saltem patris[i] misereretur[k] iam cum Christo regnantis et de iniuriis suis cottidie ad tribunal aeterni iudicis proclamationem facientis; cui nisi sua restitueret, ultra ei propter penuriam rerum necessariarum militaturi non essent. Hoc supplicationis genere, quod ad captandam benivolentiam comparatum fuerat, rex versa vice nimium efferatus, concitus se, relictis epulis, in palatium proripuit, et quo exemplo in abbatem, tam audacis facti incentorem, animadvertere deberet, plenus irarum cogitabat. Sed ecce mensa, cui superpositae erant sacrae reliquiae[56], divina virtute confracta[l] corruit, ministroque regis, haut obscuri 56 nominis viro, crura pedesque contrivit; qui paulo post, exorata per intercessionem beati Remacli pietate divina, ita pristinae restitutus est sospitati[m], ut ne[n] cicatrix quidem in argumentum laesionis abolitae relinqueretur. Atque ita deinceps per totam noctem sequentemque diem tanta circa sanctum corpus coruscabat miraculorum multitudo, ut corporali quodammodo proclamatione videretur beatus Remaclus ius suum expostulare. Attonitis omnibus tantae rei novitate, rex timore vehementissimo correptus, ne forte, si cunctaretur, caelestis in eum protinus[o] ultio procederet, non solum ablata restituit, sed recentibus etiam donis pro munificentia regia magnifice cumulavit. Hinc digressus, pen- Iun. 12. tecosten Halberstat celebravit. Ibi Ottonem ducem ceterosque ingenuos, qui cum eo arma contra rem publicam sumpsisse arguebantur, in dedicionem suscepit, principibusque regni in custodia habendos et statuto die sibi restituendos commendavit.

Iun. 14. Meginwardus abbas Augiensis dignitate sua ultro se abdicavit, offensus tum infestatione quorundam militum suorum, qui eum gravibus contumeliis affecerant, tum importunitate regis, qui frequentibus eum edictis urgebat, ut praedia monasterii, quae tam eius quam priorum abbatum largitione dilapidata vix iam in usus fratrum sufficere poterant, militibus suis[p] in beneficium erogaret. In locum eius non per electionis ostium, sed per simoniacae hereseos cuniculum, protinus irrupit Ruobertus[q] abbas Babenbergensis, cognomento Nummularius, annumeratis in aerarium regis mille pondo argenti purissimi[57]. Hic sordidissimis[r] quaestibus et usuris, quas etiam privatus adhuc in 57

a) redire 4. b) Rupertus 3. c) *deest* 3. d) proturbati 1. e) ille nichil 3. f) per vrgentum 4. 5. g) Reinardi 3. h) regi 4. i) p. tanti 1. k) miseretur 1. misereatur 1*. l) fracta 4. m) sanitati 4. n) nec 4. o) *deest* 3. p) suum 5. q) *ita* 4. Rupertus 3. r) sordissimis 4.

53) Cf. quae narrat Hermannus Tornac. l. l.: *Robertus autem statim legatos ad Henricum imperatorem direxit, rogans ut si necesse esset sibi adiutor existeret. Ex his legatis fuit unus Balduinus advocatus Tornacensis, qui postea monachus fuit domini Anselmi Cantuariensis archiepiscopi, quique retulit quod, dum Coloniae propinquassent, obviaverunt cuidam matronae honestae et ignotae, a qua requisiti, qui essent, unde venirent, quo tenderent, cum nollent ei rem sicut erat revelare: „Scio, inquit, vos esse legatos Roberti Flandrensis comitis, qui iuramentum quod patri suo pro germano suo fecerat praetergressus, filium eius interfecit et terram eius invasit; vos quoque nunc ad imperatorem Henricum propter obtinendam gratiam et amicitiam dirigit. Sciatis itaque, vos prosperum iter et gratiam caesaris habituros, ipsumque Robertum cum filio suo Flandriam pacifice possessurum, sed nepotem suum, qui ex filio suo genitus fuerit, sine prole moriturum; cui succedet quidam pulcher iuvenis de Dacia veniens, qui tamen et ipse sine prole morietur; post quem duo alii de Flandria contendent, alterque eorum alterum interficiet et victor Flandriam obtinebit, ipsiusque heredes Flandriam possidebunt usque ad tempus antichristi“. Haec ego adhuc parvulus a praefato Balduino Tornacensi advocato, qui unus ex legatis fuerat, narrari audivi, nunc autem iam in senium vergens vera esse propriis oculis sicut dixerat conspicio.* W. 54) Triumphus S. Remacli de Malmundariensi coenobio ap. Chapeavill. l. c. T. II. pag. 552 sqq. cf. etiam Stenzel I. p. 224. not. 17. 55) Cf. infra h. a. et a. 1075. 1077. Terent. Eunuch. III, 5, 6. Cic. Orat. c. 66. 55*) a. 1063. p. 167. 56) Cf. C. Barth. ad Briton. Philipp. IV, 4. p. 344. 57) Pondo i. q. libra, marca. Libra argenti constabat tunc temporis adhuc 20 nummis sive solidis, quorum unus aequiparandus minimum dimidio thalero; unde patet, tantum argenti

monasterio exercuerat[a], infinitam sibi pecuniam conflaverat, et propterea mortes episcoporum et[b] abbatum anxia expectatione iam dudum suspiraverat. Cumque eos diutius vivendo vota sua et effrenatae ambitionis impetum, quo praeceps rapiebatur, morari graviter et impatientissime ferret, eo vesaniae evasit, ut praeter occulta[c] munera, quibus auriculariorum favor redimendus erat, regi centum pondo auri promitteret, ut, eiecto eximiae sanctitatis viro abbate Widerado, sibi abbatia Fuldensis traderetur. Et profecto, quod nefarie concupiverat, flagitiosissime obtinuisset, nisi pauci, quibus leges ecclesiasticae pecunia cariores erant, in faciem regi, ne id faceret[d], obstitissent. Is pseudomonachus, dicam expressius vi doloris impulsus, is angelus satanae transfiguratus in angelum lucis, ita sanctam et angelicam monachorum professionem infamavit, corrupit, vitiavit, ut monachi nostris temporibus atque in his regionibus non innocentia aestimentur[e] atque integritate vitae, sed quantitate pecuniae, nec quaeratur in abbatibus eligendis, quis dignius[f] praeesse, sed quis carius abbatiam possit emere. Ita proprio huius[g] invento, novo atque infausto huius[g] aucupio, haec in ecclesiam introducta est consuetudo, ut abbatiae publice venales prostituantur in palatio[h], nec quisquam tanti venales proponere queat, quin protinus emptorem inveniat, monachis inter se non de observantia regulae zelo bono, sed de quaestibus et usuris zelo[i] amaro contendentibus. Sed haec ut digne defleri possint, pro magnitudine sua et proprio volumine et prolixiore opus habent tragedia. Ad coeptum potius revertamur. Advocatus Augiensis monasterii postquam pecuniarium hunc abbatem advenire comperit, et quanta largitione aditum sibi in ovile Christi lupus rapax patefecisset audivit, missa obviam legatione, denunciavit ei sub interminatione salutis propriae, ne intra possessiones Augiensis monasterii praesumeret accedere; alioquin occursurum se et armata manu vindicaturum in libertatem, quos ipse tam caro mercimonio emisset in servitutem. His ille auditis, nimium animo consternatus est, tum propter gravem iacturam pecuniarum suarum, tum propter ereptum sibi tamquam de faucibus, cui diu anxie inhiasset, honorem. Et primo quidem
58 animum induxerat, rem armis experiri[58] et, ut dici solet, ignem gladio scrutari[59], hoc est simoniacam[k] heresim homicidiis cumulare; sed asserentibus his qui cum eo erant, supra vires suas esse negocium, confuso, ut dignum erat, et confecto animo abiit in possessiones fratris sui, praestolaturus ibi, quos exitus tam tristibus initiis fors[m] esset allatura. Nam abbatiam Babenbergensem interea susceperat Ekebertus, Gorziensis[n] disciplinae monachus. Ad cuius ingressum omnes protinus fratres, quos prior ille abbas suis, hoc est mercatoriae atque usurariae artis disciplinis instituerat, et quasi filios[o] pater[p] in vitam moresque suos pedibus, ut dicitur, ire[60] docuerat, tamquam folia quae vento raptantur diffugerunt[q].

Karolus[r], cui rex Constantiensem episcopatum dederat, assiduis proclamationibus pro ordinatione sua sedem apostolicam appellabat. Econtra fratres Constantienses obstinata contentione obluctabantur, ne contra canonum instituta is, qui praeter simoniacam heresim furti quoque insimulatus fuerat, sibi episcopus ordinaretur. Papa, cum ei molesti essent, cognitionem causae a se ad[s] archiepiscopum Mogontinum reiecit, iussitque, ut, utrisque vocatis ad sinodum, rem diligentissime ventilaret, et si crimina quae obiciebantur[t] refellere non posset, nulla eum ratione consecraret. Hac de causa sinodum archie-
61 piscopus Mogontiae indixit in mensem Augustum[61]. Rex concertationem hanc iniquo valde animo ferebat, propter amicitiam Karoli[u] et plurima servitia[v], quibus etiam in re familiari plerumque sibi commodissime affuerat; et idcirco munera[w] sua rata ei[x] manere, cupidissime volebat. Unde Mogontino archiepiscopo graviter succensebat, quod non statim eum, contemptis obstrepentium fratrum simultatibus, ordinasset. Sed ille immo-

a) excreuerat 4. b) et a. *desunt* 4. c) oculta 3. d) regine id facere 4. e) estimantur 4. 5. f) dignus 3. 1*. g) huiusmodi 3. h) pallacio 3. *saepius*. i) scelo 1. k) symonicam 5. l) iam 3. m) sors 3. 5. n) Gorsiensis 4. o) filius 5. p) patri 3. 4. q) fugierunt 4. r) Carolus 3. s) *deest* 4. t) obiciuntur 4. u) Caroli 3. v) *deest* 5. w) uniuersa 5. x) *deest* 3.

abbatiae vel ditissimae acquirendae vix impensum fuisse. Centum pondo auri paullo inferius memorata eandem efficiunt summam; decuplo scilicet plus erat pondo auri quam argenti. KR. Cf. Westenrieder glossar. voc. *pfennig* pag. 124 sqq. et Klotzsch Sächs. Münzgeschichte I. p. 27. sqq

58) *rem armis experiri*, Terent. Eunuch. 4, 7, 19. 59) cf. supra p. 165. n. 75. 60) *in vitam — pedibus ire*, uti *pedibus in sententiam ire* a. 1073, de qua dictione vid. Herzog ad Sall. Cat. 50, 4. 61) Cf. I. A. Schmidius l. c. p. 291 et Würdtwein de concil. Mogunt. p. 37.

bilis persistebat in sententia, illud prae se ferens, quam[a] terribiliter[b] anno superiore[c] a papa pro simili causa obiurgatus fuisset, et quam vix et aegre sine dampno gradus sui evasisset, et quod postea recentibus litteris sedis apostolicae, ne sine diligentissima discussione manus illi imponeret, commonitus fuisset.

Itaque instantibus iam Kalendis Augusti, rex Mogontiam properabat, cupiens ipse in discussione tanti negocii cum archiepiscopo cognitor assidere. Inter eundum Herveldiam venit. Inde digressus, die postera in villam[d] quae dicitur Utenhusen[e, 62] prandendi gra- 62 tia divertit. Cumque refecti iam ferventissimo accelerandi itineris studio certatim omnes caballos repeterent, accidit, ut Liupoldus de Mersburg[f, 63], quidam regi carissimus, cuius opera et consiliis familiarissime uti solitus erat, caballo forte laberetur, et proprio mucrone transfossus, expiraret[g]. Cuius calamitas intolerabili[h] dolore et moestitia regem confecit, statimque Herveldiam[i] reportatum in medio ecclesiae cum magnifica funebris officii pompa sepelivit; 30 quoque mansos pro anima eius monasterio contradidit[64] in loco qui dicitur Mertenefelt[k, 65]. Notatum autem est, hunc ipsum gladium fuisse, quo 65 famosissimus quondam rex Hunorum Attila in necem christianorum atque in excidium Galliarum hostiliter debachatus fuerat. Hunc siquidem regina Ungariorum, mater Salomonis regis, duci Baioariorum Ottoni dono dederat, cum eo suggerente atque[l] annitente rex filium eius in regnum paternum restituisset; cumque eum dux Otto filio Dedi marchionis Dedi iuniori in argumentum pignusque individuae dilectionis ad tempus praestitisset, illo, ut praedictum est[65*], perempto, regi, et per regem Liupoldo huic casu obvenerat. Unde plerique ducis Ottonis fautores, divino hunc iudicio per eum qui ducis Ottonis fuisset gladium occisum interpretabantur, eo quod ad illum persequendum et de palatio eiciendum is potissimum regem instigasse diceretur. Legitur autem de hoc gladio in gestis Getarum[m, 66], qui et Gothi dicuntur, quod Martis quondam fuerit, quem bel- 66 landi praesidem et militarium armorum primum repertorem gentiles mentiebantur, eumque post multa tempora pastor quidam in terra leviter absconsum deprehenderit ex sanguine bovis, cuius pedem, dum in gramine pasceretur, vulneraverat; isque eum[n] Attilae[o] regi detulerit, divinatumque illi fuerit omnium[p] tunc temporis aruspicum responsis, quod gladius idem ad interitum orbis terrarum atque ad perniciem multarum gentium fatalis esset. Quod verum fuisse oraculum, multarum nobilissimarum in Galliis civitatum hodieque testantur excidia, in tantum ut gladius ipse vindex irae Dei sive flagellum Dei a barbaris quoque diceretur. Haec, quoniam gladii huius mentio inciderat, per excessum sint dicta.

Rex magnifice ac regaliter curato funere, Mogontiam, sicut instituerat, properavit. Aug. 15. Cumque statuta die in sinodo[*] cum episcopis assedisset, aderat Karolus, aderant et fratres Constantienses, magnam ei molem criminum obiectantes. Contra quos rex, quantum salva verecundia poterat, dedita opera nitebatur, et modo obiecta purgare, modo[q]

*) *Huius concilii narrationem ex cod. Udalr. n. 123. Tengnagel p. 291. et Eccardus II. p. 112. ediderunt, quam hic ex codd. Zwetlensi (1.) et Vindob. (2.) emendatam exhibemus:*

Imperante super omnia aeternaliter regum rege domino nostro Iesu Christo et sub eo regnante temporaliter serenissimo Heinrico[r] rege huius nominis IV, venerabili quoque sanctae Moguntinae ecclesiae primate et apostolicae sedis legato aurigante currum Dei anno iam 12, qui tunc volvebatur annus incarnationis verbi 1071, 8. indictione Romani census, celebrata est sancta synodus apud Moguntiam metropolim orientalis Franciae, principalem vero pontificii sedem tocius Germaniae et Galliae Cisalpinae, cui praesedit idem memorabilis Sigefridus[s], assidentibus et cooperantibus sibi venerabilibus archiepiscopis, Gebehardo Iuvavensi et Utone Treverensi; considentibus vero et collaborantibus reverendis episcopis, Alberone Wirzeburgensi, Werinhero Argentinensi, Heinrico Spirensi, Guondecharo Eistetensi, Embricone Augustensi, Hermanno Babenbergensi,

a) quia 5. b) *deest* 5. c) superiori 4. d) uilla 3. e) Vtenhusen 3. f) Mercisburch 4. Luipoldus de Merſeberg 3. Lupoldus quidam de Merspurg 1. de M. *desunt* 5. *ubi* liupuldus. g) illico exp. 1. h) intollerabili *corr.* intolerabili 4. i) Herueldie 4. k) Mertenefeldt 3. l) *deest* 5. m) Getharum 3. n) *deest* 4. o) Attale 3. p) omniumque 3. q) modo — purgare *desunt* 4. r) H. *codd.* s) S. *codd.*

62) Hodie Odenhausen in iudicio Londorf non longe ab urbe Giessen. Stenzel II. p. 255. dicit Vutzhausen apud Schlitz. 63) Mörsburg in Suevia ad lacum Bodamicum. 64) Literae Heinrici IV. Herolfesfelde 3. Kalendas Augusti a. 1071. datae leguntur ap. Wenck cod. diplomat. ad T. III. hist. Hass. n. LX. p. 60. sq. 65) Non procul ab urbe Heiligenstadt; cf. Wenck hist. Hass. III. p. 42. 65*) a. 1069. p. 175. 66) Iordanis de reb. Getic. cap. 35. Cf. Grimm altdeutsche Wälder I. p. 212. not. 10 et p. 319. et Deutsche Sagen II. n. 380 p. 17.

Aug. pondus obiectorum, quae non poterat purgare, callidis sermonibus conabatur[a] attenuare; plerumque etiam instantium ac perurgentium procacitatem verbis durioribus corripiebat, ac frontis impudentiam opposita[b] auctoritatis suae maiestate refringere temptabat. Primum et secundum diem in hoc negocio insumpsit. Cumque accusatorum constantiam nec veritate responsionis nec arte dictionis eludere posset, ad ultimum, probatis quae obiecta fuerant criminibus, baculum episcopalem ab eo recepit. Verbis tamen exquisitissimis moestitiam eius consolabatur, promittens, quod, dum primum sibi oportunum fieret, benigna vice hanc calamitatem ei compensaret. Ipsis diebus regina, quae una cum rege Mogontiae aderat, filium peperit. Sed is baptizatus[c] statim obiit, delatusque in Hartesburg, ibi sepultus est. Episcopatum Constantiensem rex Ottoni canonico Gos-

Bennone Osniburgensi, Ermenfrido Sedunensi, Herberto Mutinensi; considentibus vero et annitentibus sanctissimis abbatibus necnon inferiorum ordinum quam plurimis magnae auctoritatis et sapientiae viris. Aderant etiam legati reliquorum fratrum, videlicet suffraganeorum eiusdem metropolitani antistitis, epistolas et mandata ferentes, quibus excusati haberentur, quod invitati concilio interesse non possent, certis quibusdam impedientibus causis, alii quidem corporeae infirmitatis urgente molestia, alii in quibusdam regni negociis regiae iussionis detinente potentia; qui dum canonice sunt excusati, ipsi legati competenti[d] loco et ordine eorum funguntur, unusquisque vice antistitis sui. Haec denique sancta synodus cum propter multa pastoralis curae negocia pluresque causas, quibus iuste adhibenda erat ecclesiasticae correctionis censura, tum maxime indicta et habita est propter Karolum quendam, qui Constantiensis ecclesiae designatus erat episcopus, sed ut post rei exitus docuit, non satis canonice electus et provectus. Hic, ut sollempne est, accepta a rege pontificialis anuli et pastoralis ferulae investitura et in sede episcopii receptus, regiae potestatis iubente censura, postulabat a primate Moguncicnsi eiusdem Constantiensis ecclesiae se episcopum consecrari. Sed venerabilis Sigefridus[e] columbino oculo serpentinae prudentiae omnem praecavens impietatem, dicebat, hoc apostolicae benedictionis sacramentum nec debere nec canonice posse in eo sine examinatione celebrari, pro eo quod fidelium graviumque personarum relatione didicerit, quin immo et fama usquequaque vulgaverit, quod non per ostium in ovile ovium vellet intrare, sed per furtivam simoniacae impietatis scalam aliunde niteretur ascendere; se quoque talis introitus eius nolle ostiarium fieri, cui Christus ipse, qui ostium est, videretur obniti; quin ipsam impietatis scalam in lapide offensionis et petra scandali se velle conterere, ipsumque a mercennaria Domini gregis occupatione longe lateque repellere. Ille econtra se huius criminis et hereticae impietatis immunem multis argumentis asserere nitebatur, seque, si ei copia tempusque detur, huius infamiae notam a se propellere velle testatur; indeque petit synodalis concilii audientiam, in qua super hac re suam probare possit innocentiam, ibique consecrationem quam petebat aut canonice sibi dari aut canonice sibi negar. Mittuntur interea ad venerabilem metropolitanum crebrae de palacio legationes, mixtis precibus minas et imperiosa de hac consecratione mandata ferentes; mittuntur et litterae a praesule apostolicae sedis, mandantes, ne ullo modo consecretur sine scrutinio canonicae purgationis; et quod rex potestate iubebat, Romanus pontifex auctoritate prohibebat. Accedunt etiam canonici Constantiensis ecclesiae, ex communi tocius cleri et populi legatione unanimiter asserentes, Karolum nulla ratione consecrari debere, quia ex quo eum inviti et sub conditione elegerunt et receperunt, nullam eis pastoralis officii impendisset curam, quin potius tyrannicae dominationis non cessasset super eos exercere pressuram, nec manum continuisset a sacris, nec pepercisset in diripiendis ecclesiae thesauris, et quaecumque rapaci violentia undecumque corradere potuisset, hoc totum ministris magni immo magi illius Symonis, id est suis fautoribus distribuisset, ut quorum annisu adulterinam meruisset electionem, eorum venali mercimonio consequeretur mercennariam pro consecratione execrationem, pro benedictione maledictionem. At metropolitanus antistes[f] inter huiusmodi legationum varietates, velut inter duros tempestatum turbines, laudabili constantia in se ipso fixus haeret et immobilis, et nusquam favore vel gratia, terrore vel munere inflectitur a statu canonicae institutionis. Multis itaque nunciis et renunciis hinc inde missis et remissis, multis quoque diebus huic audientiae delegatis et, cognitores causae principis occupante praecepto, non impletis, cum ecclesia Constantiensis suo viduata iam fere biennio sacerdotali careret benedictione, tandem miseratione divina potestati praeponderavit auctoritas, et Christi sacerdotibus divina aspiravit voluntas. Unde eorum communi consensu[g] synodalis concilii certa legitimaque dies denunciatur, et coepiscoporum unanimitas ad concilium invitatur; quorum alii, ut oportebat, sine dilatione affuerunt, alii vero, qui certa de causa adesse non poterant, canonice excusati supparem praesentiam vicaria legatione subpleverunt.

Aug. 15. Primo igitur concilii die, quem sanctae Mariae dormitio tunc celeberrimum exhibebat cum spiritualis curiae senatores patrocinante Spiritu sancto intra regiam maioris ecclesiae

a) nitebatur 3. 5. b) apposita 4. c) baptisatus 3. d) *deest* 2. e) S. *codd.* f) *deest* 2. g) assensu 1.

lariensi dedit, recentisque calumpniae exemplo conterritus, confestim eum consecrari fecit, ne quis scilicet adversus eum scrupulus denuo per dilationem consecrationis oriretur.

Inter ducem Polenorum[67] et ducem Beheimorum[a. 68] infestissima dissensio[b] erat. 67
Propter quod eos rex in civitatem Misene[c] autumnali tempore evocatos, durius corripuit, et ut deinceps suis[d] singuli terminis contenti essent nec se vicissim temerariis incursiobus lacesserent, sub obtentu regiae maiestatis praecepit; alioquin se hostem et vindicem experturus foret, qui prior alteri arma intulisset.

Anno[e] Coloniensis archiepiscopus, expulsis de Salefelt[f] canonicis, vitam illic instituit
monasticam[69], missis eo de Sigeberg et de Sancto Pantaleone[g] monachis. Quo in tem- 69
pore et ego illuc veni, conferre cum eis de ordine et disciplina[h] monasterialis vitae, eo

ante cancellos altaris prothomartiris Stephani, quod in orientali abside consecratum est, convenissent in unum: primo, ut par erat, sanctae et individuae Trinitati debitas referunt gratiarum[i] actiones et pro incolomitate[*] tocius ecclesiae statu supplices Deo offerunt preces; deinde post mutuam fratrum salutationem et debitam sedium recognitionem iuxta autenticum paternae traditionis synodum, conferunt ad invicem de veritate catholicae fidei, dampnantes Symonem et omnes heresiarchas cum dogmatibus suis et sequacibus suis; pauca pro tempore tractant de qualitate instantis negocii; ac sic demum propter celebranda tantae sollempnitatis officia solvunt concilium, crastino maturius redituri in id ipsum.

Postera vero die certa concilii hora cum iterum apostolici sacerdotes in unum convenissent, et praemissis Deo laudibus et precibus et salutari, consedissent, quod cuique sacerdoti in sua diocesi venit in dubium, rationabili disciplina deducunt ad medium, et prout res postulabat, unumquodque tractatum aut terminatum est synodali iudicio, aut ut melius de eo consuleretur dilatum est sapienti consilio. Illud vero quod maxime in causa fuit, de Constantiensi apposito, inter fratres studiose ventilatur; sed iterum, interveniente principis mandato, in sequentem diem procrastinatur, agentibus internunciis, ut sacerdotes Domini a constantiae suae rigore ad regiam se inflecterent voluntatem, aliis vero instantibus, ut designatus ille male usurpatum sponte dimitteret honorem.

Tertia vero die[k] Christi sacerdotes huius negocii longa exspectatione suspensi, et libera quadam indignatione, immo zelo iusticiae accensi, sacerdotali constantia principem suum adeunt, eumque de salute animae suae, de pace ecclesiarum deque statu regni spirituali disciplina conveniunt, proponentes ei de scripturis et gestis veteris ac novi testamenti congrua doctrinae salutaria exempla, quibus animus eius adhuc cereus et indocilis formaretur ad similia, dicentes et docentes, solium regni eius nullatenus posse stabiliri, nisi firmatur[k*] iusticia et observatione mandatorum Dei. Summus autem ille dominorum Dominus, qui omni potentatui dominatur, ita temperavit animum principis, ita mitigavit eum ad verba sanctae exhortationis, ut nulla iuvenili moveretur acerbitate, et quod in potestatibus difficile est, nulla sacerdotes insolenti laederet responsione, multum tamen se excusans, in hoc suae potestatis dono nullam se exercuisse venalitatem, nullam super hac re cum eodem Karolo[l] se pepigisse conventionem; si quid autem cum domesticis et familiaribus suis propter opem intercessionis ipso ignorante pepigerit, suum non esse[m] accusare vel excusare, hoc ipse viderit; de dextera vero sua, quae illi propter antiquam in praepositura benivolentiam gratiae suae donum porrexit, omnem avaritiae labem dixit se excutere. et quod ipse simpliciter fecit, si ille veneno alicuius malitiae corruperit, se ob id divinae iusticiae nolle contraire. Hac autem salubri sermocinatione cum sacerdotibus habita, cum eis venit in concilium, et ille Constantiensis designatus intromittitur ad audiendum. Adsunt etiam prae[n] foribus Constantienses clerici, postulantes per legatos, ut et ipsi mererentur admitti. Tunc vero videns[o], laetissima sanctae ecclesiae gaudia et vera mundi convenisse luminaria, quando circumfulgebat nobilis corona sacrorum ordinum, vivis gemmata lapidibus christianorum sacerdotum, velut fulgoribus micantium astrorum: tunc caeli enarrabant gloriam Dei, et verbum eructuabat dies diei, quando sacerdos sacerdoti sententiam iusticiae exponebat, et sanctam ecclesiam salutaris eorum doctrina instruebat; tunc vasa electionis supereffluebant ambrosium liquorem Spiritus sancti, et iusti fulgebant sicut splendor firmamenti, quando sacerdotes Domini verba sapientiae velut nubes pluebant, et corda audientium velut terram fructiferam ad germinandum infundebant. His ergo ita dispositis et digito Dei ordinante distinctis, utrique admittuntur ad audien-

a) Bohemiorum 3. b) dissentio 1. c) Missene 3. d) sui 4. 5. e) Hoc anno 1. Anno eodem 4. f) Salefeldt 3. g) Panthaleone 3. 4 h) de d. 3. i) e corr. 2. *) incolomi? k) dei 2. k*) firmetur? l) deest 2. m) esse non 2. n) pro 2. o) videres?

67) Boleslaum II, Casimiri I. filium, primo ducem, deinde regem Poloniae, ab a. 1058—1083. 68) Wratislaum II, primum Bohemiae regem, ab a. 1061—1092. d. 14. Ian. 69) De tabulis Annonis in Chr. Schlegelii schediasmate de nummis Salefeldensibus impressis v. Mabillon Ann. S. Ben. V. p. 44. — Ecclesia Saalfeld in Thuringia Annoni a Richeza regina Poloniae concessa erat. V. Vitam S. Annonis I. c. 30.

quod magna quaedam et praeclara de illis vulgi opinione iactarentur. Denique, sicut vulgo assiduitate vilescunt omnia et popularium animi novarum rerum avidi magis semper stupent ad incognita, nos, quos usu noverant, nihili aestimabant, et hos, quia novum inusitatumque aliquid praeferre videbantur, non homines sed angelos, non carnem sed spiritum arbitrabantur. Et haec opinio principum[a] quam privatorum mentibus[b] altius pressiusque insederat. A quibus ad populum derivatus rumor, tantum terroris plerisque in hac regione monasteriis iniecit, ut ad ingressum illorum alias 30, alias 40, alias 50 monachi, austerioris vitae metu scandalizati[c], de monasteriis abscederent, satiusque ducerent de salute animae in seculo periclitari, quam supra[d] virium suarum mensuram vim facere regno caelorum. Et revera non immerito Dominus super nostrates monachos

tiam, praedictus scilicet Karolus[e] et hi qui accusationibus pulsabant personam. Prima autem actione regularis praelatus[f] Constantiensis ecclesiae protulit libellum accusationis, in quo continebantur causae, quibus indignus haberetur et iudicaretur sacramento apostolicae benedictionis; quarum prima et maxima erat, quod exemplo magistri sui Symonis pestiferi per pecuniam invasisset sedem; cetera omnia, quae ibi legebantur, proclamabant violentam eiusdem ecclesiae devastationem. Ille idem praelatus[f] et fratres eius qui aderant item offerunt suae testificationis libellos, in quibus singuli nomen et officium suum designantes, quicquid accusando vel testificando proposuerant, asserunt se canonice probaturos. Karolus econtra nititur improbare personas, dicens, quod eius infamiae nota essent respersi, quod nec se nec quemquam alium possent canonice accusare; adiungit quoque, se omnia obiecta synodali iudicio purgaturum, et in omnibus, quibus eum inpetebant, se esse innoxium. Longa igitur altercatione hinc inde disceptatum est, et multis tota die in adversum nitentibus, usque in profundam noctem concilium protractum est, dum inter multos ambigitur de numero accusatorum et testium, dum longa deliberatione quaeritur iudicium, utrum isti liceat se excusare adversus accusationem istorum. Dum res inter fratres diutissime disseritur, concilium propter intempestam noctem adhuc sine operae pretio dirimitur. Quid autem ipse Karolus[e] secum illa nocte egerit, quibus retractationum verberibus ream conscientiam flagellaverit, sequens utique dies declaravit. Nam, ut ex ipso effectu gestae rei probari potest, vere credimus, quod Deus, conscientiae iudex et testis, in corde suo sederit pro tribunali et cum eo exercuerit censuram iudicii sui, nisi peccatrix conscientia cogitationum accusantium non excusantium testimonio, ne veritati et aequitati resisteret, dampnata est et constricta. In crastinum namque, quando sperabamus, quod iuxta promissum suum obiecta purgaret, et consecratione dignum, innocentiam suam monstrando, se probaret, ille iam mente confusus, non ultra ferens aspectum concilii, et interius iudicatus, non extra sustinens pondus imminentis iudicii, ultroneus ipse in se sententiam tulit, et anulum et ferulam pastoralem ei, a quo iniuste acceperat, resignans, sacerdotum spem et metum, quem pro eo gerebant, labore longioris quaestionis absolvit, culpam suam uno tegens pallio excusationis, quod iuxta decretalia Celestini papae episcopus dari nollet invitis. Videntes autem sanctissimi sacerdotes magnalia quae fecit Dominus, et fideli ammiratione retractantes, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles viae eius, corde et ore et omnimoda devotione benedicunt Deo altissimo, qui longos eorum labores tam inopino terminavit compendio, orantes et deprecantes, ut de regno suo eliminet omnem apostasiam et omnia scandala, nec ultra sathan eiusque apostolos in sua sancta regnare sinat ecclesia; sed in omnibus consiliis et operibus eorum dignetur servos suos consolari et clementer implere. quod ecclesiae suae se promisit affuturum omnibus diebus vitae usque ad consumationem seculi. Communi autem decreto praecipiunt, ea, quae in hac synodo gesta sunt, ecclesiasticis inseri gestis et in archivis sanctae Moguntinae ecclesiae servari, ad perpetuam memoriam et eruditionem venturae posteritatis, ut hoc maiorum exemplo minores instructi non timeant resistere, si in huiusmodi negocio se viderint praegravari, certissime scientes, nullo modo gratiam sancti Spiritus fidelibus defuturam, si in sanctitate et iusticia restiterint iniusticiae usque ad perseverantiae coronam. Decernunt praeterea ex antiqua patrum traditione et autentica priscorum conciliorum rectitudine, ut haec omnia Romano pontifici seriatim litteris inserta nuncientur, ut cuius mandato et hortatu coepta et perfecta sunt, eius apostolica auctoritate roborata firmentur, et omnipotenti Deo, qui omnium bonorum auctor est, Romae et Moguntiae, et ubicumque terrarum haec lecta vel audita fuerint, debitae gratiarum actiones fideli devotione solvantur.

Acta sunt autem haec apud Moguntiam metropolim orientalis Franciae, anno ab incarnatione Domini 1071. ind. 8. 18. Kal. Septembr. regnante serenissimo Heinrico rege huius nominis IV. anno regni eius 13. ordinationis vero eiusdem 17. apud Moguntiam vero praesulante reverentissimo primate Sigefrido anno ordinationis eius 12. super omnia autem regnante domino nostro Iesu Christo, cui non accedit cras futurum nec recedit heri praeteritum, sed permanet sempiternum hodie in secula seculorum. Amen.

a) tam pr 3. b) *deest* 3. c) scandalisati 3. 4. d) super 4. e) K. *codd.* f) *supra scriptum* procurator 2.

despectionem effundere videbatur[a]. Nam quorundam pseudomonachorum privata ignominia nomen monachorum vehementer infamaverat, qui, omisso[b] studio divinarum rerum, totam operam pecuniis et quaestibus insumebant[c]. Hi pro abbatiis et episcopatibus aures principum importune obtundebant, et ad honores ecclesiasticos non via virtutum, ut maiores nostri consueverant, sed per ambitionis praeruptum et male partarum pecuniarum 70 profusionem grassabantur. Denique in coemptionem exigui honoris aureos montes cottidie promittebant[70] secularesque emptores largitionis suae immoderantia excludebant, nec venditor tantum audebat exposcere, quantum emptor paratus erat exsolvere. Mirabatur mundus, unde tantus pecuniarum scateret fluvius, unde Cresi et Tantali opes in privatos homines congestae fuissent, et eos potissimum homines, qui crucis scandalum et paupertatis titulum praeferrent et praeter simplicem victum et vestitum nihil rei familiaris habere se mentirentur. Ista dominici agri zizania, haec vineae Dei arida sarmenta Matth. 13,30.40. et stipula aeternis ignibus praeparata totum sacri gregis corpus quasi tabo quodam infecerant, et secundum apostolum modicum fermentum totam corruperat massam, ita 1. Cor. 5, 6. ut omnes similes aestimaremur, nec esse in nobis putaretur, qui faceret bonum, non Ps. 14, 1. esse usque ad unum. Propter hoc principes regni ad instituendam in Galliis divini servitii scolam Transalpinos monachos evocabant, nostrates autem, quicumque in illorum instituta ultro concedere noluissent, de monasteriis cum ignominia eiciebant. Ego tamen, ut praedixi, ad eos veniens, et per 14 ebdomadas[d] apud eos partim in Salefelt[e], partim in Sigeberg commoratus, animadverti, nostras quam illorum consuetudines regulae sancti Benedicti melius congruere, si tam tenaces propositi[71] tamque rigidi paternarum 71 nostrarum traditionum aemulatores vellemus existere.

Archiepiscopus Mogontinus a festivitate sancti Michaelis usque in pentecosten mala valitudine laborabat, ita ut etiam desperaretur a medicis et de successione eius plerique intentissimis studiis satagerent.

Karolus[f], quem ab episcopatu Constantiensi deiectum supra diximus, regressus ad Magadaburgensem diocesim, 6. Kalendas Ianuarii obiit.

## 1072.

Rex nativitatem Domini Wormaciae celebravit. Inde peragrata aliquanta regni parte, Goslariam regressus, totam ibidem[g] quadragesimam exegit.

Burchardus, camerarius archiepiscopi Mogontini, episcopus ordinatus est in Basilea.

Primus tunc in palatio erat Adalbertus[h] Premensis archiepiscopus, qui, triumphatis aemulis suis, qui eum ante aliquot annos de palatio eiecerant, solus nunc rege fruebatur, receptus non modo in gratiam et familiaritatem sed pene in regni consortium et omnium quae publice vel privatim agenda erant societatem. Ita regem callidis subreptionibus suum fecerat. Sed is morbo et aetate exhaustus, cum diu per exquisitissimas medicorum operas morti obluctatus fuisset, quasi naturam arte eludere posset, mediante quadragesima, 16. Kalendas Aprilis debitum conditioni persolvit, et pertinacibus odiis Mart. 17. hominum, quod numquam potuerat vivendo, tandem aliquando satisfecit moriendo. Erat plane vir admirandae cumpunctionis, et potissimum dum salutarem Deo hostiam immolaret totus in lacrimas effluebat. Virgo quoque, ut ferebatur, ab utero matris permanebat. Sed has in eo virtutes nimium in oculis hominum morum insolentia et iactantiae levitas obfuscabant. Corpus eius ex Goslaria in sedem episcopatus sui delatum atque sepultum est.

Rex palmas Coloniae, pascha Traiecti[i] celebravit. Ubi dum ei populus vehemen- Apr. 1. ter obstreperet pro iniuriis et calamitatibus, quibus passim per totum regnum innocen- Apr. 8. tes opprimebantur, pupilli et viduae diripiebantur, monasteria et ecclesiae vastabantur, et ruptis iniquitas habenis in omne quod voluisset facinus impune bachabatur: permotus tandem vel ipsa rei acerbitate vel proclamantium importunitate, annitentibus in hoc ipsum cunctis regni principibus, exoravit Coloniensem archiepiscopum, ut post se rerum publicarum administrationem susciperet. Diu ille restitit petenti, partim memoria veterum iniuria-

a) nitebatur 4. b) obmisso 3. c) insummebant 3. d) hebdomedas 4. e) Salefeldt 3. f) Carolus 3. g) ibi 5. h) Adelbertus 3. 5. i) Traecti 5.

70) *aureos montes promittebant;* ita Terent. Phorm. 1, 2, 18: *montes auri pollicens.* 71) Horat. Carm. III, 3. init.

Apr. rum, partim quia homo totus in Deum suspensus divinis quam secularibus negociis implicari maluisset. Superatus tamen unanimitate[a] postulantium, privatum commodum publico postposuit. Tum[b] primum res publica in pristinum statum dignitatemque reformari coe- 72 pit, frenaque iniecta sunt vaganti usque ad id tempus licentiae[72]. Nam cum rex omnem causarum cognitionem a se ad archiepiscopum tamquam ad patrem ac[c] salutis suae tutorem reicere soleret, ille nec gratia cuiusquam nec odio ab iure ad iniuriam umquam 1 Petr. 1,17. abduci poterat, sed iudicabat omnia, sicut scriptum est, sine personarum acceptione, nec Levit. 19,15. considerans personam pauperis in iudicio, nec honorans vultum potentis. Divites, si qui per potentiam pauperes oppressisse delati fuissent, severissima animadversione castigavit; castella eorum, quae male agentibus perfugium erant, funditus everti iussit; plerosque ex ipsis, et genere et opibus clarissimos, in vincula coniecit. Inter quos illum nostra aetate nominatissimum Egenen, qui duci Baioariorum[d] Ottoni calamitatis tantae causa extiterat, cum plurimi adversus eum pro privatis iniuriis et depraedationibus faciem regis interpellassent, teneri fecit, eumque catenis oneratum plerumque ad spectaculum vulgi deduci iussit, ad gratificandam scilicet popularium animis regiam severitatem Postremo eo moderamine, ea industria atque auctoritate rem tractabat, ut profecto ambigeres, pontificali eum an regio nomine digniorem iudicares, atque in rege ipso, qui in cultu atque socordia pene praeceps ierat, paternam virtutem et[e] paternos mores brevi exsuscitaret.

Rex Aquisgrani[f] profectus, sanctum Speum[73] confessorem et brachium iusti Simeonis, cuius mentio est in euangelio, et caput Anastasii monachi et martiris aliorumque sanctorum reliquias ibi accepit atque in Hartesburc[g] transtulit. Treveris quoque apud Sanctum Paulinum 13 corpora sanctorum Thebeae, ut putatur[h], legionis reperta sunt, 74 quorum[i] haec nomina, in tabulis plumbeis[74] conscripta, ibidem reperta sunt: Palmatius, Tirsus[k], Maxentius, Constantius, Crescentius, Iustinus, Leander, Alexander, Soter[l], Hormista[m], Papirius, Constans, Iovianus. Dumque ex cripta, ubi sancti pausabant[75], terra portaretur, os quoddam incaute proiectum, sanguinem fudit non modicum, et usque hodie permanet sanguinolentum[76]. De passione eorum haec ad nos ab ipsis Treverensibus scripta perlata sunt: „Rictiovarus[n], Maximiani imperatoris praefectus, legionem Thebeam iussu ipsius circumquaque persecutus, Treverim propter ipsos 4. Nonas Octobris est ingressus, et eadem die occidit ibi[o] ducem eiusdem legionis Tirsum[p] cum omnibus comitatibus suis. Sequenti autem die Palmatium, Trevericae civitatis consulem et patricium, cum omnibus eiusdem civitatis principibus interfecit. Tercia vero die caedem exercuit in plebe sexus utriusque. Horum autem martirum corpora innumerabilia in sancti Paulini archiepiscopi iacent ecclesia.“

Mai. 17. Mai. 27. Rex ascensionem[q] Domini Goslariae, pentecosten Magadaburg[r] celebravit[77]. Ubi Adalberto[s] Premensi archiepiscopo, in quadragesima, ut praedictum est, defuncto, successorem constituit Liemarum, optimae spei iuvenem et omnium liberalium artium peritia adprime insignem. Ibi quoque Otto dux Baioariorum post integrum annum dedicionis suae gratiam regis recepit, data vel regi vel his qui regi pro eo suggesserant non modica portione praediorum suorum.

Iul. 25. Rex in nativitate sancti Iacobi Wormaciae occurrit matri suae Agneti imperatrici, de Transalpinis partibus redeunti; ubi sex aut[t] eo amplius annos iam demorata fuerat, sub nimia austeritate vitam instituens, adeo[u] ut communem humanarum virium mensuram excederet ieiuniorum ac vigiliarum patientia. Reversionis autem eius in Galliam haec 78 causa erat. Ruodolfus[v] dux Sueviae[78] ab his qui ei male consultum cupiebant accusatus apud regem fuerat, quod iniquum aliquid contra regem contraque rem publicam

a) immanitate 4. immanite 5. b) Tunc 4. c) et 3. d) boioar. 4. e) atque 3. f) aquasgrani 1. 5? g) Hartesburg 3. 5. hartespurg 1. h) putant 3. i) quorum — sunt *desunt* 4. k) Tyrsus 1. 3. l) Sother 1. 4. m) Hormisda 1*. n) Rictiouarius 4. o) ibidem 3. p) Tyrsum 1*. q) ascendens de Goslaria 5. r) magadeburg 3. s) *ita* 1. t) et 5. u) *deest* 4. v) *ita* 4.

72) Cf. a. 1076. Horat. Od. 4, 15, 9. 73) S. Speus confessor, cuius dies anniversarius incidit in d. 28. Iannar. 74) Tabulam, cuius fragmentum infra legitur, indicantem situm corporum S. Paulini archiep. et SS. martyrum qui sub Maximiano Treviris passi sunt, exhibet Hontheim Histor. Trevirens. dipl. P. I. p. 221. sqq. cf. eiusd. Prodrom. hist. Trev. P. J. p. 70. sqq. 87—124. 75) Cf. Barth. animadv. ad Briton. Philipp. III, 783. p. 348sqq. 76) De hoc miraculo vid. Hontheim Prodr. l. c. p 120—125. 77) Cf. Wedekind Not. T. 2. fasc. 8. p. 407. 78) Vid. Gerbert de Rudolpho Suevico p. 18. sqq.

moliretur; propter quod assiduis legationibus ad curtim regiam, ut causam diceret, accersiebatur. Sed ille, licet ab culpa remotissimum se sciret, conterritus tamen ducis Baioariae Ottonis recenti exemplo et aliorum quorundam, quos rex praecipitata sententia absque discussione legitima dampnaverat, temere in periculum se dare nolebat. Cumque esset imperatrici ob vetus meritum suum acceptissimus, propinquitate etiam devinctus propter filiam eius, quae[a] ei, ut praedictum est[78], nupserat, sed intra[b] paucos 78 dies celebratae coniunctionis decesserat, misit, eamque obnixis precibus in Galliam evocavit, ad sedandam quae oriebatur intestini belli tempestatem. Nam firmiter apud se statuerat, si pax non convenisset, armata potius manu, quoad posset, salutem tueri, quam probris et contumeliis deformandum regiae se tradere potentiae. Imperatrix, quamquam cuncta seculi negocia religionis obtentu in perpetuum abiurasset, nec a proposito tamen suo nimium[c] abhorrere nec ab ecclesiastica functione alienum fore iudicavit, si viro optime erga se merito in angustis rebus opem ferret et filio iuveniliter tumultuanti modum imponeret. Venit itaque Wormaciam, amplissimo stipata numero abbatum et monachorum, et praedictum ducem, cum interposita fide Coloniensis et Mogontini[d] archiepiscoporum coram venisset, omni[e] criminis suspicione absolvit, statimque compositis propter quae venerat, a filio abscessit[f], ut non tam carnali affectione quam communis commodi ratione ad hanc secularis negocii administrationem se adductam liquido cunctis patefaceret[g]. Dux quoque a rege dimissus in pace, protinus se in sua recepit, certum tenens, non ex integro abolitas ab animo regis inimicitias, sed ademptam interim nocendi facultatem esse. Ibi etiam Hugo Cloniacensis[h] abbas, qui cum imperatrice eo advenerat, Ruoberto[i] Augiensi abbati Romani pontificis mandata et litteras detulit, quod scilicet apostolicae sedis anathemate de corpore ecclesiae praecisus[k] esset, quod omne ei divinum officium praeter psalmodiam interdictum esset, quod omnis ei in perpetuum[l] ad abbatiam Augiensem vel ad aliquam dignitatem ecclesiasticam accessus occlusus esset; propterea quod de simoniaca heresi insimulatus, et ut obiectum crimen purgaret ad sinodum secundo ac tercio vocatus, venire distulisset. Ita ille compulsus a rege, baculum pastoralem, quem non ut pastor sed ut mercennarius usurpaverat[m], multa cum amaritudine reddidit.

Clara et celebris valde his temporibus per Gallias erat memoria sancti Sebaldi[n] in Nurinberg[o] et sancti Heimeradi[p] in Hasengun[q] [79], et magno populorum concursu[r] cottidie frequen- 79 tabantur, propter[s] opitulationes, quae divinitus illic languentibus saepenumero conferebantur[t].

Archiepiscopus Mogontinus in nativitate sanctae Mariae Mogontia egressus, cum in Sept. 8 Galliciam quasi orationis causa profectionem simulasset, in Cloniacense[u] monasterium secessit[80]; dimissisque his qui una venerant, abdicatis[v] etiam omnibus quae habebat, 80 statuit ibi deinceps privatus aetatem agere atque ab omni secularium negociorum strepitu sub voluntariae paupertatis titulo in perpetuum feriari. Sed brevi perstitit in proposito. Revocante eum tam clero quam populo Mogontiacensi[w], vix[x] et aegre abstractus de monasterio, in natalem sancti Andreae apostoli Mogontiam rediit, atque opus Nov. 30. arduum quam praecipitanter arripuerat, tam praecipitanter, quoniam communi omnium sententiae obluctari non poterat, deseruit.

Ruothardus[y] abbas Herveldensis mense Ianuario[z] aegrotare coepit, et sic per annum continua aegritudine decoctus, cum evasurum se desperaret, abbatia et pastorali dignitate, quam per infirmitatem administrare non poterat, 3. Idus Decembris ultro se abdicavit, anno postquam abbati Meginhero successerat[*] decimo tercio iam exacto. Successitque ei protinus secundum ipsius postulationem H.[81] eiusdem coenobii monachus. 81

Adalbero Mettensis[b] episcopus obiit; cui Herimannus Leodiensis praepositus successit[c].

a) quam 4. b) inter 4. c) *deest* 3. d) Maguntinensis 3. e) cum 3. f) abcessit 5. g) patefeceret 4. h) Cluniacensis 3. 5. i) *ita* 4. Ruperto 3. k) prescisus 3. l) perpetuam 4. m) occupaverat cum multa 4. n) Seboldi 1–4. o) Nurnberg 1. Nurmberg 3. p) Hemerad 1. Hemeradi 3. q) Haseglin 5. r) magna pop. concursione 3. s) propter — conferebantur *desunt* 4. t) frequentabantur 3. u) Cluniacense 3. 5. Clun. *corr.* Clon. 4. v) abdicans 4. w) Mogontien 3. x) vix — Mogontiam *desunt* 3. 4. 5. *et ap. Nic. de Sygen.* y) *ita* 4. Ruthardus *rell.* z) mense vno an 3. ianuarii 4. *) successit 4. a) Adelbero 3. 4. b) Metensis 1. 3. *saepius.* c) *In 4. linea expleta est his verbis:* Succurre gloriose Ieronime doctorum flos.

78) a. 1058. p. 159. 79) Cf. Vitam S. Heimeradi ap. Leibn. I. p. 565. Hanc ob causam Sigefridus Mogont. archiep. anno 1074. praeposituram „*in loco qui vocatur Hasungun, ubi sanctus Heimeradus requiescit,*“ constituit. Vid. dipl. ap. Wenck I. c. cod. diplomat. ad T. II. n. XXXVIII. p. 48. sq. 80) Vid. Ioann. l. l. p. 504. 81) Hartwigus; cf. Lamberti librum de coenob. Hersveld. lib. II. supra p. 141.

# 1073.

82 Rex nativitatem Domini Babenberg celebravit. Ibi Berhtoldo[a] duci Carnotensium[82] ducatum sine legitima discussione absenti[b] abstulit, et Marcwardo[c] cuidam propinquo suo tradidit. Ruodolfus[d] quoque dux Suevorum tumultum aliquem rei publicae machinari formidabatur. Sed discurrentes utrimque frequentes legati, et illum, ne praecipitanter in arma proruereti[e], et regem, ne cunctantem obstinata importunitate lacesseret, salubri moderamine retinebant. Ibi quoque Coloniensis archiepiscopus, offensus his quae plurima praeter aequum et bonum fiebant in palatio, petiit a rege, vacationem deinceps dari[f] sibi ab rerum publicarum administratione[g], causatus in senium iam vergentem aetatem et laboriosis regni negociis minus minusque in dies sufficientem. Quod rex haut difficulter annuit, quia pravis libidinibus suis et iuvenilibus ineptiis[h] iam dudum animadverterat eum graviter offendi et plerumque, quantum salva regia[i] dignitate poterat, pro virili portione obniti. Is ergo ubi se in sua recepit, rex[k] tamquam severissimo pedagogo liberatus, statim in omnia genera flagitiorum, ruptis omnibus modestiae et temperantiae frenis, praecipitem se dedit.

Montes omnes colliculosque Saxoniae et Thuringiae castellis munitissimis extruxit
83 praesidiumque imposuit[83]. Quibus cum victui necessaria minus sufficerent, permisit, ut ex proximis villis et agris hostili more praedas agerent, et ad ipsa castella munienda circumquaque manentes cogerent, et impensas affatim convectare et per se ipsos servili[l] manu desudare[m]. Verum ne manifestae tirannidis notaretur, si contra innocentes atque in regnum proprium tam barbara crudelitate grassaretur, ut impietatem suam quadam religionis specie palliaret, archiepiscopum[n] Mogontinum modis omnibus instigavit, ut decimationes Thuringiae, sicut ante plures annos instituerat, exigeret; pollicens, se[o] ei in exigendo summa ope affuturum et[p] dicto obtemperare nolentes regia maiestate coacturum; ea tamen pactione, ut ipsarum decimationum partem sibi, quae et regiae magnificentiae et tanto labori suo digna foret, tribueret. Ita episcopus vanissima spe ani-
Mart. 10. matus, sinodum indixit in Erphesfurt 6. Idus[q] Martii[84].

Statuto die aderat rex, aderat archiepiscopus, stipatus uterque magno grege philosophorum[r], immo sophistarum, quos ex diversis locis summo studio consciverant, ut canones sibi non pro rei veritate, sed pro episcopi voluntate interpretarentur, et causam eius, quoniam[s] veris non poterant, sophisticis[t] allegationibus roborarent. Assidebant ergo cum rege et archiepiscopo Mogontino Herimannus Babenbergensis episcopus, Hecel Hildenesheimensis episcopus, Eppo Citicensis episcopus, Benno Osenbruggensis[u] episcopus; qui non ad discutiendam iuxta ecclesiasticas leges causam fuerant evocati, sed ut id quod rex volebat arte dictionis et sententiarum pondere, postremo quaqua possent ratione et consilio obtinerent; quamquam plerique eorum id quod rex moliebatur vehementissime improbarent; sed ne libere quod sentiebant eloquerentur[v], et regis terrore et privata archiepiscopi amicitia inhibebantur[w]. Habebat praeterea rex circa se armatorum copias non modicas, quibus eos, si qui forte negocium interturbare conarentur, militari manu coherceret. Thuringorum spes et fiducia potissimum in abbate Fuldensi et abbate[x] Herveldensi nitebatur, quod hi ecclesias decimales plurimas et praedia infinita haberent in Thuringia, et hi si[y] causa cecidissent, sibi una cadendum esset[z]. Qui publica discussione interpellati pro decimarum[*] redditione, primo per Deum rogabant archiepiscopum, ut antiquitus tradita monasteriis suis legitima rata inconvulsaque manere sineret, quae et[a] sedes apostolica et[b] veteribus et recentibus scriptis crebro sibi firmasset et

a) Bertholdo 3. 5. Bertoldo 1. b) *deest* 3. c) marcwardo 4. d) *ita* 4. e) rueret 3. f) dare 4. g) ammin. 2b. h) inceptis 4. i) regia dign. salva 3. s. regia maiestate vel dignitate 4. k) *deest* 3. l) vili 4. m) desiderare 5. n) archiepiscopus Mogontinus 4. o) *deest* 3. p) *bis scriptum* 3. q) VI. idus m. *desunt* 3. r) philozophorum ymmo zophistarum 3. s) quam? 2b. t) zoph. 3. u) Ossenbruggensis 3. 5. v) loquerentur 3. w) prohibebantur 3. x) in a. 3. y) in *superscr.* 2b. *legitur* 3. 4. 5. z) esse 3. 4. 5. *) decimationum 1*. a) etsi 5. b) *deest* 3.

82) i. e. Carantanorum. 83) Has Saxonum querelas nimias neque omnino veras fuisse, contendit Delius, Untersuchungen über die Geschichte der Harzburg. (Halberst. 1826. 8.) p. 56. sq. not. 71, inter alia monens, sex tantum castra a Lamberto a. 1073. nominari, quorum quinque in Thuringia, unum modo in Saxonia sita fuisse videantur. 84) Vid. de hac synodo tertia Erfordensi Ios. Heine collectio synodorum Erfordiensium historico-critice elucubrata. (Erf. 1792. 8.) p. 35--59.

praecessores eius Mogontini pontifices, summi ac sanctissimi viri, usque ad Liupoldum episcopum[85] numquam[a] infringere temptassent. Id atroci responso archiepiscopus repulit, scilicet praecessores suos sua aetate pro suo arbitratu ecclesiae Dei moderatos fuisse, eosque rudibus in fide auditoribus et pene adhuc neophitis[b] lac potum dedisse, non escam, et sapienti dispensatione multa indulsisse, quae processu temporis, dum in fide convaluissent, successorum suorum industria resecari vellent; se autem, iam adulta vel potius[c] senescente ecclesia, spiritualia comparare spiritualibus, nec iam parvulis lac, sed per- [Hebr. 5,12.] fectis solidum cibum ministrare, atque a filiis ecclesiae leges ecclesiasticas exigere; proinde esse eis aut ab unitate ecclesiae secedendum aut legibus ecclesiae aequanimiter adquiescendum. Tum illi rursus per Deum orare, ut, si in Romani pontificis auctoritate, si in Karoli[d] aliorumque imperatorum privilegiis, si in praecessorum eius Mogontinorum pontificum indulgentia nihil sibi praesidii aut spei reliquum esset, ipsarum saltem decimarum eam ipse[e] partitionem[f] fieri sineret, quam et canonum scita aequam iudicassent et ceterae per orbem terrarum ecclesiae usitatam haberent, scilicet ut quarta parte ipse pro suo suorumque missorum servitio contentus, tres reliquas portiones ecclesiis, quibus antiquitus attitulatae fuissent, permitteret. Econtra episcopus, non ea mente se, ait, tantum laborem trivisse et iam per decem ferme annos laboriosum hoc saxum volvere[86], ut tandem aliquando voti compos effectus, ultro iure suo cederet et tanto molimine extortas eis decimas ipsis pro libitu[g] suo partiendas addiceret[h]. Primus ac secundus dies in hac concertatione iam fluxerat, ancipiti adhuc fortuna, utra pars utri cessura foret. Iamque in eo res vertebatur, ut Thuringi, improbata sinodo, sedem apostolicam appellarent. Sed rex sub attestatione nominis divini affirmabat, se in eum, si quis id praesumpsisset, capitali sententia animadversurum, et omnia quae eius essent usque ad[i] internitionem dissipaturum, clademque eius diei[k] multis postea seculis non abolendam. Ita abbas Herveldensis suorum periculo conterritus, quoniam aliud, in artum conclusis rebus, non patebat effugium, rem consilio regis permisit, quatenus, prout ipse bonum et aequum iudicaret, causam inter se et archiepiscopum terminaret. Diu igitur habita deliberatione, in hanc tandem pactionem mediante rege abbas et archiepiscopus consenserunt, ut abbas in decem suis decimalibus ecclesiis duas partes decimarum, terciam archiepiscopus acciperet, in reliquis vero eius[l] ecclesiis dimidia abbati, dimidia archiepiscopo contingeret; ubi vero ecclesia decimalis propria archiepiscopi esset, tota illic ei decima cederet; praeterea ut omnes dominicales[m] archiepiscopi curtes, in quacumque essent parrochia, ob omni penitus decimarum exactione immunes manerent. Sub iugum misso abbate Herveldensi, statim Thuringi, omni spe adempta, eo quod in illius prudentia et eloquentia plurimum fiduciae sibi posuissent, non ultra restiterunt, sed decimas in reliquum absque retractatione dare professi sunt. Fuldensis abbas aliquantis postea diebus obstinatus in proposito perstitit. Sed cum nec regis gratiam recipere nec ad sua redeundi licentiam impetrare posset, nisi in communem sententiam concederet, tandem rerum difficultate superatus, ad hanc conditionem non tam consilio quam imperio et metu regis coactus est, ut in cunctis decimalibus ecclesiis suis partem dimidiam decimarum ipse[n], dimidiam archiepiscopus acciperet, dominicales autem curtes suas, sicut archiepiscopus, omnes ab omni decimarum redditione liberas haberet. Tum[o] rex, sciens haut bene placitura Romano pontifici quae gesta fuerant, sub interminatione gratiae suae utrique abbati praecepit, ut neque per se ipsos neque per nuncium neque alio quovis modo pro insimulanda sinodo apostolicam sedem interpellarent[87].

Atque ita omnibus[p] quae intenderat pro voluntate exactis, concitus Ratisponam contendit, sanctum pascha ibi celebraturus. Cumque in civitate Augusta[88] diem palmarum [Mart. 24.] ageret, Ruodolfum[q] ducem Suevorum et alios quosdam, qui sinistrum aliquid contra rem publicam moliri iam pridem[r] delati fuerant, in gratiam recepit. Dein[s] sanctum pascha, [Mart. 31.] sicut instituerat, Ratisponae, pentecosten in Augusta celebravit[89] [Mai. 19.]

a) iniqua 5. b) neofitis 3. c) *deest* 4. d) Caroli 3. e) sibi 3. f) participacionem 4. g) libito 1. 2b?. 5?. h) adyceret 3. i) *deest* 1. 2b (?). k) *deest* 3. l) *deest* 3. m) decimáles 4. n) *deest* 3. o) Tunc 4. p) in o. 3. q) *ita* 4. r) del. iam pridem 3. s) Deinde 4.

85) v. diploma ab hoc a. 1059. impetratum ap. Gudenum C. dipl. I. p. 373. 86) Terent. Eunuch. 5, 8, 55. 87) Ipse vero Sifridus ad Alexandrum II. sub id tempus dedit litteras, e quibus locum huc spectantem affert Ioannis ad Serar. T. I. p. 507. 88) Eichstet, Ann. Altah. p. 117. 89) Cf. Wedekind l. c. T. II. fasc. 8. p. 408.

April. 21. Alexander papa, qui et Anshelmus, decessit. Cui Romani protinus inconsulto rege successorem elegerunt Hildebrandum, sacris[a] litteris eruditissimum et in tota ecclesia, tempore quoque priorum pontificum, omni[b] virtutum genere celeberrimum. Is quoniam zelo Dei ferventissimus erat, episcopi Galliarum protinus[c] grandi scrupulo permoveri coeperunt, ne vir vehementis ingenii et acris erga Deum fidei districtius eos pro negligentiis[d] suis quandoque discuteret. Atque ideo communibus omnes consiliis regem adorti[e], orabant, ut electionem, quae eius iniussu facta fuerat, irritam fore decerneret; asserentes, quod nisi impetum hominis praevenire maturaret, malum hoc non in alium gravius[f] quam in ipsum regem redundaturum esset. Statim rex a latere[g] suo Eberhardum comitem misit, qui Romanos proceres conveniens, causam ab eis sciscitaretur, quare praeter consuetudinem maiorum rege inconsulto Romanae ecclesiae pontificem ordinassent, ipsumque, si non idonee satisfaceret, illicite accepta dignitate abdicare se praeciperet. Is veniens Romam, benigne a praedicto viro susceptus est. Cumque illi mandata regis exposuisset, respondit, se Deo teste honoris huius apicem numquam per ambitionem affectasse, sed electum se a Romanis, et violenter sibi impositam fuisse ecclesiastici regiminis necessitatem; cogi tamen nullo modo potuisse, ut ordinari se permitteret, donec in electionem suam tam regem quam principes Teutonici regni consensisse certa legatione cognosceret; hac ratione distulisse adhuc ordinationem suam, et sine dubio dilaturum, donec sibi voluntatem regis certus inde veniens nuncius intimaret. Hoc ubi regi est renunciatum, libenter suscepit satisfactionem, et laetissimo suffragio ut
90 ordinaretur mandavit; quod et factum est anno sequente in purificatione sanctae Mariae[90].

Interea hi, qui in castellis supra memoratis erant, graviter nimis imminebant populo Saxoniae et Thuringiae. Omnia quae in villis et agris erant, in dies eruptione facta diripiebant, tributa et vectigalia silvarum et camporum importabilia[h] exigebant, et plerumque sub praetextu decimarum totos simul greges abigebant. Ipsos provinciales, et plerosque ex his honesto loco natos et re familiari florentissimos, vilium mancipiorum ritu servire[i] sibi cogebant; filias eorum et uxores, consciis et pene aspicientibus maritis, violabant; nonnullas etiam, vi[k] in castella sua raptas et quanto tempore libido suggessisset impudicissime habitas, ad ultimum maritis cum ignominiosa exprobratione remittebant. Quorum si quis inter tanta mala suspirare et internum animi dolorem levi saltem querimonia solari atque evaporare ausus fuisset, statim, velut qui gravem iniuriam regi fecisset, in vincula coniciebatur, nec inde exire poterat, nisi tocius suppellectilis suae distractione vitam salutemque suam redemisset[l]. Cumque ex omnibus locis catervatim cottidie[m] pro his regiam maiestatem interpellarent, quae unicum antehac omnibus afflictis refugium esse consueverat, cum gravi contumelia reiciebantur, dicente rege, ista eos pro iniusta decimarum retentione[n] pati, seque, tamquam vindicem causae Dei, necessario armata manu eos cohercere, qui legibus ecclesiasticis sponte nollent adquiescere[o]. Itaque videns rex, omnes circumquaque manentes metu attonitos et ad suscipiendas quascumque imposuisset conditiones patientissimos, magnum quiddam[p] et a nullo maiorum suorum antehac temptatum machinari coepit, videlicet ut omnes Saxones et Thuringos[q] in servitutem redigeret et praedia eorum fisco publico adiceret[91]. Cavebat tamen, ne consilium hoc immature vulgatum, et effectu careret, et principibus regni iustae murmurationis occasionem praeberet. Itaque secreto cum rege Danorum colloquium[92] facit, et cum eo magna quadam parte Saxoniae, quae Uotoni[r]
93 marchioni pertinebat[93], paciscitur, ut in conficiendis rebus, quas animo agitabat, auxilio

a) II. virum sacris 1. b) omnium 4. 5. c) *deest* 4. d) negligentissimis actibus suis 3. negligentiae *(Versäumnisse) in numero plurali apud scriptores ecclesiasticos, ut* negligentiae cogitationum *ap. Salvianum adversus avarit.* I, 12, *ubi vidend. Baluz. (ed.* IV. *Pedeponti* 1742. 4. *p.* 225.*)* e) *ita* 1. adorsi 3. 4. 5. *et ita etiam infra p.* 200 *n.* i, *sed aliis locis omnes* adorti. f) *deest* 4. g) altare 5. h) importibilia 3. i) sibi serv. 3. k) *deest* 3. 4. l) redemisse 5. m) quotidie 4. *hoc loco.* n) pati pro i. d. detentione pati 3. retentatione 4. 5. o) acq. 3. 4. 5. *hoc loco.* p) quoddam 4. q) tur. 4. r) Vtoni *omnes.*

90) De tempore ordinationis paululum aliter acta Vaticana quae affert Mascov. p. 51. not. 8. Eam factam esse d. 29. Iun. ann. 1073. probavit Stenzel II. p. 258 sq. 91) vid. Schaumann hist. Saxon. infer p. 190, sqq. 196. W. 92) Bruno Bardovici habitum colloquium cum Suenone II. scribit, Adamus l. IV. c. 26. Luneburgi. 93) Wedekind in Not. fasc. 3. p. 215. not. 170. hanc Saxoniae partem tantum de comitatu Ditmarsico (Ditmarsen) intelligendam esse credit.

sibi foret, et se Saxonibus ex uno latere bellum inferente, ipse eos ex alio latere adoriretur. Id ipsum aliis, qui Saxoniae[a] contigui erant, regibus et gentibus iniungit.

Ubi satis adminiculorum visum est, cunctis regni principibus expeditionem indixit Mai. in Polenos[b], id causae praetendens, quod Boemos[c] contra vetitum suum bello impetissent et fines eorum ferro et igne infestassent. Hanc, ut dixi, causam in promptu habebat. Ceterum[d], ut fama vulgatior postmodum loquebatur, sub occasione Polenorum volebat in Saxoniam exercitum ducere, et deletis usque ad internitionem Saxonibus, loco eorum gentem Suevorum constituere. Haec enim illi gens erat acceptissima, et eorum plerosque, obscuris et pene nullis maioribus[e] ortos[94], amplissimis honoribus 94 extulerat et primos in palatio fecerat; et ad eorum nutum cuncta regni negocia disponebantur. Quae res eum[f] valde exosum invisumque principibus reddiderat; et eorum plerique indignitatem rei non ferentes, nisi pro responso necessario evocati, in totum palatio abstinebant. Igitur exercitum suum in expeditionem adunari constituit, septimo die post assumptionem[g] sanctae ei genitricis Mariae. Qua expectatione suspensis et intentis omnibus, ipse iam[h] ferocius[i] solito atque infestius agebat, posthabitis principibus, solos circa se Suevos assidue habebat[k], ex his[l] sibi auricularios a secretis, ex his tam familiarium quam publicorum[m] negociorum procuratores instituebat. Tum[n], Saxones omnes servilis[o] conditionis esse, crebro sermone usurpabat, nonnullos etiam ex eis, missis nunciis, obiurgabat, cur sibi iuxta conditionem natalium suorum, ut ipso verbo utar, serviliter non servirent, nec de[p] reditibus[q] suis fiscalia sibi obsequia impenderent. Contradicentes, quasi qui maiestatem regiam violassent, totis regni viribus persequi et de regno proturbare[r] minabatur.

His atque huiusmodi indiciis principes Saxoniae malum, quod cervicibus suis impendebat, animadverterunt[s], statimque graviter ancipiti periculo permoti, clandestina[t] conventicula crebro faciebant, et se vicissim, quid facto opus esset, in medium consulere hortabantur. Una omnium voluntas, eadem erat sententia, eamque dato et accepto vicissim sacramento confirmabant, malle se mori atque extrema omnia prius[u] experiri[95], 95 quam acceptam a parentibus libertatem per dedecus amittere. Huius coniurationis auctores ac signiferi quidam[v] erant Bucco Halberstatensis[w] episcopus, Otto dux quondam Baioariae, atque Herimannus[x] frater Ottonis Saxonici ducis, qui superiore anno decesserat[96]. Sed Bucco, licet frequentibus iniuriis a rege lacessitus fuisset, tamen quia vir eximiae sanctitatis erat et optimae in ecclesia Dei existimationis, credi nullo modo potest aliter in hanc audaciam prorupisse nisi zelo Dei et sola communis commodi ratione. Ceteri duo praeter publicam gentis suae causam etiam privato odio iam pridem a rege desciverant, propter Magnum, Ottonis ducis Saxonici filium, quem rex in dedicionem acceptum, iam per biennium in custodia tenebat[97]. 97 Huic veniam admissi non alias impetrare poterant, nisi ducatu et aliis, quae sibi ex defunctis[y] parentibus hereditario iure competebant, in perpetuum se abdicaret. Quod ille nulla ratione[z] se facturum protestabatur, etiamsi sibi quicquid aetatis reliquum esset in custodia et in vinculis exigendum, etiamsi per omnes cruciatus et per omnia suppliciorum genera anima ponenda esset. Cumque nihil[*] supplicando, nihil pecuniam atque infinita praedia offerendo, nihil sua utrique[a] erga ipsum regem atque erga rem publicam multa saepe bene merita commemorando, proficerent, ad ultimum Otto dux quondam Baioariae se ipsum regi obtulit, quamdiu vellet in vinculis habendum, et omnia sua, tamquam priori conventione nihil actum esset, pro arbitratu suo distribuenda, dummodo propinquum suum, qui solo suarum partium studio in eam calamitatem devenerat, dedicione absolveret. Ad haec fertur rex atrox nimis dedisse responsum, ipsum et omnia quae ipsius essent iam pridem dedicionis iure in potestatem

a) contigui erant Sax. reg. 3. b) Polonos 3. *et ita infra.* c) Bohemos 3. *ut semper.* d) Certum 4. e) *deest* 5. f) cum 4. g) assumptionis 4. h) *deest* 4. i) ferocis 5. k) se habebat 5. l) *deest* 5. m) puplicorum 4. n) Tunc 4. o) *deest* 4. 5. *in marg. post* esse *suppl.* 3. p) *deest* 3. 5. q) redditibus 3. 4. 5. *hoc loco.* r) perturbare 4. s) animadvertere 4. t) clamdestina 3. u) *deest* 3. v) *ita omnes;* quidem? w) Halbestatensis 5. x) Hermannus 4. Heremannus 3. y) *deest* 5. z) se r. 3. *) erga ipsum regem *add.* 4. a) uterque 1.

94) *pene nullis maioribus ortos,* Horat. Sat. I, 6, 40.

95) *extrema omnia experiri,* Sallust. Cat. 26, 5.

96) Anno 1071. Mart. 28; Wedekind Hermann Herzog v. Sachsen p. 66. Eiusd. Not. II. fasc. 8. not. LXXVII. p. 404 sq. 410 sq., secundum Stenzel II. p. 256. anno 1072.

97) cf. Zepernick analect. iur. feud. T. I. p. 253.

regiam cessisse, nec eum[a] obiecto quondam crimine adhuc ita purgatum, ut sui vel[b] suarum rerum iure gentium traditionem ullam liberam haberet. Ea vox acerbe prolata acerbius est accepta, magnumque odii seminarium irarumque fomitem ministravit.

His auctoribus orta seditio, ita brevi totum Saxoniae populum quasi rabie quadam infecit, ut omnis dignitas, omnis conditio, omnis aetas, quae modo faciendis stipendiis idonea foret, uno animo, pari voluntate, ad arma conclamaret, et se sub sacramento promitteret, aut obstinate morituros, aut gentem suam in libertatem vendicaturos. Erant in ea coniuratione principes isti: Wezel Magadaburgensis archiepiscopus[c], Bucco Halberstatensis[d] episcopus, Hecel Hildenesheimensis[e] episcopus, Wernheri Merseburgensis[f] episcopus, Eilbertus[g] Mindensis episcopus, Immet Podelbrunnensis[h] episcopus,
98 Friderich Mimegardefurdensis[i] episcopus[8], Benno Misinensis[k] episcopus, Otto dux quondam Baioariae, Uoto[l] marchio[99], Dedi marchio[1], et omni marchione animosior atque implacatior uxor eius Adela, Egbertus marchio Thuringorum, puer adhuc infra militares annos, Friderich palatinus comes, Diedericus[m] comes[2], Adalbertus[n] comes[3], Otto
4 comes, Counradus[o] comes[4], Heinricus[p] comes; tum vulgus promiscuum supra 60 milia erat, qui ad asserendam[q] libertatem patriae legesque tuendas promptissimo animo manus operamque suam promittebant. Et vere divinitus oblatam sibi esse[r] occasionem dicebant, qua iugum iniquissimae dominationis a cervicibus suis excuterent. Dux Saxoniae necdum aliquis constitutus[s] fuerat, quia, sicut supra memoratum est, dux Otto paulo ante humanis rebus excesserat et filius eius[t] Magnus, cui ducatus legitima successione
5 debebatur[5], adhuc in castello Hartesburg[u] deditus servabatur. Et quia rex in bona eius inhiaverat, id praestolari putabatur, ut malorum pondere ac longae dedicionis taedio fatigatus ultro iure suo cederet et ducatum cui rex[v] voluisset dandum permitteret[w]. Liemarus Premensis archiepiscopus, Eppo Citicensis episcopus et Benno Osenbruggensis[x] episcopus, quia in communem sententiam gentis suae concedere nolebant, de finibus Saxoniae effugati, ad regem se contulerunt, eique toto belli huius tempore individui comites adhaeserunt.

Iul. Aug. Igitur circiter[y] Kalendas Augusti, adulta iam satisque roborata coniuratione, legatos mittunt ad[z] regem, tum[*] temporis[a] Goslariae constitutum, postulantes, ut expeditio, quam in Polenos[b] instituerat, sibi remitteretur; se adversum acerrimos hostes Luticios[c] die ac nocte in procinctu atque in acie stare, et si paululum manus remittant, ilico finibus suis insultantes adversarios et omnia caede atque incendio depopulantes aspicere; ad horum vim arcendam vix sibi satis copiarum esse; proinde stultum fore, ut exteris ac longe positis gentibus arma inferant, qui domesticis ac pene intestinis sine intermissione bellis quatiantur. Praeterea[d] postulant, ut castella, quae ad eversionem Saxoniae per singulos montes colliculosque extruxerat[e], dirui iuberet; ut principibus Saxoniae, quibus sine legitima discussione bona sua ademerat, secundum principum suorum iurisdictionem satisfaceret; ut relicta interdum Saxonia, in qua iam a puero residens, otio atque ignavia pene emarcuisset, etiam alias regni sui partes inviseret; ut vilissimos homines, quorum consilio seque remque publicam praecipitem dedisset, de palatio eiceret[f], et regni negocia regni principibus, quibus ea competerent, curanda atque administranda permitteret; ut abdicato grege concubinarum, quibus contra scita[g] canonum attrito frontis rubore incubabat, reginam, quam sibi secundum ecclesiasticas traditiones thori sociam regnique consortem delegisset, coniugali loco haberet[h] et diligeret; ut cetera flagitiorum probra, quibus dignitatem regiam adolescens infamaverat, nunc saltem maturato sensu

a) cum 1. 4. b) ut simul 4. 5. c) episcopus 5. d) Halberstadensis 3. e) Hildeßenehmensis 3. f) Merspurgensis 1. g) Gilbertus 3. h) Podenbr. 4. 5. Poderbr. 1. i) Mimig. 3. k) Misßenensis 3. l) Vto *omnes*. m) Dithericus 1. n) Adelb. *omnes*. o) Cunradus 1. 3. Conr. 4. 5? p) Henr. 3. q) ad serendam 3. r) *deest* 3. s) fuerat const. 3. t) *deest* 5. u) Hartiesburg 3. v) v. rex 3. w) prom. 3. x) Osßenbruggensis 3. Osenbrugensis 4. 5. y) circa 3. z) ad regem *desunt* 5. *) tunc 4. a) *deest* 3. b) Polonos 3. c) Luitticios 3. d) *codd.* 3. *et* 4. *conditiones singulas numeris in margine vel super lineam positis indicant.* e) *deest* 3. f) deijceret 3. g) iura *superscr.* scita 4. h) diligeret et haberet 3.

98) Ex Brunone c. 27. 50. colligas potius, in regis partibus hunc Fridericum fuisse. 99) V. supra a. 1037. 1) V. supra a. 1069. 2) de Katelenburch; vid. Gebhardi hist. gen. Abh. II. p. 213 sqq. Schrader Dynasten p. 97. n. 78. p. 184. 3) Esse videtur comes senior de Ballenstide, sator gentis Anhaltinae. 4) Forsan Cuono de Bichelingen, Ottonis quondam Baioariae ducis filius. KR. 5) cf. Wedekind Hermann Herzog von Sachsen p. 47 sq.

et aetate abdicaret. Postremo per Deum rogant, ut iusta postulantibus sponte annueret, Aug. nec sibi magni cuiusquam atque inusitati facinoris necessitatem imponeret. Si ita faceret, se promptissimo animo ei sicut actenus[a] serviturós, eo tamen modo, quo ingenuos homines atque in libero imperio natos regi servire oporteret; sin autem, christianos se esse, nec velle hominis, qui fidem christianam capitalibus flagitiis prodidisset, communione maculari. Quod si armis cogere instituisset, sibi quoque nec arma deesse nec militaris rei peritiam. Sacramento se ei fidem dixisse; sed si ad aedificationem, non ad destructionem ecclesiae Dei, rex esse vellet, si iuste, si legitime, si more maiorum rebus moderaretur, si suum cuique ordinem, suam dignitatem, suas leges tutas inviolatasque manere pateretur. Sin ista prior ipse temerasset, se iam sacramenti huius religione non teneri, sed quasi cum barbaro hoste et christiani nominis oppressore iustum deinceps bellum gesturos, et quoad ultima vitalis caloris scintilla superesset, pro ecclesia Dei, pro fide christiana, pro libertate etiam sua dimicaturos. Vehementer regem permovit haec legatio. Verum consiliariis eius dicentibus, quod ad primum belli terrorem tanti motus irarum deflagraturi essent, paululum resumpto spiritu, leviter et contemptim legatis respondit, nihilque certi reportantes dimisit. Quod ubi suis nunciarunt, atrox omnium mentibus ira incanduit, seque mutuo sermone, ut contemptum sui manu vindicarent, hortabantur *Obstinatum*, inquiunt, *in malis ingenium, nisi acrior vis adhibeatur, emolliri non poterit, et nisi ad vivum propiusque*[b] *medullas mucro adigatur, sensum doloris non admittet*[c].

Igitur armati instructique Goslariam contendunt, ibique mediocri a villa intervallo castra locant; statimque efferato animo in eum irruissent et ius suum non iam rethoricis allegationibus sed bellicis terroribus expostulassent, nisi Bucco Halberstatensis episcopus et pauci admodum, qui sanum aliquid sapiebant, impetum tumultuantis turbae salubri moderatione inhibuissent. Rex, accepto nuncio vicini iamque instantis periculi, graviter mente consternatus, propere in Hartesburc[d] se contulit, eoque secum regni insignia et thesaurorum suorum quantam in ea trepidatione potuit partem convexit. Erant tunc temporis cum eo Eppo Citicensis episcopus et Benno Osenbruggensis[e] episcopus, eorumque consilio et prius tranquilla et nunc turbata re publica omnia faciebat. Casu quoque nuper advenerat, nescio quid privatae[f] causae acturus in palatio, Bertoldus dux quondam Carentinorum. Huic rex quam sanctis obtestationibus se purgabat, quod ducatum eius nulli alii tradidisset; sed Marcwardum[g] privata praesumptione fines alienos invasisse, nec ei quicquam de iure suo propterea[h] imminutum esse, si, suo iniussu, sine consulto principum, honores publicos homo ineptissimus temerasset. Ille licet haec ficta esse sciret[6] et regis malitiam non tam voluntate quam fortunae violentia correctam esse, tamen suscepit satisfactionem, promisit[i] operam suam rei publicae utilitatibus nusquam[k] defuturam. Hunc itaque, quia vir[l] erat summae prudentiae et popularis eloquentiae, cum duobus[m] supra memoratis episcopis rex legatum misit ad Saxones. Ad quos cum venissent, rogabant eos per Deum, ut ab armis, quae, honesto licet nomine, pessimo tamen exemplo, sumpsissent mature discederent, nec rem supra modum supraque vires suas temptarent, quae a ceteris regni principibus nimium improbanda foret, utpote quam nec sua nec maiorum suorum memoria umquam[n] gens ulla temptasset; iustam eorum esse causam, quos summis saepe iniuriis regis inclementia ad haec extrema experienda coegisset[o], honori tamen suo magis consulendum quam iracundiae, et deferendum regiae maiestati, quae apud barbaras etiam[p] nationes semper tuta inviolataque fuisset[q]; proinde remisso armorum strepitu, pacatis animis, sopitis simultatibus, tempus locumque constituerent, quo rex tocius regni principes evocaret, ut iuxta communem sententiam et obiecta purgaret et quae correctionis egere viderentur corrigeret. Ad haec illi: *Non eadem*, inquiunt, *ceteris regni principibus et nobis incumbit necessitas rebellionis. Ceteris enim gentibus vacatione data, et pene feriatis omnibus, nos solos sibi peculiariter elegerat, quos secundum prophetae*[r] *elogium in plaustris ferreis*[s] *trituraret*[t], *quorum regionibus* Amos 1, 3. *post initum semel principatum numquam excederet; quibus post erepta patrimonia liberta-*

a) hactenus 4. 5. b) proprius 1*. c) admittit 3. d) Hartesburg 1. 3. 4. e) Ossenbruggensis 3. f) *deest* 3. g) Marchwardum 3. h) *deest* 5 i) promisitque 1. 5? k) nuqaam 3. l) erat vir 3. m) ducibus 4. n) iniqua 5. o) coegissent 4. p) *deest* 3. 5. q) *deest* 5. r) prophecie 5. s) consternatus 5. t) *deest* 1. *habet* 6. *cum* 3. 4. 5.

6) V. supra p. 192.

Aug. *tem quoque eriperet, et natalibus omnium infamatis, durissimae servitutis iugum iniceret; ad quorum oppressionem singulis montibus colliculisque praesidium imponeret, ut aquas nostras pecunia bibere et ligna nostra precio comparare cogeremur; quorum uxores et filias militibus suis, publicae libidinis victimas, prostitueret; quorum terram — quod omnium quae passi sumus gravissimum ducimus — inauditis adinventionibus*[a] *nec christiano ore nominandis criminibus incestaret. Si cum ceteris regni principibus haec nobis communis esset iniuria, merito ad illorum cognitionem communemque audientiam nos reiceret; nunc autem, cum nobis aut privata calamitate cadendum aut privata virtute iniuriis sit*[b] *obviam eundum, nihil nostra interest super nostris miseriis aliorum expectare sententiam. Quapropter si eum malefactorum tandem aliquando piget poenitetque, in argumentum non fictae poenitentiae castella, quae in perniciem nostram extruxit, absque procrastinatione diruat; patrimonia nobis per vim seu per calumpniam erepta restituat; postremo iusiurandum det*[c], *quod legitima, genti nostrae a primis temporibus constituta, numquam deinceps infringere moliatur. Si hoc facit, licet saepe elusi, saepe verbis pacificis in dolo irrisi, tamen utcumque adhuc credimus bona pollicenti; sin autem, omni dilatione relegata, nec expectatis aliarum gentium aut aliorum principum decretis, iugum, quod cervicibus nostris impendet, excutere conabimur, liberosque nostros nostra vel morte vel victoria in libertatem asseremus.* In haec verba legatos dimiserunt. Qui iterum missi, iterumque remissi, in eadem eos sententia obstinatos invenerunt. Itaque omnes vias, per quas descensus esse poterat de castello, adhibitis custodibus, observari statuerunt, summa ope id praecavendum aestimantes, ne[d] qua ei copia fieret effugiendi et in alias regni partes bellum transferendi. Et profecto, si id rite curassent, facili dispendio et paucis admodum diebus res conficeretur, quae postmodum tanto tempore tracta, in extremum pene discrimen cunctas regni provincias attraxerat. Neque hoc ipsum regem latebat. Idcirco modis omnibus intentus agebat, qualiter hostium custodias falleret[e], et de angustiis Saxoniae in latissimam regni aream bellum traiceret, maximeque ad episcopos Reni, quos sibi ob crebra sua merita fidos firmosque in adversis fore sperabat.

Castellum in altissimo colle situm erat, et uno tantum itinere ipsoque difficillimo[f] adiri poterat. Cetera montis latera vastissima silva inumbrabat, quae exinde per multa milia passuum continua vastitate in latum extenditur usque ad confinium Thuringiae, et ideo[g] nulla obsidentium diligentia conclusis egressum[h] vel ingressum eripere poterat. Rex, collato cum suis consilio, frequentes ad eos legatos mittebat, pacem postulans[i] et omnium quae illos[k] offenderant emendationem pollicens. In quam[l] actionem intentis suspensisque omnibus et iam propter res bene gestas immatura securitate torpentibus, Aug. 9. nocte quadam, cum nihil minus suspicarentur, ipse Bertoldum ducem et duos supra memoratos episcopos et alios plerosque familiares suos secum assumpsit, et praemissis ante se in sarcinis regni insignibus et quanta tempus et res patiebantur parte thesaurorum, clam egressus est de castello, dato negocio his qui intus remanebant, ut postera die quanta possent arte praesentiam sui simularent, et hostium[m] animos a suspicionibus fugae suae avocarent. Triduo per vastissimam silvam ie ni, ut fertur[n], gradiebantur, angustissimo et paucis antehac comperto tramite, quem venator quidam, dux itineris, qui venandi studio sollertius silvarum abdita rimaretur, deprehenderat, undique circumspectantes gladium, et ad quemlibet perstrepentis aurae sonitum incursus hostium iamque Aug. 12. iugulo incumbentem interitum formidantes. Quarto die inedia, vigiliis ac longi itineris labore usque ad extremam lassitudinem confecti, Eschenewege[o] pervenerunt. Ubi cibo Aug. 13. somnoque paululum recreati, postero die, id est[p] Idibus Augusti[7], cum iam miles frequentior ad regem confluere coepisset, Herveldiam contenderunt. Quatuor deinceps diebus ibidem commoratus est, operiens exercitum, quem in expeditionem contra Polenos[q] de toto regno suo evocaverat.

Iam enim dies instabat, quem coadunando militi constituerat. Adalbero[r] Wircibur-

a) inventionibus 3. b) sit obviam eundum iniuriis 1*. c) nobis det 1. d) nec 4. e) *deest* 4. f) difficilimo 4. g) ide 4. h) *bis scripsit* 4. i) *deest* 4. k) illum 4. l) qua 4. m) animos hostium 2b. n) ferunt 1. 2b(?) o) Eskenewege 2b. p) i. e. *desunt* 1. 2b(?) q) polonos 3. *semper*. r) adelbero *omnes*.

7) d. 13. mens. Augusti. Egressus igitur est castello Hartesburg d. 9. (secundum Stenzel. II. 259. d. 8.) Aug. Quae de huius fugae molestiis a nostro narrantur, non tam verisimilia sunt, quam quae Bruno tradit.

gensis[a] episcopus et Herimannus Babenbergensis episcopus et alii plerique principes, Aug.
qui ad militiam proficiscentes in vicina[b] loca iam devenerant[c], audito quod acciderat, propere ad regem, adhuc Herveldiae constitutum[8], concurrerunt. Ruodolfus[d] dux Suevorum cum episcopis Reni[e], Sueviae[f] atque Baioariae, circa Mogontiam castris positis, nuncium regis praestolabatur, per quem certius edoceretur, quonam in loco ei occurrere deberet. Audierat[g] enim, eum ab hac expeditione ad alia regni negocia animum revocasse, sed quaenam mutandae sententiae necessitas repente incidisset, certo non compererat[h]. Plerique tamen iactitabant, eum coniurationis huius conscium participemque extitisse, ideoque tam lento gradu ad militiam procedere, ne aut regi in tanto discrimine contra propositum suum pudore victus auxilium praeberet, aut, si negaret, defectionem suam consiliumque immature prodere cogeretur. Rex itaque missis nunciis mandavit, ut tam ipse quam ceteri qui cum eo erant principes, citato quantum possent itinere, sibi occurrerent in villa quae dicitur Capella[i, 9] haut procul ab Herveldia. Quo cum venissent, pedibus eorum provolutus[10], orabat per respectum Dei, sub cuius testificatione sibi fidem dixissent, ut super infelicibus eventis[k] suis misererentur pariter et indignarentur; communia ipsorum beneficia praerepta sibi esse paucorum malignitate, qui immemores iurisiurandi, immemores beneficiorum, quibus eos saepenumero et privatim et publice sibi obligasset, cum regno etiam vitam sibi eripuissent, nisi fugae praesidio periculum declinasset; violatae regiae maiestatis iniuriam non ad se solum pertinere, publicam esse contumeliam omnium eorum, qui se regem creassent, et quorum auxilio ab improbis hominibus tutus esse debuisset; proinde omnes pro virili portione satagerent, ne regia dignitas, quam a maioribus suis honestissimam atque praeclarissimam acceperant, sua ignavia fuscaretur[l], neve[m] tam pessimum exemplum suorum temporum ad posteros suos inultum transmitterent. Haec[n] memorando, tam deformitate casuum suorum quam miserabilis querimoniae prosecutione omnibus qui aderant lacrimas excussit. Erant qui censerent, quoniam in expeditionem contra Polenos armati instructique venissent, ut protinus in Saxoniam exercitus duceretur, et recentis contumeliae vulnus recentis vindictae antidoto curaretur. Alii decernebant, non esse rem praecipitanter aggrediendam; gentem Saxonum esse robustissimam et bellorum usu propter ingenitam feritatem exercitatissimam, quae insuper frequentibus iniuriis efferata, ruptis iam omnibus iuris et legum retinaculis, aut mori aut vincere sit obstinata; propterea dandas sibi esse inducias[o], quibus domum redeant, copias instruant, impensas augeant, ut multiplicatis sumptibus ad protrahendum in quaslibet moras bellum durare valeant. Horum sententia ab omnibus comprobata, decrevit[p] rex, ut septimo die post festum sancti Michaelis miles in expeditionem adunaretur[q] in villa Herveldensis monasterii quae dicitur Bredingen[11]. Ita, assumptis secum qui advenerant principibus, abiit, Triburam et cetera circa Renum loca invisere. Missis etiam circumquaque nunciis, obnixe non solum principibus, sed et popularibus, ne a se deficerent, supplicabat, multa largiendo, plura pollicendo, nonnullis etiam sua restituendo, quae superioribus annis, dum prosperis successibus immoderatius indulgeret, per calumpniam abstulerat.

Saxones, comperto, quod elusis custodibus suis rex in alias regni partes evasisset, vehementer sunt contristati[r], arbitrantes, id quod res exigebat, nihil sibi deinceps otii aut remissi habendum, nec[s] pestem hanc, ut hactenus, intra[t] domesticos parietes cohibendam, sed revelata facie bellum publicum cum hoste publico gerendum; ideoque sibi expedire, ut quantascumque possent gentes et regna adversus regem concitarent. Protinus legatos miserunt ad Thuringos, auxilium petere et rogare, ut ipsi pro sua quoque

a) Wirciburgensis 3. b) vicinia 4. c) advenerant 5. d) *ita* 4. *plerumque.* e) rheni 4. 5. *saepius, alibi etiam* 3. f) Swevie 1. g) Auderat 4. h) comperat 4. i) Cappella 3. k) eventibus 4. l) *ita* 1. frustraretur 3. 4. 5. m) ne 3. n) Hoc 3. o) *deest* 1. p) *ita* 4. 3. q) vniretur *corr.* adunaretur 3. r) tristati 3. s) ne 3. 5. t) inter 4.

8) Commoratus esse videtur Heinricus Hersfeldiae usque ad 17. aut 18. d. mens. August; Stenzel l. c. p. 259. 9) hodie Spiescappel in vicinia civitatis Ziegenhain. 10) Haec non ad verbum intelligenda esse, sed nonnisi instanter, humiliter petere significare, monuit Stenzel II. p. 106. Cf. a. 1075: *prorsus in terram* et Liv. 34, 11. Curt. Ruf. 3, 12. Iustin. 11, 9. 11) Herren-Breitungen ditionis Hennebergicae. KR. Sed Wenck hist. Hass. III. p. 45. (cf. II. p. 402. n. p.) rectius habet pro pago Breidenbach ad Fuldam prope Hersfeld supra Rothenburg.

Aug. libertate et frequentibus contumeliis, quibus lacessiti fuerant, arma sumere non pigritarentur. Thuringi, celeberrimo conventu habito in loco qui dicitur Triteburc[a, 12], ubi legationem Saxonum audierunt, promptissime assensi sunt, nec ulla umquam legatio laetioribus acclamationibus excepta[b] est. Nec mora, iusiurandum dant, nusquam se defuturos negocio, communem sibi esse cum eis rebellandi[c] necessitatem, et ideo commune periculum, communem etiam, si Deus annueret, victoriam futuram, seque usque ad extremum spiritum pro communi utilitate dimicaturos. Denunciant praeterea abbati Fuldensi et abbati Herveldensi et ceteris principibus, qui in Thuringia praediorum aliquid haberent, ut ad ferendum genti suae auxilium die statuto coniuraturi venirent; nisi[d] id facerent, se bona eorum protinus omnia direpturos. Legati etiam regis supervenerunt, ingentia eis beneficia pollicentes, si foedus Saxonum bellique societatem respuerent; sed cum gravi contumelia sunt repulsi, in tantum ut[e] nec manibus in eos furor populi temperasset, nisi paucorum sapientum moderatio propter ius gentium, quo legatis est deferendum, intercessisset[f]. Archiepiscopus Mogontinus Erphesfurd[g] eo[h] tempore morabatur. Hunc adorti[i], in communem sententiam concedere urgebant, nec prius regionibus illis excedere passi sunt, donec datis obsidibus fidem suam firmaret, nihil se adversum[k] eos armis aut consilio moliturum; quamquam nonnulli existimarent, tam eum quam archiepiscopum Coloniensem et alios plerosque Reni principes iam a principio coniurationis huius conscios participesque[l] extitisse. Id tamen, dum incertus adhuc rerum eventus pendebat, summa ope dissimulabant.

Igitur quoniam in exteras gentes regem persequi consilium non erat, omnem operam suam ad expugnanda castella eius verterunt. Haec autem sunt castella, quae ipse, postquam pater eius decesserat, extruxit, quae tamen ad praesens memoriae occurrunt, Hartesburg[m], Wigantestein[n, 13], Moseburg[14], Sassenstein[15], Spatenberg[16], Heimenburg[p, 17], Asenberg[18]. Vocenroth[q, 19] Friderici palatini comitis fuerat, idque ei rex quadam legum violentia eripuerat, praesidiumque suum imposuerat. Liuniburc[r, 20] quoque, oppidum[s] maximum Ottonis ducis Saxonici, situm in confinio Saxonum et Luticiorum, occupaverat, militesque lectissimos cum Eberhardo, filio Eberhardi comitis de Ellenburc[t, 21], imposu-

a) Treteburc 3. b) accepta *corr.* excepta 4. c) rebellendi 2b. d) ni 1. 5? e) quod *superscr.* ut 4. f) *deest* 2b. g) Erpesfurd 1. Erphesphurd 4. Erphesfurdt 3. h) morabatur eo tempore 2b. i) adorsi 3. 4. 5. *cf. p.* 194. *n.* e. k) aduersus 4. l) participes consciosque 3. m) Hartespurg 1. 5? Hartespurgk 4. (-burc *hic et infra contra codicum fidem corrigere nolui.* W.) n) Wiganstein 5. Wigantenstein 1. p) Hennenburg 3. 4? *Ita etiam poeta de bello Sax.* I. *v.* 75: Sex ibi castellis multo munimine firmis Praesidia imposuit, victum quoque largiter addit. — — Hennenberg primum — — aggressi. *(Sed etiam in Ann. Sax. ubi olim a.* 1115. Hermenburg *legebatur iam ex cod. autographo* Heimenburg *ut a.* 1123. *restitutum est.* W.) q) Volcenroth 3. Vockenroth 4. 5. Vokenroht 1. r) Lunuburg 4. Luniburc 3. s) opidum 3. *et ita infra.* t) Ellenburg 4. 5.

12) Trettenburg, collis haud ita procul a Gebesea, Herbsleben et Tennstadio dissitus. KR. Cf. A. Toppius Gebesee und Tretenburg, Erfurt 1661. 4. In hoc colle placita sive iudicia celebrabantur; cf. dipl. Heinrici IV. (4. Non. Ian. 1089.) in Thuringia sacra p. 59. 13) Cuius situm quantum scio nemo umquam indagavit. KR. Wenck hist. Hass. III. p. 96. n. f. existimat, hoc nomine significari castrum Giebichenstein ad Halam, quae opinio non improbabilis esse videtur. — (Prorsus a vero abhorrere videtur, quum Gibekestein sub hoc nomine Lamberto bene notum esset; v. a. 1045. W.) 14) Putatur fuisse illud in principatu Luneburgico (Moisburg) KR. (qua de re dubitarim. W.) 15) Sita erat olim eiusdem nominis arx ad oppidulum Sachsa in comitatu Hohnstein, cuius hodienum rudera exstant, quod nostrum fuisse vero simillimum. KR. 16) olim iuxta Sondershusam situm, de quo vid. I. F. Müldener Nachrichten von einigen Bergschlössern in Thüringen (Leipz. 1752. 4.) p. 33 — 43. 17) Heimburg prope Blankenburg. KR. Quod non tam certum esse videtur, quoniam Thuringi hoc castrum obsident. Sed vide Gebhardi hist. gen. Abhandl. IV. p. 34. 18) Ex a. 1075. apparet, Asenberg nullo modo esse Asseburg in ditione Guelferbytana, sed Thuringiae castellum. Aliud in Mansfeldiae comitatu situm saec. XVI. finiente demum exstructum est. KR. F. L. Iahn opinatur, Asenburg fuisse antiquius nomen castri Kiffhausen in inferiori principatus Schwarzb. Rudolstad. tractu. Vid. Archiv des henneberg. alterthumsforschenden Vereins, herausgeg. v. F. Chr. Kümpel. 2. Lief. (Hildburgh. 1837. 8.) p. 78 sq. Förstemann vero (Mittheilungen V, 2. p. 20 n.) Hasenburg prope Nordhausen. 19) Volkerode ditionis Gothanae esse plures putarunt. Aliud Volkerode visitur haud longe a monte Hülfsberg in Eichsfeldia. Mihi certum est, neutrum horum esse hoc castrum. KR. Sed vide Grashofii comm. de originibus atque antiquitat. liberae civitatis Muhlhusae (Lips. et Gorlic. 1749. 4.) p. 19 sqq. n. ††. 20) Vid. Wedekind Not. fasc. 3. p. 215 sqq. 224 sqq. et eiusd. Hermann Herzog von Sachsen. p. 22 sq. not. 20. 21) i. q. Nellenburg; cf. Ann. Einsidl. Mon. SS. III. p. 146.

erat, non aliam ob rationem, nisi quod, omnia quae praedicti ducis fuerant in potestatem regiam iure dedicionis per Magnum, filium eius, venisse, argumentabatur. Alia praeter haec quam plurima extruere aggressus fuerat, sed eum ab incepto repente oborta bellorum tempestas revocavit.

Herimannus, frater ducis Saxonici, iam pridem antequam rex Saxonia effugaretur Liuneburc[a] obsederat, militesque regis, quoniam temere ingressi alimenta non habebant, paucis diebus ad dedicionem coegit; nec tamen dimittere victos aut punire volebat. sed intra oppidum diligenti custodia ne effugerent observatos, secundum prophetam[b] pane Esai. 30, 20. arto et aqua brevi sustentabat, mittensque ad regem, mandavit, ut, si suos qui obsidebantur vivos incolumesque recipere vellet, Magnum, fratris sui filium. dedicione absolveret sibique remitteret; ni id faceret. se de his. tamquam de hostibus qui fines alienos contra leges invasissent, iuxta leges gentis suae capitale supplicium sumpturum. Diu rex quid ageret ambigebat; inhumanum scilicet fore sciebat, si suis, extrema necessitate circumventis, non consuleret; sed reputabat econtra, quantum rationibus suis deperiret, si eum, de cuius interitu sibi tocius Saxoniae dominatum pollicitus fuerat, dimitteret suique compotem faceret, praesertim cum propter recentes iniurias, quibus eum iam triennio in custodia habitum afflixerat, gravius ceteris omnibus[c] rem publicam vexaturus timeretur. Non paucis diebus[d] haec deliberatio eum incertum suspensumque tenebat. Et profecto vicisset avaritia, privatisque utilitatibus salutem militum posthabuisset, nisi principes regni, crebris legationibus fatigati ab his qui obsidebantur, unanimi consilio eum adorirentur et non tam supplicando quam comminando et terrendo ab sententia deducerent. Itaque in assumptione sanctae Mariae, cum adhuc Herveldiae esset, misit, Aug. 15. qui Magnum custodiae exemptum suis restituerent[22], et eos qui in praedicto castello iam[e] iam puniendi servabantur obsidione et periculo liberarent.

Thuringi quoque, conglobata ex vicinis locis multitudine, Heimenburc[f] castellum obsederunt, paucisque diebus vi et armis oppugnatum ceperunt atque succenderunt. Eos qui intus[g] erant, castello everso, dimiserunt impunitos, ut scilicet se probarent non hostili odio adversus regem arma sumpsisse, sed tantum ut iniurias, quibus regio eorum per calumpniam opprimebatur, propulsarent. Protinus alii[h] castello quod Asenberc[i] dicebatur exercitum admoverunt, et quia propter difficultatem locorum militari manu capi posse desperabatur, castris circumquaque positis, satagebant, ne cui ingrediendi vel egrediendi copia fieret, ut quos humana vis non poterat, alimentorum inopia expugnaret; haut dubie scientes, quod cibaria, quantumvis copiose congesta, multitudini quae intus erat in longum tempus sufficere non possent.

Interea rex, videns coniurationem magis magisque in dies convalescere copiasque hostium augeri, conterritus etiam dampno castellorum suorum, quorum alia iam capta, alia summo molimine oppugnari audiebat, rogavit Mogontinum et Coloniensem archiepiscopos[k], ut Saxones convenirent et turbatis rebus aliquod remedium invenire conarentur. Qui dicto obtemperantes, mandaverunt principibus Saxoniae, ut sibi in monasterio Corbeiensi[l] 9. Kalendas Septembris occurrerent, de communi commodo tractaturis. Episcopus Coloniensis, casu nescio an per industriam remoratus, die statuto non venit; Aug. 24. nuncios tamen misit, qui pro se causam dicerent, promittens, omnibus, quae ipsi de suis reique publicae utilitatibus rationabiliter statuissent, se promptissime assensurum, et pro communi salute quantum posset operam daturum. Mogontinus archiepiscopus residens cum Saxonibus qui occurrerant, sedulo nitebatur pacare eos[m] regique reconciliare[n]; sed illi econtra, praeter vulgatas ubique iniurias suas, quibus ab eo vehementer attriti fuerant, graves causas afferebant, quibus probarent, eum sine magna christianae religionis iactura non posse ulterius regnare, ea scilicet in familiarissimos amicos, ea in uxorem, ea in sororem propriam abbatissam de Quidelenburc[o], ea in alias personas naturae necessitate sibi coniunctissimas facinora patrasse, quae si secundum ecclesiasticas leges iudicarentur, et coniugium et militiae cingulum[23] et omnem prorsus seculi usum, quanto

a) Luneburg 3. Luineburg 4. 5. b) propheciam 5. c) *deest* 3. d) *deest* 4. e) iam *deest* 1. 5? f) Hennebure 1. Hennburg 4? g) intro 5. h) alio 2b. i) Asenberg 2b. 3. 4. 5. k) episcopos 2b. l) Corbiensi 4. m) eosque regi 4. n) conciliare 4. o) Quidelenburg 3.

22) Vid. Wedekind. Not. fasc. 2. p. 187. not. 140. 23) cf. Zepernick Sammlung auserlesener Abhandl. vom Lehnrechte II. p. 35.

Aug. 24. magis regnum, abdicare censeretur. Longis itaque contentionibus ad hunc finem res postremo deducta est, ut decernerent 12 ex sua gente, 12 ex parte regis obsides dari, quorum fide interposita, ipsi tuto ad colloquium venire possent cum ceteris principibus regni, ut causae, quas adversus regem afferrent, eorum iudicio discuterentur et terminarentur, ipso rege, si ita expedire videretur, praesente et crimina quae obicerentur, si posset, refellente. Dandis accipiendisque obsidibus dies statutus est Idus Septembris infra Thuringiam in loco qui dicitur Hoenburg[24]. Habendo autem cum principibus colloquio dies statutus est 13. Kalend. Novembris in confinio Thuringiae et Hassiae in villa quae dicitur Gerstengun[a] [25]. In hanc conditionem discessum est. Saxones tamen de apparatu belli et oppugnandis regis castellis nihil propterea remittebant. Cumque regi quae gesta fuerant nunciata fuissent, visum est his qui partes eius adiuvabant, multum abhorrere a maiestate regia, ut ipse Saxonibus pro se obsides daret, nimiumque gravari nomen regium foedissimae conditionis iniuria. Quapropter Mogontinus et Coloniensis Sept. 13. episcopi statuta die Hoenburg profecti, obtinuerunt[b], ut omissis[c] ex utraque parte obsidibus, ipsi tantum pro pace firmanda fidem suam interponerent, et hoc pignore venturis ad colloquium principibus omnem periculi metum adimerent.

Interea rex legatos misit ad Luticios, gentem Saxonibus infestissimam, eisque infinitam pecuniam promisit, ut Saxonibus bellum inferrent, asserens, eos nunc intestinis simultatibus occupatos, facili externorum bellorum impulsu posse usque ad internitionem deleri. Quod ubi Saxonibus compertum est, ipsi quoque nuncios ad eos miserunt, et multo copiosiorem eis pecuniam promiserunt, ut ab infestatione sua tam iniquo tempore quiescerent; quod si non facerent, ne inani opinione fallerentur[d], se utrique hosti, si ea necessitas incumbat, et multitudine et virtute militum posse sufficere. Barbarorum alii regis, alii Saxonum foedus pecuniamque suscipiendam[e] clamitabant. Unde orta per imperitae multitudinis intemperantiam seditione, tanta se caede dilaniaverunt[f], ut multa milia hominum in ea congressione interfecta referantur. Atque ita deinceps multis diebus in se ipsos et in sua viscera hostili gladio debachantes, externis bellis necessario supersedere cogebantur. — Rex quoque Danorum, memor firmatae iam pridem cum rege pactionis, cum exercitu navali applicuit ad Saxoniam, et tractis per longa terrarum spacia navibus in fluvium, qui administrando negocio oportunus videbatur, igne et ferro regionem infestare parabat. Sed miles eius vehementer detrectabat[g] militiam, obiciens, quod sibi, quotiens externorum hostium incursionibus quaterentur, Saxones pro muro fuerint, nec ullis umquam, cum facultas suppeteret, lacessierint iniuriis; postremo si calamitatem, quae ad praesens urgeret, quandoque propulsarent, graves poenas iniustae huius infestationis a populo Danorum exacturos. Cum haec privatim et publice iactitarent, rex veritus, ne in eo discrimine a milite desertus ludibrio fieret hostibus, naves retrahi iussit, et nulla regioni clade illata, Saxonia excessit. Ita tantus ille bellici apparatus fervor impune deflagravit.

Oct. 20. Principes Saxoniae 13. Kalendas Novembris iuxta condictum venerunt in Gerstengun[h], cum 14 milibus armatis, cetera multitudine ad custodiam regionis atque in obsidione castellorum derelicta. Aderant ex[i] parte regis Mogontinus archiepiscopus, Coloniensis[k] archiepiscopus, Mettensis episcopus, Babenbergensis episcopus, Gozelo Luteringorum[l] dux[m], Ruodolfus Suevorum dux, Berhtoldus[n] Carentinorum dux, missi a rege, ut causam, quam adversum se afferrent, discuterent. Ipse eo venire noluit, sed in civitate[o] Wirceburg[p] exitum rei praestolabatur, praecavens scilicet, ne tumultuantis populi furor sua magis praesentia efferatus, aliquid forsitan in se quod secus esset admitteret. Igitur principes Saxoniae principum qui a rege venerant pedibus provoluti, rogabant per Deum, ut ad ventilandam causam suam intenti cognitores et iusti indices adessent, nec perpenderent, quantum quamque in re publica inusitatum opus aggressi essent, sed quae calamitas eos ad haec extrema coegisset. Accepta deinde dicendi copia, suas singuli

a) Gerstengen *omnes hoc loco*. b) obtinuere 4. c) obmissis 3. d) fallerent 4. e) cl. s. 3. f) laniauerunt 1. g) detractabat 1. h) Gerstengen 3. 4. i) etiam ex 1. k) col. ar. *desunt* 4. l) Lutheringorum 4. 5. Lutther. 1. m) et 3. n) Bertholdus 1. 4. 5. Bertoldus 3. o) *deest* 3. p) Wirczeburg 3.

24) Hohenburg, Homburg, olim monasterium ad Unstrutam, inter Langensaltzam et Thomasbrück, de quo infra ad a. 1075. KR. 25) Thuringiae antiquum oppidum, ditionis Isenacensis; cf. Wenck hist. Hass. II. p. 472.

iniurias exposuerunt, quae in ipsos singulos, quae etiam in gentem[a] rex nefanda facinora commisisset, Oct.20. quibus[b] praeterea inauditis criminibus ipsam regii nominis maiestatem polluisset. Obstupuerunt[c] principes qui a rege venerant, et prae immanitate scelerum secundum prophetam[d] tinniebant aures omnium, nec eos, quod pro libertate sua, pro Ierem. 19, 3. coniugibus, pro liberis arma sumpsissent, sed quod intolerabiles contumelias muliebri[e] patientia tam diu supportassent, culpandos censebant. Cumque toto triduo consilia con- Oct.22. tulissent, et quid facto opus esset communi sollicitudine perquirerent, haec postremo cunctis sententia convenit, ut, reprobato rege, alium, qui gubernando regno idoneus esset, eligerent. Id tamen haut temere publicari placuit, donec, rege per occasionem pacis in remotiores partes regni abducto, cum ceteris regni principibus consilium hoc communicarent. Propter hoc vulgari iubent in plebem, in hanc sententiam utriusque partis principes consensisse, ut Saxones regi pro admissa in eum atque in rem publicam temeritate[f] satisfactionem congruam proponerent, rex autem eis et facti impunitatem et iniuriarum, quibus ad defectionem eos coegisse insimulabatur, de cetero securitatem sub iureiurando promitteret. His rebus conficiendis tempus statutum est in nativitatem[g] Domini, rege eam festivitatem Coloniae celebraturo. Et profecto Ruodolfum ducem ibidem absque dilatione regem constituissent, nisi ille pertinaciter resistendo iuraret, numquam se in hoc consensurum, nisi a cunctis principibus conventu habito, sine nota periurii, integra existimatione sua, id facere posse decerneretur.

Saxones in sua cum pace redierunt. Ceteri principes Wirceburc[h] profecti sunt, regi quae gesta fuerant nunciaturi. Qui protinus nihil haesitans, pedibus, ut dici solet, in Oct.27. sententiam abiit, et dummodo pax conveniret, quascumque conditiones imposuissent, se promptissime laturum, spopondit[i]. Celebrata ibidem omnium sanctorum festivitate, Ratis- Nov. 1. ponam ire instituit, animadvertens, quod principes Reni aliquantula Saxonici furoris labe iam infecti, minus minusque in dies[k] ad exhibenda sibi obsequia[l] devoti[m] ac benivoli essent. Cumque inter eundum aliquot diebus Nurenberg moraretur, quidam qui lateri eius iam diu familiarissime obversatus fuerat, Regenger nomine, incertum aliorum instinctu an privato in eum[26] odio suscitatus, repente prorupit in medium, et ducibus Ruodolfo ac[n] Berhtoldo grave adversus eum crimen detulit. *Ego*, inquit, *et alii plerique, quos pessimae machinationis suae rex idoneos fore administros speraverat*[o], *nuper multis precibus magnisque pollicitationibus ab eo sollicitati sumus, ut, vobis ac ceteris regni principibus Wirceburg*[p] *convenientibus et secretioris colloquii gratia paululum a multitudine remotis, armati in vos irrueremus, et trucidatis seditionis auctoribus, ipsum periculo, rem publicam perturbatione*[q] *liberaremus. Et ceteri quidem satis impigre susceperunt negocium. Solus ego tam iusticiae respectu quam futuri iudicii metu detrectabam opus nefarium, et quantum obluctari obstinatae sententiae audebam, dehortari eum conabar a proposito. Quapropter tanta in me incanduit indignatione, ut a contubernio suo, quo me hactenus ceteris*[r] *familiarius perfruitum optime nostis, protinus me amoveret, et iugulandum apparitoribus suis obiecisset, nisi periculum imminens, penetralibus propere*[s] *excedendo, declinassem.* His dictis, in argumentum fidei locum expressit, conscios nominavit, et si rex inficiaretur, paratum se ait, cum ipso, si id leges paterentur, vel cum quovis homine conserta manu, rem divino iudicio committere. Vehementer haec verba permoverunt praedictos duces, cum esset is qui deferebat homo haut obscuri nominis in palatio et apud suos inviolatae existimationis. Praeterea ea res potissimum dictis fidem conciliabat, quod rex et aliis quibusdam principibus suis simili modo necem paravisse et plerosque ex familiaribus suis etiam occidisse iam pridem infamatus fuerat. Itaque legatos ad eum mittunt, mandantque, se iam nulla religione teneri sacramenti, quo ei fidem subiectionemque firmassent, cum ipse prior fidem prodidisset et de salute sua tractantibus insidias machinatus fuisset; proinde, nisi obiecta diluisset, nullam deinceps a se vel in tranquillis rebus fidem vel in perturbatis auxilium sperare debere. Aegre nimis id passus rex, statim ad populum retulit de importunitate Ruodolfi ducis, qui ut invadendi regni occasionem inveniret, cum verum sibi crimen impingere non posset, falsis suspicionibus et arte compo-

a) g. suam 1. b) quibus — polluisset *desunt* 4. c) Obstupuere 4. d) propheciam 5. e) mulibri 4. f) temeritatis 3. g) natinitate 3. nat. 5. natale 1. h) *ita* 1. Wircziburg 3. Wirceburg 4. 5? i) respondit 3. k) in d. *desunt* 4. l) exh. colloquia 3. m) deuota 4. n) et 5. Bertholdo *omnes*. o) sperabat *superscripto* sperauerat 4. p) Wirczburg 3. q) *deest* 4. r) *deest* 3. s) propio 5.

26) regem.

Nov. sitis rumoribus impeteret[a] et obruere conaretur[b] innocentiam suam. *Sed procul*, ait, *facessant verborum pugnae*, *cessent callida*[c] *argumentorum fantasmata*[d]. *Ego non verbis*, *sed manu mea refellam mendacium*, *et neglecta interim regii nominis maiestate*, *cum ipso duce Ruodolfo congressus*, *detegam cuniculos fictae huius criminationis*, *qua malitiam suam palliare conatur*, *ut*, *si regnum amisero*, *non mea culpa*, *sed per illius supplantationem periuriumque intelligar amisisse.* Tunc[e] Oudalricus[f] de Cosheim, unus ex his qui consilii participes et sceleris administri destinati fuisse accusabantur, lenibus verbis dolorem regis mitigare studebat, rogabatque eum, ne aliquid, quod infra regiam magnificentiam esset, vi doloris impulsus, profiteretur; se melius multoque rectius, cum Regingero vel cum quolibet homine collata manu, et suam et ipsius innocentiam asserturum. Statimque ad ducem Ruodolfum abiit, seque paratum dixit, quocumque modo ipse aequum iudicasset, mendacium Regingeri refellere. Ille satisfactionem nec suscepit nec aperta fronte abnuit, sed ait, se super hac[g] deliberatione ceterorum principum sententiam expectaturum. Nov. 26. Rex, sicut instituerat[h], Ratisponam contendit, omnibus invisus, omnibus suspectus, nec ipse iam cuiquam hominum satis fidei habens, cum hi quoque, quos intima familiaritate sibi devinxerat, ad primam ingruentis tempestatis nubeculam a se defecissent.

Interea Saxones crebris legationibus urgebant principes Reni, ut vel sibi constituendi regis potestatem facerent, vel ipsi, quoniam et dignitate et multitudine superiores essent, quemcumque vellent, Saxonibus suffragium ferentibus, eligerent et constituerent, nec sinerent rem publicam unius hominis ignavia ad extremam usque vastitatem deperire. His accensus[i] archiepiscopus Mogontinus, cui potissimum propter primatum[k] Mogontinae sedis eligendi et consecrandi regis auctoritas deferebatur, principes de toto regno Mogontiam evocavit, ut communi consilio Ruodolfum ducem regem[l] constitueret. Quod ubi regi compertum est, assumptis secum quoscumque donis vel promissis ad studium suarum partium allicere potuit, concitus de Baioaria remeavit, ratus ante omnia impediendae tantae rei curam agendam. Cumque prope Wormaciam in locum qui dicitur Decbr. 1. Lovendeburg[m] 27 venisset, gravissima aegritudine correptus, multis diebus lecto decubabat, spemque maximam hostibus suis fecerat, tantos irarum motus sine sanguinis effusione posse confici. Sed ab infirmitate vixdum plene recreatus, Wormaciam festinavit; ubi cum magna pompa a civibus in urbem susceptus est, qui et paulo ante, ut sua erga eum studia clariora facerent, milites episcopi, ingressum eius prohibere temptantes, urbe expulerant[n], et ipsum episcopum, nisi mature fuga lapsus civitate excessisset, comprehendissent et vinctum ei misissent. Venienti ergo ei armati instructique obviam procedunt, non ad vim faciendam, sed ut, conspecta eorum multitudine, armorum apparatu, expeditorum iuvenum frequentia, animadverteret, in arduis rebus suis quantum spei in eis ponere debuisset. Operam suam benigne spondent, iusiurandum dant, sumptus ad bellum administrandum ex sua re familiari singuli pro virili portione offerunt, et quoad vivant[o] pro honore eius devote se militaturos confirmant. Ita rex civitate munitissima potitus, hanc deinceps belli sedem, hanc regni arcem, hanc, utcumque res cecidissent, tutissimum asilum habere coepit, eo quod esset et civibus frequens et murorum firmitate inexpugnabilis et ubertate circumiacentium regionum opulentissima et omnibus quae in bello usui esse solent copiis instructissima. Porro hi qui ab archiepiscopo Mogontino ad colloquium Mogontiam evocati fuerant, audito quod rex concitus adventaret, plures metu perculsi, eo venire dissimulaverunt; pauci qui venerunt, cum de tantis rebus sine aliorum principum discussione sententiam ferre non auderent, irriti frustratique discesserunt. Ad quos rex legatos mittens, multis precibus eis vix et aegre extorsit, ut sibi familiaris colloquii gratia in Oppenheim[p] occurrerent. Quo dum, datis utrimque obsidibus propter periculi suspicionem, venissent, pedibus eorum provolutus, suppliciter orabat, ut memores iusti iudicis Dei, memores sacramenti, quo se Deo mediante obligassent, fidem sibi servarent in adversis; si quid antehac excessisset, iuvenilibus animis[q] et aetati in vicium pronae veniam darent; deinceps et malo correctum et annorum sensusque maturitate roboratum, quae parvuli sint[r], evacuaturum, et quae virtutis,

a) impetraret 4. b) niteretur 3. c) calida 5. d) *ita* 3. phant. *rell.* e) Tum 3. f) Vdalr. *omnes hic et infra.* g) hac re d. 1. 5? h) constituit 3. i) ascensus 5. k) *deest* 4. l) *deest* 3. m) louendoburg 1. n) expulcrunt 1*. o) coad iuuant 5. p) Oppenhein 3. q) annis *ed.* II. r) sunt 3.

27) Hodie Ladenburg ad Nicarim.

quae honoris, quae regiae dignitatis, quae postremo virum deceant, cogitaturum et amplexurum. Dcbr. Ad haec illi responderunt, frustra eum a se fidem expetere, quam ipse nec Deo umquam nec homini praestitisset, de quo ambigerent, in pace an in bello, amicis an inimicis infestior suspectiorque esset, quique ante paucos dies, positis sibi in Wirceburg[a] et de salute eius tractantibus, clanculo carnifices mortemque praeparasset; sin aliquid haberet obtendere aut per quorundam factionem[b] falsis criminibus se impetitum putaret, sineret Oudalricum de Cosheim, sicut professus fuisset, manum conferre cum Regingero, ut, si vicisset, eos deinceps fidos sibi obnoxiosque sine omni in perpetuum[c] contradictione haberet. Libenter rex suscepit conditionem, statuitque, ut certo[d] die post octavam[e] epiphaniae congressi prope Mogontiam in insula Reni quae dicitur Marowa[28], utriusque partis allegationem iusto iudici Deo decernendam[f] permitterent.

Ea tempestate hi qui in Hartesburg erant, multa et praeclara militaris audaciae facinora fecerunt. Nam saepenumero erumpentes, praedas in vicinis regionibus et strages hominum non modicas agebant, et priusquam Saxones ad vim arcendam frequentes confluere possent, se in castellum receperant. Maxime autem Goslariensibus propter viciniam[g] exitiales erant. Plurimos enim eorum peremerunt, et bona eorum, quae extra villam reperta fuissent, crebra incursione populabantur, et mercatores exterarum gentium, ne consuetas merces eo conferrent, metu vitae amittendae inhibebant. Cumque tempore quodam ad modicum inter eos pax convenisset, quidam ex castello Goslariam, privatae rei aliquid[h] ibi acturi, venerunt; ubi cibo potuque distenti, dum nimia potione incaluissent, sicut ebrietas mater esse[i] solet iurgiorum, coeperunt adversum eos cum quibus accumbebant ineptos inconditosque sermones iactitare, et Saxonibus ignaviam exprobrare[k], quod non militari sed ovina mente adversus regem arma sumpsissent. Indignati qui aderant Saxones, seditione concitata, eos trucidaverunt forasque proiecerunt. Quod ubi his qui in Hartesburg erant[l] compertum est, dedita opera se in ultionem sociorum suorum accinxerunt; et quia villam, viris fortibus, vallis et seris undique[m] munitam, incursare haut satis tutum putabatur, dolo eos circumvenire parabant. Erat quidam Goslariae praefectus, Bodo[n] nomine, regi tempore pacis acceptissimus, nunc quoque turbata re publica fidem inviolatam ei servans, occulte tamen metu Saxonum, ne deprehensus factione vulgi omnia sua amitteret. Is[o] edoctus ab his qui in castello erant, pastores, qui Goslariensium pecora servabant, precio corrupit, ut gregem paulo longius a villa in pastum eicerent. Missi de castello equites, ea protinus abegerunt. Ceteri in montibus et silvis armati se abdiderunt. Perlato Goslariam rumore abactorum pecorum, unanimiter ad arma conclamant, summis omnes viribus in certamen ruunt, nec quisquam alterum operiebatur, sed citato quisque quantum poterat equo, prior hostem insequi praedamque excutere contendebat. Illi paulum fuga simulata cedebant insequentibus, donec eos ultra locum insidiarum incautos protraherent. Tunc sublato undique clamore, tam hi qui in castello remanserant, quam hi qui in vicinis montibus se occultaverant, impetum in eos fecerunt, et tam diu palantes fugientesque prosternebant, donec non ratio sed fusi sanguinis horror ac satietas occidioni[p] finem facerent. Propter haec et alia huiusmodi placuit Saxonibus, proximum castello collem occupare militesque imponere, qui contra excursiones hostium sine intermissione intenti sollicitique excubarent. Nec sic tamen audaciae eorum modum imposuerunt, sed ubicumque oportunitas se praebuit, multa et in eos a quibus asservabantur et in alios provinciales hostilia fecerunt.

Interea instante iam natali die[q] Domini, milites regis qui[r] in[s] Asenberg obsidebantur assidue legatos ad regem mittebant, rogantes per Deum, ut ad ereptionem eorum aliquod consilium exquireret, quoniam deficientibus alimentis extrema iam inedia tabescerent, et nisi mature periclitantibus consuleretur, aut moriendum sibi esse aut in hostium potestatem concedendum. Rex Mogontinum et Coloniensem archiepiscopos ad colloquium evocans, obnixe rogavit, ut Saxones convenirent agerentque cum eis, ut ab oppugnatione castellorum, datis saltem ad modicum tempus induciis, recederent. Illi quamquam laborem hunc in irritum cessurum haut dubie scirent, tamen, quia molestus eis erat, facturos

a) Wirczeburg 3. b) quorum damnacionem 5. c) perpertuum 5. d) in c. 5. e) octauas 3. f) discernendam 3. g) vicinia 5. h) ibi rei al. 3. i) solet esse 5. k) exprobare 4. l) *deest* 3. m) m. u. 5. n) fortasse comes Stolbergi Ottonis filius 1*. *annotat in margine.* o) Hic 3. p) occisioni 3. q) *deest* 4. r) *deest* 4. s) *deest* 1.

28) fortasse hodie die Marsaue.

Dcbr. se quod rogabantur promiserunt, statimque missis legatis mandaverunt principibus Saxoniae, ut sibi proxima ebdomada[a] post epiphaniae[b] Corbeiae ad colloquium occurrerent.

Hoc anno post exortum bellum Saxonicum nulla deinceps exactio facta est decimarum in Thuringia, gaudentibus Thuringis, quod occasionem invenissent, ut traditas sibi a patribus leges manu militari tuerentur, et dolente rege, quod, dum decimis immoderatius inhiaret, pene regnum cum vita amisisset[c].

Hoc etiam anno famosissimus ille Egen, qui duci Baioariae Ottoni capitale illud crimen intenderat, comprehensus in quodam latrocinio, a popularibus caecatus est, et ad tantam egestatem redactus, ut deinceps ostiatim circueundo[d] stipem publicam peteret. Giso[e. 29] quoque comes et Adalbertus[f] cum quatuor filiis suis, quibus incentoribus idem perditus tragicam hanc fabulam confinxerat, ab hostibus suis ob privatas quasdam inimi-
30 citias occisi sunt in castello ipsius Gisonis Hollenden[g. 30], Deo vindicante innocentiam ducis Ottonis.

## 1074.

Rex nativitatem Domini Wormaciae[h] celebravit, longe aliter ibi victitans quam regiam magnificentiam deceret. Nam neque ex fiscis regalibus quicquam servitii ei exhibebatur, neque episcopi aut[i] abbates vel aliae publicae dignitates consueta ei obsequia praebebant, sed in sumptus cottidianos necessaria ei vili precio coemebantur. Erant tamen cum eo nonnulli ex principibus; sed hi neque cum eo servitiorum apparatu neque cum ea militum aut apparitorum frequentia qua soliti fuerant, sed cum paucis et pene privato habitu, ad salutandum eum venerant, ne scilicet manifestae defectionis notarentur, si evocati ad curtem venire detrectarent. Quos tamen ille nullo modo a se abscedere permittebat, reputans, quod, si minus auxilii sibi, hostibus tamen multum terroris allaturi essent, dum tam illustres in regno personas adversus se congregatas audirent.

Ian. 12 | 18. Mogontinus et Coloniensis archiepiscopi die statuta Corbeiam iuxta condictum venientes, sicut in mandatis a rege habebant, rogabant Saxones qui ibidem occurrerant, ut ab oppugnatione castellorum exercitum abducerent. At illi nulla ratione hoc se facturos responderunt. Praeterea vehementer eos obiurgarunt, quod, dum deliberando et modo colloquia modo inducias expetendo tempus tererent[k], et regi audaciam auxissent et sibi maximas commoditates vindicandae libertatis corrupissent; proinde recederent, nec sibi ultra[l] verbis pacificis in dolo illuderent; se in eum locum progressos esse, ubi iam non muliebribus[m] colloquiis sed militaribus armis res expedienda[n] sit. Vix tandem sedata multitudine ab his qui sapientiores erant, unanimi consensu statuerunt, ut[o] proxima ebdomada post purificationem sanctae[p] Mariae Friteslar[q] convenirent, ibique communicato cum ceteris regni principibus consilio, periclitanti rei publicae rectorem, qui omnibus placuisset, constituerent. Regi quoque mandaverunt, ut, si ita sibi expedire iudicaret, die statuta[r] praesto adesset et ius suum non per epistolas aut per internuncios sed praesens ipse viva voce[31] expostularet.

Postquam in hanc sententiam digressi sunt, Thuringi tercia dehinc die eos qui in[s] Asenberg erant inedia expugnatos, in dedicionem acceperunt impunitosque dimiserunt, castellum succenderunt, statimque alii castello quod Spatenberc[t] dicebatur exercitum admoverunt. Castellum Vokenrot[u] paucis ante diebus coeptum fuerat obsideri. Et quia regina in eo toto tempore belli huius servabatur, iussu regis profectus eo abbas Herveldensis, consentientibus Thuringis, eam inde accepit atque Herveldiam adduxit, praegnantem et iam de partus vicinitate in dies anxiantem. Cumque ibi diebus multis moraretur — nesciente scilicet rege propter perturbationem rei publicae, quo eam mittere posset
Febr. 12. servandam —, pridie[v] Idus Februarii feria 4. peperit filium. Is[w] quoniam infirmari et

a) ebdomoda 4. b) *ita* 3. 4. 5. epiphaniam 1. 2b. c) amississet 2b. d) circuiendo 4. e) Gißo 3. f) Adelbertus 3. 4. Adebertus 5. g) Hollonden 3. h) wormacie c. 2b. i) neque 5. k) terrerent 5. tererant 1. 3. l) vltro 3. m) mulieribus 2b. 5. muliebribus *e corr.* 4. n) experienda 2b. 3. o) in 4. p) beate 4. q) Friteslarie 4. r) statuto 3. 4. s) *deest* 4. t) *ita* 2b. Spatenberg *rell.* u) Volkenrot 3. v) secundo 3. w) Hic 3.

29) Cf. Gebhardi l. l. II. p. 91. — Wenck l. l. III p. 75. (coll. 39. 90.) cum comitem de Gudensberg dicit. Cf. Rommel hist. Hass. I. p. 164. et ann. ad l. 2. n. 149. p. 146. 30) sive Holinde (Hohenlinden), secundum Wenck l. l. p. 76. castrum in regione montana et silvosa inter Biedenkoph et Wetter in Hassia. 31) cf. Plin. Epist. 2, 3. Quintilian. Inst. orat. 2, 2.

iam iam expiraturus putabatur, tercio die baptizatus est ab Ezzone[a] Altenburgensi episcopo, qui tunc forte apud abbatem hospitabatur, et nomine atavi[b] sui Counradus[c] est vocatus. Febr. 14. Et quoniam alii non aderant, qui digne[d] eo munere fungerentur, abbas et alii plerique fratres Herveldensis[e] coenobii eum de sacro fonte susceperunt.

Reginger, qui ad suggillandum regem contra Oudalricum[f] de Cosheim proposuerat, ante paucos dies ineundae[g] congressionis dirissimo demone arreptus, horrenda morte interiit.

Interea rex cum videret, quod paulatim a se principes deficerent et hostium ferocitas sua magis patientia incrudesceret, pudore compulsus pariter et necessitate, statuit extremam fortunae aleam temptare et cum Saxonibus, ubi primum copia fieret, collatis signis dimicare, magis eligens vitam honeste quam regnum per dedecus amittere. Multum enim animos militum ab eo avocaverat[h], quod suis, qui cottidie oppugnabantur, expugnabantur, expellebantur, non subveniebat[i], et aliis pro salute eius anxie desudantibus, ipse intra[k] muros Wormaciae inerti otio torpescebat. Ut hoc crimen elueret, vel morte pacisci[l] cupiebat. Igitur misit ad omnes principes regni, eosque[m] per Deum obsecrabat, ut sibi auxilio venirent, multa sua erga eos in praeteritum bene merita commemorans, plura in futurum pollicens. Et multi quidem episcoporum protinus ad eum convenerunt, sed hi consiliis praebendis paratiores quam stipendiis faciendis. Nam militibus suis domi relictis, ipsi cum paucis et pene privati aderant, ea[n] scilicet mente, ut et de inobedientia apud eum excusarentur, et causam eius, quam vehementissime omnes improbabant, non multum adiuvarent. Sed archiepiscopus Mogontinus, archiepiscopus Coloniensis[o], episcopus Argentorati, episcopus Wormaciensis, quem civitate sua supra expulerat, praeterea duces omnes Baioariae[p], Sueviae, Lutheringiae, Mosellae regionis, Carentinorum, milites etiam Fuldensis et Herveldensis abbatum, constanter ei contradixerunt, nolle se ad oppressionem innocentium arma ferre, qui si etiam aliquid, quod gladio vindice plecti debeat, admisissent, ad hoc eos gravis et facile excusabilis necessitas impulisset.

Rex Wormacia egressus, 6. Kalendas Februarii Herveldiam cum exercitu venit. Ian. 27. Eo die visum est in caelo signum mirabile. Oriente sole duae simul columpnae aurei coloris, splendidissimi fulgoris dextra[q] laevaque oriebantur, quae, usquequo sol aliquantis lineis in altum excresceret, eodem iubare rutilantes permanebant. Praecedenti quoque nocte caelestem arcum circa gallorum cantum serenissimo caelo plerique viderunt. Frigus erat validissimum, et hiberna siccitate arebant omnia, in tantum ut flumina non superficie tenus glacie constricta, sed tota praeter solitum in glaciem conversa viderentur. Unde panis inopia vehementer laborabat exercitus, eo quod, propter rigorem fluminum ubique cessante molarum usu, ipsum quod forte invenissent frumentum comminuere non poterant. Rex pridie quam Herveldiam veniret[r], misit abbatem Herveldensem ad Ian. 26. Saxones, qui in ulteriore ripa Wirrae fluminis ad 40 milia congregati residere ferebantur, investigare ab eis, an nuncii sui tuto ad eos ire ac redire possent. Ipse transgressus Herveldiam, in proximis villulis reditum abbatis praestolabatur duobus ferme mili- Ian. 28. bus[s] a praedicto fluvio; nec ulterius castra movere voluit, donec miles frequentior conveniret, et ipse diligentius perquireret, an aliqua spes recuperandae pacis reliqua esset. Siquidem audierat, Saxonibus placuisse, ut ei ingressum Thuringiae non concederent, sed statim in ipsa ripa fluminis praedicti, quod Hassiam Thuringiamque dirimebat, instructa acie exciperent venientem. Fluvium glacies pedestri itinere commeabilem fecerat. Ea res maiorem ei metum incutiebat, ne forte, dum adhuc imparatus imparque tantae multitudini esset, hostes super eum[t], nulla itineris difficultate praepediti, repente irruerent; ideoque consiliariis suis graviter succensere dicebatur, quod eum Wormacia egredi et in tantum discrimen ultro se praecipitare permisissent. Saxones enim in tantum habundare multitudine ferebantur, ut undecim milia plebis, quoniam subito clamore in expeditionem evocata cibos secum non sumpsissent, in domos suas[u] tamquam minus

a) Essone 4. b) attaui 4. c) *ita* 4. Cunradus 1. Conradus 3. 5? d) digni 3. e) herrelden eum 3. f) Ůdalricum 4. Vdalr. 1. 3. g) in eūdem 5. h) euocauerat 3. euacauerat 1. i) subveniret 4. k) inter 4. in muris 3. l) pascisci 3. 4. m) que *deest* 3. n) ea — adiuvarent *desunt* 3. o) Coloniensis episcopus. Argentorati episcopus. Wormatiensis 4. p) Baiorie 4. q) dextera 4. r) venit 3. venirent 4. s) miliaribus 1. t) *deest* 3. 4. 5. u) suos *superscr.* a 4.

Ian. 28. Febr. 1. sibi necessaria remitterent. Inter has moras exercitus regis, praedae quam pugnae avidior, per contiguas Herveldiae villas longe lateque discurrebat, easque hostiliter depopulabatur, et sub praetextu necessarii victus, quo in militiam aleretur, praeter miseram vitam nihil reliquum faciebat innocentibus. Neque rex prohibebat iniuriam, ut militem hoc precio redemptum devotiorem sibi faceret. Qua clade ita attritae atque exhaustae sunt possessiones Fuldensis monasterii atque Herveldensis, ut ingravescente alimentorum inopia, magna cum difficultate fratres retinerentur in monasteriis. Abbas Herveldensis reversus a Saxonibus, retulit, eos praeter omnium opinionem mitia atque pacifica respondere, quod scilicet non ita expertes rationis, ita sint immemores vulgati etiam apud barbaras nationes iuris gentium, ut nesciant ab iniuria legatorum etiam inter atrocissimas inimicitias temperandum; se extrema necessitate compulsos[a] in aciem processisse, nec ad persequendum quemquam, sed ad se protegendos iniuriasque propulsandas arma sumpsisse; si ea necessitas adimatur, etiam nunc pacem quam bellum[b] malle, et istrictos iam gladios libenter in vaginam remittere. Grata admodum erat his qui cum rege erant responsio.

Tunc missi sunt quatuor ex episcopis, agere cum eis de pace et promittere ex nomine regis, quod omnibus, quae rationabiliter postulassent et quae electi ex utraque parte iudices aequa[c] censuissent, promptissime annueret, dum ipsi quoque vicissim iustis conditionibus adquiescerent et mansuetudinem eius quam manum militarem experiri mallent. Ad haec illi responderunt[d], nihil aliud se postulare quam quod multis iam[e] saepe legationibus postulassent, scilicet ut castella, quae ad oppressionem eorum per Saxoniam et Thuringiam extruxerat, sine dilatione dirui iubeat; ut sua singulis patrimonia, per vim seu per[f] calumpniam erepta, restituat; ut duci Ottoni, ad quem extinguendum falsa criminatione et pessimo nefarii[g] hominis artificio impudenter abusus sit, ducatum Baioariae reddat; ut episcopo Mogontino, episcopo Coloniensi, duci Ruodolfo, postremo omnibus qui in hac dissensione ab eo defecissent aut aliquid quod eum laederet aliarum partium studio admisissent, impunitatem tribuat, nullasque[h] in perpetuum[i] offensae huius poenas exigat; ut libertatem genti suae et legitima a primis temporibus statuta rata atque inviolata manere sinat; ut totam in sola Saxonia aetatem, inerti otio deditus, non transigat, sed interdum Goslaria decedens, regnum suum, quod maiorum eius industria latissimum sit, circueat; ecclesiis et monasteriis, viduis et orphanis, et ceteris qui calumpniam patiantur, iusta faciat; et regiam dignitatem, quam nomine praeferat, regalium morum et operum claritate exornet; si haec se facturum fidelissime polliceatur et ad firmamentum indubitatae fidei fideiussores sibi det eosdem, quos nunc habeat recuperandae pacis intercessores, principes regni: paratos se arma deponere, pacem suscipere, et deinceps dicto obtemperantes vivere; sin autem, sacramento se obstrictos esse, ut, quamdiu sibi vitalis caloris ultima scintilla supervivat, pro libertate, pro legibus, pro patria sua indefessi dimicent. Dura nimis regi visa est exactio, coepitque huc et illuc anxius tergiversari fidemque principum suorum appellare, ne se sub iugum tam foedae conditionis ad sui omnium ignominiam mitti paterentur; illud prae ceteris intolerabile iudicans, quod castella sua destruere et hostibus suis praemia pro suppliciis reddere cogebatur. Cumque, spreta pace quae offerebatur, sequenti die exercitum recenseri aciemque ad pugnam instrui placuisset, misit circumquaque ad habitacula principum, iubens, ut suos singuli ad aciem instruendam producerent. Omnes promptissime se dicto parere spoponderunt; sed redeuntibus nunciis, nullus castris est[k] egressus· detrectantibus cunctis opus nefarium, ut eis, quorum causam iustissimam aestimarent, certamen inferrent. Ex alia quoque parte castra Saxonum non minima seditione quatiebantur; plebs universa tumultuabatur contra principes, quod se frustra in tantas bellorum procellas impulissent. Cum enim nunc victoriam omnia spondeant et oportunitas ad votum arrideat, ad quam ab exordio belli anhelantibus semper animis suspiravissent, ipsi repentina poenitudine correcti, manus supplices tendant, pacem petant, et ei, a quo totiens elusi sint, iterum se eludendos muliebri socordia et puerili levitate tradant. Duci quoque Ottoni vehementer insistebant[l], ut, accepto super se regno, ducatum sibi praeberet ineundi certaminis, et prospera omnia promittenti Deo manus suas operamque non negaret.

a) compulso 5. b) bella 4. c) *deest* 5. d) respondere 4. e) *deest* 3. s. iam 4. f) *deest* 3. g) h. n. 4. h) nullamque 3. i) imp. 4. k) *deest* 4. l) instabant 3.

Tunc circumstantes regem hi quorum consilio familiarius uti consueverat, cum sub- Feb. 1? terfugiendae conditionis studio divina atque humana omnia sollicitantem viderent: *Nullum,* inquiunt, *o rex, habemus diverticulum: aut aequanimiter suscipienda est conditio quam imposuerint, aut regnum cum magno etiam vitae periculo amittendum. Acie vis confligere periculumque*[a] *armis propulsare; sed qua virtute, putas, is miles hostem congressus proteret, qui modo ad recensendum exercitum nomen dare iussus, ne castris quidem exire voluit*[b]*? Parvulo intervallo abest hostium infinitus exercitus; sed cunctis hostibus plus tibi formidandi sunt hi*[c] *qui lateri tuo familiariter obversantur, qui interim tibi simulata fide blanda loquuntur, quamdiu eos quibus se sacramento obligaverunt*[d] *praelio lacessere non coguntur. Quod si classica insonuerint, et pressius posito pede aut*[e] *feriri aut ferire angustia loci coartabuntur, nimirum aut dicto citius diffugient, aut te deserto ad partes hostium transibunt. Unde satius*[f] *fuerat, Wormaciam*[g] *non excedere, quam in extremum discrimen progressum, fidei principum tam iniquo tempore experimentum quaerere. Unum tamen patet incisae*[h] *spei et undique impeditis rebus effugium, si facturum te quae postularis incunctanter promittas. Ita et iuveniliter exultantium hostium ferocitatem eludere, et periculum, quod faucibus urget, evadere, et regnum deinceps, sopitis in perpetuum cunctis simultatibus, poteris obtinere.* Tum[i] ille non tam ratione victus quam necessitate, cum omnia prius incassum pertemptasset diverticula, tandem, accitis ad[k] concilium principibus, permisit[l], ut pro suo arbitratu tantos motus componerent; promittens, se indubitata fide omnibus[m] annuere, quae ipsi conficiendis tantis rebus competere iudicassent. At illi responderunt[n], non aliam prorsus patere viam subterfugiendi, quod stricto[o] iam mucrone comminus intentaretur, praelii, quam ut faceret quae Saxones postulassent. Quod cum sub testificatione nominis Christi spopondisset, profecti sunt ad eos 15 episcopi[32] et quicquid principum in castris erat, referre illis regis voluntatem. Multae ibi dictae sententiae, multa sunt conquisita argumenta, cum propter suspectam regis ferocitatem et saepenumero spectatam fidem nulla Saxonibus viderentur satis tuta consilia. In longum protracta[p] deliberatione, ad ultimum hoc pacto recuperandae paci consenserunt[q], ut, si quando rex, acceptae laesionis memor, sententiam revocare aut aliquid eorum, quae modo suprema necessitate compulsus statuisset, in irritum ducere conaretur, omnes eodem quo nunc sacramento obstricti arma repeterent, iniuriae obviam irent, et tamquam evidentis periurii reum, cunctis regni principibus suffragium ferentibus, de regno proturbarent. In haec verba omnes ut erant conglobato agmine ad videndam faciem regis processerunt, ipso die purificationis sanctae Mariae, praeeuntibus Febr. 2 his qui reparandae pacis mediatores fuerant episcopis et aliis principibus. Quos ille venientes honorifice suscepit[r], osculum praebuit, et pacis conditiones, quas per internuncios significaverat, vivae vocis auctoritate roboravit.

Ita compositis omnibus ex sententia, his qui partes suas impensius curaverant dona iuxta magnificentiam regiam largitus est, dimissisque singulis in locum suum, ipse iunctus Saxonibus Goslariam perrexit. Destinatis etiam circumquaque nunciis mandavit, ut ab oppugnatione castellorum exercitus abduceretur, et hi qui in castellis erant nihil deinceps hostile in provinciales facerent, sed ubi primum cibaria, quae in[s] diutinam belli administrationem affatim congesta fuerant, consumpsissent, ipsa castella provincialibus traderent funditus diruenda. Nec Saxones magnopere curabant has inducias, 6 quamvis non minimum haberent suspectas, cum in potestatem suam redactum scirent communi sententiae non posse refragari. Igitur cum venisset Goslariam, iuvenes qui in Hartesburg fuerant quique propter res bene gestas in magna apud eum admiratione habebantur, vehementer improbabant conventionem pacis, et quia secundum prophetam[t] Dan. 8, 25. dolus directus fuerat in manibus eorum, multa et supra mensuram suam magnifica ei promittebant de viribus suis, si in procinctu perstitisset. Ostentabant etiam ad experimentum virtutis suae titulos[33] interfectorum Goslariensium, dispositos per omne illud 33

a) periculum 5. b) voluerit 4. 5? c) *deest* 3. d) obligauere 4. e) aut feriri *desunt* 3. 4. 5? f) satis 3. g) Wormacia 1. 5? h) inscise 3. i) Tunc 4. k) in 4. l) promisit 4. m) *deest* 3. n) respondere 4. o) districto 4. p) protracti 5. q) consensere 3. r) excepit 1*. s) ad 4. t) propheciam 5.

32) de numero dubitavit Stenzel I. p. 311. n. 23. 33) monumenta sepulcralia; puta cruces ad viam. KR. Denksteine. Ita apud Iuvenalem *titulus sepulcri* est inscriptio sepulcralis.

Febr. spacium, quod a Goslaria usque in Hartesburg duobus ferme milibus[a] interiacet. Haec[b] audiendo, malis assuetus animus et per aetatem gloriae militaris avidus paulatim reformabatur ad ingenium suum atque ad[c] rigorem pristinum, factique iam non[d] mediocriter poenitebat. Cumque a Saxonibus promissa sua reposceretur[e], coepit rursum callidis responsionibus tergiversari et petere, ut ad conventum principum regni communemque audientiam res integra differretur, quatenus eorum iudicio de singulis, quod honori, quod utilitati rei publicae conduceret[f], statueretur. Illis annuentibus, praecepit,
Mart. 10. ut 6. Idus Martii principes de toto regno Goslariam convenirent.

Statuto die ceterorum principum nullus eo venit. Saxones et Thuringi cum infinita multitudine de tota Saxonia et Thuringia, sacramento evocati, aderant, et haut procul a Goslaria castra metati, legatos ad regem miserunt, agere cum eo de conditionibus, quibus
Mart. 12. inter se et eum pax convenisset. Triduo integro et hi, modo supplicando, modo terrorem bellicum intentando[g], acriter instabant, et ille sedulitatem instantium lubricis responsionibus eludere conabatur, et modo de absentia principum causabatur, ad quorum iudicium ea res potissimum spectaret, modo obnixe flagitabat, ut, ceteris omnibus iuxta condictum manentibus, sola castella, quae summis impensis ad munimentum[h] regni extruxisset, sibi condonarentur. His scilicet salvis, facilem ducebat ceterarum rerum iacturam, eo quod speraret, se in his, utcumque res cecidissent, semper refugium habiturum, et perpetuas a Saxonibus eius[i] quam nunc intulissent contumeliae poenas exacturum. Iamque spretis legatorum supplicationibus, reprobatis familiarium suorum consiliis, fixus obstinatusque persistebat in proposito, cum subito nunciatur, quod Saxones, omissis[k] internunciis per quos antehac res agebatur, armati instructique ad palatium tenderent, nec iam promissa reposcere, sed ei valefacto, regem, quem deinceps belli ducem habeant, constituere vellent. Praeterea archiepiscopus Premensis, episcopus Citicensis, episcopus Osenbruggensis, et ceteri, qui propter impensius studium partium eius[l] Saxonia effugati, possessionibus nudati, pluribus ignominiis deformati fuerant, unanimiter circumsteterunt eum, per Deum obsecrantes, ut si minus propriae, saltem eorum calamitatis misereretur, qui propriis sedibus odio nominis eius expulsi, anno iam ferme integro per omnes miserias vitam traxissent; fidem se ei in adversis[m] intemeratam servasse, et quaecumque praeter voluntatem accidissent, communicato labore
34 tolerasse; nunc quoniam Deus tantas rerum procellas benigna vice in sedem reduxisset[34], gauderet sorte sua[35], et ne deinceps tale naufragium incideret, tuta nunc statione locatus provideret. Quod si res tranquillas et propicia Divinitate iam ad honorem eius ex sententia compositas rursus interturbare atque implicare vellet, quos exitus habiturus esset, ipse prospiceret; se superioribus malis iam usque ad extremam lassitudinem defatigatos, necessario deinceps loco et tempori concessuros, et genti suae, ne denuo patria expellantur, obnoxios futuros. Inter haec verba cum Saxones iam armata multitudine atrium palatii replesse[n] et ad vim faciendam paratos inconditis motibus perstrepere cerneret, tandem ancipiti periculo permotus, consensit, ut duci Ottoni, ducatum Baioariae reposcenti, intra[o] anni spacium iuxta principum iurisdictionem satisfaceret, castella vero sua omnia sine dilatione destrueret, sed ea conditione, ut Saxones et Thuringi sua quoque castella, quae tempore regni eius extructa fuissent, pari modo diruerent, cetera etiam omnia, quae in Gerstungun[p] pollicitus fuerat, fide integra exsolverentur[q]. Nec perficiendis quae promiserat improbitas Saxonum ullas indulsit inducias. Unde continuo missis circumquaque nunciis, Vokenrot[r] et Spatenberg et cetera castella, de quibus quaestio promulgata fuerat, succendi ac penitus dirui fecit. In Hartesburg muri tantum sunt diruti, quantum ad infirmandam munitionem difficultatemque loci[s] adimendam sufficeret. Ceteris aedificiis status mansit incolumis, eo quod ecclesia illic constructa et canonicorum congregationi instituendae locus attitulatus fuisset. Ita
Mart. April. pacatis Saxonibus, rex Goslaria decedens, Wormaciam abiit, ibique totam quadragesimam, ab omni deinceps belli apparatu feriatus, exegit.

Porro vulgus Saxoniae, id potissimum quod contiguas castello Hartesburg villulas

a) miliaribus 1*. b) Nec 4. c) *deest* 5. d) *deest* 3. e) reposcerentur 1*. f) condeceret 3. g) intemptando 3. h) monimentum 3. 4. 5. i) omnibus 1. k) obmissis 3. l) *deest* 5. m) aduersus 3. n) implesse *superscr.* re 3. o) inter 4. p) Gerstengun 1. 4. 5? q) exoluerentur 1. 4. r) Volkenrott 3. s) loca *superscr.* loci 4.

34) cf. Horat. Epod. 13, 7, 8. 35) cf. supra a. 1071. p. 182.

incolebat, vehementer offenderat, quod in Hartesburg ullae servatae essent reliquiae; Mart. nec quicquam tantis laboribus actum putabant, stante atque incolumi castello, quod omnium cladium quas acceperant caput principiumque extitisset, et quod circumiacentis regionis opulentissimas quondam villas nunc in horrorem vastamque solitudinem redegisset: non detulisse regem cultui divino, sed sub praetextu religionis crudelitatis suae patrocinium[a] quaesisse, ut scilicet, instaurato post modicum bello, cum haec ira Saxonibus deferbuisset, locum habeat[b], ubi milites suos rursus ad eversionem Saxoniae tuto emittat, tuto recipiat, et tunc tanto victis incumbat infestior, quanto nunc discedat Saxonum laetis successibus efferatior. Haec vicissim intemperatis clamoribus serendo, in magnam se ferocitatem inflammarunt[c]. Igitur tercio die[35] postquam rex abscesserat[d], 35 insciis inconsultisque principibus, facto grege in Hartesburg irruunt, quod residuum erat murorum a fundamento deiciunt, lapides longe lateque dispergunt. Ceteris aedificiis, quae indulgentia principum integra servaverat, idem faciunt, ecclesiam, quae[e] accelerandi operis studio interim lignis elegantissime constructa fuerat, incendunt[f], thesauros diruunt, altaria confringunt. Postremo, ne qua regi instaurandi castelli occasio reliqua esset, filium eius et fratrem, quos ille ad gratificandum popularibus locum ibi tumulaverat, effodiunt, aguntque omnia, quantum possunt, ne administrando bello deinceps mons complanatus ullam praestare possit[g] oportunitatem. Reliquias sanctorum, quae effractis altaribus erutae fuerant, et effossa defunctorum corpora abbas ex vicino coenobio[36], oportune superveniens, furenti vulgo eripuit atque in suum monasterium cum 36 honore transvexit.

Perlatus ad principes Saxoniae rumor admissi facinoris grandi eos formidine perculit, ne rex tanta iniuria exacerbatus, causaretur, ab ipsis foedus esse violatum, et iustam exinde occasionem instaurandi belli nactus, cunctas adversus eos regni vires concitaret. Id consulto praevenire cupientes, graviter in eos qui tale flagitium admiserant animadvertunt[h]. Deinde legatos ad regem mittunt, obsecrantes per Deum, ut se habeat excusatos; nec conscios se tanti sceleris nec incentores extitisse, patratumque non secus quam ipsum graviter et iniquo animo ferre; quod si minus fidei habeat negantibus, paratos se quovis genere satisfactionis dictis fidem facere et violatae pacis a se suspicionem amovere. Ille vehementer efferatus, quod dolorem pristinum, qui necdum in cicatricem cutem obduxisset, recentibus iniuriis exulcerassent: *Quandoquidem*, inquit, *nec forenses leges contra violentiam Saxonum quicquam proficiunt, nec iniurias meas, desertus a milite, armis persequi*[i] *valeo: ad leges ecclesiasticas, iam necessitate coactus, confugiam, et ubi humana cessant auxilia, divinam opem implorabo.* Protinus legatos Romam misit, sedem apostolicam contra eos[k] interpellare, qui ecclesiam incendissent, altaria confregissent, sepulchra violassent, et odio viventis in sepultos cineres barbara crudelitate debachati fuissent. Pascha[l] Babenberg celebravit, erantque April. 20. cum eo archiepiscopus Mogontinus, dux Carentinorum Bertoldus, et alii quam plures ex his qui bello Saxonico ab eo defecerant. Cum enim crimen rebellionis Saxonibus donasset, aliis regni principibus, qui coniurationis socii fuerant, quod iuste succenseret, non habebat.

Ipso tempore Coloniae res accidit digna omnium bonorum miseratione et lacrimis, incertum levitate vulgi an factione eorum qui vicem regis in archiepiscopum ulcisci cupiebant. Id magis venit in suspicionem, quod, cum celebre apud omnes esset nomen Wormaciensium pro eo quod regi[m] fidem in adversis servassent et episcopum rebellare temptantem civitate expulissent, Colonienses pessimum exemplum aemulati, suam quoque devotionem insigni aliquo facinore regi gratificare vellent. Ad[n] patrandum quod nefarie machinabantur, casus idoneam attulit occasionem. Archiepiscopus pascha Coloniae celebravit, eratque cum eo episcopus Mimigardefurdensis[o], ad communicanda tantae solemnitatis gaudia familiaris amicitiae obtentu evocatus. Cumque, exactis ex parte feriis paschalibus, abscedere pararet, hi qui archiepiscopi domestica[p] negocia curabant April. 23.

a) quesisse p. 3. b) haberet 4. c) inflammare 4. d) abcesserat 5. e) quam — construxerat 3. f) accendunt 3. g) posset 4. h) animadverterunt 1*. i) prosequi 3. k) eo 5. l) Rex pascha 4. m) regis 4. n) *sequentia exscripsit Vita S. Ann. l.* II. *c.* 21. (1b.) o) Mimigerden 3. Mimigardeuurdensis 1. 1b. *et infra.* p) *deest* 4.

35) Hoc non ante d. 17. Mart. sed paucos dies post factum esse, putat Delius in libro de castro Harzburg. p. 85 sq. 36) abbatem monasterii Ilsenburgensis fuisse, suspicatur Delius l. c. p. 86 sq.

April. 23. iubentur ad evectionem eius navem[a] idoneam providere. Lustratis perspectisque[b] omnibus, unam mercatoris cuiusdam praedivitis navim, quia in eos usus competens videbatur, occupant, eamque in ministerium archiepiscopi, eiectis mercibus quas habebat, ocius expediri iubent. Negantibus famulis[c] qui navim servandam susceperant, vim, nisi mature[d] iussa capessant, minitantur. Illi quantum poterant citato cursu ad dominum navis rem deferunt, et quid facto opus sit, consulunt. Habebat ille filium adulta aetate, non minus audacia quam viribus excellentem, et tum propter generis affinitatem tum ob merita sua primoribus civitatis maxime[e] carum et acceptum. Is, assumptis famulis suis et iuvenibus ex civitate, quantos in ea trepidatione in auxilium suum consciscere potuit, concitus ad navem[f] evolat, et ministros archiepiscopi, acriter ut navis exoccu-
37 paretur insistentes, cum iniuria proturbat. Dehinc advocatum urbis[37], in idem opus succedentem tumultusque instaurantem, simili constantia repellit, fundit et fugat. Iamque et his et illi, sui singulis[g] amici armati subsidio accurrunt, et ad magnum[h] discrimen pugnamque ancipitem res spectare videbatur. Perlato nuncio ad archiepiscopum, quod atrocissima seditione confunderetur civitas, misit festinanter ad sedandos motus populi, irarumque plenus minabatur, se proxima sessione seditiosos iuvenes merita poena coherciturum. Erat quippe vir omni genere virtutum florentissimus et in causis tam rei publicae quam ecclesiae Dei spectatae saepius[i] probitatis; sed unum in tantis
38 virtutibus vicium tamquam tenuis in pulcherrimo corpore naevus[k, 38] apparebat, quod, dum ira incanduisset, linguae non satis moderari poterat, sed in omnes sine personarum acceptione rixas et convicia amarissima rotabat. Hoc in se, cum iram paululum digessisset, vehementer et ipse reprehendebat. Vix ad modicum dirempta[l] est concertatio. Sed ferox animis et elatus primo successu iuvenis non cessabat interturbare omnia, percurrensque civitatem, varios sermones per populum serebat[m] de insolentia et austeritate archiepiscopi, qui totiens iniusta praeciperet, totiens innocentibus sua adimeret, totiens honestissimos cives procacissimis verbis incesseret. Nec difficile fuit, id hominum genus in omne quod velles, tamquam folium quod vento rapitur, transformare, quippe qui ab ineunte aetate inter urbanas delicias educati, nullam in bellicis[n] rebus experientiam habebant, quique post venditas merces inter vina et epulas de re militari disputare soliti, omnia quae animo occurrissent tam facilia factu quam dictu putabant, exitus rerum metiri nesciebant[o]. Praeterea in mentem veniebat Wormaciensium insigne praeclarumque facinus, quod episcopum suum, insolentius agere incipientem, urbe expulissent, et cum ipsi multitudine opibus armisque instructiores sint, dedignantur[p], quod inferiores aestimentur audacia, et archiepiscopum, tirannico sibi fastu imperitantem, tam diu muliebriter patiantur. Conferunt primores inepta consilia, saevit vulgus intemperans novarum rerum studio, et per totam civitatem spiritu diabolico raptatum, ad arma conclamat[39]; nec iam archiepiscopum urbe expellere sicut Wormacienses, sed per omnes cruciatus trucidare, si copia detur, conspirat[q]. Natalis erat beati Georgii martiris, qui eo anno 4. feria ebdomadae paschalis obvenerat[40]; et archiepiscopus, celebrata missarum solemnitate apud Beatum Georgium, cum sermonem faceret ad populum, praesagio quodam futurorum, nescius ipse mali quod imminebat, contestatus fuerat audientibus, quod civitas diabolo in potestatem tradita esset et propediem peritura, nisi iam iam impendentem iram Dei per poenitentiam inflectere maturarent. Igitur post meridiem, inclinata iam die in vesperum, cum igni oleum[r, 41], iracundiae accessisset ebrietas, ex omnibus partibus urbis ruunt ad curtim archiepiscopi, et eum[s] celebri quodam loco cum episcopo Mimigardefurdensi[t] coenantem adorti, tela contorquent, saxa iaciunt, nonnullos ex assistentibus interficiunt, ceteros plagis et vulneribus confectos in fugam vertunt. Inter haec conspicantur quam plurimi ipsum talium furiarum incentorem demonem[u] praecurrere

a) navim 1b. *codd. hic* navem *mox* navim. b) prosp. 3. c) *deest* 3. 4. 5. d) i. mat. 3. e) per maxime 4. f) navim 1b. g) singuli 3. 4. 5. h) magnam 4. i) sepe 4. k) neruus *corr.* naeuus 4. l) direpta 3. m) serencia 5. n) ibecillis 5. o) nescientes 1b. p) indignantur 3. q) conspirant 1b. r) ol. acc. ir. ebr. 3. s) cum 4. t) Mimigardfurdensi 5. Monasteriensi 1b. u) dyabolum 3.

37) Advocati urbium dicebantur praetores, qui nomine regum ius dicebant, quales in plerisque imperialibus urbibus prisci imperatores habuerunt. 38) cf. Horat. Sat. I, 6, 66: *velut si Egregio inspersos reprendas corpore naevos.* 39) *vulgus — ad arma conclamat.* Exempla huius dictionis vid. ap. Mitscherlich et Orell. ad Horat. Od. I, 35, 16. 40) cf. Wedekind Not. T. II. fasc. 8. p. 408 sq. 41) v. supra a. 1063. p. 156.

insanienti populo, galeatum, loricatum, igneo mucrone terribiliter fulgurantem, nec ulli quam sibi similiorem. Cumque militari quodam classico cunctantes, ut se in pugnam sequerentur, concitaret, in ipso impetu, quo portarum seras effracturus vociferando irruebat, repente ex oculis sequentium disparuit. Archiepiscopum sui, inter cuneos hostium nubemque iaculorum[42] vix et aegre expeditum, in templum sancti Petri abripiunt[a], foresque non modo seris et vectibus, sed admotis etiam magnis molibus obfirmant. Saeviunt foris, et instar inundantis aquae rugiunt vasa diaboli, plena vino furoris Dei, et per omnia episcopii[b] penetralia discurrentes, fores infringunt, thesauros[c] diripiunt, vasa vinaria concidunt, et dum vina in diutinos[d] usus summa ope congesta praecipitantius effundunt, repletum subito cellarium ipsos — quod dictu quoque ridiculum sit — inopinis fluctibus periclitatos pene suffocaverat. Alii capellam archiepiscopi irrumpentes, altare[e] spoliant, sacra vasa pollutis manibus contrectant, vestimenta pontificalia diripiunt, dumque omnem suppellectilem sacri ministerii curiosa, immo furiosa, diligentia evertunt, reperientes illic quendam prae timore se in angulo[f] occultantem, et putantes quod archiepiscopus esset, interficiunt, non sine gratulabunda exprobratione[g], quod petulantissimae linguae tandem aliquando modum imposuerint[h]. Sed cognito, quod decepti similitudine essent, et archiepiscopus[i] intra[k] templum sancti Petri et loci religione et murorum firmitate se tutaretur, undique conglobati ipsum templum obsident, muros perfringere dedita opera moliuntur, postremo, nisi ocius sibi tradatur archiepiscopus, ignem quoque[l] se[m] adhibituros, minitantur. Tum[n] hi qui intus erant, videntes, obstinatos esse ad necem eius animos populi, nec ebrietate sola, quae tempore digeri solet, sed pertinacibus[o] etiam odiis et frenetico quodam furore homines agitari, suadent ei, ut mutato habitu effugere conetur de ecclesia et fallere obsidentes, hoc facto et sacras aedes incendii[p] et se mortis periculo liberaturus[q]. Oportunum fugae patrocinium tempus pollicebatur. Seditione in mediam noctem protracta, horrebant omnia tenebris et caligine, ut haut facile cuiquam esset vultus occursantium discernere. Angustus aditus patebat de templo in dormitorium, item de dormitorio in atrium domumque canonici cuiusdam, adhaerentem muro civitatis. Isque ante paucos dies ortae seditionis impetraverat ab archiepiscopo, Deo ad salutem archiepiscopi hoc ipsum misericorditer providente, ut rupto muro civitatis parvulum sibi posticum facere sineretur. Ibi eductus archiepiscopus, applicitis propere in evectionem eius et comitum eius[r] quatuor equis, abiit, opacae noctis tenebris, ne ab obviantibus agnosceretur, con modissime usus; repertoque post modicum episcopo Mimigardefurdensi, sociis iam pulchre pro ea tum calamitate constipatus, in locum cui Noussen[s, 43] nomen est pervenit. Interim hi qui circa templum erant crebris arietum ictibus muros quatiebant, eratque confusa vox tumultuantium et fidem Dei omnipotentis testantium[t], quod non evasurus esset manus suas, non decepturus obsidentium diligentiam, etiamsi in minima terrae reptilia se transfiguraret. Econtra hi qui[u] obsidebantur, nunc supplicando, nunc pollicendo, quod diligentissime quaesitum, si inveniretur, ipsis tradituri essent, callide ludebant operam perurgentium, usque quo archiepiscopum longius evectum atque in tuta iam[v] loca progressum esse arbitrarentur. Tum demum reclusis foribus, ipsos ingredi et pro libitu suo quaerere sinunt, adiciuntque, frustra eum quaeri intra septa templi, quem certo comperissent, primo incursu concitatae multitudinis clara adhuc die urbe egressum, iam in longinquas partes transire potuisse; idque magis suspicandum, quod contractis undique per moram nocturni temporis copiis, primo mane ad occupandam armis civitatem sit adventurus. Igitur ingressi, cum omnia templi penetralia diligentius investigando evertissent, vix tandem admissa fide quod falli potuissent, deinceps ab inquisitionis studio ad tuendam urbem animos vertunt, armatamque multitudinem circumquaque per propugnacula dispertiunt. Inter haec arreptum quendam de turba, super portam urbis ad ignominiam archiepiscopi[w] suspendunt; magis in hoc furori[x] suo, quo praecipites raptabantur, satisfacientes, quam quod crimen ullum suspendio dignum misero obtendere possent[y]. Mulierem etiam quandam de summitate muro-

April. 23. — 42 — April. 24.

a) arripiunt 3. 4. 5. b) episcopi 4. *ed.* 2. c) thezauros 3. 4 (*semper*). d) diuinos 3. e) altaria 3. f) angulo altaris occ. 1b. g) gr. exultatione et expr. 4. h) imposuerunt 3. i) episcopus 1b. k) inter 4. l) *deest* 3. m) *deest* 4. n) Tunc 1b. o) *deest* 1b. p) incendio 1b. q) liberaturos 3. r) *deest* 4. s) nōse 1b. nussen 1. 3. t) attestancium 3. u) *deest* 5. v) *deest* 1b. w) episcopi 1b. x) furore 3. y) Alteri crura succiderunt. *add.* 1b.

42) *nubemque iaculorum.* Ita Liv. 21, 55, 6: *velut nube iaculorum.* 43) Neuss.

April. 24. 25. rum praecipitant fractisque cervicibus interficiunt; hoc ei crimini[a] dantes, quod homines plerumque magicis artibus dementare infamata fuisset. Sed hoc scelus commodiori[b] tempore et pacatiore animo vindicare debuerant. Induxerant etiam in animum, nisi Deus consulens servis suis breviasset dies amentiae eorum, ut monachos de Sancto Pantaleone[c] omnes trucidarent, pro eo quod, expulsis ab archiepiscopo prioribus monachis, novum illic inusitatumque[d] religionis genus instituissent. Praeterea iuvenes impigros, citato quantum possent gradu, ad regem ire iubent, nunciare ei quae gesta fuerant, et suggerere, ut quantocius veniat, vacantem expulso archiepiscopo civitatem occupare; in eo verti salutem civitatis et ipsius utilitatem maximam, ut grandia molientem de 43 vindicanda iniuria sua archiepiscopum anticipare[43] conetur. Talibus furiis toto triduo agitabantur. Postquam auditum est per provinciam et celebri rumore vulgatum, quod Colonienses archiepiscopum, probris[e] et contumeliis affectum, urbe fugassent, exhorruit omnis populus novitatem rei, atrocitatem sceleris, spectaculum humanarum rerum, quod vir tantarum in Christo virtutum tam indigna perpeti Deo aspiciente potuisset. Magna eius in pauperes liberalitas, multa in divinis rebus devotio, multa in humanis moderatio, vehemens in corrigendis legibus studium, libera in corripiendis qui male agerent severitas, omnium ore celebrabantur, earumque rerum commemoratio non minimum ei gratiae apud populares conciliabat. Exclamant omnes, ad suam magis iniuriam pertinere violatam pontificalis nominis maiestatem, et mori sibi satius esse quam ut tantum flagitium suorum temporum inultum patiantur. Igitur per quatuor vel quinque miliaria circumquaque ad arma conclamant; multa hominum milia dicto citius concurrunt, nullo qui per aetatem arma ferre posset tam religiosam militiam detrectante; conglobatique in unum, rogant archiepiscopum et cunctantem vi[f] impellunt, ut ad recuperandam civitatem quantocius festinet; se pro eo dimicaturos, et si ea necessitas incumbat, oves pro pastore, filios pro patre libenter mortem excepturos; quod nisi Colonienses maturent venientem suscipere et pro ipsius arbitratu satisfacere offenso, se aut ingesto igne populum[g] cum civitate consumpturos, aut dissipato muro eum super congeriem occisorum in cathedram April. 26. pontificalem reducturos. Ita archiepiscopus quarto die postquam exierat, magno vallatus agmine, ad urbem accessit. Quod ubi Coloniensibus compertum est, et se tantae tamque efferatae multitudinis impetum nec muro nec acie sustinere posse animadvertunt, tum primum furor deflagrare, ebrietas vanescere[h] coepit; magnoque terrore concussi, obviam legatos de pace miserunt, se reos confitentes et omnem quam[i] vita incolumi iuberentur poenam pendere paratos. Archiepiscopus, digne poenitentibus se veniam non negaturum, respondit. Tum[k] celebrata missarum solemnitate apud Sanctum Georgium, eos, qui pontificem sede propria expulissent, qui ecclesiam homicidio polluissent, qui templum sancti Petri hostiliter impetissent, qui cetera religionis iura ausu barbaro temerassent, episcopali banno ad satisfactionem vocavit. Protinus omnes nudis pedibus, laneis ad carnem induti, processerunt, vix et aegre impetrata pace multitudinis quae circa episcopum erat, ut hoc tuto facere sinerentur. Nam et vehementer ei succensebant, quod, dum immoderatius clementiam ostentando popularis fieri vellet, nefarios homines ad audenda nequiora huius sceleris impunitate animaret. Archiepiscopus eos postero die ad suscipiendam secundum canonum scita poenitentiam tam immanis flagitii ad Sanctum Petrum praesto esse iubet. Ipse progressus ad Sanctum Gereonem, ibi extra urbem pernoctare statuit; veritusque[l], quod tradita civitate vis concitatae multitudinis inhiberi non posset, sed partim iniuria partim praedae cupidine accensi acerbius saevirent in populum, obnixe rogat provinciales qui secum erant, ut singuli in sua cum pace recederent[m], satis se opera eorum usum, et evidens tulisse documentum, quid animi oves erga pastorem, filii erga patrem gererent; asperrimam partem negocii multa eorum virtute exactam esse; cetera quae restent facile iam privata ac domestica manu posse confici; proinde, quod bonum felix faustumque esset, abirent in domos suas, hanc reportantes spem, quod huius beneficii gratia apud eum, seu vivum seu defunctum, per-

a) criminis 1b. b) commodociori 4. c) Panthaleone 3. 4. d) que *deest* 3. e) probro 3. f) *deest* 3. 5. g) populus 4. h) evanescere 1b. i) que 3. k) Tunc 4. l) que *deest* 4. m) recederant 3.

43) *archiepiscopum anticipare* (cf. a. 1077.). Ita absolute Lucret. V, 658. Varro ap. Non. 70, 13. Plin. Hist. nat. 2, 47.

petuo mansura foret. Hoc vix impetrato, milites suos, quantos ad comprimendos urbanos motus, si qui forte levitate vulgi instaurarentur, sufficere putabat, praecedere in civitatem iubet, secuturus ipse proxima luce, cum eorum qui praecessissent diligentia, ne quid forte insidiarum lateret in civitate, praecavisset. Ea nocte sexcenti[a] aut eo amplius mercatores opulentissimi, ex urbe profugi, ad regem se contulerunt, intercessionis eius opem adversus archiepiscopi[b] saevitiam imploraturi[44]. Ceteri ingresso archiepiscopo civitatem, et toto triduo iuxta condictum expectanti, minime se praesentaverunt ad proponendum aliquod satisfactionis genus. Unde indignitatem rei non ferentes episcopi milites, inscio, ut plurimi asserunt, atque inconsulto archiepiscopo, arma rapiunt, domos incursant, possessiones diripiunt, occursantes partim sternunt, partim captos in vincula coniciunt, et prorsus, ut veritati vel coacto[c] assentiamur, multo ferocius quam tanti pontificis existimationi competeret iustae ultionis negocium executur[d] Sed gravior morbus acriori indigebat antidoto. Filius supra memorati mercatoris, qui primus seditione inflammaverat populum, et pauci alii luminibus sunt orbati, nonnulli virgis caesi ac detonsi, omnes gravissimo rei familiaris dampno[e] multati atque iusiurandum dare compulsi, quod deinceps archiepiscopo civitatem contra omnium hominum violentiam, quantum consilio et armis possent, vindicaturi essent, et eos qui ex urbe profugerant, quoad digne archiepiscopo satisfecissent, semper pro infestissimis hostibus habituri. Ita civitas, paulo ante civibus frequentissima et post Mogontiam caput et princeps Gallicarum urbium, subito pene redacta est in solitudinem; et cuius plateae vix capiebant stipata viantium examina, nunc rarum ostendit hominem, silentio et horrore omnia desiderii quondam ac deliciarum loca possidentibus. Nec futurum hoc dubia significaverant praesagia. Peregrinus quidam ad celebrandam[f] palmarum festivitatem illuc ipso anno devenerat. Is vidit[g] per somnium[h] corvum quendam horrendae magnitudinis per totam volitare Coloniam, et terribiliter crocitando populum, tali spectaculo attonitum, huc et illuc agitare; supervenire post haec[i] virum tam veste quam forma praecellentem, qui et corvum horrifico sonitu perstrepentem urbe expelleret, et populum, mente consternatum iamque[k] extrema omnia formidantem, cassa formidine absolveret. Cumque a circumstantibus interpretationem somnii horrore concussus quaereret, audivit, quod civitas propter peccata populi diabolo in potestatem tradita fuisset, sed interventu Georgii[l] martiris liberata, instantis iam atque a Deo praedestinati interitus necessitatem evasisset[m].

April. 26.

April. 27-29.

Rex, celebrata in[n] Babenberg paschali solemnitate, in Nourenberg[o] perrexit obviam legatis apostolicae sedis[45]. Erant autem hi: mater eius imperatrix, episcopus Ostiensis[46], episcopus Praenestinus[47], episcopus Curiensis[48], episcopus Cumensis[49], missi a Romano pontifice, componere si possent, multo iam tempore vacillantem statum Galliarum. Nec tamen cum rege sermonem communicare saepius rogati consenserunt, donec secundum ecclesiasticas leges poenitentiam professus, per iudicium eorum anathemate absolveretur, pro eo quod propter venditas ecclesiasticas dignitates simoniacae hereseos insimulatus fuisset apud sedem apostolicam. Itaque petierunt verbis Romani pontificis, ut sinodum tenere intra[p] Gallias pace episcoporum sinerentur. Vehementer hoc[q] abnuerunt omnes episcopi tamquam inusitatum longeque a suis rationibus alienum, nec se huius auctori-

April. Mai.

a) sexcenta 4. b) episcopi 1b. c) coacti 1. 5? d) exsecuntur 1. 4. exequuntur 1b. exsequuntur 3. e) *deest* 5. f) celebrandum 3. g) videt 4. h) somnum 1. i) hoc 4. k) que *deest* 3. 4. l) sancti Georgii 4. m) euasit 3. n) *deest* 3. o) *ita* 4. Nurmberg 3. Nurenberg 1. p) inter 4. q) hec 3. 4. 5.

44) Quos postea anathemate punivit; cf. epistolam ab Annone ad Uotonem Trevirensem scriptam in cod. regio Hannoverano f. 248. W. 45) cf. Gerbert de Rudolpho Suev. p. 35. Legationis huius ipse meminit rex Heinricus in dipl. dato 6. Kal. April. a. 1076, quo donationem facit ecclesiae Rueggispergensi in Helvetia: *iubente matre mea Agnete, quae cum apostolici Gregorii legato Geroldo Hostiensi episcopo et cardinalium primo praesens aderat.* Vid. Schoepflin Hist. Zaringo-Bad. T. V. p. 22. Marianus Scotus ad ann. 1074. legatos indicat tantum duos. Ipse Gregorius etiam duos modo commemorat in epist. ad Germanos ap. Brunonem c. 72. Cf. Mascov commentar. de reb. imper. R. Germ. sub Henrico IV. et V. p. 52 sq. not. 3. Stenzel I. p. 352 sqq. 46) Geroldus (Gerardus) Ratisbonae in Germania natus, factus Ostiensis episc. a. 1072, captus est ab Heinrici militibus, quum legatus ad illum Mediolanum missus esset a Gregorio. Obiit Romae d. 6. Dec. a. 1077. 47) Humbertus (Hubertus, Ubertus) cardinalis Praenestinus creatus fuit ab Alexandro II. 48) Heinricus. 49) Rainaldus.

April. Mai. tatis privilegium ulli alii praeterquam ipsi Romano pontifici umquam delaturos affirmabant[50]. Siquidem intenderat Romanus pontifex, ut omnes episcopos et abbates, qui sacros gradus precio redemissent, discussione habita, deponeret; iamque hac de causa Babenbergensem episcopum et alios nonnullos ab omni divino officio suspenderat, donec coram venientes inustum sibi crimen hereseos digna satisfactione purgarent. Et rex quidem cupide [hoc[a]] volebat odio Wormaciensis episcopi et quorundam aliorum, qui eum bello Saxonico offenderant; quos hac calumpnia involvendos et dignitatis suae detrimenta passuros, spe certissima praesumpserat. Sed quia per legatos res tanta confici posse desperabatur, consulto in audientiam ipsius Romani pontificis dilata est.

Rex, dimissis legatis, non solemni more indictam expeditionem, sed repentino ac 51 tumultuario milite[51] collectum exercitum ducere [parabat[b]] in Ungariam, comperto, quod Salomon rex Ungariorum a Ioiade, Beli filio, bello[c] impetitus[d] et tribus iam praeliis victus, amisso exercitu, vix de regno effugisset. Ut eius miseriae subveniret, et affinitati praestabat, quam tradita illi[e] in coniugium sorore sua contraxerat, et utilitatibus propriis, quia magnam ei partem regni sui pollicitus fuerat, si eius beneficio[f] expugnatis hostibus in regnum restitueretur. Cumque Ratisponam venisset, insecuta est eum legatio familiarium eius, nunciantium, quod Willehelmus cognomento Bostar[52] rex Anglorum ab[g] archiepiscopo Coloniensi vana pollicitatione illectus, cum magno exercitu adventaret, regni sedem Aquisgrani occupare paratus. Territus rex tam atroci nuncio, ac privatae rei curam externis negociis antehabendam ratus, omissa[h] in Ungariam expe- Iun. 8. ditione, ad Renum concitus remeavit. Pentecosten Mogontiae celebravit, splendide ac populariter ab archiepiscopo Mogontiacensi acceptus atque habitus. Inde cum Coloniam ire instituisset, multum spirans irarum et comminationis in archiepiscopum Coloniensem, ille missis in occursum eius nunciis mandavit, falsam omnino ac scenicis figmentis similem esse fabulam, quam in eum aemuli sui composuissent, hi nimirum qui eum paulo ante urbe expulissent, et nunc ad opprimendum eum, quoniam armis non possent, mendaciis grassarentur; se non ita rationis expertem vel communis commodi negligentem esse, ut in ultionem privatae iniuriae patriam suam barbaris prodere velit, nec ea levitate a puero vitam[i] instituisse, ut quisquam sanum aliquid sapiens tam inepta de se suspicari possit[k]. Impetrata per legatos coram veniendi copia, in Andernachin[l] regi occurrit. Cumque rex de his quae compererat[m] severissime quaestionem promulgaret, proditae quidem rei publicae crimen, quod obiciebatur, sacramento purgavit. Cetera quae delata fuerant, ait rex, se veteri amicitiae ac pontificali nomini[n] condonare, nec pro iure suo expostulare velle. Ita non extincto sed interim cohibito furore, Coloniam processit. Ibi postero die ad iudicandum populo assedit, sperans, per accusationem[o] eorum, quos archiepiscopus propter iniurias suas[p] poena affecerat, occasionem sibi futuram, ut eum, seditione concitata, rursus civitate exturbaret, vel propter oppressos per calumpniam innocentes saltem reum maiestatis faceret. Sed ille omnes accusa- 53 tionum[q] strophas[53] responsi veritate[r] ac sententiarum gravitate tamquam aranearum telas dirupit[s]. Postquam rex innocentia[t] eius ac vitae integritate consiliis quoque omnia septa vidit, nec ullum patere locum calumpniae, ad aliud se vertit genus iniuriarum. Exegit ab eo, non precibus quidem ut oportuit, sed imperiosa quadam auctoritate, ut Coloniensibus admissae in se temeritatis veniam daret excommunicatosque ecclesiae reconciliaret, praeterea ut ad firmamentum conservandae erga se in perpetuum fidei sex sibi ex militibus suis obsides daret. Utrumque ille cum magna constantia negavit, obsides quidem, quod nullus regum priorum tale quid ab aliquo praecessore[u] suo postu-

a) *deest* 3. 4. 5. b) *deest* 3. 4. 5. c) *deest* 3. d) impetus 5. e) sibi *superscr.* illi 4. f) beneficiis 3. g) *deest* 5. h) obmissa 3. i) *deest* 4. vitam a puero 1b. k) posset *corr.* possit 4. l) Andernachen 1. 4. 5. Andernaco villa 1b. m) comperat 4. n) nomine 1*. o) occasionem 4. p) *deest* 4. q) occasionum 4. r) ueritati 4. s) diripuit 1*. disrupit 1b. t) innocentie 4. u) predecessore 3.

50) Insignis hic locus est propter veterem libertatem ecclesiae Germanicae, et excuti diligentius meretur, quod iam tentavit Schilterus de libertate eccles. Germ. L. IV. c. 2. Mascov. l. c. p. 54. not. 5. 51) *tumultuario milite,* Liv. 1, 37. 35, 2. 52) i. e. Bastardus. 53) *accusationum strophas* (i. e. fraudes, dolos, nequitias) *tanq. aran. tel. dirupit* (cf. a. 1076. 1077). Ita Plin. Ep. 1, 18, 6: *Ego aliquam stropham inveniam.* De similitudine cf. Plaut. Stich. 2, 2, 25: *Deiiciamque earum omnis telas.*

lasset, excommunicatorum[a] autem reconciliationem, quod sine digna poenitentiae satis- Iun. factione excommunicatos in ecclesiam recipi leges ecclesiasticae vetarent. Imminebat ille vehementer, comminans omnia se incommoda[b] illaturum et cuncta quae illius sint ferro et igne demoliturum. Perstabat hic fixus in proposito, dicens, se mori[c] quidem paratum, si ipse cum Coloniensibus conspirasset ad eum interficiendum, sed numquam retinendae vitae studio ab iure[d] ad iniuriam declinaturum. Diu anceps erat pugna, et utrorumque milites magna concusserat sollicitudo expectatione tam tristis spectaculi. Tandem evictus rex ab his quorum consiliis plurimum tribuebat, flexit sententiam, et ait, malle se cum eo beneficiis certare quam maleficiis, et si eum fidum sibi devotumque in causis rei publicae experiretur, primum deinceps inter amicos habiturum. Hoc modo reconciliatus archiepiscopo, Aquasgrani[e] perrexit, et adversus ea, quae de irruptione barbarorum fama vulgaverat, eam regni partem, quantum poterat, communivit[f].

Ruothardus[g], abbas Herveldensis monasterii, 5. Idus Iunii decessit, vir in sacris scripturis adprime eruditus et sic ad loquendum[h] expeditus, ut nemo illa aetate verbum Dei copiosius, nemo subtilius, nemo elegantius tractaret. Alias in observatione sanctae regulae paululum quam mores et tempora expeterent remissior erat. Is miro iudicio Dei, qui quos diligit corripit et flagellat omnem filium quem recipit, ante diem mortis Hebr. 12, 6. suae sensu defecit, et per continuos duos annos et sex menses frenesi pariter et epilempsi[i] gravissime vexabatur. Defunctus est autem anno[k] integro et sex mensibus exactis posteaquam abbatia se abdicaverat. Quod tamen factum adeo poenitens deflebat, quotiens a stupore atque hebetudine mentis paululum respiraverat, ut ambiguum esset, morbo[l] an moerore gravius acerbiusque tabesceret.

Mediante Iulio regressum regem de Luteringia[m] Wormaciam iterum adierunt legati Iul. regis Ungariorum, orantes obnixe, ut memor affinitatis, memor actae simul a puero aetatis, maturius[n] subveniret expulso. Et quia preces tardius movebant privatis occupationibus intentum, datis 12 obsidibus fidem[o] ei firmabant[p], quod, si eius beneficio in regnum restitueretur, deinceps ei tributarius dictoque obtemperans foret, et sex ei munitissimas Ungariae civitates in argumentum numquam irrumpendae fidei traderet. Hac mercede redemptus, ilico, missis circumquaque nunciis, principes in expeditionem solemni indictione evocavit. Sed alii temporis angustias, alii rei familiaris inopiam, plerique quod opes suae bello Saxonico nimium attritae fuissent, item alii aliud excusationis genus obtendentes, omnes pariter militiam detrectabant. Ipse tamen, ne tantum rei publicae commodum, casu[q] oblatum, sua ignavia corrumperetur, gregario[54] tantum ac privato milite contentus, infesto exercitu ingressus est Ungariam, et nonnullas eius regiones hostiliter peragravit. Porro Ioas, qui Ungariam occupaverat, comperto eius adventu, summa industria id operam dedit, ut in locis, in quibus irruptio hostium timebatur, nihil homines alimentorum, nihil animalia pabulorum reperirent, et sic ipse cum omnibus[r] in quandam insulam, propter locorum difficultatem omnino hostibus inaccessibilem, se contulit. Exercitus regis, qui ad tanti[s] belli administrationem nihil sumptuum praeparaverat, gravissima statim laborabat inedia, adeo ut homines plerosque, animalia pene omnia brevi pestilentia et fames consumerent. Qua[t] necessitate compulsus rex, nullo insigni facinore perpetrato, Ungaria excessit, et post festum sancti Michaelis Wormaciam reversus, ordinatis ibi pro tempore et copia regni negociis, Ratis- Octbr. ponam rediit; dispositum habens, id quod reliquum erat temporis usque ad nativitatem Domini in peragrandis[u] Baioariae atque Alemanniae[v] civitatibus insumere.

Hildebrandus papa cum episcopis Italiae conveniens iam frequentibus sinodis, decreverat, ut secundum instituta antiquorum canonum[55] presbiteri uxores non habeant, habentes aut[w] dimittant aut deponantur, nec quisquam omnino ad sacerdotium admittatur, qui non in

a) exc. — satisfactione *desunt* 3. b) incomoda 4. c) quidem mori 3. d) iune 4. e) Aquisgrani 3. f) conmuniuit etc. 4. *et ita saepius in fine lineae.* g) *ita* 4. h) alloquendum 4. i) ephilempsi 4. 5. k) *deest* 5. l) an m. an 5. m) luther. 1. 4. n) maturius — privatis *desunt* 3. 4. 5. o) fidei 4. p) firmabat 1*. q) casum 4. r) o. suis 1. s) tantam 3. t) Quia 5. u) peragendis 5. v) alemanie 3. 4. w) autem 4. 5.

54) i. e. forsan conductitius. KR. cf. Adelung Directorium p. 66. 55) Concil. Ancyr. can. 10, Neocaes. cap. 1, Nicaeni I. can. 3, Carth. II. can. 2, Carth. V. can. 3, African. can. 37, Arelat. II. c. 2, Aurelian. III. c. 2, Aquisgran. I. c. 6, Wormaciens. c. 9, Moguntin. c. 10, utrumque lib. I. cap. 33, Serar. ap. Ioann. l. I. p. 510.

perpetuum continentiam vitamque coelibem profiteatur. Hoc decreto per totam Italiam promulgato, crebras litteras ad episcopos Galliarum transmittebat, praecipiens, ut ipsi quoque in suis ecclesiis similiter facerent, atque a contubernio sacerdotum omnes omnino feminas perpetuo anathemate resecarent. Adversus hoc decretum protinus vehementer infremuit tota[a] factio clericorum; hominem plane hereticum et vesani dogmatis esse Matth. 19, 11. 12. clamitans, qui oblitus sermonis Domini, quo ait: *Non omnes capiunt hoc verbum; qui* 1. Cor. 7, 9. *potest capere, capiat*, et apostolus: *Qui se non continet, nubat; melius est enim nubere quam uri*, violenta exactione homines vivere cogeret ritu angelorum, et dum consuetum cursum naturae negaret, fornicationi et immunditiae frena laxaret; quod si pergeret sententiam confirmare, malle se sacerdotium quam coniugium deserere, et tunc visurum eum, cui homines sorderent, unde gubernandis per ecclesiam Dei plebibus angelos comparaturus esset. Nihilominus ille instabat, et assiduis legationibus episcopos omnes socordiae ac desidiae arguebat, et nisi ocius iniunctum sibi negocium exequerentur, apostolica se censura in eos animadversurum, comminabatur. Archiepiscopus Mogontinus sciens, non parvo constare operam hanc, ut tanto tempore inolitam consuetudinem revelleret[b] atque ad rudimenta nascentis ecclesiae senescentem iam[c] mundum reformaret, moderatius agebat cum eis; et primo eis in dimidium annum inducias et deliberandi copiam dedit, hortans eos, ut quod necessario faciendum sit, sponte faciant, et tam sibi quam Romano pontifici necessitatem adimant, aliquid in eos quod Octob. secus sit decernendi. Ad ultimum congregata sinodo in Erphesfurt[d. 56] mense Octobri, pressius iam imminebat, ut relegata omni tergiversatione, in praesentiarum aut coniugium abiurarent aut sacri altaris ministerio se abdicarent. Multas econtra illi rationes asserebant[e], quibus instantis perurgentisque improbitatem eludere sententiamque cassare niterentur. Cumque adversus apostolicae sedis auctoritatem, qua se ille ad hanc exactionem praeter voluntatem propriam compulsum obtendebat; nihil argumenta, nihil supplicationes precesque[f] proficerent: egressi tamquam ad consultandum, consilium ineunt, ut in sinodum non redeant, sed iniussi omnes in domos suas discedant. Nonnulli etiam confusis vocibus clamitabant, melius sibi videri, ut in sinodum regressi, ipsum episcopum, priusquam execrabilem adversum[g] eos sententiam promulgaret, cathedra episcopali deturbarent, et merita morte multato, insigne monimentum ad posteros transmitterent, ne quis deinceps successorum eius talem sacerdotali nomini calumpniam struere temptaret. Cum ad episcopum relatum esset, hoc eos machinari, commonitus a suis, ut tumultum qui oriebatur matura moderatione praeverteret, misit ad eos foras, rogavitque, ut sedato pectore in sinodum regrederentur; se, cum primum opportunitas arrisisset, Romam missurum et domnum apostolicum, si qua posset ratione, ab hac sententiae austeritate deducturum. Postero die admissis in auditorium[h] communiter laicis et clericis, veterem illam de reddendis decimis querelam replicat[i], et quasi nihil bello Saxonico, nihil actum sit conditionibus, quibus paulo superius in Gerstingun[k] pax convenerat, de integro Thuringos[l] omnes de iniusta decimarum retentatione[m] reos addicere molitur, nec recogitat, hanc causam originem seminariumque extitisse omnium calamitatum, quibus per plures iam annos res publica incommodissime vexabatur. Indigne nimis tulerunt[n] hoc Thuringi, utpote qui propter recentem belli successum tumidos adhuc spiritus gerebant, sibique vanissime[o] persuaserant, quod post triumphatum regem et acceptum gustum audaciae eorum, nullus deinceps futurus esset episcopus, qui eis aliquam super hac re movere molestiam auderet. Primo tamen temperatis responsionibus ei suggerunt, non alia[p] se ratione in Gersting recuperandae paci consensisse, quam ut legitima sua a primis diebus statuta rata[q] sibi in perpetuum atque 57 inconvulsa manerent. Cum haec replicando surdis auribus fabulam narrare[57] viderentur, subito efferata mente se foras proripiunt, ad arma conclamant, et ad momentum contracta ingenti[r] multitudine, in sinodum prorumpunt; et nisi maturius milites episcopi intercessissent et blandiendo rationemque reddendo potius quam repugnando, quoniam

a) omnis *superscr.* tota 3. b) refelleret 3. c) iam *deest* 2b. d) Erpesfurht 1. Erphesfurdt 4. e) afferebant 3. f) que *deest* 2b. g) adversus 3. *et Nic. de Sygen.* h) adiutorium 5. *corr.* auditorium 4. i) repetit 1*. k) Gerstungun 3. Gerstingim 4. *et ita infra.* l) Thuringis 4. m) detentione 3. n) hoc tul. 3. o) *deest* 2b. p) *deest* 3. q) *deest* 4. r) mult. ingenti 3.

56) Cf. Heine coll. synodorum Erford. p. 60 sqq. 57) cf. supra p. 160. n. 51.

viribus impares erant, ferocientis turbae impetum inhibuissent, in ipsa cathedra episcopali episcopum oppressissent. Ita soluta est sinodus, tam episcopo quam cunctis qui assederant clericis ultima formidine consternatis et passim per omnes ecclesiae angulos latebras sibi quaerentibus. Statim episcopus ab Erphesfurt[a] discedens, reliquam partem anni usque ad epiphaniam in Heiligenstat[b, 58] exegit, et per omnes festos dies inter 58 sacra missarum solemnia eos qui sanctam sinodum turbaverant ad poenitentiam sub episcopali banno evocavit[59].

# 1075.

Rex nativitatem Domini Argentorati celebravit. Cumque adessent quam plurimi ex principibus, quos ille dedita opera de toto regno ad diem festum evocaverat, habuit cum eis misterium consilii sui, et eos modis omnibus ad instaurandum bellum Saxonicum sollicitabat. Multa in praesens largiebatur, plura in futurum pollicebatur, nullum postremo vel infimae conditionis, qui modo conficiendis tantis rebus commodus putaretur, relinquebat, quem non dato vicissim et accepto iureiurando fidum sibi et obnoxium faceret; cum ea potissimum pollicitatio omnes ad consentiendum inflecteret, quod sub testificatione iurisiurandi singulis promittebat, si eorum auxilio Saxoniam Thuringiamque recuperasset, quod ipsis utramque provinciam pro arbitratu suo inter[c] se partiendam et perpetuo iure possidendam traditurus esset. Ita ira aestuans, nihil quam sanguinem eorum qui se offenderant malebat. Quod tamen anno[d] integro quam maxime dissimulaverat, adeo ut principes Saxoniae, quotiens ad eum venissent, magnifice susciperet, et ad absentes pacifica saepenumero atque honorifica mandata destinaret.

Paucis post diebus Mogontiam venit, ibique occurrit ei Ruzenorum[e] rex, Deme- Ianuar. trius[60] nomine, deferens ei inaestimabiles divicias in vasis aureis et argenteis et vestibus[61] valde preciosis, petiitque, ut auxilio sibi foret contra fratrem suum, qui se per vim regno expulisset et regnum tirannica immanitate occupasset. Missus est protinus a rege Burchardus[f, 62], Treverensis ecclesiae[g] praepositus, agere cum illo de iniuriis quas 62 fratri intulerat, et commonere, ut regno, quod iniuste[h] invasisset, ultro decederet; alioquin auctoritatem et arma Teutonici regni propediem experturum[i] fore. Is legationi huic propterea oportunus videbatur, quod ille ad quem mittebatur sororem eius in coniugio habebat, et ipse hac de causa apud regem, ne quid in illum interim gravius decerneretur, summis precibus obtinuerat. Ruzenorum rex Dedi[k] marchioni Saxonico, cuius ductu eo advenerat, a rege commissus est servandus, donec legati reverterentur.

His diebus contigit gravi scandalo Babenbergensis ecclesiae statum labefactari. Herimannus episcopus[63] ecclesiam in honorem[l] beati Iacobi Babenberg foris murum 63 propriis impensis extruxerat, ibique clericos 25, scientia moribus et canonicae conversationis disciplinis haut obscuros, congregaverat, et eis quae ad victum vestitumque sufficerent affatim providerat. Cumque is quem congregationi praefecerat morbo praeventus diem clausisset extremum, nactus oportunitatem temporis, clericos expulit, et locum ipsum cum omnibus appendiciis suis Egberto[m] abbati de Sancto Michaele tradidit ad[n] instituendum illic ordinem monasticum; non offensus crimine aliquo clericorum, cum, ut dixi, honestissime iuxta ecclesiasticas[o] leges vitam instituerent; sed

a) Erpesphurt 1. Erphesfurd 4. b) Heilegenstat 4. Helingenstadt 3. Helegenstat 1. Heiligenstait *Nic. de Sygen.* c) intra 3. d) a. iam *i.* 1. e) Ruzzenorum 3. Russenorum 4. *et ita infra.* f) Burghardus 3. g) *deest* 3. h) *deest* 3. i) experiturum 4. k) Dedoni 1. l) honore 3. m) Egbertho 1. Egberdo 4, 5. n) et ad 5. o) l. eccl. 3.

58) Heiligenstadt in Eichsfeldia. 59) *evocare* videtur nostro fuisse vocabulum solenne in hac re, quum saepius eo usus sit, sicut hac ipsa pagina paulo inferius et a. 1075. (bis), 1076. 1077. 60) Demetrius Dluglosso et Theodosio Kiovensi Izaslaus, maior natu frater Wsewolodi, audit. Cf. Gebhardi aquilonales marchiones p. 56 sqq. hist. gen. Abh. IV. p. 133 sqq. Mascov. l. c. p. 43. et Karamsin hist. Russ. vers. germ. II. p. 64 sqq. et Ann. p. 44 sqq. ann. 88. et 89. 61) cf. a. 1175. Vestes utroque loco commemoratas Karamsin in hist. Russ. T. II. p. 45. annot. 89. explicat: Stoffe, non Gewänder. 62) frater Odae quae nupsit Swentoslaó, Demetrii fratri; cf. Albert. Stad. p. 260. Gebhardi aquilon. march. p. 58. hist. gen. Abh. IV. p. 134. 63) Quum multum discrepet Lamberti narratio ab iis, quae in Gregorii papae hac de re epistolis (1. et 3. libri III.) leguntur, illius fides suspecta videtur Ussermanno. Vid. eiusd. Episcopat. Bamberg. p. 41 sq.

monasticae conversationis munditia delectatus, in toto episcopatu suo, si fieri posset, hanc solam esse vitam cupiebat; zelo quidem Dei, sed non secundum scientiam, sic Genes. 29, 17. 31. aemulatus Rachelis pulchritudinem, ut Liae fecunditatem in thalamum caelestis sponsi non crederet admittendam. Clerici qui expulsi fuerant, graviter ferebant, sine causa destitutos se esse stipe[a] ecclesiastica, qua alebantur. Clerici quoque maioris ecclesiae Babenbergensis tam illorum quam suam vicem dolebant, quod scilicet non sine magna sui ordinis iniuria[b] tantum episcopus deferret ordini monastico. Igitur iunctis[c] precibus adorti[d] sunt eum, obsecrantes per Deum, ne his, quibus nullum crimen impingeret, sine legitima discussione et audientia eriperet canonice suscepta ecclesiasticae sustentationis beneficia, nec sineret eos, destitutos spiritualis militiae stipendiis, quibus praeterea nihil amplius esset rei familiaris, probro et ostentui fieri secularibus; episcopatum Babenbergensem paucas habere congregationes clericorum, et ideo non tam monachis sibi opus esse quam clericis, quorum ipsi solatio diebus solemnibus in processionibus, in susceptione hospitum uterentur[e]; praeterea ecclesiam, quam noviter ipse extruxisset[f], loco celebri in mediis huc et illuc diversantium turbarum fluctibus sitam, nec a maiore ecclesia Babenbergensi plus 30 passibus disparatam, multo clericis oportuniorem esse quam monachis, qui scilicet monachi, cum abhominationes[g] Aegiptiorum immolare Exod. 8, 26. 27. iubeantur Domino Deo suo, secerni a multitudine, et sicut scriptum est, viam trium dierum ire debeant in solitudinem, ne, si ea, quae colunt et prima ducunt, seculares immolent coram oculis eorum, scandalizati[h], lapidibus irrisionum suarum obruant et infament sanctam et apostolicam vitam; si Deo familiarius adhaereant monachi tamquam honestior et sublimior portio corporis Christi, non idcirco clericos tamquam membra putrida penitus abscindendos esse ab ecclesia, quia, licet stellae ab stellis differant in claritate, unam tamen caeli faciem decentissime distinguant sua varietate, et licet membra disparia sint et suis singula functa officiis, concordi tamen licet dispari famulatu necessitatem expleant unius eiusdemque corporis. Episcopus nec ratione movebatur nec supplicatione, asserens, honorem, quem deferret monachis, in nullo praeiudicare clericis, bona autem, quae in usus pauperum proprio labore congessisset, sui iuris, 64 sui arbitratus esse, utrum clericis attitularet[64] an monachis. Clerici et inopia familiari et indignitate rei vehementer exacerbati, regis et omnium principum regni aures cottidiana proclamatione obtundebant[i 65] pro iniuria sua. Cumque nihil usquam opis[k], nihil spei esset, versi ad validissimum illud, quod in sancta[l] ecclesia ultimae semper necessitatis unicum esse praesidium consuevit, Romam pergunt, et[m] recitata Romano[n] pontifici per ordinem suae calamitatis historia, apostolicae sedis patrocinium contra tanti calumpniatoris violentiam suppliciter implorant. Adest simul tocius cleri Babenbergensis legatio, querelam ingeminant et Romani pontificis patientiam vehementer incusant, cur ecclesiam Dei tam diu sinat hominis heretici communione[o] maculari; qui non ut pastor per ostium, sed ut fur et latro per simoniacam heresim et ingentium pecuniarum profusionem irrepserit in ovile ovium; qui apud praedecessorem eius Nicolaum[66] papam tanti 67 criminis insimulatus, ut dici solet, ignem gladio[67], hoc est heresim periurio purgaverit; qui cathedram episcopalem et sanctae praedicationis ministerium, expers ipse omnino litterarum, contra sacros canones impudenter occupasset; qui ante episcopatum cunctis capitalibus criminibus atque omni probrorum genere Mogontinae civitati, in qua nutritus sit, celebrem se spectabilemque fecerit; qui pecuniariam atque usurariam artem, qua a puero sit institutus, postquam caelestium talentorum negociator constitutus sit, multo sollicitius exerceat, ita ut abbatias et ecclesias intra[p] diocesim suam sitas, quas foede 68 comparaverit, foedissime vendat, et familiam[68] Babenbergensis ecclesiae, paulo ante opulentissimam ac bonis[q] omnibus florentissimam, ad summam redegerit paupertatem; Matth. 7, 15. qui nunc super omnia mala sua, ut in vestimentis ovium liberius lupinam exerceat feritatem et facilius illudat simplicium innocentiae, transfiguratus in angelum lucis ange- 2 Cor. 11, 14. lus satanae, clericos absque ulla discussione de ecclesiis suis eiciat, atque omnibus in

a) stipa 4. b) iactura 3. c) cuncti 3. d) adorsi 3. 4. 5. e) niterentur 3. f) extrussisset 4. g) abhominaces 5. h) scandalisati 3. 4. i) obtendabant 1. k) operis 5. l) ecclesia sancta 5. m) *deest* 5. n) summo 5. o) communicione 4. p) inter 4. q) o. bonis 3.

64) i. e. in titulum tradere, beneficio dare. KR. 65) vid. supra p. 183. n. 55. 66) Alexandrum potius; vid. Usserm. l. c. p. 41. 67) vid. supra p. 165. n. 75. 68) cf. Fürth Ministerialen p. 59.

quibus possit locis vitam monasticam, non tam amator religionis quam subdolus[a] simulator, instituat. Postremo per Deum omnipotentem exorant, ut tandem aliquando expergefactus Simon Petrus, baculum pastoralis zeli exerat contra lupum improbe rapientem Iohann. 10,12. et dispergentem oves Dei, et Simonem magum, iterum in ecclesia Dei nummulario- Act. Ap. 8,9.18seq. rum mensas et aera proponentem, cum pecunia sua mittat in perditionem. Romanus Matth. 21,12. pontifex iam pridem eum a sacri altaris ministerio suspenderat. Praesenti autem relatione efferatus, absque dilatione excommunicavit eum, ea scilicet ex causa, quod de gravissimis criminibus iam olim accusatus et ut causam diceret crebro per biennium Romam evocatus, venire contempsisset. Clericis quoque, qui se per calumpniam expulsos querebantur, ecclesiam suam restitui praecepit, et destinatis ad clerum Babenbergensem litteris, mandavit, ut se a communione illius abstinerent, contestatus quam sancte, quod, si[b] communionem aliquando, at[c] pontificatum, quem contra ecclesiasticas leges invasisset, numquam deinceps se vivo recepturus foret[69]. Quod ubi clericis Baben- 69 bergensibus legati sui retulerunt, et iram veterem armavit tantae pollicitationis fiducia. Occultata interim apostolicae sedis legatione, mittunt ad episcopum, qui tunc temporis Babenberg consistebat, eique denunciant, ut quantocius de urbe discedat; non posse eum ultra sibi episcopum esse, quoniam et episcopatum per simoniacam heresim contra ecclesiasticas sanctiones coemisset et eum administrare, ignarus omnino litterarum, non posset. Atrocissimae per se legationi adiecta est gravis contumelia. Adolescens quidam ex numero clericorum, et animis ferox et aetate, versiculum brevem ex psalterio proposuit: *Huius*, inquit, *capituli non misticum sensum, non allegoricam significationem, sed verbum ex verbo fidus interpres si mihi recte explicaveris, ego te omni quaestione liberatum, cunctis criminibus, quibus te impetimus, absolutum, dignissimum plane episcopatu pronunciabo.* Ille insolita re attonitus, cum, quid hoc esset, unde nova haec et inusitata mitium antehac clericorum asperitas procederet, turbulentus sciscitaretur, et dictis atrocibus responsa atrociora redderet, repente in medium procedunt legati sedis apostolicae, et praeter litteras, quas manibus praeferunt, viva voce ei ex nomine Romani pontificis denunciant, ut nullum deinceps pontificalis officii ius potestatemque habeat, sciatque, se apostolicae excommunicationis gladio de corpore universalis ecclesiae praecisum[d] esse, propterea quod obiectum sibi crimen simoniacae hereseos, totiens apostolicis epistolis Romam evocatus, purgare distulisset. Praecipiunt etiam clericis Babenbergensibus, ut nullum ultra ei tamquam episcopo honorem reverentiamque deferant, sed ab eius communione omni modo[e] se abstineant, ne deprehensi tamquam ecclesiasticae sanctionis transgressores, similem cum eo sortiantur[f] excommunicationis vindictam. Ibi primum episcopus circumventum se fraude clericorum suorum advertit. Quibus acriter insistentibus, ut quantocius episcopatu abdicatus abscederet, cum nulla ratione satisfacere posset, assererentque sub testificatione nominis divini, nullum se in ecclesia opus Dei acturos fore, ipso in ea persistente: incertus confususque animi misit ad episcopum Mogontinum, fidissimum sibi amicum, quem multis saepe beneficiis privatim et publice sibi devinxisset, quique omnium, quae in adquirendo vel administrando episcopatu gessisset, conscius sibi particepsque extitisset, rogavitque, ut quam citissime veniret et tumultuantem intestinis simultatibus clerum quoquo posset modo compesceret. Ille nihil moratus affuit, egitque, ut rogabatur, cum clericis, ne obliti pudoris ac modestiae suae, in episcopum suum, quem propter Deum patris loco venerari debuissent, sine causa exardescerent, cum eos nec dicto nec facto, quod iuste in querelam vocare possent, sciens provocasset, vel si quid quod eos laederet forte inscius admisisset, se cognitore atque arbitro paratus esset quovis modo satisfacere offensis; parcerent, si minus eius innocentiae, at honori atque existimationi propriae, ne ad contempnendos episcopos suos ceteri per orbem terrarum clerici hoc animarentur exemplo, et rebellionis atque contumaciae pestilens hic morbus, sumpto a Babenbergensibus initio[g], totum inficeret corpus gregis dominici. Nihil illi placationis, nihil laxamenti admittentes, gravissimis eum conviciis confutarunt, iustissime[h], dicentes, in eum quoque apostolicae excommunicationis anathema[i] procedere debuisse[k], qui hominem omnibus probris infa-

a) sudolus 5. b) *deletum* 3. c) aut 3. d) prescisum 3. e) omnino 4. f) exc. sort. 4. g) exemplo vel i. 3. h) i. d. *desunt* 3. i) pena 3. k) debuisset 1.

69) Litteras ipsas exhibent Harduini Concil. T. VI. p. I. Epist. Gregor. VII. Lib. I, 84. II, 75. III, 1. 3.

matum et nihil in moribus, nihil in scientia dignum sacerdotio afferentem, per simoniacam heresim episcopum ordinasset; nec ad excusandas accusationes[a] in peccatis obtendere posse ignorantiam, cum actus eius omnemque vitae institutionem, tamquam qui in laribus suis diu familiarissime obversatus sit, optime cognovisset, et omnibus quae in coemendo episcopatu acta sint medius ipse atque intimus interfuisset. Videns archiepiscopus, obstinatos in contentione clericos nulla ratione mitigari[b] posse, ne quid pro amico suo intactum intemptatumque relinqueret, assumpto eo, Romam ire statuit, sperans, Romanum pontificem vel pecunia vel supplicatione expugnari posse, ut eum crimine atque anathemate absolveret. Sed inter eundum reputans, haut satis[c] tutum esse, ut eum, non prius explorato Romani pontificis animo, Romam perduceret, suasit ei, in extrinsecis ecclesiae Babenbergensis possessionibus reditum suum praestolari; et ipse cum paucis, ut instituerat, concitus Romam contendit. Quo dum venisset, vix et aegre, ut a Romano pontifice in communionem susciperetur, obtinuit, et qui alienis[d] criminibus patronum se paraverat, ipse de propriis insimulatus, quod Babenbergensem[e] episcopum per simoniacam heresim sciens ordinasset, pene gradus sui periculum incurrerat. Ad ultimum discedenti iussum est, ut ab eius communione omnino[f] abstineret et promulgatam adversus eum apostolicae excommunicationis sententiam omnibus Teutonici regni principibus notam faceret, et cum primum conficiendae rei temporis oportunitas arrisisset, alium pro eo Babenbergensibus episcopum ordinaret. Quod ubi Babenbergensi episcopo compertum est, nullam deinceps spem sibi reliquam nisi in clementia Romani pontificis fore ratus, conductis qui causam suam apud sedem apostolicam dicendi arte tuerentur, Romam perrexit. Sed Romani pontificis constantia et invictus adversus avariciam animus omnia excludebat argumenta humanae fallaciae. Multis lacrimis, multis supplicationibus, multis[g] rethorica arte compositis disceptationibus, vix hoc solum obtinuit, ut ea conditione anathemate absolveretur, quatenus, ubi primum[h] in patriam redisset, monasterium ingrederetur, atque ibi deinceps a cunctis in perpetuum seculi actibus feriatus, scandalizatam sua ambitione ecclesiam digna satisfactione defleret[70]. Ita regressus in patriam, cum iussa Romani pontificis retulisset ad milites suos, quibus se multa largitione admodum popularem acceptumque fecerat, vehementer restiterunt[i], indignissimum fore dicentes et nulla retro maiorum memoria in ecclesiis Galliarum hoc accidisse, ut sine publica audientia et canonica discussione, quod nec infimis quidem gradibus competeret, episcopus deponeretur; non hanc privatam illius esse iniuriam, ad communem pocius spectare contumeliam omnium, qui tuendae Babenbergensis ecclesiae dignitati operam suam deberent et eius episcopo sub iureiurando fidem dixissent; et ideo extrema omnia prius se[k] experturos esse, quam servatum ad sua tempora illius ecclesiae honorem sinerent foedissimo hoc exemplo contaminari. His ille promissis animatus, neglecto Romani pontificis decreto, Babenberg rediit, ibique 4 vel 5 ebdomadas commoratus, praeter altaris officium in ceteris omnibus, quae scilicet ad exteriorem episcopii administrationem pertinebant, nullo modo iure suo cedebat, irritam reputans excommunicationem, quam non canonice in se promulgatam cavillabatur. Quibus diebus in civitate Babenbergensi nullum publice actum est opus Dei, clericis refugientibus atque omnino execrantibus communionem eius. Ceteram[l] eius anni partem in extrinsecis Babenbergensis ecclesiae possessionibus, mili-

a) *ita* 1*. excusationes 1. 3. 4. 5. b) mitigare 4. c) *deest* 3. d) in a. 1. e) babengersem 5. f) omni modo 1. 5? g) multis r. a. c. d. *desunt* 3. h) *deest* 4. i) restituere 4. k) *deest* 4. l) Certam 3.

70) Scilicet Hermannum Bambergensem anno superiori Gregorius officio ad tempus abstinere iussit. Hoc vero, qui post Domini natalem 1075. fuit, variorum capitum a clero Bambergensi accusatum gravibus anathematum religionibus involvit, et ipsa muneris gerendi potestate in perpetuum exuit; de quo praeter Lambertum vide literas, quas ad clerum ille Bambergensem 12. Kalend. Maii et 13. Kalend. Augusti dedit, in diplomatum Bambergensium codicillo appendice n. 34. et 33. Sacrorum interdicto subditum ac dignitate depulsum literis Laurenti 13. Kalend. Aug. datis (quas l. d. n. 35. legas) Sifrido significavit, simulque praecepit, ut id sedis Moguntinae suffraganeis notum faceret, ac ecclesiae Bambergensi alium praeficeret ordinaretque pastorem. Hermanno hac pontificis sententia perculso aedis cathedralis canonici reverentiam denegabant, ac ut quantocius urbe et episcopio excederet, acriter satis exigebant. Quo factum, ut has deiectus in angustias Sifridum rogaret, ne miserum sua destitueret ope, sed quam primum Bambergam veniret; quod et ille sine mora fecit.

tum suorum praesidio fultus, exegit. Verum neque rex neque episcopus, neque alius quisquam qui sanum saperet, ei communicare volebat.

Rex pascha Wormaciae celebravit. Quo dum ad salutandum eum quidam ex principibus Saxoniae pergere instituissent, missi obviam eis legati denunciaverunt, ut ocius in sua redirent; alioquin haut tuto visuros esse faciem regis, quem post tam graves contumelias digna adhuc satisfactione non placassent[a]. Ibi primo malum, quod cervicibus impendebat, adverterunt. Rex, omnibus quae bello administrando necessaria erant affatim provisis[b] iam et instructis, solemni edicto cunctis qui in regno suo erant expeditionem indixit in Saxoniam; diemque et locum statuit coadunandi exercitus, videlicet 6. Idus Iunii, in possessione Herveldensis monasterii in loco[c] qui dicitur Bredingin[d]. Misit etiam legatos ad Saxones, qui tunc ineundi consilii gratia frequentes Goslariam convenerant, dicere eis, memorem se gravium iniuriarum, violatae regiae maiestatis et turpis fugae, qua extremo in periculo vitae consulere coactus fuisset; nec se cunctis generaliter Saxonibus crimen hoc intendere; paucos fuisse principes, qui imperitam multitudinem et naturali levitate semper novarum rerum avidam hac[e] rabie inflammassent; ab his concitatae seditionis et turbatae rei publicae poenam se, quoniam legibus non potuerit, armata manu exacturum[f]; proinde rogare se ceteros et sub interminatione gratiae suae[g] praecipere, ne hostes publicos armis aut opibus tueantur; si obediant, veniam se eis dare veteris culpae, quod tam inusitati facinoris socii participesque antehac extitissent; sin autem, excusationem deinceps non habituros esse peccati, quod scientes praemonitique admisissent. Ad haec Saxones: *Gratissimam*[h], aiebant, *habemus legationem; et nisi principes nostri de omnibus quae obiciuntur iuxta magnificentiam regiam ei satisfacere spondeant, eos sine mora vel captos et in vincula coniectos*[i] *eius examini reservabimus, vel in favillam redactis omnibus quae ad eos pertinent, Saxonia procul effugabimus. Quod si iustis et regio nomine dignis conditionibus parati sunt, vel obiecta purgare vel quae peccaverunt expiare, oramus et per Deum obtestamur, ut honori pocius suo quam iracundiae consulat, nec ante publicam principum ceterorum audientiam et legitimam discussionem aliquid in eos, quod se non deceat, decernat; diem pocius statuat, locum designet, copiam det, tuto coram veniendi et tuto causam dicendi, ut secundum palatinas leges*[71] *iusta examinatione habita, vel puniat convictos vel absolvat* 71 *innocentes. Quod si ira immoderatior nullam admittit satisfactionem, nec alio pacto quam sanguine principum nostrorum restingui poterit, quid prodest ambiguis responsionibus sententias involvere? Extremae*[k] *impietatis fore iudicamus, ut principes nostros deseramus et eos pro nobis iugulandos obiciamus, quos haut dubie scimus nullo privato odio vel gratia, sed sola*[l] *tuendae salutis nostrae et vindicandae libertatis nostrae causa, contra regem arma sumpsisse. Quapropter id supplices petimus, ut eadem nobis et illis venia concedatur admissae praesumptionis, aut si nulla supplicationum victima expiari potest quod fecimus, eodem in nos et illos supplicio animadvertatur*[m]. Tunc Bucco Halberstatensis episcopus, Wecel[n] archiepiscopus Magadaburgensis, Magnus dux Saxoniae, Otto dux quondam Baioariae, et ceteri principes quos rex specialiter tam truculenta comminatione impetebat, dixerunt, nequaquam se sibi conscios esse, quod pacem, quae anno priore in Gerstingun[o] convenerat, facto aliquo vel dicto violassent. Nam si rex instinctu eorum vel consilio factum suspicaretur, ut ecclesia in Hartesburc[p] incenderetur, thesauri[q] diriperentur, corpora sepulchris eicerentur, aut aliud aliquid contra statutum illius conventionis perpetraretur: paratos se esse, ut quavis[r] conditione, quam modo ceteri principes regni aequam iudicassent, crimen refellerent et innocentiam suam assererent; insuper ipsam ecclesiam propriis impensis ambitiosius quam fuerat instaurarent[s], amplioribus ornamentis excolerent; omnia etiam, quae ineptum vulgus, maligno spiritu suscitatum, ausu nefario infregisset, diripuisset, temerasset, multiplicius restituerent; super haec omnia auri et argenti et praediorum suorum, quantum salvo pudore suo et regni[t]

Apr. 5.

a) placuissent 4. b) promissis 5. c) locum 3. d) Bredingen 1. 4. 5. e) ac 4. f) coacturum 4. eos acturum 5. g) sua 3. h) gravissimam 1. 4? i) *deest* 4. k) Extrema 3. l) sole 4. m) animaduerterat 4. n) Wecil 3. o) Gerstungun 3. *semper*. p) Hartesburg 1. 4. 5. q) thes. — eicerentur *desunt* 3. r) quavis 5. s) insuper ipsam ecclesiam *repetit* 4 t) regia 3.

71) Mihi quidem non tam leges scriptae esse videntur, quam receptae consuetudines usus fori, in diiudicandis causis principum, quod in palatio sive coram rege iudicio parium ex legibus fieri debuit. KR.

April. Mai. maiestate accipere vellet, prompta mente darent, dummodo in gratiam rediret, et gladium, quem in cervices eorum et in eversionem tocius Saxoniae iratus extenderat, placatus remitteret in vaginam. Quod si obstinatum adversus omnes preces et supplicationes animum gereret, se deinceps contra eum nec arma laturos nec aciem instructuros, sed nudis pedibus venienti obviam processuros, et sententiam, quamcumque vel iratus dictasset, porrecto iugulo excepturos. In haec verba nuncios regis dimiserunt, et ipsi protinus suos eadem ad eum[a] responsa deferentes destinarunt. Quos ubi rex advenire comperit, praecepit, ut nulla ratione in conspectum suum admitterentur, mandavitque eis per occultos indices[b], ut quantocius recederent, nec se oculis eius, cui contumeliam fecissent, sic temere ingererent; alioquin regia censura coherciturum se hostes publicos et insidiatores regni, qui sub praetextu legationis mendacia sua per populum sererent ad sollicitandos animos principum et expeditionem suam impediendam. Ita legati sine effectu reversi sunt. Iterum alios atque alios miserunt; sed eodem omnes rigore obfirmatas contra se tam fores quam aures regias invenerunt. Semel cum unus legatorum, captata loci et temporis oportunitate, se improvisus in conspectum regis proripuisset et quae in mandatis habebat proloqui coepisset, vix ad primum sermonis exordium dato silentio statim cum gravi indignatione reiectus est; et cum ab Oudalrico[c], quodam regio satellite, in crastinum servandus abductus vel pocius abreptus fuisset, proximo[d] mane, elusis custodibus, vix vita comite effugit.

Dehinc crebris legationibus adorti ducem Ruodolfum[e], ducem Berhtoldum[f], ducem Gozelonem et ceteros principes, quos superiore bello coniurationis socios habuerant,
72 fidem implorant, foederis quod pepigissent[g, 72] admonent, obtestanturque[h] per Deum, per cuius nomen in unius eiusdemque[i] militiae sacramenta iurassent, ut[k] assint periclitantibus, et sicut prius gerendo bello favorem suum, ita nunc reparandae paci, quoniam eos belli poeniteat, auxilium consiliumque suum non subtrahant. Sed regis prudentia, qua supra[l] aetatem suam mirum in modum callebat, omnia sepserat, omnes vias, omnes aditus obstruxerat. Siquidem a cunctis principibus suis iusiurandum acceperat, quod nullas eorum legationes se inconsulto susciperent, quod eos nec armis publice nec consiliis secreto tutarentur, nec sibi pro eis preces aliquando supplicationesque deferrent, donec se acceptae ab eis ignominiae maculam digna animadversione eluisse[m], ipse iudex testisque fateretur. Ita quocumque intendissent, quamcumque viam pertemptassent, omnia obfirmata, implicata, impedita repererunt.

Exin[n] crebra per Saxoniam Thuringiamque conventicula faciunt, quid[o] facto opus sit, consulunt; discussis et eventilatis omnibus, quae tanto malo remedium aliquod polliceri videbantur, cum nulla usquam humani auxilii spes eluceret, statuunt unanimiter, a Deo sibi deinceps quaerendum esse subsidium, qui solus tam obstinatam regis ferocitatem emollire et rem implicitam expedire queat[p]. Iubent ergo, ut per totam Saxoniam et Thuringiam, depositis cultioribus indumentis[q], sacco et laneis vestiantur[r], cibo et potu statutis diebus abstineant, sumptus[s] in pauperes pro sua quisque re familiari conferant, et per ecclesias nudis pedibus discurrentes, Deum communi lamentatione deprecentur, ut manum suam, quae[t], humano ubique cessante adiutorio, sola iam possit opitulari, undique conclusis ad ereptionem eorum extendat. Praeterea placet, ut die, quo regis exercitus iuxta publicam indictionem in Bredingen[t*] coadunandus[u] conve-
73 niret, ipsi in loco qui dicitur Lupezen[v, 73], sex milibus ab eis disparati, castra locarent, et iterum atque iterum repetitis supplicationibus aures eius et principum eius obtundentes, si evincerent, gratias Deo; sin autem, in eodem loco venientem praestolati, collatis signis, aequissimo iudici Deo rem committerent.

Superveniunt etiam hinc Luticiorum, hinc Polenorum[w] nuncii, suam utrique operam, socias manus et pares ad cuncta, quae belli artibus transigenda sint, animos pollicentes; et quod parati sint, die quem[x] Saxones designaverint. armatorum copias quam maximas

a) r. ad eum 3. b) iudices 4. c) Vdalr. *omnes.* d) primo 3. e) Rudolfum *omnes.* f) Bertholdum 1. 3. 4. g) pepegissent 3. h) que *deest* 3. i) que *deest* 4. k) at 4. l) super 4. m) eluisset 4. n) Exinde 4. o) quod 5. p) queant 5. q) vestimentis *superscr.* indu 3. r) induantur *superscr.* vestiantur 4. s) sumptos 3. t) quam 3. qui 5. t*) *ita h. l. omnes.* u) coadunatus 1*. v) Lupesen 4. w) Polonorum 3. x) quam 3.

72) Virgil. Aen. X, 902. 73) Gross- et Wenigenlupniz (Luppeniz) inter Eisenach et Langensalza; cf. Wersebe über die Vertheilung Thüringens etc. II. p. 140 sqq. n. 262. 263.

in Saxoniam mittere, vel[a], si hoc malint, contra Danos et alias gentes, quas vulgatum erat ad irruptionem Saxoniae a rege sollicitatas esse, stationes[b] iugesque excubias agant, ut hac parte sollicitudinis exonerent alias occupatos. Hoc nuncio paulalum recreatis animis, digressi, quantum temporis supererat usque ad diem coadunandi exercitus, in ieiuniis et vigiliis exigunt, ecclesias indefessi obsident, in cinere volutantur et cilicio, noctes perinde ac dies precibus insumunt, nullum postremo religionis genus, quod ad placandum Deum ecclesiastica traditione comparatum sit, praetermittunt. Sed ira Dei, quae in eos exarserat, maior erat quam ut lacrimis restingui, hostiis et muneribus mitigari posset[c].

Rex pentecosten Wormaciae cum paucis celebravit, principibus in praeparationem Mai.24.
militiae singulis privata sollicitudine occupatis. Statuta[d] die venit in Bredingen cum Iun.
infinita multitudine, planeque omnium unanimi consensu constitit, nulla umquam retro maiorum memoria tantum exercitum, tam fortem, tam militariter instructum, in regno Teutonico a quoquam rege contractum fuisse. Quicquid in regno episcoporum erat, quicquid ducum, quicquid comitum, quicquid ecclesiasticarum aut secularium dignitatum, omnes summa vi, summa ope in hoc bellum enisi convenerant. Nemo prorsus, nisi quem forte gravis admodum et omnino inexplicabilis necessitas excusasset, aberat. Episcopus Coloniensis causatus[e], impium fore, si calamitatis, quae oppressura esset fratrem suum Magadaburgensem episcopum et consobrinum suum Halberstatensem[f] episcopum, spectator adesset, vacationem impetraverat, haut gravate hoc concedente rege, eo quod post primam defectionem invisum semper eum suspectumque[g] habuisset. Leodiensis[h] episcopus, vir praeter decrepitam aetatem longa etiam aegritudine exhaustus, reginam interim servandam susceperat, et hac occasione ipse quoque militia defungebatur. Uterque tamen milites suos amplissimo numero transmisit. Dux quoque Boemorum aderat, tanto stipatus agmine, ut se solum bello Saxonico sufficere posse, vana spe elusus, arbitraretur. Wideradus abbas Fuldensis, praeter quod ab ineunte aetate uno pede graviter claudicaverat, iam per biennium ita paralisi dissolutus erat, ut nisi baculo aut ministrorum humeris innixus nusquam progredi posset. Eum tamen nec tam molesta valitudo excusare poterat a militia, id potissimum curante rege, ut omnium principum suorum titulis ac fascibus quam maxime insignem faceret expeditionem. Cumque ad locum coadunandi exercitus ferventissima aestate vehiculo sedens pergeret, strepitu circumfusae multitudinis et vi concitati pulveris suffocatus, pene spiritum exalaverat. Relatus in monasterium, a stupore quidem mentis post paululum respiravit, nullum tamen ultra verbum proloqui potuit, atque ita deinceps per 6 ebdomadas gravissima corporis molestia decoctus, 17. Kalendas Augusti humanis rebus exemptus est. Vir plane ferventis in Deum fidei, suis tamen omnibus admodum invisus, propterea quod in diebus eius Fuldense nomen multis calamitatibus vehementer attritum et pene omnino oblitteratum fuisset. Sed ad coeptum, unde digressi sumus, redeamus.

Missi a rege exploratores speculari exercitum Saxonum[i], retulerunt, eos multitudine et armis haut impares, cetero belli apparatu etiam superiores esse; opes multas et sufficientes in longum quoque tempus sumptus convexisse; nihil permotos tantorum hostium adventu, in proximo castra locasse; post laborem itineris otioso iam animo, fixis[k] tentoriis, recreando corpori indulgere; hoc statuisse, ut legatos supplices de pace mittant, si non impetrent, aequo certamine adoriantur venientes. Facile et contemptim[l] hoc auditum est ab his qui cum rege erant, passim iactantibus, nec ferreas vel[m] adamantinas acies multitudini[n] et virtuti suae inexpugnabiles fore; secum esse militem lectissimum, qui in faciendis stipendiis aetatem exegisset, et quem singuli principes, diligenti delectu[o] habito, de toto orbe exquisissent; illinc vulgus esse ineptum, agriculturae pocius quam militiae assuetum, quod non animo militari sed principum terrore coactum, contra mores et instituta sua in aciem processisset, et ideo non expectaturum, ut commisso certamine comminus stricto ense feriret et feriretur, sed ante commissum praelium solo concurrentis exercitus strepitu et clamore terrendum, fugandum et fundendum esse[p]. Rex non tam metuebat, ne praelio, quam ne supplicatione vinceretur,

a) Sed 4. b) *deest* 3. c) potuisset *superscr.* posset 4. d) Statuta — multitudine *desunt* 3. 4. 5. e) causatur 5. f) Halberstadensem 4. 5. g) susceptumque 5. h) Lediensis 5. i) Saxonum tum 4. Saxonicum 5. k) suis 3. l) Facile in contemptum hoc 5. m) nec 4. n) m. sue et v. 3. o) dilectu 4. p) esset 1.

Iun. neu principes sui eis bellum inferre irreligiosum[a] ducerent, qui se ad quascumque conditiones pacatissimos[b] praeberent, et ignominiae suae vindicta, qua nihil ardentius cupiebat, e manibus sibi raperetur. Hoc praecavens quam maxime satagebat, ut ante exercitus committerent, quam legati Saxonum pacem postulaturi venirent, plurimum in hoc ipsum annitente[c] duce Suevorum Ruodolfo, propterea quod anno priore regnum affectasse infamatus, suspicionem hanc novis erga regem studiis abstergere cupidissime volebat[74].

Iun. 8. Profectus rex de Bredingin[d], die prima venit in Elenen[75]. Sequenti die praecipitato Iun. 9. nimium gradu duorum pene dierum iter confecit[e], atque in Beringe[76] castra posuit, haut multo a Saxonibus intervallo. Iam fixis[f] tentoriis singuli, quae exhaustis lassitudine corporibus necessaria forent, circumquaque dispersi providebant, rex etiam refrigerandi gratia se in lectum reclinaverat, cum subito dux Ruodolfus ingrediens nunciat, Saxones brevissimo spacio abesse, et incertum negligentes an ignaros advenientium hostium, inter epulas et pocula ineptis lascivire lusibus, quasi[g] vel ad punctum temporis inultum habeant, quod sumpta contra rem publicam et leges maiorum arma sic improbe conspectibus regis[h] invexissent; ignominiam hanc Teutonici regni nullis deinceps seculis abolendam esse; placere sibi, cum adhuc maior pars supersit diei, ut acies instruatur, praelium committatur, vel si praelium detrectantes intra[i] castra se tutentur, ipsa castra admoto exercitu expugnentur. Rex ei pronus in terram gratias agit, et huius beneficii quoad[k] vivat numquam se immemorem futurum, Deo in testimonium ascito, pollicetur. Ita ambo se tentorio proripiunt. Dato ad pugnam signo, ocius omnes assunt; longe lateque [patentes[l]] campos occupant; singuli duces suas seorsum[m] legiones instruunt. Et quia nec situs loci nec multitudo patiebatur, ut uno eodemque tempore omnibus una fieret manus conserendi copia, datum negocium est duci Ruodolfo, ut ipse cum suis 77 prima acie confligeret, peculiari scilicet Suevorum privilegio[77], quibus ab antiquis iam diebus lege latum est, ut in omni expeditione regis Teutonici ipsi exercitum praecedere et primi committere debeant. Ceteris iussum, ut propter[n] assistentes pugnantibus, prout res[o] posceret, auxilio concurrerent. Rex in quinta erat legione, quam ex lectissimis et 78 erga se admodum spectatae fidei iuvenibus stipatam ornatissimamque instituerat[78]. Ita paulatim servatis ordinibus ad castra Saxonum procedunt[p].

Saxones, qui sibi stultissime persuaserant, spacium illud, quo a rege aberant, vix ab equite expedito, nedum ab exercitu, sarcinis aliisque impedimentis implicato, uno die transmitti posse, nihil minus quam regem eo die ad se perventurum suspicabantur; ideoque[q] vana securitate resoluti, omne studium ab armis ad curam corporum verterant; cum repente conspicantur caelum pulvere obtenebratum, exercitum, super arenam maris innumerabilem, totam adiacentis campi latitudinem instar locustarum occupasse, et fere iam emenso[r] quod in medio erat spacio, ad ipsa castra opprimenda, nisi maturent egredi, citato paululum gradu properare. Inopinata re trepidi, et se invicem inertiae, quod hostem non praevidissent, incusantes, protinus sublatis in caelum vocibus concla-

a) religiosum 1. b) paratissimos *ed. 2. Krause.* c) annuente 4. d) Breidingen 3. Bredingen 1. 5. e) fecit 4. f) suis 3. g) qui si 1. h) regis sic inv. 5. i) inter 4. k) q. v. n. *desunt* 3. l) *deest* 3. 4. m) deorsu 4. n) prope 3. o) *deest* 3. 4. 5. p. necessitas 3. p) procederet 4. q) ideo quod 4. r) emerso 4.

74) cf. Gerbert de Rudolpho Suev. p. 30. 75) Oberellen est pagus in praefectura Meiningensi Salzungen, ubique a ditione Isenacensi cinctus; Unterellen pagus ad praefecturam Isenacensem spectans. 76) Grossen-, Wolfs- et Oester-Behringen in praefectura Gotha ducatus Sax. Goth. sed ultimi etiam pagi pars ad ducatum Isenacensem pertinet. 77) In iure provinciali Alemannico (in Senckenberg. corp. iur. German. T. II. p. 330 sq.) cap. 276. (Gold. c. 272. Berg. p. 55. Schilt. c. 31.) n. 4. haec leguntur: *Indulsit etiam Suevis hoc* (Karolus M.), *quod si imperii causa pugna esset suscipienda, ipsis ius esset, prima in acie ante omnes nationes pugnare eorumque ductor esse deberet Sueviae dux* etc. Suevorum enim ope Karolus Romam a. 799. expugnavit. Alii hunc honorem Suevis tributum a proelio in Hispania ad Roncevallim, alii ab expugnatione Mediolani repetunt. Poeta de bello Saxon. l. III. v. 141—143. canit:

*Suevi, Boiarii, qui regis in agmine primo*
*Extant, quos celebrat numerosis fama triumphis,*
*Praecurrunt celeres primique feruntur in hostes.*

Cf. Berthold. Const. a. 1075. Stenzel l. c. I. 328. Eiusd. Gesch. der d. Kriegsverfassung p. 227. — Koenigshofen Elsass. chronic. p. 327. et loc. poetar. vet. German., quos exhibent: Deutsche Sagen herausgeg. von den Brüdern Grimm. T. II. p. 125. N. 450. 78) Vid. Widukind. III, 44. SS. III. p. 458. et Hist. belli Sax. l. III. v. 69—74.

mant, arma rapiunt, portis prorumpunt. Pauci[a] loricis corpora muniunt, ceteri, dum Iun. 9. morarum impatientes ruunt, nec vestes, quibus se paulo ante largiori otio indulgentes exuerant, resumere meminerunt. Nullus alterum cunctantem operitur, sed singuli passim, prout ocius seriusve arma expedierant, accurrunt. Quam plurimi etiam trans fluvium Unstrut longius metati, prius infeliciter gestae rei quam committendi certaminis nuncium acceperunt. Nec legiones ordinare angustia temporis sinebat, nec militem adhortari, nec castra consuetis stationibus munire, nec aliud quicquam facere, quod militaris disciplinae solemnitas exigebat. Repentinus regis adventus omnia praeverterat. Vix tandem ex illa trepidatione resumpto spiritu, cum in globum densissimum tumultuaria se statione stipassent, non expectato signo, ut consuetudo est pugnaturis, equis subdunt calcaria, et summo nisu praecipites feruntur in adversarios, haut procul ab Hohenburg[b] [79]. Nec impetum sustinere vel ad horam Suevi potuissent, nisi loco motis iamque pedem retro ferentibus dux Welf cum exercitu Baioarico concurrisset[c]. Prima certaminis procella hastas et lanceas consumpsit; reliquam partem gladiis, qua pugnandi arte[d] plurimum excellit miles Saxonicus, peragunt, praecincti singuli duobus vel tribus gladiis; tantaque vi, tanta ferocitate, tanta feriendi calliditate grassantur, ut hostibus etiam non minus admirationi quam terrori essent. Ibi Ernost marchio Baioariorum, vir in regno clarissimus et multis saepe adversum Ungarios victoriis insignis, graviter vulneratus est, et cum in castra semivivus relatus fuisset, postero die expiravit Ibi Engilbertus comes, ibi duo filii Eberhardi comitis de Ellenburg[80], ibi quam plurimi nobiles ex Suevis, quam 80 plurimi ex Baioariis corruerunt; paucique admodum sine vulneribus praelio excesserunt. Ruodolfus dux multis saepe gladiis impetitus, quamquam tenacissimae loricae praesidio ictus omnes frustraretur, multis tamen ex assidua contusione membrorum affectus est incommodis[81]. In exercitu Saxonico praeclarissime enituit virtus Ottonis, ducis quondam Baioariae. Is fortissimis[e] iuvenibus septus, modo in prima acie pugnam lacessere[82], ubicum- 82 que acrior vis hostium incubuisset comminus adesse, insistentium vultus gladio ferire, per hostiles cuneos quaquaversum viam sibi ferro[f] parare, modo in postremis cessantes adhortari, causae qua arma sumpserant admonere, et ut nunc, quod saepe quam sancte iurassent, libertatem suam manu vindicarent, omnes in commune per Deum obsecrare. Strenue profecto et egregii militis et optimi ducis officio fungebatur[83]. Protractum a media die usque in horam nonam certamen iam in eo erat, ut duo duorum regnorum exercitus, Sueviae et Baioariae, terga verterent; et regi frequentes nuncii salutem suorum in extremo sitam nunciabant: cum repente ex uno latere Herimannus comes de Glizberg[g] [84], ex[h] alio latere Babenbergenses milites signa inferunt. Tum dux Boemorum, 84 tum Gozelo dux Luteringorum[i], multis prius periclitantium in praelio legationibus et supplicationibus fatigatus, suas uterque copias, incitatis ad cursum equis, immittit. Non ultra Saxones vim multitudinis sustinere poterant; paulatimque cedentes, cum inclinatas iam[k] ad fugam acies dux Otto restituere, obsecrando, increpando, inertiam desidiamque exprobrando, diu multumque conatus fuisset, tandem versis frenis omnes diversas in partes aufugerunt. Tum[l] vero — ut semper in fuga hostium ignavissimis et fortissimis par solet esse audacia, par gloria — omnes in exercitu regis legiones confusis ordinibus, omnes etiam plebei ac rustici, qui castrorum usibus servilem operam dependebant, ocius se ad persequendos fugientes expediunt, equos calcaribus enecant, latissimos campos dicto citius transvolant, obstantia quaeque conculcant, fugientes, cum in castra tamquam illic latibulum habituri se recepissent, captis castris et direptis exagitant, loca omnia, per quae fuga est, per miliaria duo vel tria circumquaque caedibus cruentant, cadaverum acervis exaggerant, et quia concitatus ungulis equorum pulvis oculis prospectum, rebus discrimen eripuerat, ut haut facile socios ab hostibus visu caligante secernere possent, quam plurimos ex sociis suis, dum hostes arbitrantur, interficiunt.

a) Paucis 5. b) Hoenburg 3. c) concurisset 4. d) *deest* 4. e) fortissimus 1. 4. f) *deest* 3. g) Glisberg 4. h) et 3. i) Lutoringorum 3. Lutteringorum 1. k) i. ad f. *bis scriptum* 4. l) Tunc 4.

79) Vide supra a. 1073. et cf. Stenzel I. p. 328. n. 14. Delius I. I. p. 88. n. 119. 80) Heinricus et Eberhardus dicuntur in Ann. Einsidl. SS. III. p. 146. cf. Gerbert de Rudolpho p. 32. 81) cf. Bruno c. 46. 82) *pugnam lacessere*, cf. Virgil. Aen. V, 429. XI, 254. 83) cf. Sallust. Catil. c. 60. 84) V. Gebhardi hist. gen. Abh. II. p. 107 Wenck hist. Hass. III. p. 217.

*E CODD. A.*

2. Quod si regius aut ecclesiasticus homo hoc fecerit, bis quinquagenus solidus culpabilis iudicetur[60].

3. Similiter illi tres[d], qui ei auxiliaverint, unusquisque trigenus solidus culpabilis iudicetur. Et quanti super hos fuerint, unusquisque octavo simisolido[e] multetur.

4. Quod si servos hoc fecerit, de vita conponatur[f].

XXXV.

1. Si quis uxorem alienam tullerit vivo marido, ducenus solidus multetur[61].

2. Si quis[a] cum[a] ingenuam puellam moecatus fuerit, 50 solidos culpabilis iudicetur[62].

3. Si quis ingenuam puellam vel mulierem, qui in verbo regis vel ecclesiastica[63] est, accipere vel sedu-

d) *deest* 6. 7. e) octavo simo sol. 1; octagissimo sol. 3; octavissimo sol. 5–7; octavo semisol. 4. 8—10; octavo sol. 2. f) conponat 4—10.
*Tit. XXXV.* a) quiscumque 4.

*E CODD. B.*

2. Quod si regius aut ecclesiasticus homo hoc fecerit, 100 solidis culpabilis iudicetur.

3. Similiter illi tres, qui ei auxilium praebuerint, unusquisque 30 solidis culpabilis iudicetur. Et quanti super[f] hos[f] fuerint, unusquisque octavo semisolido multetur.

4. Quod si servus hoc fecerit, de vita conponat.

XXXVII.

De eo qui uxorem alienam tulerit.

1. Si quis uxorem alienam tulerit vivo marito, 200 solidis multetur.

2. Si quis cum ingenua puella moechatus fuerit, 50 solidis culpabilis iudicetur.

3. Si quis ingenuam puellam vel mulierem, quae in verbo regis vel eccle-

f) superius 7.

*solvant. Qui cum sagittas fuerint, ternos solidos culpabiles iudicentur. Raptores vero — sol.* 63 *exigantur.* — Lex Sal. tit. 13, add. 5: *Si quis ingenuam feminam aut puellam contubernio facto seu in itinere aut quolibet loco adsalierit et vim illi inferre praesumpserit, tam unus quam plurimi, qui in ipsa violentia fuerint admixti,* 200 *sol. unusquisque ipsorum culp. iud. Et si adhuc de illo contubernio remanserint, qui scelus istud non admisisse noscuntur et tamen ibidem fuerint, si plures aut minori numero quam tres fuerint, eorum quilibet pro ipsis* 45 *sol. culp. iud.* — Capit. I. ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 90) c. 6: *Si quis filium aut filiam alienam extra consilio parentum in coniugio copulandûm consiliaverit, et ei fuerit adprobatum, et parentes exinde aliquid damnati fuerint, aut certe raptores vel convivas conciliatores fuerint, morte damnentur, et res eorum fiscus adquirat. Raptores vero quod in anteriorem legem scriptum est amplius non damnentur.* — Capit. II. ad leg. Sal. (eod. p. 95) c. 7: *Si quis ingenuam feminam a contubernio facto aut puellam in itinere aut quodlibet locum vim inferre praesumpserit, quam unus tam plurimi, qui ipsum scelus admisisse fuerit adprobatus,* 200 *solidos culpabilis iudicetur. Et de illo contubernio si adhuc remanserit, qui ipsum scelus non admiserit et ibi fuisse noscuntur, si plures aut minore numero fuerit, tres et ipsi quadragenus quinos solidos solvant.* — Decr. Childeberti a. 596 (Capp. ed. Boretius p. 16) c. 4: *convenit Kalendas Marcias omnibus nobis adunatis, ut admodo, quicumque praesumpserit raptum facere, unde impiissimus vitius adcreverit, vitae periculum feriatur; et nullus de optimatibus nostris praesumat pro ipso precare, sed unusquisque admodum inimicum Dei persequatur. Qui vero edictum nostrum ausus fuerit contempnere, in cuiuslibet iudicis pago primitus admissum fuerit, ille iudex collectum solatium ipsum raptorem occidat, et iaceat forbatutus. Et si ad ecclesiam confugium fecerit, reddendus ab episcopo, absque ulla precatione exinde separentur. Certe si ipsa mulier raptori consenserit, ambo pariter in exilio mittantur. Et si foras ecclesia capti fuerint, ambo pariter occidantur, et facultates eorum parentibus legitimis, et quod fisco nostro debetur adquiratur.* — Chlotharii II. edictum a. 614, c. 18 (eodem p. 23): *De puellas et viduas religiosas — nullus nec per praeceptum nostrum conpetat nec trahere nec sibi in coniugio sociare paenitus praesumat. Et si quis exinde praeceptum eleguerit, nullum orciatur effectum. Et si quicumque aut per virtute aut per quolibet ordine ipsas detrahere aut sibi in coniugium praesumpserit sociare, capitale sententia feriatur. Et si in ecclesia coniugium fecerint, et illa rapta aut rapienda in hoc consentire videbitur, sequestrati ab invicem in exilio deportentur, et facultas ipsorum propinquis heredibus socielur.* Convenit ergo lex Ribuaria cum posteriore iure Saliorum; cfr. 'Zeitschr. f. Rechtsgeschichte' V, p. 398.

60) Cfr. Lex Sal. 13, 7: *Si vero puer regi vel litus ingenuam feminam traxerit, de vita culpabilis esse debet.* — Capit. VI. ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 112) c. 14: *Si quis libertus libertam alienam rapuerit, — sol.* 20 *culp. iud., preter graphione solidos* 10 *solvat, et mulier ad potestatem domini sui revertatur. Si ingenuam rapuerit, de vita sua conponat.*

61) Cfr. Lex Sal. tit. 15: *Si quis [hominem ingenuum occiderit aut] uxorem alienam tulerit a vivo marito, malb. leudardi — sol.* 200 *culp. iud.* — Capit. VI. ad leg. Salic. (ed. Boretius l. cit.) c. 17: *Si quis uxorem alienam tulerit vivo marito — sol.* 200 *culp. iud.* — Capitulare legi Salicae additum a. 819 (ed. Boretius l. cit. p. 114) c. 4: *iudicatum est, ut vivo marito cui eadem uxor contra legem subtracta fuerat, ab illo, qui eam ei iniuste tulerat, cum lege suprascripta, id est ducentis solidis, reddita fiat.*

62) Cfr. Lex Sal. ed. Merkel tit. 15 (apud Behrend tit. 25, 1. 2): *Si quis cum ingenua puella per virtutem mechatus fuerit, — sol.* 63 *culp. iud. Si quis cum ingenua puella spontanea voluntate ambis convenientibus mechati fuerint, — sol.* 45 *culp. iud.*

63) Cfr. supra not. 10. 11.

*E CODD. A.*

cere[b] seu[c] parentum voluntatem de mundeburde[d] abstulerit, bis 30 solidos culpabilis iudicetur[64].

XXXVI.

1. Si quis Ribuarius advenam[65] Francum interficerit, 200 solidos culpabilis iudicetur[66].

2. Si quis Ribuarius advenam Burgondionem[b] interficerit, bis[c] 80 solidis multetur[67].

3. Si quis Ribuarius advenam Romanum[d] interficerit, bis quinquagenus solidus multetur[68].

4. Si quis Ribuarius advenam Alamannum[69] seu Fresionem[e. 70] vel Bogium[f. 71], Saxonem[g. 72] interempserit, bis octuagenus solidus culpabilis iudicetur[73].

b) reducere 5. c) sine 5. d) mundepurdae 4; mundoburch 6; mundoburth 7.

*Tit. XXXVI.* a) Ripuarius 1. 8. 9. b) *sic* 1; *rell.* Burgundionem. c) *deest* 3. d) Romanam 1. e) Fresonem 8; Frissione 2; Frisone 3; Frisionem 6. 7. 9. f) Bogionem 5; ibogio (vel *omisso, quod in* 1 *corruptum est*) 7; ibigio (vel *omisso*) 6; Bagiarium 9; Baioarium 10. g) Saxonum 10; Sagione 6. 7.

*E CODD. B.*

siastica est, accipere vel seducere[a] seu[b] parentum[c] voluntate de mundeburde[d] abstulerit, 60 solidis culpabilis iudicetur.

XXXVIII.

De diversis interfectionibus.

1. Si quis Ribuarius[a] advenam Francum interficerit, 200 solidis culpabilis iudicetur.

2. Si quis Ribuarius advenam Burgundionem[b] interficerit, 160[c] solidis multetur.

3. Si quis Ribuarius[d] advenam Romanum interficerit, 100 solidis multetur.

4. Si quis Ribuarius[d] advenam Alamannum[e] seu Fresionem[f] vel Baiuvarium[g], Saxonem[h] interficerit, 160[i] solidis culpabilis iudicetur.

*Tit. XXXVII.* a) praesumpserit *inserunt* 15. 16. *Her.*; acceperit vel seduxerit *Til.* b) sine 3. *Her.*; seu sine 17. c) parentibus *Sich.* d) mundiburde 11. 12. *Til.*; mundiburge 19; mundoburde *Sich.*

*Tit. XXXVIII.* a) Ribuaris 7. b) Burgondionem 14; Borgundionem 8. c) LX 8. d) Roboarius 6. e) Alemannum *Sich.* f) Fresionem 2; Frisionem 8; Frisonem 13. 19; Fresonem *Sich.* g) Baiuarium 2. 12. 17. *Sich.*; Baguarium 13; Baiowarium 10; Bauuarium 14; vel *add.* 3; aut *add.* 12; sive *add.* 17. h) Sacxonem 2; Saxsonem 3; Saxonemve *Sich.* i) bis octigenis 8; C *Sich.*

64) Poena banni regii, quae solvenda est, etiamsi cum parentum voluntate puella de mundeburde vel regis vel ecclesiae aufertur. 65) De advenis cfr. supra tit. 31, c. 3—5. 66) Cfr. supra not. 8. 67) Cfr. Lex Burgund. (ed. Binding, Fontes rerum Bernensium I), tit. 2, c. 1. 2: *Si quis hominem ingenuum ex populo nostro cuiuslibet nationis, aut servum regis, natione duntaxat barbarum, occidere dampnabili ausu aut temeritate praesumpserit, non aliter admissum crimen quam sanguinis sui effusione conponat. Illud sane huic legi rationabili censuimus provisione subiungi, ut, si cui forte a quocumque inlata vis fuerit, ut aut ictibus verberum aut vulneribus urgueatur, et dum sequitur percutientem dolore aut indignatione conpulsus occiderit, — — medietatem pretii secundum qualitatem personae occisi parentibus cogatur exsolvere. Hoc est, si optimatem nobilem occiderit, in medietatem pretii* 150 *solidos. Si aliquem in mediocri populo,* 100 *sol.; minorem personam* 75 *sol. praecipimus numerari.* Pro nobili Burgundione occiso solvebatur igitur weregeldum 300 solidorum, pro mediocri 200, pro minore (quem 'gemeinfrei' appellare possumus) 150 solidorum. Cfr. eod. tit. 52, c. 4: *pretium suum, hoc est centum quinquaginta solidos.* Discrepat ergo sanctio legis Ribuariae a lege Burgundionum. 68) Cfr. Lex Sal. tit. 41, 5—7: *Si quis vero Romano homine convica rege occiderit, — sol.* 300 *culp. iud. Si vero Romano possessore, et conviva regis non fuerit, qui eum occiderit, — sol.* 100 *culp. iud. Si vero Romanum tributarium occiderit, sol.* 63 *culp. iud.* Cfr. infra tit. 61: *Si quis servum suum libertum fecerit et civem Romanum — — qui eum interficerit,* 100 *sol. multetur.* Clericus ingenuus quoque, qui Romanus ingenuus est, weregeldum centum solidorum habet (infra c. 5).

69) Cfr. Lex Alam. Hloth. 69, 1: *Si quis autem liber liberum occiderit, conponat eum bis octuaginta solidos ad filios suos.* Vetus ius Alamannorum traditur in fragmento, quod Merkel edidit Legg. III, p. 36, c. 36—39: *wiregildum — desolvat. Si baro fuerit de minofledis, solvat solidos* 160 (cod.: 170). *Si medianus Alamannus fuerit,* 200 *solidos componat. Si primus Alamannus fuerit,* 240 *solidos componat.* 70) Cfr. Lex Frisionum tit. 1, ubi nobili Frisioni weregeldum 80 solidorum, libero 53⅓ sol., lito 26⅔ sol. tribuitur. Post, ut titulo 15. legis Frisionum probatur, weregelda apud Frisiones sunt duplicata, tunc (additio sapientum tit. 3) triplicata; cfr. v. Richthofen in editione sua legis Frisionum, Legg. III, p. 650. 651, et censet quidem vir doctissimus, titulum 1. legis Frisionum circa annum 740. p. Chr., titulum 15. circa annum 785, iudicium autem, quod sapientes legi Frisionum addiderunt, anno demum 802. scriptum esse. Titulus noster legis Ribuariae pro ingenuo Frisione occiso weregeldum 160 solidorum habet, id est triplicatum weregeldum iuris Frisici novissimi, cfr. praefatio nostra § 4, i. f. 71) Cfr. Lex Baiuw., tit. 4, c. 28: *Si quis liberum hominem occiderit, solvat — bis* 80 *solidos, hoc sunt* 160. Magni momenti locus noster legis Ribuariae est, qui Baiuwarium *Bogium* appellat. Cfr. quae congessit de nomine Baiuwariorum Io. Merkel, Legg. III, p. 185, not. 1. Apud Francos quidem in aetate Merowingica nomen Boiorum vel Bogiorum pro Baiuwariis usitatum fuisse videtur. 72) Weregeldum liberi hominis in Saxonia 240 solidorum Saxonicorum, i. e. 160 solidorum Franconicorum fuisse, docti omnes coniciunt, quamvis lex Saxonum expressis verbis nusquam weregeldum ingenui commemoret; cfr. v. Richthofen, Legg. V, p. 52, not. 27. H. Brunner l. cit. (supra not. 17) p. 5 sqq. 73) Lex

*E CODD. A.*

5.[h] Si quis clericum ingenuum interficerit, bis[i] quinquagenus solidus culpabilis iudicetur[74].

6. Si quis subdiaconum interficerit, 300[k] solidos culpabilis iudicetur.

7. Si quis diaconum interficerit, 400[l] solidos multetur.

8.[m] Si quis presbyterum ingenuum[n] interficerit, ter ducenus[o] solidus multetur.

9. Si quis episcopum interficerit, ter tricenus[p] solidus multetur[75].

h) *caput* 5. *erasum in* 4 *a correctore qui textum vulgatum superscripsit; textus erasus brevior erat, duas tantum lineas comprehendens, ut conicere liceat, textum genuinum codicis* 4 *convenisse cum eo, quem supra e codd.* 1—3. 5—8 *edimus; textum vulgatum, quem e codd. B edimus, habet* 10; *in codice* 9 *cap.* 5. *ita legitur:* Si quis clericum ingenuum interfecerit, iuxta nativitatem suam conponat, *reliquis, quae textus vulgatus habet, omissis.* i) bis *deest* 8. k) CC 6; CCCC 9; bis ducentenis 8. 10; *erasum in* 4, *fortasse* bis centenos; *erasum in* 7, *corrector superscripsit* D. l) ter centenos 4; bis centenos 5; *erasum in* 7 *et superscriptum a correctore* DC; centenis solidis multetur, id est quinquagentos solidos 8; centenis solidis addetur, id est D sol. multetur 10; D sol. multetur 9. m) *caput* 8. *omisit* 9. n) *deest* 7. 8. o) CC (ter *omisso*) 6; ter CCC 9; *erasum in* 7, *et scripsit corrector* DCCCC. p) CCC (ter *omisso*) 6; ter tric. *erasum in* 4, *et scripsit corrector* DCCCC; ter tric. sol. mult. *erasa in* 7, *et scripsit corrector:* monachus fiat.

*E CODD. B.*

5. Si quis clericum interficerit, iuxta[k] quod nativitas eius fuerit[k], ita conponatur. Si servus, sicut servum. Si regius aut ecclesiasticus, sicut[l] alius regius aut ecclesiasticus[l]. Si litus[m], sicut litum[n]. Si liber, sicut alium ingenuum cum 200 solidis conponat.

6. Si quis subdiaconum[o] interficerit, 400[p] solidis conponatur.

7. Si quis diaconum[q] interficerit, 500[r] solidis conponatur.

8. Si quis presbyterum ingenuum[s] interfecerit, 600[t] solidis conponat.

9.[u] Si quis episcopum interficerit, 900[v] solidos conponat.

k) iuxta — fuerit *des.* 10. l) sicut alius ecclesiasticus vel regius libertinus 3. m) lidus 14. n) lidum 14. o) subdiaconem 3. 13. p) bis ducentenis 8; CC 17. q) diaconem 13. r) DC 19. s) *deest* 7. t) ter ducenis 8. u) *caput* 9. *deest* 8. v) DCCC 14.

Ribuaria nullam mentionem nobilium facit, qui apud Saxones, Frisiones, Baiuwarios, Alamannos, Burgundiones florebant, maiore weregeldo praediti, aut quia inter advenas (i. e. fugitivos, exules) rarissime nobilis homo inveniebatur, aut quia iuri Franconico nobilitas veteris iuris incognita erat. Inter Francos enim (sola stirpe regia Merowingica excepta) nulla nobilitas exstabat, quae ingenuos nativitate superasset. 74) Clerico ingenuo weregeldum Romani ingenui (cfr. supra not. 68) lex Ribuaria attribuit. Tum enim cum caput nostrum scribebatur, omnes fere clerici in pago Ribuario Romani erant, Francorum autem populus, illitteratus, ad religionem christianam nuper conversus, clam aut palam idolatriis paganorum deditus, ab ordine clericorum abhorrebat. Postea aliter res sese habebat. Ecclesia christiana, cum populo Francorum arctius coniuncta, clericos e numero popularium sumere poterat. Ideo caput nostrum postea, quo tempore littera vulgata componebatur, mutatum est. Littera enim vulgata, clericum ingenuum iam non Romanum, sed Francum esse ponit, verbis: *Si liber, sicut alium ingenuum cum 200 solidis conponat.* Cfr. infra tit. 58, c. 6. Hanc interpretationem capitis nostri, quam retulimus, eleganter defendit Edg. Loening, 'Das Kirchenrecht im Reiche der Merowinger' (1878, 'Geschichte des deutschen Kirchenrechts' Vol. 2) p. 296 sqq., qui et opinionem Savinii et aliorum doctissimorum virorum, qui clericos omnes in regno Francorum propter ordinem suum lege Romana vixisse docuerant, refellit, eod. p. 284 sqq.; consentit ei G. Waitz, 'Deutsche Verf.-Gesch.' II, 1 (ed. 3, 1882), p. 113, not. 3. Etiam apud Alamannos et Baiuwarios clerici iam aetate Merowingica weregeldum suae nativitatis habebant, i. e. clericus Alamannus secundum legem Alamannorum, clericus Baiuwarius secundum legem Baiuwariorum vivebat; cfr. Lex Alam. Hloth. 15: *Clerici autem sicut ceteri parentes eorum ita conponantur;* Lex Bai. I, 8: *alii autem clerici conponantur sicut parentes eorum.* Cfr. quoque infra not. 75. — Littera vulgata servorum quoque clericorum mentionem facit. Secundum canones veteris ecclesiae Gallicanae servi quoque cum consensu domini sacerdotia suscipere poterant; cfr. Concil. Aurel. V, a. 549, c. 6 (Sirmond, Concilia antiqua Galliae I, p. 279). Contra Hludowicus Pius, servos in sacerdotum numerum recipi, vetuit, cap. Aquisgran. ad episcopos pertinentia a. 818, c. 9 (Boretius, Capp. p. 274). Cfr. E. Loening, l. cit. p. 298, not. 1. 75) Concordat Capitulare Karoli M. a. 803. legibus additum c. 1 (Boretius l. cit. p. 113): *Si quis subdiaconum occiderit,* 300 *solidos conponat; qui diaconum,* 400; *qui presbiterum,* 600; *qui episcopum,* 900 *solidos componat.* — Cfr. Lex Salica emendata (ed. Pardessus, tit. 58, § 2—4): *Si quis diaconem interfecerit, — sol.* 300 *culp. iud. Si quis presbyterum interfecerit, sol.* 600 *culp. iud. Si quis episcopum interfecerit,* 900 *sol. culp. iud.* Lex Alam. Hloth. tit. 11—16: *Si quis episcopum aliquam iniuriam fecerit — omnia tripliciter conponatur, sicut et ceteri parentes eius composicione habebit: ac si melius dicamus, sicut et duce, ita in omnibus conpo-*

*E CODD. A.*

10. Si quis partum in feminam[q] interficerit, seu natum priusquam nomen habeat, bis quinquagenus solidus culpabilis iudicetur. Quod si matrem[q] cum[r] parto interficerit, septingenus[s] solidus multetur[76].

11.[t] Si quis weregeldum[u] solvere coeperit[v], bovem cornutum videntem et sanum pro 2 solidis[w] tribuat. Vaccam[x] cornutam videntem et sanam per tres solidos tribuat[x]. Equum[y] videntem et sanum per duodecim[z] solidos tribuat. Equam videntem et sanam pro 3 solidis tribuat[y]. Spatam cum scogilo[a] pro septim[b] solidis tribuat. Spata absque scogilo[c] per tres solidos tribuat. Bruina[d] bona pro 12 solidis tribuat. Helmo[e] conderecto[f] pro sex[g] solidis tribuat. Bagnbergas[h] bonas pro sex solidis tribuat[h]. Scuto cum lantia pro 2 solidis tribuat. Aucceptorem[i] non domito per 3 solidos[k] tribuat.

*E CODD. B.*

10. Si quis partum in femina interficerit, seu natum priusquam nomen habeat, 100[w] solidis culpabilis iudicetur. Quod si matrem cum partu interficerit, 700 solidis multetur.

11. Si quis weregeldum[x] solvere debet, bovem cornutum videntem et sanum pro 2 solidis tribuat. Vaccam cornutam videntem et sanam pro 1 solido tribuat. Equum[y] videntem et sanum pro 7 solidis tribuat. Equam[z] videntem et sanam pro 3[a] solidis tribuat. Spatam cum scogilo[b] pro 7[c] solidis tribuat. Spatam absque scogilo[d] pro 3 solidis tribuat. Brunniam[e] bonam pro 12 solidis tribuat. Helmum[f] conderecto[g] pro 6[h] solidis tribuat. Bainbergas[i] bonas

q) feminam prignantem 3. 6. 7. r) in 2. s) septingentis 10; LXX 9; DCCLXX 5. t) *cap. 11. et 12. omisit hic codex 5 et inseruit infra post titulum LXIV nostrae editionis.* u) wirigeldum 2; weregildum 3. 9. 10; wiregeldum 5; wedregilt 6; wedregild 7. v) *sic* 4; ceperit 9; acciperit 1. 2. 5; debet 3. 6. 7. 10. w) uno solido 5; III sol. 7. x) *sic* 1. 2. 6; duas vaccas III sol. 3; vaccam corn. vid. et sanam pro uno solido tribuat 4. 8—10; vaccam — tribuat *des.* 5. 7. y) Equum — tribuat *des.* 1. 2. z) *sic* 3. 6. 7; *erasum in* 4 *et scriptum a correctore* VI; *deest* 5; VII 8—10. a) scogila 6. 7; scugilo 5; scoilo 9; scoligilo 4; stagilo 3. b) septinus 2. 3. c) scugilo 5; scoilo 9; scolgilo 4. d) *sic* 1; brunia 2. 4—7; bruniaw 3; brunniam 8. 9. e) galium 5. f) cum derecto 2; condericto 4; condricto 6—8; contricto 9; condrictum 10; tricto 5. g) VII 6. 7. h) Bagnb. — trib. *des.* 1; *sic* 4; bancbergas 2; magnbergas 3; baginasbirgas 5; brimbergas 6; baimbargas 7; bainbergas 8—10. i) *sic* 1. 4; *rell.* acceptorem. k) pro solido 4.

w) bis quinquagenos 8. x) weregildum 4. 8. 13. 14. *Sich.*; uiueregeldum 10; quidergildum 2; wedregeldum 17. y) et quum 2. z) et quam 3. a) VI 6. b) scogelo 14; sagelo 13; scoglō 2; iscogillo 7; scogillo *Sich.*; scolio 4. 9; scugilo 10; soilo 17. c) VI *Sich.* d) sagelo 13; scoglo 2; iscogillo 7; scogillo *Sich.*; scugilo 10; scoilo 17. e) bruniam 3. 19. *Sich.*; brunicam 13; brunnam 14; brunia 2. 8; brainam 6. f) elmum 2. 8. g) conderectum 4; condrectum 13; cum directo 3; con tricto 2; conderictum 19; condrictum 8. 17; et drictum *Sich.*; pro conderecto *Til.* h) VII 7. i) Bainbergas 17.

*natur. Et si occisus fuerit, sicut illum ducem ita eum solvat aut regi aut duci (aut) ad ecclesiam ubi pastor fuit. Si quis presbiterum parrochianum — occiderit, 600 solidos eum solvat ad ecclesiam ubi servit aut ad episcopum, de cuius parochia fuit. Si quis diaconum, qui evangelium coram episcopum legit et revertitur ante altare officium fungit — occiderit, 300 solidos conponat. — — Clerici autem sicut ceteri parentes eorum ita conponatur. Si autem clericum, qui in gradu in ecclesia puplica lectione recitat vel gradalem vel alleluia coram episcopo in puplico cantaverit, et aliqua iniuria passus fuerit — conponat quomodo parentes eius conponantur, et tercia pars super haec addatur in composicione.* Lex Bai. I, 8—10: *Si quis ministros ecclesiae, id est subdiaconum, lectorem, exorcistam, acolitum, hostiarium, de istis aliquem iniuriaverit — vel occiderit: conponat hoc dupliciter, sicut solent conponere parentes eius; illi qui ministri sunt altaris Dei, duplicem compositionem accipiant, alii autem clerici conponantur, sicut parentes eorum. — — Si quis presbiterum vel diaconum, quem episcopus in parrochia ordinavit, vel qualem plebs sibi recepit ad sacerdotem, quem ecclesiastica sedis probatum habet, illi iniuriam fecerit vel plagaverit, tripliciter eos conponat. Si eum occiderit, presbiterum solvat 300 solidos auro adpreciatos —. Diaconum vero cum 200 solidis solvat. Utrisque ad illam ecclesiam, ubi ministri fuerunt; episcopo requirente et duce cogente, qui in illa provincia sunt ordinati. Et pro fredo in publico solvat sol. 40 —. Si quis episcopum, quem constituit rex vel populus elegit sibi pontificem, occiderit, solvat eum regi vel plebi aut parentibus secundum hoc edictum: Fiat tunica plumbea secundum statum eius, et quod ipsa pensaverit auro, tantum donet qui eum occidit.* 76) Cfr. supra tit. 12. — Lex Salica tit. 24, 3. 4: *Si quis femina ingenua et gravida trabaterit, sol. 700 culp. iud. Si vero infantem in utero matris suae occiderit, aut ante quod nomen habeat, cui fuerit adprobatum — sol. 100 culp. iud.* — Caplt. I. ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 92) c. 11, § 4—10: *Si quis mulierem ingenuam praegnantem in ventre aut in renis percusserit pugno aut calcem et ei pecus non excuciat, et illa propter hoc gravata fuerit quasi usque ad mortem, 200 sol. culp. iud. Si quis vero pecus mortuum excusserit et ipsa evaserit, 600 sol. culp. iud. Si vero ipsa mulier propterea mortua fuerit, 900 sol. culp. iud. Si vero mulier qui mortua est pro aliqua causa in verbo regis missa est, 1200 sol. culp. iud. Si vero infans puella est qui excutitur, 2400 sol. conponat. Haec lex de militunias vel letas sive Romanos in medietate convenit observare. Si quis ancillae pecus mortuum excusserit, si pulicella fuerit, 63 sol. conponat similiter et dinarium unum. Si vero ancilla ipsa cellaria aut genicium domini sui tenuerit, 100 solidos et dinarium pro ipsa conponat.*

*E COD. A.*

Commorsum gruarium[l] pro sex[m] solidis tribuat. Acceptorem[n] mutatum pro 12 solidis tribuat[77].

12.[a] Quod si cum argento solvere contingerit, pro solido[o] 12 dinarios, sicut antiquitus est constitutum[78].

XXXVII.

1. Si quis mulierem disponsaverit, quidquid ei per tabularum seu cartarum instrumenta conscripserit, perpetualiter inconfulsum[a] permaneat.

2. Si autem per series scripturarum ei nihil contullerit, si mulier[b] virum supervixerit, 50 solidos in dude[c] recipiat, et terciam de omne [re[d]], quod simul conlaboraverit[e], sibi[f] studiat evindicare; et[g] quidquid ei in morgangaba[h] traditum fuerit, similiter[i] faciat[i].

3. Quod si ex his, qui[k] conscripta vel tradita sunt, simul consumpserit[l], nihil requirat[m] [79].

*E COD. B.*

pro 6 solidis tribuat. Scutum cum lancea pro 2[k] solidis tribuat. Acceptorem[l] non domitum pro 3 solidis tribuat. Commorsum[m] gruarium[n] pro 6 solidis tribuat. Acceptorem[o] mutatum pro 12 solidis tribuat.

12. Quod si cum argento solvere contigerit, pro solido[p] 12 dinarios, sicut antiquitus est constitutum.

XXXIX.

De dotis mulierum.

1. Si quis mulierem disponsaverit, quicquid ei per tabularum seu cartarum instrumenta conscripserit, perpetualiter inconvulsum permaneat.

2. Si autem per seriem scripturarum ei nihil contulerit, si virum supervixerit, 50 solidos in dotem recipiat, et tertiam partem de omni re, quam simul conlaboraverant, sibi studeat evindicare, vel quicquid ei in morgangeba[a] traditum fuerat, similiter faciat.

3. Quod si ex his, quae conscripta vel tradita sunt, simul consumpserint[b], nihil requirat[c].

l) grauarium 3. m) VII 7. n) *vide supra not.* t. o) pro III sol. 6.

*Tit. XXXVII.* a) *sic* 1. 2; *rell.* inconvulsum. b) *sic* 3. 4. 9; similiter 1. 2. 5; mulier *deest* 6. 7. 8. 10. c) *sic* 1; vidua (in *omisso, corruptum, ut videtur, ex* in dude) 4; *rell.* in dote. d) re *inserunt* 3—10. e) conlaboraverint 4. 8. 9; conlaboraverunt 3. 6. 7. f) *deest* 4; sive 5 g) vel 2. 4. 5. 8. 9; et vel 3. h) morgangyba 5; morgingeba 6. 7; morgangeba 9. 10; baga 4. i) nihil requirat 2. k) quae 4. 6. 8—10. l) consumpserint 4. 6—10. m) requiret 3; requiratur 6. 7. 9.

k) tres 8. l) accipitrem 3. m) commorsum 2. 3. 5. 6. 13. 14. n) groarium 2; grauarium 10. o) accipitrem 3. p) solidos 10.

*Tit. XXXIX.* a) morgandiba 10. b) aliquid *add. Til.* c) requiratur 3; *cap.* 3. *deest apud Sich.*

77) Secundum legem Salicam tit. 50. creditor et debitor *rachineburgius idoneos* eligunt, *qui praecium adpreciare debent*, ut debitor, qui compositionem solvere debet, *secundum iustum praecium* creditori satisfaciat (cfr. supra not. 44). Postea tamen legibus res mobiles sunt adpretiatae. Exemplum affert locus noster legis Ribuariae. Cfr. Lex Saxonum c. 66 (supra p. 84). Capit. Saxonicum a. 797, c. 11 (supra p. 92. Boretius Capp. I, p. 72). 78) Solidus duodecim denariorum apud Ribuarios antiquitus in usu fuisse videtur; cfr. Soetbeer, in 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' II, p. 314; G. Waitz, 'Deutsche Verf.-Gesch.' (ed. 3) II, 2 (1882) p. 312. 313. Supra tit. 23. ad vocem *tremissem* littera vulgata addit *id est 4 dinarios.* 79) De dote et *morgangaba* secundum legem Francorum cfr. Rich. Schroeder, 'Geschichte des ehelichen Güterrechts in Deutschland'. Tom. I, 1863. p. 63 sqq. 89 sqq. 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' V, p. 419 sqq. — Cfr. Capit. I ad leg. Sal. (ed. Boretio apud Behrend, Lex Salica p. 90) c. 7: *Si quis mulier vidua post mortem mariti sui ad altero marito se dare voluerit, prius, qui eam accipere voluerit, reibus secundum legem donet; et postea mulier, si de anteriore marito filios habet, parentes infantum suorum consiliare debent. Et si in dotis* 25 *sol.* (corr.: 30 *sol.*? cfr. R. Schröder l. cit. p. 64, not. 1) *accepit*, 3 *sol. achasium parentibus, qui proximiores sunt marito defuncto, donet* —. *Si vero* 63 *sol. in dotis accipiat, solidi sex in achasium dentur, hoc est ut per decimus solidos singuli in achasium debentur. Sic tamen, ut dotem, quem anterior maritus dedit, filiis suis post obitum matris sine ullum consorcium sibi vindicent ac defendant, de qua dotem mater nec vendere nec donare praesummat. Certe si mulier de anteriore marito filios non habuerit et cum dote sua ad alias nuptias ambulare voluerit, sicut superius diximus achasium donet; et sic postea scamno cooperiat et lecto cum lectaria ornet et ante novem testes parentibus defuncti invitat et dicat: 'Omnes mihi testes sitis, quia et achasium dedi ut pacem habeam parentum, et lectum stratum et lectaria condigna et scamno cooperto et cathedras quae de casa patris mei exhibui hic dimitto'. Et hoc liceat cum duas partes dotis sui alio se dare marito. Si vero istud non fecerit, duas partes dotis perdat et insuper fisco sol.* 63 *culp. iud.* — Eod. c. 8: *Si quis uxorem amiserit et aliam habere voluerit, dotem quam primarie uxorem dedit, secunda ei donare non licet. Si tamen adhuc filii parvoli sunt, usque ad perfectam aetatem res uxores anteriores vel dotis causa liceat iudicare, sic vero ut de hac nec vendere nec donare praesummat. Si vero de anteriorem uxorem filios non habuerit, parentes, qui proximiores sunt mulieris defuncti, duas partes dotis recoligant et dua lectaria dimittant, duos scamnos coopertos et duas cathedras. Quod si istud non fecerint, tertia sola de dote recoligant, tamen si per adfatimus antea non cromaverint.* — Edictum Chilperici c. 5 (Capp. ed. Boretius p. 8): *Idemque convenit, ut quicumque uxorem acceperit et infantes inter se non habuerint,*

*E CODD. A.*

## XXXVIII.

Si quis hominem innocentem ad regem accusaverit, sexaginta[a] solidos culpabilis iudicetur[80].

## XXXIX.

Si quis ingenuam mulierem manum extrinxerit, 15 solidos culpabilis iudicetur. Certe[a] si[a] super cupidum[b] manum miserit, 30 solidos multetur[81].

## XL.

Si quis caballum extra consilium[a] domini sui ascenderit, 30 solidos culpabilis iudicetur[82].

*E CODD. B.*

## XL.

**De eo qui hominem innocentem ad regem accusaverit.**

**Si quis hominem innocentem ad regem accusaverit, 60 solidis culpabilis iudicetur.**

## XLI.

**De eo qui ingenuae mulieri manum vel brachium strinxerit.**

**Si quis ingenuae mulieri manum strinxerit, 15 solidis culpabilis iudicetur. Certe si super cubitum manum miserit, 30 solidis multetur.**

## XLII.

**De caballo extra consilium domini sui ascenso.**

**Si quis caballum extra consensum domini sui ascenderit, 30 solidis culpabilis iudicetur.**

*Tit. XXXVIII.* a) XL 1—3. 8.

*Tit. XXXIX.* a) certum 1. 2. b) *sic* 1; *rell.* cubitum.

*Tit. XL.* a) consensum 8. 10.

*vir uxorem suam superstitem mortuus fuerit, tunc illa mulier dimediam dotem accipiat, et dimediam parentis defuncti marito ad se recolligant; et si mulier sub tali condictione mortua fuerit, media maritus simili modo ad se revocet, et mediaetatem parentibus ipsius muliere ad se recollegant.* — Dotem, quam maritus uxori dedit, iam saeculo sexto apud Salios communem inter coniuges fuisse, post mortem autem alterius ad liberos in matrimonio procreatos devolutam esse ('Verfangenschaftsrecht'), ex capitibus laudatis apparet. Quo fit, ut secundum legem nostram Ribuariam communio bonorum acquisitorum loco dotis cedat. Textu enim supra edito comprobatur, tertiam partem collaborationis non pro dono matutino (quod Schroedero p. 94 placuit), sed pro dote esse (quod A. Heusler v. cl. me docuit). Vox *et* in codd. 1. 6. 7 legitur. Cfr. Capit. missorum a. 821, c. 9 (Capp. ed. Boretius p. 301): *Volumus, ut uxores defunctorum post obitum maritorum tertiam partem conlaborationis, quam simul in beneficio conlaboraverunt, accipiant. Et* (i. e. *etiam*) *de his rebus, quas is, qui illud beneficium habuit, aliunde adduxit vel conparavit, vel ei ab amicis suis conlatum est, has volumus tam ad orphanos defunctorum quam ad uxores eorum pervenire* (Schröder eod. p. 91. 92). Parti mulieris secundum vetus ius Francorum tertia pars tantum dotis cedit (ut duae partes dotis in partem mulieris cadant, secundum capita Salica supra laudata, lectaria, cathedrae etc. parti mariti offerri debent). Tertiam igitur partem collaborationis mulier superstes sibi vindicat, cum totam collaborationem loco dotis concessam esse fingatur, nisi forte a marito certae res doti conscriptae sunt. Iam saeculo sexto dotem et *morgangabam* saepe in unam donationem coniunctas fuisse, illustratur pacto celebri quod Guntchramnus et Childebertus reges a. 587. apud Andelaum inierunt (Capp. ed. Boretius p. 13, i. f): *De civitatibus vero, hoc est Burdegala, Lemovicas, Cadurcus, Benarno et Begora, quae Gailesoindam germanam domnae Brunichildis tam in dote quam in morganegiba, hoc est matutinale donum, in Franciam venientem certum est adquisisse, quas etiam per iudicium gloriosi domni Guntchramni regis vel Francorum, superstitibus Chilperico et Sigiberto regibus, domna Brunichildis noscitur adquisisse, ita convenit, ut Cadurcus civitatem cum terminibus et cuncto populo suo domna Brunichildis de praesenti in sua potestate percipiat; reliquas vero civitates ex hac condicione superius nominatas domnus Guntchramnus, dum advivit, possedeat; ita ut, quandoquidem post eius transitum, in dominatione domnae Brunichildis heredumque suorum cum omni soliditate Deo propitio revertantur; nec superstite domno Guntchramno neque a domna Brunichilde neque a filio Childeberto rege filiisque suis quolibet ingenio vel tempore repetantur.* Civitates illae, Gailesoindae a Chilperico marito suo *tam in dote quam in morganegiba* datae, post mortem Gailesoindae, superstite marito suo (Chilperico), Brunechildi reginae (heredi videlicet uxoris defunctae) adiudicatae sunt, Chilperico excluso, cum uxorem suam ipse interfecisset (Gregor. Turon. Hist. Franc. IV, c. 28). Post mortem autem Chilperici pacto Andelaensi civitates illae inter Guntchramnum regem (heredem mariti) et Brunichildem reginam (heredem uxoris) secundum usumfructum divisae sunt. Communionem illam rerum dotalium atque matutinalium ex communione quadam omnium bonorum inter maritum et uxorem (quae tamen communio a communione iuris Romani longe distabat) processisse, mihi persuasum habeo. Infantibus ex matrimonio superstitibus, vidua tertiam suam usufructuario tantum iure acquirit cum usufructu in duabus tertiis mariti (cfr. Pardessus, dipl. I, nr. 179). Quo comprobatur, ius, quod 'Verfangenschaftsrecht' dicitur, apud Salios quoque olim viguisse. 80) Cfr. Lex Sal. tit. 18: *Si quis ad regem innocentem hominem absentem accusaverit, malb. seulando efa,* — *sol. LXIII culpabilis iudicetur.* — 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' V, p. 446. 81) Cfr. Lex Sal. tit. 20: *Si quis ingenuus homo ingenuae muliere manum vel brachio aut digito extrinxerit, cui fuerit adprobatum, malb. leudardi, hoc est sol. 15 culp. iud. Si brachium praesserit, sol. 30 conponat. Certe si super cubitum manum miserit, malb. chamin, — sol. 35 culp. iud.* 82) Cfr. Lex Sal. tit. 23: *Si quis caballum alienum extra consilium domini sui caballicaverit*

*E CODD. A.*

### XLI.

1. Si quis ingenuus ingenuum ligaverit et ei culpam cum sex testibus in haraho[a] non adprobaverit, 30 solidos culpabilis iudicetur[83].

2. Si quis a contubernio[b,84] probabiliter[c] legatus super res alienas fuerit, eum ad excusationem non permittimus[d].

3. Sed si unus homo cum satellitibus suis[85] hominem legaverit, aut ipsum excussare permittimus[e]; aut proximus[f] eius, quod innocens legatus sit, cum 6[g] iuret.

### XLII.

1. Si quis de diversis venationibus furaverit et[a] celaverit, seu et de piscationibus[b], 15 solidos culpabilis iudicetur. Quia non[c] hic[d] re[e] possessa, sed de venationibus agitur[f].

2. Si quis cervum domitum vel cum triutes[g] occiderit, aut furaverit, non sicut de reliquos animalibus texaga[h] exigantur[i], sed tantum 45 solidos multetur.

3. Si autem in venationem[k] non fuit, 30 solidos culpabilis iudicetur[*,86].

*) *Cod.* 5 *addit:*

4. Si quis de sote porcum furaverit, 12 solidos, et si

*E CODD. B.*

### XLIII.

#### De ligaminibus ingenuorum.

1. Si quis ingenuus ingenuum ligaverit et eius culpam cum 6 testibus in araho[a] non[b] adprobaverit[b], 30 solidis culpabilis iudicetur.

2. Si quis a contubernio probabiliter[c] ligatus super res alienas fuerit, eum ad excusationem non permittimus.

3. Sed si unus homo cum satellitibus suis hominem ligaverit, aut ipsum excusare permittimus; aut proximus eius, quod innocens ligatus sit, cum 6[d] iuret.

### XLIV.

#### De venationibus.

1. Si quis de diversis venationibus furatus fuerit et caelaverit, seu et de piscationibus, 15 solidis culpabilis iudicetur. Quia non est haec res possessa, sed[a] de venationibus agitur.

2. Si quis cervum domitum vel cum[b] triutis[c] occiderit, aut furatus fuerit, non sicut de reliquis animalibus furtum exigatur, sed tantum 45[d] solidis multetur.

3. Sin autem in venatione non[e] fuit, 30 solidis culpabilis iudicetur.

*Tit. XLI.* a) haracho 6. 7; araho 4. 8. 9; brachio 2; in h. *des.* 5. b) contubernia 5; contubernia 4. c) probaliter 5. 7. d) promittimus 1—3. e) promittimus 3. f) proximum 2—5. 7. 9. g) XII 6. 7.

*Tit. XLII.* a) aut 4. 5. b) vel alicuius loca materiamen vel ligna finata abstulerit *addit* 5 *(cfr. infra tit. LXXVI, not. e).* c) no 1. d) est haec 5; est 6. 7. 8. 10. e) res 3—10. f) agetur*is* 3; egiturus 5; agituris 6; agiturus 7; cogitur 9; *deest* 2. g) triutis 4. 8—10; triutes 5; ad venatione fatienda vel quibus iam venaverit (vel cum tr. *omissis*) 4; vel triudes ad venationem vel quibus avenaverit 6. 7. h) taxaia (*corruptum ex* taxaca) 2. 3; texega 7; furtu 8; furtum 10. i) exigatur 2—5. 8—10; exigat 6. 7. k) venatio (in *omisso*) 6. 7.

*Tit. XLIII.* a) ara hoc 2; aracho 7. 19; arahbo 6; haraho 3. 9. *Sich. Til.* b) tum imposuerit *Sich.* c) probaliter 5. 14—16; provaliter 2. d) VII 19.

*Tit. XLIV.* a) si 19. b) *deest* 10. 13. c) tributis fuerit 14; truncis *Sich.*; troutis *Til.* d) XV 14. e) *deest* 13.

(textus quartus apud Pardessus, Loi Salique p. 139: *ascenserit aut cabalicaverit*) — *sol.* 30 *culp. iud.* 83) Cfr. infra titt. 73. 77. 79. — Lex Sal. tit. 32: *Si quis hominem ingenuum sine causa ligaverit, malb. anderebus, — sol.* 30 *culp. iud. Si quis vero ipsum ligatum in aliqua parte duxerit — sol.* 45 *culp. iud.* — Pactus Childeberti regis c. 2 (Capp. ed. Boretius p. 4): *Si quis ingenuam personam per furtum ligaverit et negator exteterit, duodecim iuratores medios electos dare debet, quod furtum quod obicit verum sit.* — Lex Franc. Cham. c. 17: *Si quis hominem Francum sine culpa ligaverit, solidos* 12 *componat, et in fredo dominico solidos* 4. — H. Siegel, 'Geschichte des deutschen Gerichtsverfahrens' (1857) p. 78 sqq.; Sohm, 'Process der Lex Salica' p. 134 sqq.; R. Loening, 'Der Reinigungseid bei Ungerichtsklagen' (1880) p. 110; I. I. Thonissen, 'L'organisation judiciaire de la loi Salique' (1882) p. 414 sqq. 84) Apud Romanos *contubernium* agmen erat decem militum, cui decanus praeerat, cfr. Vegetius de re militari II, 8: *Erant decani denis militibus praepositi, qui nunc caput contubernii vocantur.* II, 13: *ipsae centuriae in contubernia divisae sunt, ut decem militibus sub uno papilione degentibus unus quasi praeesset decanus, qui caput contubernii nominatur* (cfr. Waitz, 'Verf.-Gesch.' ed. 3, I, p. 488, not. 2). Apud Francos vox *contubernium* idem significat, quod *trustis* (cfr. Pactus Childeberti et Chlotharii a. 511—558 c. 9. 16, Capp. ed. Boretius p. 5. 7), *hariraida* (infra tit. 64), *arischild* (Edict. Liutpr. 134. 141); cfr. Waitz l. cit. p. 488 sqq. Est igitur *contubernium* agmen ingenuorum ('ein Heer'), cui unus dux praeest. 85) i. e. cum servientibus suis, aut servis aut ingenuis in obsequio eius constitutis (cfr. supra tit. 31. c. 1). 86) De ordinaria poena furti secundum legem Ribuariam cfr. infra not. ad tit. 63, c. 2. — Cfr. Lex Sal. tit. 33: *Si quis de diversis venationibus furtum fecerit et celaverit, praeter capitale et dilaturam — sol.* 45 *culp. iud. Quae lex de venationibus et piscationibus observare convenit. Si quis cervo domestico signum habentem furaverit aut occiderit, quia de venatione mansuetus est, et hoc per testibus fuerit adprobatum, quod eum dominus suus in venationem habuisset aut cum ipsum duas aut tres feras occidisset, malb. throwidioso, hoc est — sol.* 45 *culp. iud. Alio vero qualibet domestico cervo, quique in venationem adhoc non fuit, qui eum involaverit aut occiderit, malb. throweinso, hoc est* —

*E codd. A.*

de campo, 3 solidos culpabilis[1], et quod furaverit in triplo conponat[87].

5. Si quis de ovile berbicem furaverit, 6 solidos, et si de campo, 3 solidos, et quod furaverit in triplo conponat[88].

6. Si quis de appiario apem furaverit, 12 solidos conponat, et quod furaverit in triplo conponat[89].

## XLIII.

Si quis vero tres virgas, unde sibis[a] legantur[b], vel retorta, unde sibis[c] contenitur, capulaverit, aut tres cambortus[d] involaverit, seu in clausura aliena tracum[e] fecerit, 15 solidos multetur[90].

## XLIV.

Si quis per messem alienam cum carro vel carruca transiret[a], 15 solidos multetur[91].

## XLV.

Si quis nesciente homine[a] furtivam rem in eius possessione introduxerit, et ibidem inventa fuerit, 45 solidos culpabilis iudicetur, vel quidquid ei damnum accesserit[b], alium tantum restituat[c. 92].

*E codd. B.*

## XLV.

### De saepibus.

Si quis vero tres virgas, unde saepis ligatur, vel retorta, unde saepis continetur, cappulaverit, aut 3 cambortos involaverit, seu in clausura aliena traugum[a] ad transiendum[b] fecerit, 15 solidis multetur.

## XLVI.

### De his qui in messe aliena cum carro transierit[a].

Si quis per messem alienam cum carro vel carruca[b] transierit, 15 solidis multetur.

## XLVII.

### De his qui nesciente homine aliquam[a] furtivam rem[a] in domo introduxerit.

Si quis nesciente homine furtivam rem in[b] eius possessionem introduxerit, et ibidem inventa fuerit, 45 solidis culpabilis iudicetur, vel quicquid ei damnum accesserit, aliud tantum restituat.

1) *supplendum* iudicetur.

*Tit. XLIII.* a) de sibis sibis, *coaeva manus correxit* de sibibus sibis 1 *(vocem* de *ex eo quod praecedit* unde *originem duxisse mihi persuasum habeo)*; de sepibus sibis 2; sepibus 3; sepis 4—10. b) ligatur 2. 4. 5. 8—10; legatur 3; ligata 6. 7. c) sepis 3—5. 8—10; *deest* 6. 7. d) cambortos 3. 4. 8; campostos 5; cambortas 6—10. e) *sic* 1. 5; traucum 2—4. 8; traucam 9; trauci 6. 7; traugum ad transiendum 10.

*Tit. XLIV.* a) transierit 4—10.

*Tit. XLV.* a) domino 6. b) cessaverit 4. c) *codex* 5 *hic inserit ex titulo* 82. *editionis nostrae haec verba:* 2. Si autem negare *(corrigendum:* negaverit*)* et convictus fuerit, capitale cum texaga et dilatura culpabilis iudicetur. 3. Si quis peculium in messe adprehenso ad paricum manare *(corr.* minare*)* non permiserit, 12 sol. culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret quod hoc non fecisset.

*Tit. XLV.* a) tresiugum 17; iugum *Sich.* b) transsaliendum 13.

*Tit. XLVI.* a) *titulus XLVI. in contextu codicis* 2 *desideratur, in indice autem rubrica eius legitur.* b) carruga 4. 7. 19.

*Tit. XLVII.* a) aliquem furtum 8. b) domum vel *inserit Til.*

*sol.* 35 *culp. iud.* — Capit. VI ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 110) c. 2: *Si quis stadalem vaidaris cervum aut bovem cervi atribute saliverit, — (sol.)* 45 *culp. iud.* (cfr. quod Boretius l. cit. not. 4. addidit). c. 3. eod.: *De furtis de venationibus vel piscationibus: Si quis pedicam involaverit aut retem aut nassam de navi tulerit, — sol.* 30 *culp. iud. Si quis de vena furaverit piscem aut de retem, — sol.* 15 *culp. iud. Si quis pedicam cum feramen aut sagitatum de toxitum invenerit, et eum calcare voluerit, quem canes minaverunt, adque venationem in bargo involaverit aut de mansionem furaverit, — sol.* 30 *culp. iud.* Cfr. infra tit. 76. — 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' V, p. 399. 87) Cfr. Lex Salica Emendata (Pardessus) tit. 2, c. 3. 4: *Si quis porcellum de sude furaverit, quae clavem habet, — sol.* 45 *culp. iud., excepto capitale et delatura. Si quis porcellum in campo inter porcos, ipso porcario custodiente, furaverit, — sol.* 15 *culp. iud., excepto capitale et delatura.* 88) Cfr. Lex Sal. tit. 4 *de furtis ovium.* 89) Cfr. Lex Sal. tit. 8, c. 1: *Si quis unam apem de intro clavem furaverit et hic si probaverit, malb. sundolino, hoc est — sol.* 45 *culp. iud.* — Poena tripli, quam cod. 5 praeter compositionem furi iniungit, iuri Franconico ignota est. Poena dupli et quadrupli, pro furto solvenda, in codice Guelferbytano legis Salicae (ed. A. Holder, 'Lex Salica mit der mallobergischen Glosse', 1879, p. 21; Behrend, Lex Sal. tit. 40, 11, Addit. 1) semel occurrit, fortasse a lege Romana desumta; cfr. Gregor. Tur. Hist. Franc. X, 8. Alioquin fures apud Francos praeter compositionem simplum tantum *(capitale et dilaturam)* restituere debebant. 90) Cfr. Lex Sal. tit. 34, c. 1 (textus II apud Pardessus, 'Loi Salique' p. 50; Alfr. Holder, 'Lex Salica nach dem codex Lescurianus', 1880, p. 14): *Si quis vero tres virgas quod sepis superligator vel retorta unde sepes continetur capulaverit aut tres cambortos involaverit aut hunde labor clausa est excervicaverit*, 600 *den. qui faciunt sol.* 15 *culpabilis.* 91) Cfr. Lex Sal. tit. 34, c. 2. 3 (cod. Monac., ed. Alfr. Holder, 'Lex Salica', 1879, p. 58): *Si quis messem alienam postquam levaverit carrugam traxerit aut carrum sine via transierit, sol.* 3 *culp. iud. Si quis per alienam messem iam expalmitantem sine via transierit, sol.* 15 *culp. iud.* 92) Cfr. Lex Sal. tit. 34, c. 4: *Si quis*

*E CODD. A.*

### XLVI.

1. Si quis quadropes[a] hominem[b] occiderit, ipse quadropes[b], qui eum interficerit, in medietate weregilde[c] suscipiatur, et aliam medietatem dominos[d] quadropes[e] solvere studiat absque freto[f]: quia quod quadropedes faciunt[g], freto[h] non exigitur[93].

2. Quod si quadropedes quadropedem interficerit, dominus quadropedes quadropedem mortuum vel debilem recipiat; et eum, qui alium interficerit, a[i] domino eius, cuius[k] quadropedes est[l] interfectus, ipsum quadropedem[m] tribuat, aut[n] quantum interfectus vel debilis prius[o] valuerit[p].

### XLVII.

1. Si quis animal suum per vestigium sequerit, et usque tercio die ad[a] domo cuius vel in qualibet[b] loco eum invenerit, liceat ei absque interciato revocare.

2. Quod si in domo fuerit, et[c] ei scludinium[d], cuius est domus, contradixerit, ut fur habeatur.

3. Quod si ibidem violenter ingressus fuerit, ter quinos[e] solidos multetur, aut cum 6[f] iurit[94].

### XLVIII.

Si quis procreatione filiorum vel filiarum non habuerit, omnem facultatem suam in praesentia regis,

*E CODD. B.*

### XLVIII.

**De quadrupedibus, si hominem occiderint.**

1. Si quis quadrupes[a] hominem occiderit, ipse quadrupes[a], qui eum interficerit, in medietatem weregildi[b] suscipiatur, et aliam medietatem dominus quadrupedis solvere studeat absque fredo: quia quod quadrupedes[c] faciunt, fredus exinde non exigitur.

2. Quod si quadrupes[d] quadrupedem interfecerit, dominus quadrupedis quadrupedem mortuum vel debilem recipiat; et eum, qui alium interfecerit, a[e] domino eius, cuius quadrupes[f] est interfectus, ipsum quadrupedem tribuat, et quantum interfectus vel debilis prius valuerat, solvatur.

### XLIX.

**De vestigio minando.**

1. Si quis animal suum per vestigium sequitur, et tertio die in domo cuiuslibet vel in quolibet loco eum invenerit, liceat ei absque intertiato revocare.

2. Quod si in domo fuerit, et ei scrutinium[a], cuius est domus, contradixerat, ut fur habeatur.

3. Quod si ibidem violenter ingressus fuerit, 15 solidis multetur, aut cum 6[b] iuret.

### L.

**De homine qui sine heredibus moritur.**

Si quis procreationem filiorum vel filiarum non habuerit, omnem faculta-

*Tit. XLVI.* a) quadropedes 3; quadrupedis 6. 7; quadropis 8; quadrupes 9. 10. b) hominem — quadr. *desunt* 1. 2. c) wergilde 2; weregeldi 4. 8; wiragilde 5; weregildi 9. 10. d) *sic* 1; *rell.* dominus. e) *sic* 1 *(ut videtur, loco genitivi* = quadropis *(!), cfr. not.* m*)*; quadrupedes 2. 3; *rell.* quadrupedis. f) fredo 2. 4. 6—10. g) facium *(cfr. Schuchardt, 'Vocalismus des Vulgarlateins' I, p. 75. 118.)* 1. 2; inde *addunt* 6. 7, *cfr. not.* h. h) fredo 4; fredus 6—10; inde *addit* 9; exinde *addunt* 8. 10, *cfr. not.* g. i) ad 5; et ad 10. k) *verbum cuius iteravit* 1. l) et *add.* 1. m) quadrupedis 6; quadrupem 8. n) *sic* 3. 4. 9; ut 1. 2. 5; *deest* 6. 7; et 10. o) plus 7. p) solvat vel culpabilis *add.* 3; solvat *addunt* 6. 7. 9; solvatur *addunt* 8. 10.

*Tit. XLVII.* a) a 1; in 6. 8. 10. b) quolibet 5. 7—10. c) et *deest* 1. d) cludinium 5; claudinium 6. 7; scrutinium 10. e) quinon 1. f) XII 5.

*Tit. XLVIII.* a) quadrupedes 4. 8. 10. 13. 19; quadrupedis 17. b) weregilde 4; weregildii *Sich.*; weregeldi 3. 5. 6; weregrldi 19; guidrigeldi 2; wedregildi 17. c) quadrupes 4. d) quadrupedes 4. 6. 10. 13. 19; quadrupedis 17. e) ad 2. 4; *deest* 8. 13. 17. *et apud Sich.* f) quadrupedes 6. 13. 19.

*Tit. XLIX.* a) scludinium 8. b) VII 4. 19.

*per malo ingenio in curte alterius aut in casa vel in quolibet aliquid de furto miserit, hoc est nesciente domino, et ibi inventus fuerit, malb. fistirbi ero, hoc est — sol.* 63 *culp. iud.* 93) Cf. Lex Sal. tit. 36: *Si quis homo ex quolibet quadrupedem domesticum fuerit occisus et hoc per testibus fuerit adprobatus, medietatem compositionis dominus ipsius quadrupedis cogatur exsolvere. Ipse vero quadrupedem pro alia medietatem requirentem restituat.* 94) Cfr. Lex Sal. tit. 37: *Si quis bovem aut caballo vel qualibet animal per furtum perdiderit et eum dum per vestigio sequitur consequutus invenerit, ut in tres noctes ille, qui eum ducit, emisse aut cambiasse dixerit vel proclamaverit, ille, qui per vestigio sequitur, res suas per tercia manu agramire debet. Si vero iam tribus noctibus exactis qui res suas requiret eas invenerit, ille, apud quem inveniuntur, si eas emisse aut cambiasse dixerit, ipse liceat agramire. Si ille vero, qui per vestigio sequitur, quod se agnoscere dicit illi alii reclamantem nec offerre per tertia manum voluerit nec solem secundum legem colocaverit et tulisse convincitur, —* 30 *sol. culp. iud.* — De centena vestigium sequente cfr. Decretio Chlotharii regis c. 9. 16. Childeberti II. decretio c. 11. 12 (Capp. ed. Boretius p. 5. 7. 17). — Pactus pro tenore pacis c. 17 (eod. p. 7): *Si quis ad vestigium vel latronem persequendum admonitur venire noluerit, quinque solidos iudice condemnetur.*

*E CODD. A.*

sive vir muliere[a], vel mulier viro, seu cuicumque libet de proximis vel straneis[b], adoptare[c] in hereditate vel adfatimi[d] per scripturarum seriem seu per tradicionem et testibus adhibetis, secundum legem Ribuariam licentiam habeat[95].

## XLIX.

Quod si adfatimus[a] fuerit inter virum et mulierem, post discessum amborum ad legitimus heredis revertatur, nisi tantum[b], quae pare[d] suo supervixerit, in elemosina vel in sua necessitate expenderit[95].

*E CODD. B.*

tem suam in praesentia regis, sive vir mulieri, sive mulier viro, seu cuicumque libet de proximis vel extraneis, adobtare in hereditatem vel adfatimi[a] per scripturarum seriem seu per traditionem et testibus adhibitis, secundum legem Ribuariam licentiam habeat.

## LI.

De adfatimire[a].

Quod si adfatimus[b] fuerit inter virum et mulierem, post dicessum amborum ad legitimos heredes revertatur, nisi tantum, qui parem[c] suum supervixerit, in aelymosina vel in sua necessitate expenderit.

*Tit. XLVIII.* a) mulieri 4. 8—10; mulieres 5; mulieris 3; sive mulier 6. 7. b) *sic* 1; extraniis 2; *rell.* extraneis. c) adportare 6. 7. d) adfatimini 3; adfatim 6. 7; adfatini 10; adfatimum 9; adfatmite 5.

*Tit. XLIX.* a) adfatmitis 5; adfatum 6. 7; adfatimum 9. b) quantum 4. c) qui 2—4. 8—10. d) patri 7; patrem 8. 10.

*Tit. L.* a) adfatimini 12. 14; adfatim 8. 18; affatimi 10; afatimi 17; adfationire *Ber.*; vel adfat. *omisit Sich.*; in adfatimi *Til.*

*Tit. LI.* a) affatimire 7. 17. 19; afatimis 13; adfatimatione *Sich.* b) adfatimis 8; affatimus 17; fatimus *Sich.* c) parentem 2; patrem 7. *Sich.*

95) Cfr. Lex Sal. tit. 46: *De hac famirem* (cod. Guelf: *adfathamire) hoc convenit observare, ut thunginus aut centenarius mallo indicant et scutum in illo mallo habere debent, et tres homines tres causas demandare debent. Postea requirent hominem, qui ei non perteneat, et sic fistucam in laisum iactet. Et ipse, in cuius laisum fistucam iactavit, de furtuna sua dicat verbum quantum voluerit aut totam furtunam suam, cui voluerit dare. Ipse, in cuius laisum fistucam iactavit, in casa ipsius manere debet, et hospites tres vel amplius collegere debet, et de facultatem quantum ei creditum est in potestatem suam habere debet. Et postea ipse, cui isto creditum est, ista omnia cum testibus collectis agere debet. Postea aut ante rege aut in mallo illi, cui furtuna sua depotavit, reddere debet, et accipiat fistucam in mallo ipso. Ante 12 menses quos heredes apellavit in laisum iactet, nec minus nec maius nisi quantum ei creditum est. Et si contra hoc aliquis aliquid dicere voluerint, debent tres testes iurati dicere, quod ibi fuissent in mallo, quem thunginus aut centenarius indixerit, et quomodo vidissent, hominem illum, qui furtuna sua dare voluerit, in laisum illius, quem iam elegit, fistucam iactare: debent denominare illo, qui fortuna sua in laiso iactat, et illo, quem heredem appellit, similiter nominent. Et alteri tres testes iurati dicere debent, quod in casa illius, qui furtuna sua donavit, ille, in cuius laisu fistuca iactata est, ibidem mansisset et hospites tres vel amplius ibidem collegisset, et in beodum pultis manducassent et testes collegissent, et illi hospites ei de susceptione gratias egissent. Ista omnia illi alii testis iurato dicere debent et hoc, quod in mallo ante regem vel legitimo mallo publico ille, qui accepit in laisum furtuna ipsa, aut ante regem aut in mallo publico legitimo, hoc est in mallobergo ante teoda aut thunginum, furtunam illam quos heredes appellavit publice coram populo fistucam in laiso iactasset; hoc est novem testes ista omnia debent adfirmare.* — Capit. legi Ribuariae additum a. 803, c. 8 (Capp. ed. Boretius I, p. 118): *XLVIII cap. Qui filios non habuerit et alium quemlibet haeredem sibi facere voluerit, coram rege vel coram comite et scabineis vel missis dominicis, qui tunc ad iustitias faciendas in provincia fuerint ordinati, traditionem faciat.* — Capit. legi Salicae additum a. 819, c. 10 (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 115): *De affatomie dixerunt, quod traditio fuisset. De hoc capitulo iudicaverunt, ut, sicut per longam consuetudinem antecessores eorum facientes habuerunt, ita et omnes, qui in lege Salica vivunt, inantea habeant et faciant.* – Cfr. v. Amira, 'Erbenfolge und Verwandschaftsgliederung', 1874, p. 58—60. — Exemplum donationis inter virum et uxorem *per manum* regis perfectae praebet Formula Marculfi, I, 12 (Formulae Merowingici et Karolini aevi, ed. K. Zeumer, p. 50): *venientis illi et illa ibi in palatio nostro, pro eo quod filiorum procreationem inter se minime habere videntur, omnes res eorum inter se per manu nostra visi sunt condonasse, — — ita ut dum pariter advixerint in hunc seculum, omnes res eorum suprascribtas ab utrasquae partes pariter debeant possidere, vel si eis pro animabus eorum aliquid exinde ad loca sanctorum dare decreverit volontas, eorum liberum maneat arbitrium; et qui pare suo ex ipsis in hunc seculum supraestis extiterit, ambobus rebus, quamdiu advixerit, usufructuario ordine debeat possidere; et post amborum quoque de hac luce discessum, sicut eorum delegationis contenentur, tam ad loca sanctorum quam benemeritis vel eorum propinquis debeant revertere heredis.* Alias cartas *interdonationis inter viro et femina de eorum res,* non tamen per regem confirmatas, exhibet Marculfus II, 7. 8 (l. l. p. 79. 80). Aliud exemplum praebet Form. Salica Lindenbrogiana 13 (saec. 8.), ubi donatio inter virum et uxorem per *duas epistolas adfadimas uno tenore conscriptas* (p. 276) fieri dicitur. Donatio inter virum et uxorem, quae *in mallo ante illum comitem vel reliquos racineburgis* acta est, illustratur formula Salica Merkeliana Nr. 16 (p. 247), quae saec. 8. concepta est (cfr. K. Zeumer, 'Ueber die älteren fränkischen Formelsammlungen, Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' VI, 1880, p. 89). Eadem collectio Merkeliana duas formulas saec. 8. praebet (nr. 24. 25, p. 250. 251), quibus avus

*E CODD. A.*

## L.

1. Si quis testis ad mallo ante centenario vel comite, seu ante duce, patricio vel regi necesse habuerit, ut donent testimonium, et fortasse testis noluerunt ad placitum venire, illi, qui eum[a] necessarium habet, manire[b] illos debet, ut testimónium, quod sciunt, iurati[c] dicant.

2. Quod si noluerint, et falsum testimonium praebuerint, et hoc adprobatum fuerit, unusquisque de illos tres[d] testis ter quinos solidos multetur[96].

## LI.

1. Si quis iudicem fiscalem ad res alienas iniuste tollendas, antequam ei fidem fecerit, aut[a] ad[b] extrodo[c] admallatum[d] habuerit, invitare praesumpserit, bis vicinos et quinos[e] solidos multetur.

*E CODD. B.*

## LII.
### De testibus adhibendis.

1. Si quis testes ad mallum ante centenarium[a] vel comitem, seu ante ducem[a], patricium vel regem necesse habuerit, ut donent testimonium, et fortasse testes noluerint ad placitum venire, ille, qui eos necessarios habet, mannire[b] illos debet, ut testimonium, quod sciunt, iurati dicant.

2. Quod si noluerint, et falsum testimonium praebuerint, et hoc adprobatum fuerit, unusquisque de illis 3[c] testibus 15 solidis multetur.

## LIII.
### De eo qui grafionem[a] ad res alienas invitat.

1. Si quis iudicem fiscalem ad res alienas iniuste tollendas, antequam ei fidem fecerit, aut ad strudem[b] admallatum habuerit, invitare praesumpserit, 50 solidis multetur.

*Tit. L.* a) eos 2—6. 8—10; eas 7. b) mannire 6—10. c) iurari 3. d) *deest* 2.

*Tit. LI.* a) ut 1. 7. b) ad *deest* 3. 6. 7. 9. c) *sic* 1. 2; extrudo 3; exdrote 6. 7; exstrudem 9; strude 4; strudem 8. 10. d) amallatum 3. e) et quinos *desunt* 4.

*Tit. LII.* a) centenarius vel comites seo ante iudices 2. b) mannisse 13. c) quatuor 3; tribus 5. 13; tres 4. 6. 10. 12. 14.

*Tit. LIII.* a) graffionem 2. 19. b) tradem 8; struendam 17.

nepoti suo per *affatimum* sive portionem hereditariam, quam pater eius iam defunctus in hereditate avi habiturus fuisset (nr. 24), sive certum fundum (nr. 25) tradit. Cfr. quoque capitulare I. ad legem Salicam saec. 6. additum (ed. Boretius apud Behrend l. cit. p. 91) c. 8: *De viris qui alias ducunt uxores. §. 2. Si vero de anteriorem uxorem filios non habuerit, parentes, qui proximiores sunt mulieris defuncti, — tertia sola de dote recoligant, tamen si per adfatimus antea non cromaverint.* — Adfatimus apud Francos, ut ex lege Salica et ex loco nostro legis Ribuariae apparet, olim modus erat, quo ille, qui heredem non habebat, extraneum sibi *in hereditatem adoptare* poterat. Cum autem hereditas vacans, cui nemo heres existebat, ad civitatem pertineret, non sine permissu publico adfatimum facere licebat. Ideo adfatimus secundum legem Salicam in mallo, quem thunginus indicavit ('gebotenes Ding'), inchoatur, perfici autem nisi *ante regem aut in mallo publico legitimo* ('echtes Ding') non potest. Adfatimus igitur per consensum aut regis aut populi perficitur. Ad regem hereditas vacans defertur (cfr. quoque lex Sal. tit. 60, c. 2), quam tamen ille, ut princeps, populi nomine accipit. Quo fit, ut loco consensus regis etiam populi consensus, ut adfatimus legitime fiat, sufficiat. Et quamquam lex Ribuaria solius regii consensus mentionem facit, tamen capitulare legi Ribuariae additum, cum lege Salica concordans, consensum populi sub comite vel misso dominico in mallo legitimo constituti sufficere declarat. Heredis institutio, quae per adfatimum fiebat, si rem spectamus, non cum testamento Romanorum, sed cum mancipatione familiae, quae olim apud Romanos vigebat, comparari potest. Est enim adfatimus alienatio *fortunae*, i. e. familiae (aut totius aut pro parte), quae per *laisowerpire*, i. e. per iactum festucae, qui postea 'Auflassung' vocatur, perficitur (cfr. Form. Marc. I, 13, ed. Zeumer p. 51: *leseuuerpisse vel condonasse;* capit. I ad leg. Salic. cit. c. 12: *De eum qui causa aliena dicere praesumpserit, cui nec demandata nec leverpita fuerit;* H. Brunner, 'Die Zulässigkeit der Anwaltschaft, Zeitschr. f. vergleich. Rechtswiss.' I, 1879, I, p. 380 sqq.). Ut autem alienatio familiae legitima sit, secundum legem Salicam ad *laisowerpire* corporalis alienatio possessionis accedat necesse est. Ideo primum extraneo alicui *qui ei non perteneat* familia alienatur, et corpore ad eum possessio transfertur, dum is in casa manet et hospites colligit; postea demum ei, qui heres fit, familia a fiduciario per iteratum *laisowerpire* traditur. Quae duplex traditio cum brevi post legem Salicam scriptam in desuetudinem abiisset, per simplicem traditionem ille, qui adfatimum facere volebat, familiam (sive totam, sive aliquam partem, sive certam rem) ei, quem heredem sibi elegerat, mortis causa donabat. Ideo, ut ex formulis et documentis apparet, adfatimus, sicut aliae donationes vel traditiones, saepe sine rege et sine mallo per solam cartam donationis perfectus est. 96) Cfr. Lex Sal. tit. 48: *Si quis falso testimonio perhibuerit, — sol.* 15 *culp. iud. Si cuicumque fuerit inculpatum, quod periurasset, iuratores quinos solidos condemnentur. Ille vero, cui adprobatum fuerit, excepto capitale et dilatura atque causa extra hoc — sol.* 15 *culp. iud.* tit. 49: *Si quis testes necesse abuerit, ut donit, et fortasse testes nolunt ad placitum venire, ille, qui eos necessarios habet satisfacere, manire eos cum testibus debet ad placitum, ut ea, quae noverunt, iurati dicant. Si venire noluerint et eos sunnis non tricaverit, malb. widridarchi — sol.* 15 *quisque illorum culp. iud. Si vero praesentes fuerint vocati in testimonium et noluerint ea, quae noverint, iurati*

*E CODD. A.*

2. Quod si quis iudex fiscalis amplius, quam lex[f] Ribuaria[g] contenit, tollerit, bis vicinos et quinos solidos multetur[97].

LII.

Si quis rem suam alii praesteterit, [et[a] placitum[98] indixerit[a]], quod si super placitum rem praestatam retenere praesumpserit, ter quinos solidos multetur[99].

LIII.

1. Si quis iudicem fiscalem, quem comitem vocant, interficerit, ter ducenus[a] solidus multetur.

2. Quod si regius puer[1] vel ex tabulario[b] ad eum gradum ascenderit[c], sexies[d] quinquagenus[d] solidus multetur[2].

LIV.

1. Si quis autem hominem mortuum, antequam

*E CODD. B.*

2. Quod si quis iudex fiscalis amplius, quam lex Ribuaria[c] continet, tulerit, 50 solidis multetur[d].

LIV.

De re prestata.

Si quis rem suam alii praestiterit, et placitum indixerit, quod si super placitum rem praestitam retinere praesumpserit, 15[a] solidis multetur.

LV.

De eo qui grafionem[a] interficerit.

1. Si quis iudicem[b] fiscalem, quem comitem vocant, interfecerit, 600 solidis multetur.

2. Quod si regius puer, vel ex tabulario, ad eum gradum ascenderit, 300[c] solidis multetur.

LVI.

De corporibus expoliatis.

1. Si quis autem hominem mor-

f) res 1. 2. 4. 5. g) tributa 5.

*Tit. LII.* a) et — indixerit *desunt* 1; interdixerit 4. 9.

*Tit. LIII.* a) ter ducentenos 5. 8. 9; ter ducentenis 10. b) stabulario (ex *omisso*) 6. 7; ex stabulario 5. c) accenderit 1—3. d) decies L 6. 7.

c) tribuaris 8. d) *caput* 2. *omisit Sich.*

*Tit. LIV.* a) XII 8.

*Tit. LV.* a) graffionem 2. 19. b) graffionem 2. c) CCCC 13.

*dicere et ferbanniti fuerint, — sol.* 15 *culp. iud.* — Capit. VI. ad leg. Sal. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 112) c. 15. 16: *Si quis alterum inculpaverit periurasse et ei potuerit probare,* 15 *sol. conponat, qui periurat, si tamen non potuerit adprobare, cui crimen dixit* 15 *sol. solvat, et postea si ausus fuerit pugnet. Si qui falsi testes fuerit adprobati, quinos dinos solidos multos* (i. e. *multa*) *sustineat; si vero eis inculpaverit, quod falsum testimonium dedissent, manum suam in incum mittat: et sicut sana tulerit, sicut superius diximus, simili multa sustineant; si certe manum suam conburet,* 15 *sol. damnum sustineat.* — Lex Salica testes a coniuratoribus distinguit; lex Ribuaria solummodo testium mentionem facit. De probatione per testes cfr. H. Siegel, 'Geschichte des deutschen Gerichtsverfahrens', 1857, p. 194 sqq. 231 sqq.; H. Brunner, 'Zeugen und Inquisitionsbeweis der Karolingischen Zeit'. 1866 (Sitzungsberichte der kais. Akademie der Wissenschaften. Philos. hist. Classe. Wien', vol. LI); H. Brunner, 'Die Entstehung der Schwurgerichte', 1872, p. 49 sqq. 66 sqq.; I. I. Thonissen, 'L'organisation iudiciaire, le droit pénal et la procédure pénale de la loi Salique', 1882, p. 498 sqq. 97) Cfr. infra tit. 84. — Lex Sal. tit. 51: *Si quis grafionem iniuste ad alienas res tollendas invitat et rogaverit ambulare et legitime eum iactivum aut admallatum non habuerit aut fides ei facta fuerit, — sol.* 200 *culp. iud. Si vero grafio invitatus supra lege aut debitum iustum aliquid amplius tollere praesumpserit, aut se redimat aut de vita conponat.* — De fide facta in placito legitimo atque de executione per grafionem facienda tractant lex Sal. tit. 50, c. 3—5, et *Edictus domni Chilperici regis* c. 8 (Capp. ed. Boretius p. 9). Cfr. supra p. 225 not. 47. 48. 98) i. e. diem certum, quo *res praestata* reddatur. 99) Cfr. Lex Sal. tit. 52: *Si aliquis alteri aliquid prestiterit de rebus suis et ei noluerit reddere, sic eum debet admallare. Cum testibus ad domum illius, cui res suas praestitit, accedat et sic contestetur: 'Quia res meas noluisti reddere, quas tibi praestiteram, in hoc eas teneas nocte proxima, quod Saliga ex continet'. Sic ei solem collocit. Si nec tunc reddere voluerit, adhuc super septem noctes ei spacium dare debet, et ad septem noctes ad eum similiter accedat et contestetur, ut nocte proxima in hoc, quod lex Saliga habet, res suas teneat. Si nec tunc voluerit reddere, ad alias septem noctes ad eum similiter cum testibus veniat, et tunc ei roget, ut debitum suum reddat. Si nec tunc voluerit conponere, solem ei collocit. Quod si per tres vices solem ei collocaverit, semper per singulas vices* 120 *dinarii, hoc est terni solidi, ad debitum adcrescant. Et si nec tunc voluerit nec reddere nec fidem facere reddendi, super debitum ei, qui praestitit, et super illos novem solidos, qui per tres admonitiones adcreverunt, — sol.* 15 *culp. iud. adhuc amplius.* 1) Cfr. supra p. 215 not. 10. — Puer regis cum liberto aequiparari solet, cfr. Capit. VI. ad leg. Sal. c. 1 (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 110): *Si quis puerum regis aut libertum occiderit, sol.* 100 *culp. iud.* 2) Cfr. Lex Sal. tit. 54: *Si quis grafionem occiderit, — sol.* 600 *culp. iud. Si quis sacebarone [aut obgrafionem] occiderit, qui puer regius fuit, — sol.* 300 *culp. iud. Si quis sacebarone, qui ingenuus est, occiderit, — sol.* 600 *culp. iud. Sacibaronis vero in singulis mallibergiis plus quam tres non debent esse, et de causas aliquid, de quod eis solvitur, factum dixerint, hoc ad grafionem non requiratur, unde illi securitatem fecerit.* — Lex Franc. Cham. c. 7: *Si quis comes in suo comitatu occisus fuerit, in tres weregildos, sicut sua nativitas est, componere faciat.*

*E CODD. A.*

humitur, expoliaverit, si interrogatus confessus fuerit, bis trigenus[a] solidus multetur. [Si[b] autem negaverit, et postea convictus fuerit[c], bis quinquagenos solidos cum dilatura[d] multetur[b]], aut cum 6 iurit.

2. Si quis mortuum effodire praesumpserit, quater quinquagenus[e] solidus multetur, aut cum 12[f] iurit[3].

## LV.

Si quis causam suam prosequitur, et raginburgii[a] inter eos secundum legem Ribuariam dicere noluerint, tunc illi[b], in[c] quem sententiam contrarium[d] dixerit[e], dicat[f]: Ego vos[c] tangano[g], ut mihi legem dicatis. Quod si dicere noluerint, et postea convicti fuerint, unusquisque eorum ter quinos solidos multetur. Similiter et illi[h], qui raginburgiis[i] recte dicentibus non adquieverit[4].

## LVI.

1. Si quis absque liberis defunctus fuerit, si[a] pater materqui[a] subrectis[b] fuerint, in[c] hereditate succidant.

2.[d] Si pater si[e] materque[f] non fuerint, inter[g] frater et soror[g] succidant.

3. Sin autem nec eos habuerint[h], soror matris[i]

*E CODD. B.*

tuum, antequam sepeliatur, expoliaverit, si interrogatus confessus fuerit, 60 solidis multetur. Si autem negaverit, et postea convictus[a] fuerit, 100 solidis cum dilatura[b] multetur, aut cum 6[c] iuret.

2. Si quis mortuum effodere praesumpserit, 200[d] solidis multetur, aut cum 12[e] iuret[f].

## LVII.
### De rachinburgiis[a] legem dicentibus.

Si quis caussam suam prosequitur, et rachinburgii[b] inter eos secundum legem Ribuariam dicere noluerint, tunc ille, in quem sententiam contrariam dixerint[c], dicat: Ego vos tangano[d], ut mihi legem dicatis[e]. Quod si dicere noluerint, et postea convicti fuerint, unusquisque eorum 15 solidis multetur. Similiter et ille, qui rachinburgiis[f] recte dicentibus non adquieverit.

## LVIII.
### De alodibus[a].

1. Si quis absque liberis defunctus fuerit, si pater materque[b] superstites fuerint, in hereditatem succedant.

2. Si pater materque non fuerint, frater[c] et soror[c] succedant[d].

3. Sin autem nec eos habuerit,

*Tit. LIV.* a) bis tricenis 8. 11; bis triennis 7; sexaginta 10; bis CCCtis 6; bis CCC 9. b) Si — multetur *desunt* 1. 2. c) confessus fuerit convictus 3. d) cum dil. *desunt* 4. e) quatuor quinquagenos 5; quater quingenis 8; quinquagenos (quater *omisso*) 2. f) sex 2.

*Tit. LV.* a) *sic* 1. 7; raginburgi 5. 9; ragimburgii 6; raganburgii 2; raghinburgii 10; rachinburgii 3. 4. 8. 11. b) *sic* 1. 3. 5; *rell. exceptis* 6. 7 *(cfr. not.* c.*)* ille. c) in cuius praesentia contraria dixerit, dico: vos ego vos 6. 7. d) *sic* 1—3; *rell. exceptis* 6. 7 contrariam. e) *sic* 1—3; *rell. exceptis* 6. 7 *(cfr. not.* c.*)* dixerint. f) dicant 1. g) tanganum 1. 2; tangano 3. 8—10; tanchano 5; tagano 4; tungano 6; tunganu 7. h) illis 2; ille 4. 6—11. i) *sic* 1. 7. 9; ragimburgiis 6; reginburgis 5; raganburgiis 2; raghinburgiis 10; rachinburgiis 3. 4. 8. 11.

*Tit. LVI.* a) *sic* 1. 2; si pater si mater 4; si pater et materquia 3; si pater materque *rell.* b) *sic* 1; subrectitus 5; superrectitis 7; subrestitis 2; subrestiti 3; perstites 4; superstites 6. 8. 11. c) et 5; ipsi in 6. 7. d) *caput* 2. *omisit* 11. e) si *deest* 4—10. f) vel mater 9. g) inter frat̃ et soror 1; inter fra. et soror 2; frater aut sorores (inter *omisso)* 3; *rell.* frater et soror (inter *omisso*). h) habuerit 4. 6. 11. i) matrisque 4.

*Tit. LVI.* a) consensus 18. b) dilatione 12. c) VII 4; duodecim *Sich.* d) CCC 11. e) VI 11. *Her.* f) aut cum 12 iur. *omisit Sich.*

*Tit. LVII.* a) rachenburgiis 17; rachimburgiis 3. 4. 10. 13; rachymburgiis 18; ramciraburgiis 14; racinèburgiis 19; rathinburgiis *Her.* b) rachenburgii 17; rachimburgii 4. 6. 10. 14; rachymburgii 18; racemburgii 3; racineburgii 19; rathinburgii *Her.* c) dixerit 2. 3. d) tanga non 2; tangono 10. 17. e) iudicatis 4. f) rachenburgiis 17; rachimburgiis 6. 10. 14; rachymburgiis 18; racemburgiis 3; racineburgiis 19.

*Tit. LVIII.* a) allodibus *Sich.* b) mater 3. 19. c) fratres et sorores 13. 19. d) *caput* 2. *omisit Sich.*

3) Cfr. infra tit. 85. — Lex Sal. tit. 55: *Si quis corpus occisi hominis, antequam in terra mittatur, expoliaverit in furtum, malb. waderido, — sol.* 63 *culp. iud. Si corpus iam sepultum effuderit et expoliaverit et ei fuerit adprobatum, wargus sit usque in die illa, quam ille cum parentibus ipsius defuncti conveniat, et ipsi pro eum rogare debent, ut illi inter homines liceat accedere. Et qui ei, antequam parentibus conponat, aut panem dederit aut hospitalitatem dederit, seu parentes seu uxor proxima, — sol.* 15 *culp. iud. Ipse vero qui hoc admisisse probatur, — sol.* 200 *culp. iud. Si quis hominem mortuum super alterum in nauco aut in poteo miserit et ei fuerit adprobatum, malb. chaminis, — sol.* 45 *culp. iud.* 4) Cfr. Lex Sal. tit. 57: *Si quis rachineburgii in mallobergo sedentes, dum causam inter duos discutiunt, legem dicere noluerint, debet eis dicere ille, qui causa prosequitur: Hic ego vos tancono, ut legem dicatis secundum legem Salegam. Quod si illi dicere noluerint, septem de illos rachineburgios, malb. schodo, — sol.* 3 *solem collocatum culp. iud. Quod si nec legem dicere noluerint nec de ternos solidos fidem facerent, solem illis collocatum, — sol.* 15 *culpabiles iudicentur. Si vero illi rachineburgii non secundum legem iudicaverint, is, contra quem sententiam dederint, causa sua agat, et si potuerit adprobare, quod non secundum legem iudicassent, — sol.* 15 *quisque illorum culp. iud.* — Cfr. supra p. 225, not. 44.

*E CODD. A.*

patrisque[k] succedant. Deinceps[l] usque[m] quinto genuclo, qui proximus fuerat[n], in hereditatem succedat.

4. Sed cum viriles sexus extederit, femina in hereditate aviatica non succedat[5].*

*) *Titulus LVII* (LX *in* 4) *a praceunte titulo* (LVII *in* 4) *per spatium vacuum unius et dimidiae paginae in codice* 4 *distungitur, ut locus detur duobus titulis* De aroen *et* De testamentis regum *inserendis, quos sub numeris* LVIII. LVIIII *index codicis* 4 *enumeravit (cfr. praefatio nostra* §. 5*). Etiam codd. A* 5. 10 *in indice duas illas rubricas tradunt (cfr. supra p.* 207, *not. b), sed in textu legis nullum spatium vacuum reliquerunt.*

## LVII.

1. Si quis libertum suum per manum propriam seu per alienam in praesentia regis ‚secundum legem Ribuariam ingenuum demiserit et[a] dinarium iactaverit[a], et eiusdem rei carta[b] acciperit, nullatenus eum permittimus in servicio inclinare; sed sicut reliqui Ribuarii[c] liber permaniat.

2. Sed si quis in[d] postmodum contrarius exteterit[e], quod eum quis inlicitum ordine ingenuum dimisisset, et[f] ipse cum gladio[g] suo hoc studiat defensare[6]. Aut si

k) *deest* 4. l) et deinceps 2—4. 8. 9. 11; et si deinceps 5; et sic deinceps 10. m) in *addunt* 6. 7; ad *inserit* 10. n) *sic* 1; fuerit 2—5. 8—11; proximi sunt 6. 7.

*Tit. LVII.* a) *sic* 4. 9; et dinarium demiserit 1. 2; per dinariatum dimiserit 3; et denarium (iactaverit *omisso*) 6. 7; per denarium (iact. *omisso*) 5. 8. 10. b) eiusdem sua carta 1; eiusdem se cartam 3; eiusdem se acaptam 2; eiusdem se acceptam 6; eiusdem a se acceptam 7; eiusdem rem acceptam 5; eiusdem rei captum 11; eisdem rei cartam 4; eiusdem rei cartam 8—10. c) Ripuari 8. d) ei 10. 11; ei in 9. e) et dixerit *addunt* 4. 9. f) et *deest* 4. 9. g) gaudio 1.

*E CODD. B.*

tunc[d] soror matris patrisque succedant[e]. Et deinceps usque[f] quintum genuculum, qui proximus fuerit, in hereditatem succedat.

4. Sed dum virilis sexus extiterit, femina in hereditatem aviaticam non succedat.*

*) *Hic cod.* 1 *spatium unius et dimidiae paginae (in folio) vacuum reliquit, ut locum daret duobus titulis inserendis, quos index hoc loco habet:* LIX. De aroene. LX. De testamentis regum; *sed tituli ipsi desunt, et ne numerus quidem eorum servatus est, sed pergit codex* 8.

## LIX.

### De libertis a domino ante regem dimissis.

1. Si quis libertum suum per manum propriam seu per alienam in praesentia regis secundum legem Ribuariam ingenuum dimiserit per dinarium, et eiusdem rei[a] cartam acciperit, nullatenus eum permittimus in servicium inclinare; sed sicut reliqui Ribuarii liber permaneat.

2. Sed si quis ei postmodum contrarius extiterit, quod eum quis inlicito ordine ingenuum dimisisset, et ipse cum

d) frater et *inserit Til.* e) Sin — succedant *omisit Sich.* f) ad *inserunt* 2. 3. *Til.* g) *ceteri codices B nullum spatium vacuum reliquerunt, quamquam codices B* 4. 11 *in indice duas illas rubricas* de aroene *et* de testamentis regum *referunt. Habet tamen codex B* 4 *in contextu post titulum* de alodibus *glossam marginalem:* in hunc locum sunt duo capituli minus, id est de aroene et de testamentis regis. *In reliquis codicibus B duae illae rubricae etiam in indice desunt.*

*Tit. LIX.* a) regi 13. 18; regis 8.

5) Cfr. Lex Sal. tit. 59: *Si quis mortuus fuerit et filios non dimiserit, si mater sua superfuerit, ipsa in hereditatem succedat. Si mater non fuerit, et fratrem aut sororem dimiserit, ipsi in hereditatem succedant. Tunc si ipsi non fuerint, soror matris in hereditatem succedat. Et inde de illis generationibus, quicumque proximior fuerit, ille in hereditatem succedat. De terra vero nulla in muliere hereditas non pertinebit, sed ad virilem sexum, qui fratres fuerint, tota terra perteneat.* — Chilperici edictum c. 3 (Capp. ed. Boretius p. 8): *Simili modo placuit atque convenit, ut si quicumque vicinos habens aut filios aut filias post obitum suum superstitutus fuerit, quamdiu filii advixerint, terra habeant, sicut et lex Salica habet. Et si subito filios defuncti fuerint, filia simili modo accipiant terras ipsas, sicut et filii si vivi fuissent aut habuissent. Et si moritur, frater alter superstitutus fuerit, frater terras accipiant, non vicini. Et subito frater moriens frater non derelinquerit superstitem, tunc soror ad terra ipsa accedat possidenda.* — Childeberti decretio a. 596 (eod. p. 15) c. 1: *Antonaco Kalendas Marcias — convenit, ut nepotes ex filio vel ex filia ad aviaticas res cum avunculos vel amitas sic venirent, tamquam si pater aut mater vivi fuissent. De illis tamen nepotis istud placuit observare, qui de filio vel filia nascuntur, non qui de fratre.* — Chlotharii II. praeceptio c. 2 (eod. p. 18): *In parentum ergo subcessionibus quicquid legebus discernentur, observentur, omnibus contra inpetrandi alequid licentia derogata; quae si quolebet ordine inpetrata fuerit vel obtenta, a iudicebus repudiata inanis habeatur et vacua.* — Chloth. II. edict. a. 614, c. 6 (eod. p. 21): *Cuicumque defunctu, si intestatus decesserit, propinqui absque contrarietate iudicum in eius facultatem iuxta legem succedant.* — v. Amira, 'Erbenfolge und Verwandschaftsgliederung nach den altniederdeutschen Rechten', 1874, p. 1 sqq. 39 sqq. O. Gierke, 'Erbrecht und Vicinenrecht im Edict Chilperichs, Zeitschr. f. Rechtsgeschichte' (ed. Bruns, Roth, Böhlau) vol. XII, 1876, p. 430 sqq. — *Inter frater et soror* (in c. 2) idem significat ac si scriptum esset *frater et soror insimul* aut *frater cum sorore.*
6) Scil. ante regem, cfr. tit. 32, 4; tit. 59, 4.

*E CODD. A.*

auctorem habuerit, auctor cum legibus ex hoc eum adducat[h, 7]. Aut si legibus eum non potuerit defensare, ad partem regis 200 solidos culpabilis iudicetur, et[i] ad partem eius, cuius servum inlicitum ordinem a[k] iugum servitutis obsolvere[l] nititur, 45 solidos multetur, et[m] de omnes res, quod ei condonavit[n], alienus[o] existat.

3. Si autem[p] defensaverit, liber permaniat, et illi, qui eum voluit inservire, 200 solidos rege, 45 illi [qui defensatur[q]] culpabilis iudicetur[r].

4. Si autem homo dinariatus[s] absque liberis discesserit, non alium quam fisco nostro heredem relinquat[8].

LVIII.

1. Hoc etiam iubemus, ut, qualiscumque Francus Ribuarius, seu tabularius servum suum pro animae suae remedium seo pro precio secundum legem Romanam liberare voluerit, ut[a] [eum[b]] in ecclesia coram presbyteris, diaconibus, seo cuncto clero et plebe, in manu episcopi servo cum tabulas tradat[9], et episcopus archidiacono iubeat, ut ei tabulas secundum[c] legem Romanam, quam ecclesia[10] vivit[c], scribere faciunt[d]; et tam

*E CODD. B.*

gladio[b] suo hoc studeat defensare. Aut si auctorem[c] habuerit, auctor[d] cum legibus ex hoc eum adducat. Aut si legibus[e] eum non potuerit defensare, ad partem[f] regis 200 solidis culpabilis iudicetur, et ad partem[g] eius, cuius servum inlicito ordine a iugo servitutis absolvere nititur, 45[h] solidis multetur, et de omnibus rebus, quas ei condonavit, alienus existat.

3. Si autem se defensaverit, liber permaneat, et ille, qui eum voluit inservire, 200 solidis regi, 45[i] illi[k], qui defensatur[k], culpabilis iudicetur.

4. Si autem homo dinariatus[l] absque liberis discesserit, non alium nisi fiscum nostrum heredem relinquat.

LX.

De tabulariis.

1. Hoc etiam iubemus, ut, qualiscumque Francus Ribuarius seu tabularius servum suum pro animae suae remedio seu pro pretio secundum legem Romanam libertare voluerit, ut in ecclesia coram praesbiteris, diaconibus, seu cuncto clero et plebe, in manu episcopi servum cum tabulis tradat, et episcopus archidiaconum iubeat, ut ei tabulas secun-

h) educat 4. 9. i) si *inserit* 4. k) ad 2. 3. 5. 7. l) *sic* 1. 2. 7; absolvere 4—6. 8—11; adsolvere 3. m) sed 1. n) concedatur 5. o) alienas 1—3. p) se *addunt* 3—5. 8. q) qui defensatur *inserunt* 3. 6. 7. 10; qui se defensaverit *inserit* 9; illi *deest* 4. r) *codex* 8 *finem capitis sic mutavit:* illi qui defensatur CC sol. multetur, ad partem regis XLV. s) denariatus 5. 8. 10. 11.

*Tit. LVIII.* a) aut 7. b) eum *deest* 4. 8. 10. 11. c) *sic* 4. 9; sec. leg. Rom. qua eccl. vivit 8. 10. 11; secundum Romanam que ecclesia veniunt 1; secundum Romanam ecclesiam vivunt 2; secundum Romanam ecclesiam viunt 3; secundum Romanam qui eclesiae vivunt 5; secundum Romanam q: aecclesiam vivant 6; secundum Romanamque ecclesiam vivant (*a coaeva manu* vivant *deletum et in margine scriptum* iubeat) 7. d) faciant 6; faciat 4. 8—11.

b) gaudio 7. c) actorem 2. d) actor 2. e) eum — legibus *omisit Her.* f) parentem 4. g) parentem 4. h) XL 10; sexaginta quinque *Sich.* i) XL 10. k) ille q. d. 6. 14. 19; ille qui defensator est 17. l) denariatus 3. 8.

7) Cfr. infra tit. 58, c. 6. 7. 8) Cfr. infra tit. 58, c. 1. 4; tit. 61, c. 1. 3; tit. 62, c. 2. — Ius Francorum Saliorum apud Ribuarios introduxit Cap. legi Rib. addit. a. 803, c. 9: *LVII. cap. Homo denarialis non ante haereditare in suam agnationem poterit, quam usque ad terciam generationem perveniat*, quo statuitur, hereditatem liberti *usque ad terciam generationem* non ad propinquos eius (ne ad liberos quidem), sed ad solum fiscum pertinere, cfr. K. Zeumer in 'Forschungen z. deutsch. Geschichte', vol. 23 (1883), p. 189 sqq. et infra nota ad tit. 61, c. 1. — De libertis ante regem per denarium dimissis tractat lex Sal. tit. 26: *Si quis homo ingenuus alienum letum extra consilium domini sui ante rege per dinario dimiserit et convictus fuerit, malb. malthoitus meo letu — sol.* 100 *culp. iud. Res vero leti ipsius legitime reformetur. Si quis vero servo alieno per denario ante regem dimiserit, cui fuerit adprobatum, precium servi domino et insuper, malb. maltholatu metho, hoc est sol.* 35 *culp. iud.* — Cfr. Capitulare legi Salicae additum a. 819, c. 2 (ed. Boretius ap. Behrend, L. Salica p. 114; Capp. p. 292): — — *iudicatum est ab omnibus, ut, si ille servus, qui iniuste venditus vel ingenuus dimissus apparet, non alter pro eo in loco illius restituatur; quia dixerunt aliqui, quod idem servus, qui ingenuus dimissus fuerat, denuo ad servitium redire non debeat; sed pristino domino et servitio restitutus fiat, iudicaverunt.* — Manumissio per denarium liberto plenam libertatem Francorum tribuit; plena autem libertas secundum ius Francorum nisi rege consentiente acquiri non potest. Quamobrem ante regem manumissio per denarium fieri debet. Successit rex in locum populi, qui olim *in concilio* de emancipatione filii-familias (Tacit. Germania c. 13) et de manumissione servi (Pactus legis Alamannorum II, 48: *in heris generationis dimissus*) constituebat. Denarius quasi pretium manumissionis est, a servo oblatum, nec tamen a domino acceptum (denarius e manu servi excutitur). Cfr. quae exposuit K. Zeumer in editione sua Formularum Merowingici et Karolini aevi p. 288, not. 3. Offerri denarium oportet, quia actus merae liberalitatis secundum vetus ius Germanicum inefficax est. De servis, qui actu privato, sola domini voluntate, in ecclesia sive per cartam secundum ius Romanorum manumissi, partem tantum libertatis acquirunt, tractatur infra titt. 58. 61. 62. 9) De traditione cartae cfr. H. Brunner, 'Carta u. Notitia' (vide infra not. 15) p. 11 sqq.; H. Brunner, 'Zur Rechtsgesch. d. Urk.' (vide infra not. 15) p. 271. 272. 10) Non tamen clerici, cfr. supra p. 230, not. 74. — Cfr. ex. gr. 'Cartulaire de St. Victor' (ed. Guérard) nr. 29, p. 40 (a. 994): *Honoratus,*

*E CODD. A.*

ipse quam et omnis procreatio eius liberi permaneant, et sub tuacione ecclesiae consistant, vel omnem redditum status[e] aut servitium[f] tabularii eorum ecclesiae[g] reddant. Et nullus tabularium [aut servum tabularii[h]] dinariare[i] ante rege praesumat[k]. Quod si fecerit, 200 solidos culpabilis iudicetur, et nihilhominus ipse tabularius et procreatio eius tabularii persistant[l], et omnis reditus[m] status[n] ad ecclesia reddat; et non aliubi[o] quam ad ecclesiam, ubi relaxati sunt, mallum teneant[11].

2. Quod si quis tabularium seu ecclesiasticum[p] hominem[q] contra episcopum defensare voluerit, 60[r] solidos[s] et insuper hominem cum omnibus rebus suis ecclesiae[t] restituat. Quia inlicitum ducimus[u], quod ecclesiis concessimus[v] iterum ab ecclesiis[v] revocare.

3. Nemo servum[w] ecclesiasticum absque vicarium[x] libertum[y] facere praesumat[12].

e) statutus 6. 7. f) *sic* 8. 9. 11; servum 1—3. 5—7; *in codd.* 4. 10 *verba* aut servitium tabularii *desunt.* g) aecclesiasticus 6. 7. h) *verba* aut servum tabularii *addunt* 4. 9. i) *sic* 9; denariarem 4; dinariori 3; dinari 1; denarii 2; dinario 5; denarium 8. 11; denarialem 6. 7; denarararium 10. k) iactare *addunt* 3. 8. 10. 11; facere *addunt* 6. 7. l) praestat 1. 2; praesistat 5; praestet 6. 7. m) redditus 5; redditum 9. n) statutus 1. 5. o) alii ubi 1. p) tabularius seu ecclesiasticus 3. 5; tabularii seu ecclesiastici 6. 7. q) homo 5. r) XL 1. s) culpabilis iudicetur *addunt* 4. 6. 7. 9. 10. t) ecclesia 1—3; ecclesiis 6. 7. u) dicimus 3. 4. 6—11. v) concessimus — ecclesiis *desunt hic* 1. 3. 6. 7, *sed leguntur postea in iisdem codicibus infra in capite* 5 *(not. a); codex* 3 *haec verba utroque loco exhibet.* w) servus 6. 7. x) vigarium 5. 6; vegarium 7; vicario 8. 10; vicari 11. y) liberum 6. 7.

*E CODD. B.*

dum legem Romanam, qua[a] ecclesia vivit, scribere faciat; et tam ipse quam omnis procreatio eius liberi permaneant, et sub tuitione ecclesiae consistant, vel omne reditum[b] status[c] aut servitium tabularii eorum ecclesiae reddant. Et nullus tabularius dinarium[d] ante regem praesumat iactare. Quod si fecerit, 200 solidis culpabilis iudicetur, et nihilhominus ipse tabularius et procreatio eius tabularii persistant, et omnis reditus[e] status[f] eorum ad ecclesiam reddant; et non aliubi nisi ad ecclesiam, ubi relaxati sunt, mallum[g] teneant.

2. Quod si quis tabularium seu[h] ecclesiasticum hominem contra episcopum defensare voluerit, 60[i] solidos[k] et insuper hominem cum omnibus rebus suis ecclesiae restituat. Quia inlicitum dicimus[l], quod ecclesiis concessimus, iterum ab ecclesiis revocare.

3. Nemo servum ecclesiasticum absque vicario libertum[m] facere praesumat.

*Tit. LX.* a) que 6. 19; qui 17; quae in 11. b) redditum 2. 3. 6. 13. 14 *Sich.*; creditum 4. c) statutus 6. 13. 19; *deest* 10; vel omne reditum status *omisit Her.* d) denarium 3. 5. 6. 13; *deest* 2. e) redditus 2. 4. 6. 13. 14. *Sich.* f) statutus 2; istatus 19. g) mallatum 13; nullum mallum 19. h) secundum legem Romanam livertare voluerit ut in ecclesia *inserit* 2. i) XL 13; L 14. k) culpabilis iudicetur *inserunt* 5. 6. l) ducimus 5. 8. m) liberum *Her.*

*Massiliensis aecclesiae equissimus praesul, in Arelate civitate publice in conspectu Bosonis comitis — atque in praesentia omnium virorum Arelatensium iudicumque ac principum — deprecatus est supramemoratum comitem, ut res s. Dei genetricis Mariae sanctique Victoris — quas praenominatus comes iniuste detinebat, ei secundum quod iustum esse videbatur, concedi debuisset. Requirentes autem iudices praefati apud supradictum pontificem — ut ea, quae petebat, sicut dicebat verum esse probaretur. Interea namque episcopus scientes et bene cognitores ac testes fideles adhibens, voluit secundum ius Romanae ecclesiae ea, que dicebat, confirmare et veraciter affirmare iurando; cum autem praefatus comes hoc, quod episcopus querebat, verum ac iustum esse cognovit, sacramentum iurandi ei condonavit.* Eod. nr. 290, p. 307—309 (a. 968): episcopus Massiliensis nomine monasterii S. Victoris in Massilia agit contra Garibaldum et Auvonancium (Salicos ut videtur) *in Arelate civitate publice ante domno W. inlustrissimo comite et ante vassos dominicos tam Romanos quam Salicos, una cum plurimarum personarum diversis legibus viventibus. — — et se guerpierunt* (sc. rei) *et stipulaverunt et in terra iactantes iactaverunt, quo ita et fecerunt. Et si[c] legibus factum et diffinitum habui* (habuerunt?), *qualiter lex Romana commemorat, quicquid in praesentibus partibus fuerit ordinatum, habebit plenissimam firmitatem nec poterat immutari.* 11) De tabulariis sive hominibus ecclesiasticis cfr. supra p. 216, nota 11. — Cfr. Chlotharii II. edictum a. 614, c. 7 (Capp. ed. Boretius p. 22): *Libertus cuiuscumque ingenuorum a sacerdotibus iuxta textus cartarum ingenuetatis suae contenet defensandus, nec absque praesentia episcopi aut praepositi aeclesiae esse iudicandus vel ad publicum revocandus.* Eod. c. 5: *Quod si causa inter personam publicam et hominibus ecclesiae steterit, pariter ab utraque partem praepositi ecclesiarum et iudex publicus in audientia publica positi eos debeant iudicare.* — Eod. c. 15, infra not. 56. — Concil. Paris. a. 614 (Sirmond, Concilia antiqua Galliae I, p. 470) c. 5: *Liberti quorumcumque ingenuorum a sacerdotibus defendantur, nec ad publicum ulterius revocentur. Quod si quis ausu temerario eos inpremere voluerit aut ad publicum revocare, et admonitus per pontificem ad audientiam venire neglexerit, aut emendare quod perpetravit distulerit, communione privetur.* — P. Roth, 'Feudalität und Unterthanverband' p. 301 sqq.; 'Zeitschr. f. Rechtsgeschichte' V, p. 435 sqq.; G. Meyer in 'Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, Germ. Abth.', II. (1881), p. 110, not. 1. Cfr. quoque quae supra in praefatione not. 34. 36 monuimus. 12) Pro servo ecclesiae manumisso alius servus, ut vicarius, ecclesiae dari debet. De servo vicario in commutationem dato loquuntur ex gr. C. Th. Nov. Valent. 30. Lex Burg. tit. 7. Lex Rom.

*E CODD. A.*

4. Tabularius autem, qui absque liberis discesserit, nullum alium quam ecclesiam relinquat heredem[13].

5. Quod si quis tabulas[z] episcoporum[a] manibus seu clericorum roboratas inrumpere voluerit, tunc archidiaconus cum testibus, qui tabulas roboraverunt, ante episcopum vel regem[b] accedat, ut testis, quod[c] sciunt, dicant[14]. Quod si illi, qui causam prosequitur, adquiescere noluerit, tunc tabuli[d] in praesentia iudicis[e] perforentur[f, 15], et archidiaconus in praesente[g] sacramentum fide faciat, et[h] sibi septimus super noctis septem coniurit cum ipsis testibus, qui tabulas conscripserunt[i], quod[k] ipsi tabularius secundum legem

z) tabularius 7. a) concessimus iterum ab ecclesiis *inserunt* 1—3. 6. 7, *cfr. supra not.* v. b) seu comitem *addit* 9. c) qui hoc 4. d) *sic* 1; tabulis 6. 7; tabulam 3; *rell.* tabulae. e) iud. *deest* 4. f) proforentur 4; perforentur 5; perferentur 2; proferentur 6. 7. g) praesentia 4. h) ut 4. 9. i) subscribserunt 4. 9. 10. k) si *addit* 2.

*E CODD. B.*

4. Tabularius autem, qui absque liberis discesserit, nullum alium nisi ecclesiam relinquat heredem.

5. Quod si quis tabulas episcoporum manibus seu clericorum roboratas inrumpere voluerit, tunc archidiaconus cum testibus, qui tabulas roboraverunt, ante episcopum vel regem accedat, ut testes, quod sciunt, dicant. Quod si ille, qui causam prosequitur[n], adquiescere noluerit, tunc tabulae in praesentia iudicis perforentur, et archidiaconus in praesente sacramento fidem faciat, et sibi septimus super noctes septem coniuret cum ipsis testibus, qui

n) requiritur 17.

2. Quod si aliquid criminis admiserit, secundum legem Romanam iudicetur. Et qui eum interfecerit, 100 solidis multetur.

3. Quod si dominus eius eum ante regem dinararium[d] facere voluerit, licentiam habeat.

## LXIV.

### De homine qui servum tributarium facit.

1. Si quis servum suum tributarium aut litum[a] fecerit, si quis eum interfecerit, 36 solidis culpabilis iudicetur.

2. Quod si dinarialem[b] eum facere voluerit, licentiam habeat. Et tunc 200 solidos valeat[c].

## LXV.

### De homine in hoste occiso.

1. Si quis hominem in hoste interfecerit, triplici weregildo[a] culpabilis iudicetur.

e) aliquis 1. f) *cap.* 3. *omisit* 9. g) *sic* 4; denariare 2. 6. 7; dinariare 3; dinariali 1. 5; denararium facere 11; denarialem facere 8; dinarium facere 10.

*Tit. LXII.* a) ribuarium 5. b) ut 1. c) libertum 5; licitum 6. 7. d) *sic* 1; fecerit *rell.* e) XXX 4. f) *sic* 4; dinariali 1—3; dirinali 5; denarialem 6. 8. 10; denareale 7; dinariarem 9; denararium 11. g) *deest* 5; facere *addunt* 3. 8. 10. 11; ante regem facere *addit* 9. h) qui eum interfecit *inserunt* 6. 7. i) solvat 6. 7; multetur 3. 8.

*Tit. LXIII.* a) weregeldum 4; werigeldum 5; wirigeldum 2; weregeldo 8. 10; guedregilde 6. 7.

d) dinariarium 2; dinariatum 19; denariatum 8. 10; denararium *Til.*; dinarium 4. 6. 13. 14; denarium 3. 11. 21; donarium *Sich.*; degeneralem 17.

*Tit. LXIV.* a) lidum 3. 21; libertum *Sich.* b) denarialem 21. *Til.*; denarralem *Sich.* c) solvat 7.

*Tit. LXV.* a) weregeldo 5. 11. 18. 19; weregillo 10; widrigildo 2; wedregilde 21.

*ac facere rogaverunt, qui eas illorum fidei commiserunt. Sed solet aliquotiens ex quorundam cupiditate cognosci, ut res sue fidei commissas non ad filios defunctorum, sicut ipsi voluerunt, pervenire faciant, sed neque in elemosinam pro salute eorum vel tradant vel erogando distribuant, quin potius sibi, velut legitime collatas, in proprietatem perfidissima voluntate vindicare non dubitent. Quod timens et ne sibi accidere posset cavere cupiens, fidelis noster Albricus actor, quia et ipse, cum domni et genitoris nostri Karli piissimi [imperatorio] servus esset, munere clementiae illius libertatem est consecutus, mansuetudini nostre supplicavit, ut talem nostre auctoritatis confirmationem a nobis accipere mereretur, per quam securus fieri posset, ut res et bona sua, quae post acceptam libertatem iuste atque legaliter adeptus est, ad filios suos ex nostra, largitione pervenirent, si subitaneo casu praeventus ea tradere vel disponere non potuisset et ut sibi necessitas non incumberet ut vel ipse bona sua incerto aliene fidei committeret vel filios suos per cuiuslibet perfidiam exheredaret. Cuius petitioni — nobis adnuere placuit, ac — iubemus, ut, si memoratus fidelis noster ille — intestatus divino iuditio vita decesserit, neque comes neque vicarius aut centenarius neque ullus iudex aut actor publicus — res ipsius — occupare praesumat; sed liceat filiis eius, si ei superstites fuerint, easdem res ex nostra concessione recipere ac possidere, et de eis facere quidquid sana voluntate decreverint.* Quo documento probatur, secundum ius Francorum Saliorum hereditatem liberti (regii) non ad liberos, sed ad fiscum solum pertinere. Ius igitur Saliorum Karolus apud Ribuarios quoque instituit, cfr. supra not. 12. Cum Capitulari laudato congruit tam Cap. Aquisgran. a. 801—813, c. 6 (Boretius, Capp. I, p. 171) quam Lex Francorum Chamavorum c. 13. 14, quippe cum utroque loco sine ulla liberorum mentione hereditas manumissi aut regi aut domino tribuatur. 46) Weregeldum Romani, cfr. p. 229, not. 68. Capit. VI. ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 110) c. 1: *Si quis — Romanum, ingenuum vel tributarium aut militem (scil. occiderit), sol.* 100 *culp. iud.* 47) Cfr. supra tit. 57. 48) Homo litus secundum legem Ribuariam eodem weregeldo ac servus exsolvitur, cfr. supra tit. 8; secundum legem Salicam autem litus weregeldo 100 solidorum, i. e. dimidio weregeldo ingenui hominis componendus est, et puero regis aequiparatur, Lex Sal. tit. 42, c. 4; cfr. eod. tit. 13, c. 7; tit. 28, c. 1; tit. 35, c. 4. 5. Ius Salicum Karolus apud Ribuarios introduxit capitulari legi Ribuariae addito a. 803, c. 2 (Capp. ed. Boretius I, p. 117): *Homo regius, id est fiscalinus, et aeclesiasticus vel litus interfectus centum solidis conponatur.* Congruit cum iure Karolingico Lex Francorum Chamavorum c. 5: *Qui lidum occiderit, componat solidos* 100, *et exinde in dominico terciam partem.* 49) Cfr. tit. 57. 50) Cfr. Lex Sal. tit. 63: *Si quis hominem in oste occiserit et in truste dominica non fuit ille qui occisus est, malb. leude, — sol.* 600 *culp. iud. Si vero in truste dominica fuerit ille qui occisus est, cui fuerit adprobatum, malb. mother, hoc est* 1800 *sol. culp. iud.*

*E CODD. A.*

2. De texaga[b] similiter[51].

## LXIV.

Si quis hominem ad domum propriam cum hariraida[a.52] interficeret, auctor facti ut[b] triplicem weregildum[c] multetur, et[d] tres[e] priores[f] 90[g] solidos culpabiles iudicentur. Et quanti ei sanguinem funderent, unusquisque weregildum[h] eum conponant. Et quanticumque post auctorem et sanguinem effusuris[i] vel post tres prioris[k] fuerint, unusquisque ter quinos[l] solidos multetur, et quicquid ibidem talaverent[53] restituant[*.54].

*) *Codex* 5 *hic inserit titulum*[m]*:* Quomodo wirageldum solvere potest, *i. e. tit. XXXVI, cap.* 11. *et* 12. *editionis nostrae, conf. supra not. t ad tit. XXXVI, cap.* 11.

## LXV.

1. Si quis legibus in utilitatem regis sive in hoste seu in reliquam utilitatem bannitus[a] fuerit, et minime adimpleverit, si egritudo eum non detenuerit, 60 solidos multetur[55].

*E CODD. B.*

2. De[b] furto similiter[b].

## LXVI.

### De homine in domo propria occiso.

Si quis hominem in domo propria cum hariraida[a] interfecerit, auctor facti triplici weregeldo[b] multetur, et tres priores 90 solidis culpabiles iudicentur. Et quanti ei sanguinem funderint, unusquisque weregildo[c] eum conponat. Et quanticumque post[d] auctorem[e] et[f] sanguinis effusores vel post tres priores[g] fuerint[d], unusquisque 15 solidis multetur, et quicquid ibi talaverint, restituant.

## LXVII.

### De eo qui bannum non adimplet.

1. Si quis legibus in utilitatem regis sive in hoste sive in reliquam utilitatem bannitus fuerit, et minime[a] adimpleverit, si egritudo eum non dêtenuerit, 60 solidis multetur.

b) texaca 5. 9; texega 7; taxaga 3. 8. 11; furto 10.

*Tit. LXIV.* a) ariraida 2; arraida 5; aragiadam 6; aragadiadam 7; heriraida 4; heriada 8. b) *sic* 1; aut 2. 3. 5; *deest in rell.* c) weregeldum 4; werigeldum 5; werigeldo 8; wirigeldum 2; guedregild 6. 7. d) vel 3. e) de illis *inserunt* 6. 7. f) peiores 11. g) XX 6. 7. h) weregeldum 4; werigeldum 5; weregeldo 8; wirigeldum 2; wedregild 6; guedregild 7. i) effusurus 2; effusionem 3; effuderint 6. 7; effusores 11; sanguinis effusioris 4; sanguinis effusoris 9; sanguinis effusores 8. 10. k) peiores 11. l) *ita* 6. 7. 9; ter quinque 1—5; XV 8. 10. m) *qui in codice numerum* LXX *prae se fert.*

*Tit. LXV.* a) bagonitus 5; banno 3.

b) Similiter et qui furtum perpetraverit 3; De texaga similiter *Til.*

*Tit. LXVI.* a) ariraida 7. 13. 14; ariragida 3; arirada 8; iraraida 21; harroaida *Til.*; cum har. *omisit Sich.* b) waregeldo 4. 6. 18; weregildo 8; weregillo 10; guidigildo 2; wedregildo 17. c) weregeldo 5. 18. 19; waregeldo 6; weregillo 10; wedregildo 17; *deest* 2. d) propter auctorem et sanguis effusionis post VI fuerint 13. e) actorem 6. f) *deest* 5. g) plures 7.

*Tit. LXVII.* a) venerit vel *inserit* 3.

51) Furtum igitur secundum legem Ribuariam proprio weregeldo furis componitur, cfr. supra titt. 18. 29, paucis casibus exceptis, de quibus titt. 42. 76. agitur; cfr. quoque infra tit. 86. Qui weregeldum solvere non potest, morte punitur, cfr. infra tit. 79. Pactus Childeberti regis (Capp. ed. Boretius I, p. 4) c. 1: *Id ergo decretum est, ut apud quemcumque post interdictum latrocinius conprobetur vitae incurrat periculum.* c. 2: — *latro redimendi se habeat facultatem; si facultas deest, tribus mallis parentibus offeratur, et si non redimitur, vita carebit.* Decretio Chlotharii (eod. p. 5) c. 10: *Si quis in alterius domum, ubi clavis est, furtum invenerit, dominus domus de vita conponat. Si quis cum furtu capitur, antedictae subiaceat legem. Et si de suspectione inculpatur, ad sortem veniat.* Decretio Childeberti c. 7 (eod. p. 16): *De furis et malefactoris ita decrevimus observare, ut, si quinque aut septem bonae fidei homines absque inimicitia interposita criminosum cum sacramenti interpositione esse dixerint, quomodo sine lege involavit, sine lege moriatur.* Chlotharii II. edictum a. 614 (eod. p. 23) c. 22: *Neque ingenuos neque servus, qui cum furto non depraehinditur, ad iudicibus aut ad quemcumque interfici non debeat inauditus.* — Apud Francos Chamavos e iure Frisionum receptum est, ut pro furto duplum solvatur; Lex Franc. Cham. c. 26—29. — Cfr. 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' V, p. 411 sqq. 52) i. e. cum contubernio, cfr. supra tit. 41, c. 2, not. 84. 53) i. e. abstulerint, cfr. Capit. II. ad leg. Salic. c. 5 (supra p. 217, not. 21), Behrend, Lex Salica p. 160 s. v. talare. 54) Cfr. Lex Sal. tit. 42, c. 1—4: *Si quis colecto contubernio hominem ingenuo in domo sua adsalierit et ibi eum occiderit, si in truste dominica fuerit ille, qui occisus est, malb. ambistaile, — sol.* 1800 *culp. iud. Si vero in truste dominica non fuerit ille, qui occisus est, — sol.* 600 *culp. iud. Si vero corpus occisi hominis tres vel amplius habuerit plagas, tres quibus inculpatur, qui in eo contubernio fuisse probantur, legem superius conpraehensa cogantur exsolvere. Alii vero tres de eo contubernio — nonaginus solidus solvant. Et tres adhuc in tertio loco de eo contubernio — sol.* 45 *culpabiles iudicetur. De Romanus vero vel letis et pueris haec lex superius conpraehensa ex medietate solvatur.* Eod. tit. 43, c. 3: *Si vero foris casa sive iter agens sive in agro positus a contubernio fuerit interfectus, tres amplius habuerit plagas, tunc tres de eo contubernio qui adprobati fuerint, singillatim mortem illius coniactent. Et tres si plures fuerint — sol.* 30 *solvant. Et tres adhuc de eo contubernio — sol.* 15 *culpabilis iudicetur.* 55) Cfr. P. Roth, 'Geschichte des Beneficialwesens' (1850) p. 142 sqq. P. Roth, 'Feudalität u. Unterthanverband' (1863) p. 321 sqq. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte', II, 1 (ed. 3, 1882), p. 210 sqq. A. Boretius 'Beiträge zur

*E CODD. A.*

2. Si autem Romanus aut ecclesiasticus vel regius homo hoc fecerit, unusquisque contra auctorem[56] suum 30[b] solidos culpabilis iudicetur.

3. Si quis legatariam[c, 57] reges vel ad regem[d] seu in utilitatem reges pergentem hospicio[e] suscipere contempserit[f], nisi emunitas[g] regis[h] hoc contradixerit, 60 solidos culpabilis iudicetur. Aut si regius, Romanus aut ecclesiasticus homo hoc fecerit, unusquisque contra auctorem suum 30 solidos culpabilis iudicetur[i].

*E CODD. B.*

2. Si autem Romanus aut ecclesiasticus vel regius homo hoc fecerit, unusquisque contra[b] actorem[c] suum 30 solidis culpabilis iudicetur.

3. Si quis autem legatarium regis vel ad regem seu in utilitatem regis pergentem hospitio suscipere contempserit, nisi emunitas regis hoc contradixerit, 60 solidis culpabilis iudicetur. Aut si regius, Romanus aut ecclesiasticus homo hoc fecerit, unusquisque contra actorem[d] suum 30 solidis multetur.

## LXVI.

1. Si quis Ribuarius sacramentum fidem fecerit, super 14 noctis sibi septimus vel duodecimus[a] vel septuagisimum secundo cum legitimo termino noctium studiat coniurare. Si autem contentio orta fuerit[58], quod sacramentum in die placitus[b] coniurasset[c], tunc cum tercia parte iuratoris sui[d] adfirmare studiat, aliquos a dextris [seu a senextris[e]] stantibus[f]. Sin autem nec sic satisfecerit, tunc secundum[g] praesentia iudicis[59] vel secundum[h] terminationem[60] sextam iuratorum[i] suorum cum dextera armata tam priore quam posteriore sacramentum in praesentia iudicis confirmare studiat. Quod si verbis non dixerint[k], omne repeticione cum legis[l] beneficium studiat reformare, et unusquisque de iuratoribus 15 solidos culpabilis iudicetur. Si autem dixerint[m], iudicium[61] accipiant.

2. Si autem regius, Romanus aut ecclesiasticus taliter agerit[n], cum legitimum[o] numero similiter studiat implere, aut[o] legitimum[p] solutionem restituat.

## LXVIII.

### De sacramento.

1. Si quis Ribuarius sacramento fidem fecerit, super quattuordecim[a] noctes sibi septimus seu duodecimus vel septuagisimus secundus[b] cum legitimo[b] termino noctium studeat[c] coniurare. Si autem contentio orta fuerit, quod[d] sacramentum[d] in[e] die placito[e] non[f] coniurasset, tunc cum tertia parte iuratorum suorum adfirmare studeat, aliquibus a dextris seu[g] a sinistris[h] stantibus. Sin autem nec sic satisfecerit, tunc secundum praesentiam iudicis vel secundum terminationem sextam[i] iuratorum suorum cum dextera[k] armata[k] tam prius[l] quam posterius sacramentum in praesentia iudicis confirmare studeat. Quod si verbis[m] non direxerit[n], omnem repetitionem cum legis[o] beneficio studeat[p] reformare, et unusquisque de[q] iuratoribus[q] 15 solidis culpabilis iudicetur. Si autem contra dixerint, iudicium accipiant[r].

2. Si autem regius, Romanus aut ecclesiasticus taliter egerit, cum legitimo numero similiter studeat implere, aut legitimam[s] solutionem restituat.

b) XX 6. c) *sic* 1; legataria 6. 7; ligatariam 3; legaturiam 5. 9; ligatarium 2. 11; legatarium 4. 8. 10. d) vel ad regem *omisit* 3. e) officium 11. f) non consenserit 8. g) eminutas 6; inmundas 5; eumuntas 11. h) regum 9. i) multetur (*loco* culp. iud.) 3—11; *cap.* 3. *in codice* 1 *hic bis legitur, exceptis tantummodo ultimis verbis* culpabilis iudicetur, *pro quibus secundo loco scriptum est* multetur.

*Tit. LXVI.* a) XII 1—3; XIImo 5; XV 6. 7. b) placiti 4. c) non coniurasset 4. 8—11. d) iuratores suis 4; iuratori sui 3; iureture sue 5; iuratorem suorum 10; iuratorum suorum 8. 9. 11. e) seu a senextris *desunt* 1. 2; et aliquos ad sinistris 4. f) studeat adfirmare *addit* 4. g) secundus 5; *deest* 1?; in *inserit* 4. h) secunda 1—3; secundus 5. i) iuratorem 1. 2; coniuratorem 3. k) direxerit 8—11. l) legium 1. 2; legimus 3. m) contra dixerint 8—11. n) *sic* 1—3; agerent 5; aegerit 8; egerit 4. 9—11; gerit 6. 7. o) legitimum — aut *desunt* 4. p) legitimo 10; legitima 4; legitimam 6—9. 11.

b) pro 14. c) auctorem 3. 5. 8. 13. 14. 19. d) auctorem 3. 4. 5. 8. 13. 14. 19.

*Tit. LXVIII.* a) XLII 2. b) secundum legiptime 13. c) istudeat 19. d) cum sacramento 13. e) inde ad placitum 4. f) *deest* 2. 19. g) aliquibus 13. h) seu a sinistris *desunt* 2. i) eius VII 13. k) ad dexteram armatam 13. l) proprios 13. m) verba 13; verbum 6. n) dixerit 3. 4. 12. 13. 14. 19. 21. o) legibus 6. p) istudeat 7. q) pro victoribus 14. r) accipiat 8. s) legiptimam 13.

Capitularienkritik' (1874) p. 71 sqq. 92 sqq. — Lex Ribuaria de banno dominico ius commune Francorum, quod in universo regno Francorum vigebat, exhibet. — Lex Franc. Cham. c. 2: *De banno dominico similiter habemus, sicut alii Franci habent.* 56) i. e. actorem, cfr. supra tit. 58, c. 20. — Cfr. Chlotharii II. edictum a. 614, c. 15 (Capp. ed Boretius I, p. 22): *Si homines ecclesiarum aut potentum de causis criminalibus fuerint accussati, agentes eorum ab agentibus publicis requisiti si ipsos in audientia publica foris domus ipsorum ad iustitiam reddenda praesentare noluerint, et distringantur, quatenus eosdem debeant praesentare.* 57) i. e. legationem. 58) Cfr. H. Brunner, 'Das Gerichtszeugniss' (vide supra not. 29), p. 143, not. 2. 59) i. e. in mallo legitimo. 60) i. e. in placito bannito ('im gebotenen Ding'), cfr. Sohm, 'Fränkische Reichs- u. Gerichtsverfassung' p. 436. 61) i. e. notitiam iudicati, cfr. supra tit. 59, c. 7.

*E CODD. A.*

## LXVII.

1. Si quis moriens debitosus[a, 62] aut testamenta vel[b] venditionis[c] seu tradicionis[d] aliquid[e] fecerit, si filios aut filias non relinquerit[63], quicunque de parentibus suis, quantum unus solidus valet[64], in hereditatem reciperit[f], vel cui weregildum[g] eius, si interfectus fuisset, legitimi obvenibat[h], omnem debitum[i] culpabilis iudicetur, et omnem factum eius idoniare[k] studeat[k], aut culpam incurreret[l, 65].

2. Si quis autem post fide facta sacramenti in hoste bannitus[m] fuerit, si[n] non perrexerit[o], post 40 noctis; si[p] autem perrexerit[n, p], post arma positionem[66] super 14[q] noctes coniurare studiat.

3. Quod si sacramentum illi[r], qui[s] prosequitur, non pronunciaverit, ipsi[t], qui placuit, ante annum revo-

*E CODD. B.*

## LXIX.

### De eo qui filium non relinquit.

1. Si quis moriens debitor aut[a] testamenta[b] venditionis seu traditionis aliqua fecerit, si filios aut filias non relinquerit, quicumque de parentibus suis, quantum[c] unus solidus valet, in hereditatem acciperit, vel cui weregildus[d] eius, si interfectus fuisset, legitime[e] obveniebat[f], omne debitum per ipsum solvi iudicatur[h], et[h] omne factum eius idoniare studeat, aut culpam incurrat.

2. Si quis autem post fidem factam sacramenti in hostem bannitus fuerit, si non perrexerit[i], post 40 noctes; si autem perrexerit, post arma positionem super quattuordecim noctes coniurare studeat.

3. Quod si sacramentum ille, qui prosequitur[k], non pronuntiaverit[l], ipse,

*Tit. LXVII.* a) debiturus 11; debitor suus 5; debitor 6—10. b) vel *deest* 8. 10. 11. c) venditiones 2. 4. 9. d) traditiones 2. 4. 9. e) aliquas 4. 9; aliqua 8. 10. 11. f) succidat recipere 5; receperint 6. 7; acciperit 4. 8. 10. 11. g) weregeldum 4; werigeldum 5; wirigeldum 2; weregildus 8. 11; werigildus 10; wedregildis 6; wedregildus 7. h) *sic* 1; obveniebat 3. 5. 8—11; obveniebant 4; hoc veniebat 6. 7; obtinebat 2. i) prosolvere *inserit* 3; *textum vulgatum exhibent* 8—11. k) *sic* 4. 8—11; adunare studeat 2. 3. 5—7; adhuna restituat 1; *in archetypo scriptum fuisse videtur:* eduniare studeat, *conf. tit. LIX, cap.* 2. 3. l) *sic* 1. 3; incurrere 2. 6. 7; incurrat 4. 5. 8—11. m) banitus 5. n) si — perrexerit *desunt* 8. o) perspexerit 4. p) si — perrexerit *desunt* 1; correxerit 4. q) XII 2. r) ille 7. 8. 9. 11. s) *deest* 4; causa *addit* 3. t) ipse 2. 4. 5. 8—11.

*Tit. LXIX.* a) *deest* 3. b) testamentum 13. c) quā 13. d) weregeldus 6; weregeldos 19; widrigildus 2; wedregildus 17. e) *deest* 3. f) obveniret 3; hoc veniebat 14. g) iudicatum 14. h) *deest* 14. i) si non perr. *desunt apud Her.* k) persequitur 8. *Sich.* l) potuerit 7.

62) Verbum *debitum* in documentis illius aetatis saepe compositionem significat, cfr. ex. gr. Lex Salica tit. 50, c. 4: *rachineburgii praecium, quantum valuerit debitus, quod debet, hoc de furtuna sua illi tollant, et — tertia parte grafio frito ad se recolligat.* Tit. 51, c. 2: *Si vero grafio supra lege aut debitum iustum aliquid amplius tollere praesumpserit —*. Cap. legib. additum a. 803, c. 9 (Capp. ed. Boretius I, p. 114): *Omnia debita, quae ad partem regis solvere debent, solidis duodecim denariorum solvant, excepto freda, quae in lege Saliga scripta est; illa eodem solido, quo caeterae compositiones solvi debent, componatur.* Lex Alam. Karol. tit. 1, c. 2 (Mon. Legg. III, p. 127): *Res autem ad ecclesiam permaneant cum emendatione hominis illius, qui eas malo ordine subtrahere voluit: hoc est cum supradicto debito res reddat et* 30 *solidos ad ecclesiam persolvat.* Lex Baiuw., tit. 1, c. 10 (eod. p. 274): *Si quis episcopum — occiderit, solvat — usque dum inpleat debitum.* Eod. tit. 2, c. 1 (p. 282): *conponat secundum legem — persolvat cui deliquit, donec debitum universum restituat.* Decr. Tass. c. 16 (eod. p. 467): *quasi proprium conponat debitum.* Lex Burgund. (ed. C. Binding, Fontes rerum Bernensium I) tit. 27, c. 6: *Si vero, cuius caballi sunt, inventus a domino messis, dum tenetur ad debitum, resistere fortasse temptaverit —*. 63) Cfr. supra tit. 12, c. 2: *et ubicumque sexcenti solidi accedunt, si ille homo pauper fuerit, ut insimul solvere non possit, per tres decessiones filiorum solvat.* Filiis et filiabus secundum legem Ribuariam beneficium abstinendi non competit. Aliter Lex Burgundionum (ed. Binding) tit. 65: *Si qua mulier vidua filios habens, si et illa et filii sui cessionem de bonis mariti, qui defunctus est, fecerint, nullam ex debito ipsius reparationem aut calumpniam paciantur. Si certe praesumpserint hereditatem, debitum paternum simul solvant.* 64) Cfr. Cap. Aquisgran. a. 801—813, c. 16 (Capp. ed. Boretius I, p. 172): *Quod nullus seniorem suum dimittat, postquam ab eo acciperit valente solido uno.* 65) Cfr. infra tit. 79: *omnes res suas heredes possedeant, exceptis capitale et dilatura in loco restituant.* — O. Stobbe, 'Ueber das Eintreten des Erben in die obligatorischen Verhältnisse (Jahrbuch des gemeinen deutschen Rechts', ed. Bekker et Muther, vol. V, 1862) p. 300. W. Lewis, 'Die Succession der Erben in die Schulden des Erblassers' (1864) p. 71 sqq. v. Amira, 'Erbenfolge' (1874) p. 54. H. Brunner l. cit. (supra p. 217, not. 17) p. 4. 46. 47. — Caput nostrum genuino textui legis Ribuariae postea additum esse videtur, cfr. praefatio nostra § 7. 66) Cfr. Cap. Wormat. a. 829, alia cap. c. 14 (Pertz, Legg. I, p. 352): *Postquam comes et pagenses de qualibet expeditione hostili reversi fuerint, ex eo die super quadraginta noctes sit bannus resisus, quod in lingua thiudisca 'scaftlegi', id est armorum depositio, vocatur.* Idem constituit Edict. Pistense a. 864, c. 3 (Pertz I, p. 496). Form. Senon. rec. 2 (Formulae ed. Zeumer p. 212): *in 40 noctes, in proximo mallo post banno resiso, hoc debeat coniurare.* G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' IV, p. 465, not. 3. P. Roth, 'Feudalität u. Unterthanverband', p. 226, not. 13. Sohm, 'Fränk. Reichs- u. Gerichtsverfassung', p. 396. K. Zeumer in editione sua Formularum p. 212, not. 2.

*E CODD. A.*

lutum vel septem noctis sacramentum suum coram testibus offerat, et coniurare studeat[u], et deinceps innocens habeatur[67].

4. Sin autem non adimpleverit, omnem repetitionem cum legis[v] beneficius[w] restituat[x, 68].

5. Si quis pro hereditatem vel pro genuitatem[y] certare[z] coeperit[z] post[a] malo[b] ordine cum 6 in ecclesia coniurata[c], cum 12[d] ad stafflo[e] regis in circlo[f] et in[g] collore[h] cum verborum contemplatione coniurare[i] studeat[69]. Si non adimpleverit, cum legis[k] beneficium restituat. Aut si quis eum[l] contra prendere[m] voluerit[l], aut cum arma sua a se[n] defensare voluerit[o] ante rege, aut[p] omnem repetitionem cum legis[q] beneficium[q] restituat[70].

## LXVIII[71].

1. Si quis in caput vel in quacumque membro plagatus fuerit, et ossus exinde exierit, qui[a] super viam 12 pedorum[b] in scuto[c] sonaverit, 36[d] solidos factus[e] ei[e] culpabilis iudicetur[72].

*E CODD. B.*

qui placuit[m], ante[n] annum revolutum vel septem noctes sacramentum suum coram testibus offerat, et coniurare studeat, et deinceps innocens habeatur.

4. Si autem non adimpleverit, omnem repetitionem cum legis[o] beneficio restituat.

5. Si quis pro hereditate vel pro ingenuitate certare[p] coeperit post malo ordine[p], cum 6[q] in ecclesia coniuret[r], cum 12 ad stappulum[s] regis in[t] circulo et in hasla[u], hoc est in ramo[v], cum verborum contemplatione coniurare studeat. Si non adimpleverit, cum legis[w] beneficio restituat. Aut si quis eum contra prendere voluerit, aut cum armis suis se defensare studeat ante regem, aut omnem repetitionem cum legis[x] beneficio restituat.

## LXX.

### De osse super viam sonante, vel absque effusione sanguinis.

1. Si quis in capite vel in quocumque membro plagatus fuerit, et os exinde exierit, quod si super viam[a] 12 pedum in sculo iactum sonaverit, 36[b] solidis factus ei culpabilis iudicetur.

u) debeat *addit* 5. v) legibus 1. 11; cum legis *desunt* 6. 7. w) *sic* 1; beneficiis 2. 3; beneficium 4—7; beneficio 8—11. x) *sequentia usque ad verba tituli LXVIII, cap.* 5. alii brachium, pedem *omisit codex* 1, *post verbum* restituat *in eadem linea pergens* alii brachium *etc.* y) genietate 7; ingenuitatem 4. 8—11. z) carta receperit 5. a) pro 3. b) male 3; mala 4. 7. c) coniurate 5; coniuret 6—11; et *addit* 3; aut *addit* 9. d) VII 5. e) stafulum 5; stafflum 9; staffalum 10; stapulo (ad *omisso*) 6. 7; stapplum 8. 11. f) circulo 4. 5. 8—11. g) *deest* 5. 11. h) colore 4. 9. 11; collere 6. 7; *textum vulgatum exhibent* 8. 10. i) *deest* 2. k) legibus 3. 10; legi 7. l) eum — voluerit *omisit hic* 3, *sed addit postea, cfr. not. o.* m) reprehendere 6. 7; prindere 4. 5. 11. n) a se *desunt* 4; se (a *omisso*) 6—11. o) voluerint 8; studeat 4. 9. 10; eum contra prindere voluerit *addit* 3; *cfr. supra not. l.* p) et ab 4; ante *inserit* 3. q) lege beneficii 6. 7.

*Tit. LXVIII.* a) quod si 8. 10. b) duodecim pedes latam 6. 7. c) iactum *inserunt* 8. 10. d) XXVII 5. e) factus eius 8; factus rei 4. 9; factore 5; *desunt* 6. 7.

m) placitavit 3. 15. 16. n) *deest* 19. o) legibus 6. p) post malo ordine caeperit certare 3; certetur (*corr.* certat) post mala ordine 13; c. c. pro m. o. 8. *Til.*; carta receperit pro mala ordine 17; cartam receperit post male ordine 19; cernere coeperit malo ordine *Sich.*; *pro* malo ordine *Her.* *habet* mallo ordine. q) VII 13; XII *Sich.* r) et *inserunt* 3. 11. 12. s) stapplum 3. 5. 7. 8. 10. 11. 12. 15. 16. 19. *Her.*; staplum 2. 4. 13. 17; stafplum *Sich.*; stabulum 21. t) cum 4. 19. u) asla 6. 8. 13. 14. 17. *Til.*; haslo 19. *Sich.* v) rano 8. w) legibus 4. x) legibus 6.

*Tit. LXX.* a) venam 13. b) XXX 3; XXV 14.

67) Cfr. H. Siegel, 'Geschichte des deutschen Gerichtsverfahrens' (1857) p. 226. 68) Cfr. Lex Franc. Cham. c. 15: *De quali causa quod sacramentum permiserit* (corr.: *promiserit*), *et ad placitum non iuraverit, ipsam causam reddere faciat.* 69) Cap. legi Rib. addit. a. 803, c. 11 (ed. Boretius, p. 118): *LXVII. cap. Omne sacramentum in ecclesia aut supra reliquias iuretur; et quod in ecclesia iurandum est, vel cum sex electis, vel si duodecim esse debent, quales potuerit invenire: sic illum Deus adiuvet et sancti, quorum istae reliquiae sunt, ut veritatem dicat.* Cfr. H. Siegel l. cit. (not. 67, p. 226 sqq. H. Siegel, 'Die Gefahr vor Gericht und im Rechtsgang (Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der kais. Akademie der Wiss., Wien 1865', vol. LI) p. 122 sqq. H. Brunner, 'Wort und Form im altfranzösischen Process (Sitzungsberichte, Wien 1868', vol. LVII), p. 719 sqq. Non abs re mihi videtur, conferre etiam capitulum, quod in codicibus manuscriptis Karolo Magno tribuitur (Capp. ed. Boretius I, p. 259): *E decretis Karoli imperatoris. Si Iudeus contra Iudeum aliquod negocium habuerit, per legem suam se defendat. Si vero contra christianum, christianus, si necesse fuerit, cum idoneis testibus super sanctorum pignora per sacramentum aut cum ferro ignito se exoniet. Iudeo vero circulus ex rubo in collo imponatur, et stanti genua vinciantur, eique virga ex rubo quinque habens cubitos manuales bene aculeata, dum sacramenti finem fecerit, inter coxas acerrime pertrahatur, et taliter se exoniet, si sanus evaserit.* 70) H. Brunner, 'Wort und Form' (cfr. not. 69), p. 733 sqq. 71) Cfr. supra titt. 1—5. 72) Similiter Lex Alam. Hloth. tit. 59, c. 4: *Si autem de capite ossum fractum tulerit de plaga ita et super publica via lata 24 pedes sonaverit in scuto ille ossus, cum 6 solidis conponat.* Edictus Rothari, c. 47: *Si quis alium plagaverit in caput, ut ossa rumpantur, pro uno osso conponat solidos duodicem*;

*E CODD. A.*

2. Si autem plura ossa exierint[f], pro unumquemque[g] sonante solidus addatur.

3. Quod si factor[h] negaverit, quod talis plaga non fuerit, in quantum confessus fuerit, solvat, et de reliquo[i] cum 6 iuret. Aut si non dixerit[k], tam ipse quam coniuratores sui, qui iurare coeperint, cum 15 solidos restituant.

4. Quod si quis absque effusione sanguinis in[l] quacumque libet membro osso[l] fregerit, bis novem[m] solidos culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret, quod ossus fractus non fuisset, et tunc uno solido conponat.

5. Quod si quis absque effusionis sanguinis alii brachium, pedem, oculo, auditum, mucatum, digitum, vel quacumque libit membro mancaverit, sic[n] eum conponat, hac sic[o] cum gladio ipsum dibilitasset[73].

LXIX.

1. Si quis homo regi[a] infidelis exsteterit, de vita conponat, et omnes res suas fisco censeantur[74].

2. Si autem quis proximum sanguinis[b] interficerit, vel incestum commisserit, exilio susteniat, et omnes ris suas fisco censeantur[75].

*E CODD. B.*

2. Si autem plura ossa exierint, pro unoquoque osse sonante solidus addatur.

3. Quod si factum negaverit, quod talis plaga non fuerit, in quantum confessus fuerit, solvat, et de reliquo cum 6[c] iuret. Aut si non direxerit[d] verbum, tam ipse quam coniuratores sui, qui iurare coeperint[e], cum 15 solidis restituant.

4. Quod si quis absque effusione sanguinis in quocumque libet membro os fregerit, 18[f] solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6[g] iuret, quod os fractum non fuisset, et tunc 1 solidum conponat.

5. Quod si quis absque effusione sanguinis alium brachio, pede, oculo, auditu, muccatu, digito, vel quocumque libet membro mancaverit, sic eum conponat, ac si cum gladio ipsum debilitasset.

LXXI.

De eo qui regi infidelis extitit.

1. Si quis homo regi infidelis extiterit, de vita conponat, et omnes res eius fisco censeantur.

2. Si autem quis proximum sanguinis interfecerit, vel incestum commiserit, exilium sustineat, et omnes res eius fisco censeantur.

f) exigerint 5—7. g) ossa *addit* 3; unoquoque osse 8. 10; uno osso 11. h) factum 8. 10. 11. i) et *inserit* 3. k) direxerit 4. 8—11; direxit 5; verbum *addunt* 8—10. l) *deest* 6. 7. m) bis VIIII 2. 3; decem et octo 10; octodecim 8. n) si 1. 2. o) ac si 4. 5. 8—11.

*Tit. LXIX.* a) regis 4. b) sui *inserit* 3.

c) VII 4. d) dixerit 12. 14. 19. 21; diserit 8; direpserit *Til.* e) debuerant *Til.* f) XVIIII 4. *Sich.* g) VII *Sich.*

*si duo fuerint, conponat solidos viginti et quattuor; si tres ossas fuerint, conponat solidos trigenta et sex; si super fuerint, non numerentur. Sic ita, ut unus ossus tales inveniatur, qui ad pedes duodicem supra viam sonum in scutum facere possit, et ipsa mensura de certo pede hominis mediocris mensuretur, non ad manum.* Lex Frisionum, Additio Sap. tit. 3, c. 24: *Si ossa de vulnere exierint tantae magnitudinis, ut in scutum iactum, 12 pedum spatio distante homine, possit audiri, unum ter 4 solidis componatur, aliud ter duobus, tertium ter uno solido.* Cfr. quae congessit Merkel, Legg. III, p. 153, not. 91. 73) Cfr. supra tit. 5. Vox *sic* saepius loco *si* legitur, cfr. tit. 33, c. 1. 74) Cfr. supra tit. 38; tit. 60, c. 6. P. Roth, 'Geschichte des Beneficialwesens' (1850) p. 127 sqq. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' II, 1 (ed. 3, 1882) p. 195 sqq. 205 sqq. 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' V, p. 446. V. Ehrenberg, 'Commendation und Huldigung nach fränkischem Recht' (1877) p. 105 sqq. 75) Cfr. Lex Salica tit. 13. c. 9, add. 2: *Si quis sororis aut fratris filiam aut certe ulterius gradus consobrinam aut certe fratris uxorem aut avunculi sceleratis nuptiis sibi iunxerit, hanc poenam subiaceant ut de tale consortio separentur. Atque etiam si filios habuerint, non habeantur legitimi heredes, sed infamia sint notati.* Decretio Childeberti regis a. 596, c. 2 (Capp. ed. Boretius I, p. 15): *In sequenti hoc convenit una cum leodos nostros: decrevimus, ut nullus incestuosum sibi societ coniugio, hoc est nec fratris sui uxorem, nec uxoris suae sororem, nec uxorem patruo aut parentis consanguinei. Uxorem patris si quis acceperit, mortis periculum incurrat. De praeteritis vero coniunctionibus, quae incestae esse videntur, per praedicationem episcoporum iussimus emendare. Qui vero episcopo suo noluerit audire et excommunicatus fuerit, perenni condemnatione apud Deum sustineat et de palatio nostro sit omnino extraneus, et omnes res suas parentibus legitimis amittat, qui noluit sacerdotis sui medicamenta sustinere.* — Cap. Pippini a. 754—755, c. 1 (Capp. ed. Boretius I, p. 31): *Si homo incestum commiserit de istis causis, de Deo sacrata, aut commatre sua, aut cum matrina sua spiritali de fonte et confirmatione episcopi, aut cum matre et filia, aut nepta, aut cum consobrina atque subrina, aut cum amita vel matertera: de istis capitulis pecuniam suam perdat, si habet; et si emendare se noluerit, nullus eum recipiat nec cibum ei donet. Et si fecerit, 60 solidos domno regi componat, usque dum se ipse homo correxerit. Et si pecuniam non habet* (scil. incestuosus), *si liber est, mittatur in carcere usque ad satisfactionem. Si servus aut libertus est, vapuletur plagis multis; et si dominus suus permiserit eum amplius in tale scelus cadere, ipsos 60 solidos domno rege componat.* — Wilda, 'Das Strafrecht der Germanen' (1842) p. 855 sqq. — Cfr. 'Zeitschrift für

*E COD. A.*

## LXX.

1. Si quis homo a ligno seu a quolibet manufactile fuerit interfectus, non solvatur; nisi fortem[a] quis auctorem interfectionis in usos proprios adsumpserit, tunc absque frido[b] culpabilis iudicetur[76].

2. Si autem quis fossam vel puteum fecerit, seu pedica vel balista[c] incaute posuerit, et ibidem hominem vel pecus debilitaverit vel interficerit, omnem conpositionem, sicut lex contenit Ribuaria, culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero iurit.

3. Quod si in sepem[d] animal[e] inpalaverit, et ipsi sepes mentonalis[f] non fuerit, dominus sepis interfectionem seu debilitatem rei[g] culpabilis iudicetur*.

*) *codex* 11 *addit:* aut si negaverit, cum legitimo numero iuret.

4. Si autem virga de foris sepe incaute[h] missa fuerit et aliquid interfecerit, solvatur. Si autem de intus sepe se in virga inpalaverit, non est solvendus.

5. Quod si quis in sepem vel in quacumque libet periculo res alienas invitas minaverit, et ibidem interfecta vel debilitatas[i] fuerint, similis restituat, aut cum 6 iurit, quod hoc non fecisset[k].

## LXXI.

De[a] quacumque causa fistuca[b] intercesserit[c], lacina[d] interdicatur, sed[e] cum sacramento se edoniare [studeat[f]].[77]

## LXXII[78].

1. Si quis hominem interciaverit[a], et infra placitum[b] mortuos fuerit, in quadruvio cum retorta in pede

*E COD. B.*

## LXXII.

### De homine a ligno interfecto.

1. Si quis homo a ligno seu aliquolibet manufactile fuerit interfectus, non solvatur; nisi *forte* quis auctorem[a] interfectionis in usos proprios adsumpserit, tunc absque fredo culpabilis iudicetur.

2. Si autem quis fossam vel puteum fecerit, seu pedicam vel ballistam[b] incaute[c] posuerit, et ibidem hominem vel pecus debilitaverit vel interfecerit, omne conpositione, sicut lex continet Ribuaria, culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero iuret.

3. Quod si in saepem animal inpalaverit, et ipsa saepes mentonalis non fuerit, dominus saepis interfectionis seu debilitatis reus culpabilis iudicetur[d].

4. Si autem virga de foris saepe incaute missa fuerit et aliquid interficerit, solvatur. Si autem de intus saepe se in virga inpalaverit, non est solvendus[e].

5. Quod si quis in saepem vel in quocumque libet periculo res alienas invitas minaverit, et ibidem interfectae vel debilitatae fuerint, similes restituat, aut cum 6 iuret, quod hoc non fecisset.

## LXXIII.

### De fistuca[a] intercurrente[b].

De[c] quacumque causa fistuca[d] intercesserit[e], lacina[f] interdicatur[g], sed[h] cum[i] sacramento se idoniare [studeant[k]].

## LXXIV.

### De homine intertiato vel pecore mortuo.

1. Si quis hominem intertiaverit, et infra placitum[a] mortuus fuerit, in

*Tit. LXX.* a) forte 6—11; *deest* 5. b) fredo 4. 6—11; ipsa leode *addit* 3; ipsa liude *addit* 10. c) palista 4; basilisca 5; balister 6. 7; ballistam 8—11. d) septem 1. e) se *inserit* 4. f) mentionalis 6. 7. g) restituat 2; reus 8—10. h) *deest* 4; in curte 6. 7. i) debilitas 1. 2. 5. k) hoc non fecisset *desunt* 2, *ubi* quod *coniungitur cum sequentibus* de quacumque causa *etc.*

*Tit. LXXI.* a) Die 5. b) festuca 3. 5. 9; fistucam 6; festucam 7. c) intercesserint 7. d) locma 2; lacmah 6; lacmach 7. e) et 5; secundum (cum *omisso*) 6. 7. f) studeat *addunt* 4. 9.

*Tit. LXXII.* a) interfecerit 6. 7. b) platitum 5.

*Tit. LXXII.* a) actorem 2. b) balistam 3. 4. 6. 14; valistam 2; balista 19; balistas 13. c) in capite 13. d) aut si negaverit, cum legitimo numero iuret, *addit Til.* e) solvendum 8.

*Tit. LXXIII.* a) festuca 3. 14. b) in terra currente 14. c) Se 8. d) festuca 3; fistica 8. e) intercesserint 19; interfecerit *Her.* f) licina 13. g) indicatur 8. h) se 13. i) cum *deest* 3. k) studeant *addit* 3; *titulum LXXIII. omisit Sich.*

*Tit. LXXIV.* a) palacio 13.

Rechtsgeschichte' V, p. 447 sqq. 76) Wilda, 'Das Strafrecht der Germanen' p. 548. 77) i. e. si per festucam sacramentum solemniter promissum est *(fistuca de causa intercesserit)*, via ad altare iuraturo iam non impediatur *(lacina*, i. e. viae cum armis contradictio, cfr. infra tit. 80. cum nota, *interdicatur)*, sed cui parti sacramentum concessum est, ea sacramento se idoneet. Aboletur titulo nostro vetus ius Ribuariorum, quod supra tit. 59, c. 4. traditur. Cfr. 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' V, p. 429 sqq. Aliam opinionem defendunt H. Siegel, l. cit. (not. 67) p. 35. 38. 40; R. Loening, 'Der Vertragsbruch im deutschen Recht' (1876) p. 10. M. Thévenin, 'Contributions à l'histoire du droit germanique' (1880) p. 42. 78) Cfr. tit. 33; H. Siegel, 'Gerichtsverfahren' p. 252. 253; Sohm, 'Process der Lex Salica' p. 113.

*E CODD. A.*

sepeliatur, et ibidem ad diem[c] placitus[d] cum testibus accidat[e], et cum ipsis sex, qui eum sepelire viderunt, in haraho[f] coniuret, quod[g] ibidem ipsi interciatus[h] absque interfectionem hominum, pecodum vel alterius rei[i], nisi communem mortem consumptus, sepultus iaciat, et ipsam retortam in[k] pedem habeat, et[l] sic per[l] ipsa retorta[k] super ipso sepulchro semper de manu in manu ambulare debit, usque dum ad[m] ea manu venit, qui eum inlicito ordine vindedit vel furaverit. Quod [si[n]] ita non fecerit, capitale et dilatura cum legis[o] beneficio seu con[p] furtu culpabilis iudicetur.

2. Si autem ei fuga lapsus fuerit, si infra ducatum, super quattuordecim[q] noctes; si extra ducato, super 40 noctes[r]; quod si extra regno, super 80[r] placitus[s] ei concidatur[t]. Quod si infra placitum eum repraesentare non potuerit, capitale et dilatura seu texaga[u] vel legis[v] beneficio culpabilis iudicetur[79].

3. Si[w] autem eum[x] interficerit[y], nisi in quadruvio cum retorta sepultus[z], ipsi[a] capitale et dilatura cum[b] texaga[c] seu[d] cenu werdunia[e] vel legis[f] beneficium culpabilis iudicetur.

4. Si autem aliquid[g] culpa[h] emiserit[i], dum intertiatus[k] est, ipsi[l] ex hoc culpabilis iudicetur[m], qui eum[n] eo tempore post se reteneat[o].

5. Si homo commendatus[p] vel fugitivus defunctus[q] fuerit, similiter in quadruvio cum retorta[r] sepeliatur. Quod si ita non fecerit, ipsi[s], qui eum post se retenuit, precium rei[t] cum legis beneficio culpabilis iudicetur[80].

6. Si autem animal intertiatus[u] infra placitum[v] mortuos fuerit, tunc illi, qui causam prosequitur, cum testibus memorare debet, qualiter adpreciatus[w] fuerit,

*E CODD. B.*

quadruvio cum retorta in[b] pede[b] sepeliatur, et ibidem ad[c] diem placitus[c] cum testibus accedat, et cum ipsis sex, qui eum sepelire viderunt, in araho[d] coniuret, quod ibidem ipse intertiatus absque interfectione[e] hominum[e], pecodum vel alterius rei, nisi[f] commune morte consumptus, sepultus iaceat, et ipsam retortam in pede habeat, et per ipsam retortam super ipso sepulchro semper de manu in manum ambulare debet, usque dum ad eam manum veniat[g], quae[h] eum inlicito ordine vendidit vel furavit. Quod si ita non fecerit, capitali et dilatura[i] cum legis beneficio seu cum furto culpabilis iudicetur.

2. Si autem ei[k] fuga lapsus fuerit, si infra ducatum, supra[l] quattuordecim noctes; si extra ducatum, super 40 noctes; quod si extra regnum, super 80 placitus ei concedatur. Quod si infra placitum eum repraesentare non potuerit, capitali et dilatura[m] seu furto vel legis beneficio culpabilis iudicetur.

3. Si autem eum interfecerit, nisi in quadruvio cum retorta sepultus, ipse capitale et dilatura cum furto seu cinewerdunia[n] vel legis beneficio culpabilis iudicetur.

4. Si autem aliquid culpae commiserit, dum intertiatus est, ipse de hoc culpabilis iudicetur, qui eum eo tempore post se retinuit[o].

5. Si homo commendatus vel fugitivus defunctus fuerit, similiter in quadruvio cum retorta sepeliatur. Quod si ita non fecerit, ipse, qui eum post se retinuit, pretium rei[p] cum legis beneficio culpabilis iudicetur.

6. Si autem animal intertiatum infra placitum mortuum fuerit, tunc ille, qui causam prosequitur, cum testibus

c) ad diem *desunt* 6. 7. 11. d) placiti 4: platiti 5; placitum 10. e) *sic* 1; accedat *rell.* f) haracho 8; harao 3; aracho 4—7; araho 9. 11. g) qui 6. 7. h) intertiatur 2. i) regi 2. k) in — retorta *omiserunt* 4. 6. 7. l) *ita* 9; et super 1—3; et per 8—11; *desunt* 4—7. m) *deest* 5. n) si *deest* 1—3. o) lege 6. 7. p) *ita* 1; cum *rell.* q) IIII 1. 2. r) *desunt* 1. 2; quod si extra regno, super XL 5. s) platitas 5. t) accedat 6. 7; constituatur vel concedatur 11. u) texaca 2. 9; taxaga 3. 11; furto 8. 10. v) legi 6. 7. w) quis *inserit* 4. x) *deest* 4. 6. 7. y) interfectus 6. 7. z) fuerit *inserit* 4. a) *sic* 1. 3; ipse *rell.* b) *deest* 6. 7. c) texaca 2. 9; texiaca 3; dexaga 5; furto 8. 10. d) seum 1; vel 5. e) cenu werduna 3; caenu werdunia 4; cina werduina 5; cene weduria 6; cenewerduria 7; cinewerdunia 8—10; cinewerdone 11. f) legi 6. 7. g) aliquis 6. 7. h) *ita* 1; culpam 6. 7; culpe *rell.* i) amiserit 4; commiserit 8—11. k) interciata 1—3. 6. 7. l) *ita* 1. 3; ipse *rell.* m) *deest* 1. 2. n) *deest* 6. 7. o) retenuit 4; retinuit 6—8. 10. 11; retenit 9. p) commenditus 4; mentitus 5. q) *deest* 5. r) in pede *inserit* 4. s) *ita* 1. 3; ipse *rell.* t) regi 1—3. 5. 7; ei 11. u) fuerit *addunt* 6. 7. v) platitum 5. w) ad placitum 6; adplacitus 7.

b) in pede *desunt* 13. c) ad diem placiti 3; a die placito 13; ad diem placitum 8; a diem placitum 17. d) araha 2; ahro 6; araco 8; aracho 19. 21; haraho 3. *Sich.* e) internem hominem 13. f) sed 3. g) *deest* 13. h) qui 13. 19. i) delatura 8. k) is *Her.* l) super 2. 3. 6. 13. m) delatura 8. *Her.* n) cinae werdunia 12; cinea verdunia 2; cina werdunia 8; cine werdimia 3; cine werdinia 14; werdunia 19. o) tenuerit 13. p) regi 18; regis 19; regni 13.

79) Cfr. infra c. 8. 80) Cfr. Pactus Childeberti regis c. 7 (Capp. ed. Boretius I, p. 5): *Si quis aliena mancipia iniuste tenuerit et infra dies quadraginta non reddederit, latro mancipiorum teniatur obnoxius.*

*E COD. A.*

et illi[x], super quem interciatur[y], corio[z] con[a] caput decortigato in praesentia iudicis auctorem suum ostendere debet. Quod si auctor reciperet, tanto[b] solido uno de cine werdunia[c] pro corio restituat.

7. Quod si animal vivum fuerit et debilitatum vel macilendum[d], quantum eo tempore adpreciatus [e]uerit, sic de cenu werdunia[e] restituat. Si autem sanum vel inmaculatum restituerit, tunc omnem precium suum recipiat[f].

8. Quod si furtu ablatus fuerit, tunc illi[g], super quem interciatus fuerit, capitale et dilatura cum texaga[h] culpabilis iudicetur[81].

9. Vestimentum autem seu his similia[i] absque probabile signum interciare prohibemus.

LXXIII.

1. Si quis ingenuos Ribuarios[a] furonem ligaverit, et eum absque iudicio principes[b] solvere[c] praesumpserit, 60[d] solidos culpabilis iudicetur[82].

2[e]. Si quis eum vim tullerit, 60[f] solidos culpabilis iudicetur.

3. Si autem legatus[g] fuga lapsus fuerit[h], et hoc cum sex iuraverit, quod absque eius voluntate fuga lapsus[h] fuisset, innocens habeatur.

4. Si autem, cui commendatus fuisset, fugam[i] evaserit, 60 solidos culpabilis iudicetur[83].

*E COD. B.*

memorare debet, qualiter adpretiatum fuerit, et ille, super quem intertiatur[q], corio cum capite decorticato in praesentia iudicis[r] auctorem[s] suum[t] ostendere debet. Quod si auctor[t] reciperit, tantum solidum unum de cine werdunia[u] pro corio restituat.

7. Quod si animal vivum fuerit et[v] debilitatum vel macelentum, quantum eo tempore adpraetiatum fuerit, sic de cine werdunia[w] restituat. Si autem sanum vel inmaculatum restituerit, tunc omne pretium suum[x] recipiat.

8. Quod si furto ablatum fuerit, tunc ille, super quem intertiatum fuerit, capitale et delatura[y] cum furto culpabilis iudicetur.

9. Vestimentum[z] autem seu his similia absque probabili[a] signo intertiare prohibemus.

LXXV.

De homine ligato absque iudicio dimisso.

1. Si quis ingenuus Ribuarius furem ligaverit, et eum absque iudicio principis solvere praesumpserit, 60[a] solidis[a] culpabilis iudicetur.

2[b]. Si quis eum vi tulerit, 60 solidis culpabilis iudicetur.

3. Si autem ligatus fuga lapsus fuerit, et hoc cum 6 coniuraverit, quod absque eius voluntate fuga lapsus fuisset, innocens habeatur.

4. Si autem, cui commendatus fuerit, fuga evaserit, 60[c] solidis culpabilis iudicetur.

x) ille 2. 4. 8—11. y) interciatus 6. 7. z) cono 1. a) *sic* 1; cum *rell.* b) tantum 5. 8—11. c) ceno werdunia 2; cinu werdunia 3; cene werdunia 4; cinu werdina 5; cine wedrunia 6; cina werduna 11. d) macilentum 4. 9—11; macelentum 6—8; matilentum 3. e) ceno werdunia 2. 3; cinuwerdina 5; cine werdunia 7—10; cine werduna 11; cine wedrunia 6; cewerdunia 4. f) *reliqua desunt* 4. g) *sic* 1. 3; ille *rell.* h) texaca 2. 9; texinca 3; texa 11; furto 8. 10. i) *initium capitis* Vestimentum autem seu his si *omiserunt* 1. 2.

*Tit. LXXIII.* a) *sic* 1; ingenuus Ribuarius *rell.* b) principis 5—10; princeps 11. c) solverit 1—3. d) XL 3. e) *caput* 2. *omisit* 1. f) LXX 7. g) *ita* 1; ligatus *rell.* h) fuerit — lapsus *desunt* 1. 2. 11. i) fuga 6—11.

q) intercintum est 3. r) iudices 7. s) actori suo 3. t) actor 2. u) cina verdunia 6; ci werdia 13; tinewerdunea 2; de cinew. *omisit Sich.* v) sed 6. 7. w) tene werdunia 2; cini werdunies 8. x) *deest* 6. y) dilatura 3. 6. 8. 13. 14. 19. z) vestimenta 4. 19. a) probalissimo 13.

*Tit. LXXV.* a) sol. I 13; XL sol *Sich.* b) *caput* 2. *deest* 10. 13. c) XL 6.

81) Cfr. supra c. 2. — Cap. legi Rib. additum a. 803, c. 12 (Capp. ed. Boretius I, p. 118): *LXXII cap. Si res interciata furto ablata fuerit, liceat ei, super quem res interciata fuerit, sacramentum se excusare de furto, nec suae voluntatis aut conscientiae fuisse, quod ablatum est; et tantum sine dampno restituat.* — Sohm, 'Process der Lex Salica' p. 119. 120. 82) Qui furem ligaverit (cfr. tit. 41), ad accusandum furem obligatus est, neque sine iudice (nisi *principe*, i. e. rege, concedente) cum fure se componere licet. Cfr. ex. gr. Pactus Childeberti regis a. 511—558, c. 3 (Capp. ed. Boretius I, p. 5): *Si quis furtum suum invenerit et occulte sine iudice compositionem acceperit, latroni similis est.* Decretio Chlotharii c. 13 (eod. p. 6): *Si quis occulte de re sibi furata a quolibet latrone compositionem acceperit, utraque latronis culpam subiaceat; fures tamen iudicibus presentetur.* Lex Franc. Cham. c. 30: *Si quis infra pagum latronem comprehenderit, et ante illum comitem eum non adduxerit aut ante suum centenarium, solidos 60 componere faciat.* Similiter Lex Burgundionum (ed. Binding) tit. 71: *Si quis inconsciis iudicibus de furto, quod ipsi factum est, crediderit conponendum, poenam, quam fur soliturus erat, ipse suscipiat* — Sohm, 'Process der Lex Salica' p. 166, not. 6. R. Loening, 'Der Reinigungseid' (1880), p. 110. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte', ed. 3, II, 2 (1882) p. 185. 83) De duobus casibus titulo nostro agitur: de fure ligato (c. 1—3) atque de fure commendato (c. 4). Commendatus est, quem comes aut centenarius ad

*E CODD. A.*

## LXXIV.

Hoc autem constituemus, ut nullus cum servo alieno negutium faciat vel commutationem facere non[a] praesumat, nec ei ullam commendationem vel contradicionis[b] faciat, nec a servo quisquam[c] commendatam vel traditam rem accipiat. Si quis autem post haec divinicionem[d] servum aliquid commendare praesumpserit, nihil recipiat, et dominus eius[e] ex hoc innocens habeatur[84]. Similiter de puero vel de muliere alterius[85] constituimus.

## LXXV.

Si quis caballum, hominem, vel qualibet rem in via propriserit, aut eum secutus fuerit, per tres marcas[a] ipsum ostendat, et sic postea ad reges[b] stafflum[c, 86]. Sin autem aliter agerit[d], fur iudicandus[e] est. Quod si quis latronum[f] aliquid tullerit, similiter faciat.

## LXXVI.

Si quis Ribuarius in silva commune seu reges[a] vel alicuius locadam[b] materiamen[c] vel ligna finata[d] abstulerit, 15 solidos culpabilis iudicetur, sicut[e] de venationibus vel de piscationibus, quia non[f] res[g] possessa[h], sed de[i] ligna[k] agitur. Aut si negaverit, cum tres iurit[87].

*E CODD. B.*

## LXXVI.

**Ut nullus cum servo traditionem vel commutationem[a] faciat.**

Hoc autem constituimus, ut nullus cum servo alieno negotium faciat vel commutationem facere praesumat, nec ei ullam commendationem vel[b] traditionem[b] faciat, nec a servo quisquam commendatam vel traditam rem accipiat. Si quis autem[c] post hanc definitionem servo aliquid commendare praesumpserit, nichil recipiat, et dominus eius de hoc innocens habeatur. Similiter de puero vel de muliere alterius constituimus.

## LXXVII.

**De re proprisa vel secuta.**

Si quis caballum, hominem, vel quamlibet rem in via propriserit, aut eum secutus fuerit, per tres marcas[a] ipsum ostendat, et sic postea ad regis stapplum[b]. Sin autem aliter egerit, fur iudicandus est. Quod[c] si quis latroni aliquid tulerit, similiter faciat[c].

## LXXVIII.

**De materiamine vel lignis furatis.**

Si quis Ribuarius in silva communi seu regis vel alicuius locata[a] materiamen vel ligna fissa abstulerit, 15 solidis culpabilis iudicetur, sicut[b] de venationibus vel de piscationibus, quia non res[c] possessa[c] est, sed de ligna agitur[d]. Aut si negaverit, cum 3[e] iuret.

*Tit. LXXIV.* a) non *deest* 6—11. b) *sic* 1; vel contrad. *desunt* 6. 7; traditionem *rell.* c) quicquam 5. 9. 10. d) *sic* 1; diffnicionem 6; diffinitionem 7—9. 11; definitionem 3. 10; divinationem 5; de venditionem 2. e) exutus fuerit *inserit* 3.

*Tit. LXXV.* a) marchas 2. b) *sic* 1; regis *rell.* c) staphulum 5; stafolum 8; stapulum 2; stabulum 3. 6; stabulo 7; staplum 9; stapplum 11. d) aggeret 5; egerit 8—11; cogerit 6. 7. e) iudicaturus 5; iudicatus 6. 7. f) latronem 2. 7; latroni 6. 8—11.

*Tit. LXXVI.* a) *sic* 1; regis *rell.* b) locatam 6. 7. 9; locata 10; locati 8; loca 5; lacata 11. c) materiamem 1. d) *sic* 2. 5—7. 9; sinata 1; finita 3; fissa 8. 10. 11. e) si quis 3. 8; sic 6; similiter de piscationibus vel de diversis venationibus culpabilis iudicetur *(reliquis omissis)* 5, *conf. supra tit.* 42, *cap.* 1, *not. b.* f) *deest* 3. 6. 7. g) ressa 1. 2; est res 8. h) est *addunt* 9—11, *conf. not. g.* i) do 1. k) ligno si 3.

*Tit. LXXVI.* a) commendationem 18; comparationem 10; conparationis 19. b) vel trad. *desunt* 13. c) anno *inserit* 13.

*Tit. LXXVII.* a) marchas 13. b) staplum 2. 3. 4. 13. 14. 17. 21; staphplum 6; stabulum *Sich.* c) Quod — faciat *desunt* 4.

*Tit. LXXVIII.* a) locatum 3; locatam 8. *Sich.*; loca 4. 19; hocata 2. b) si autem 13; si quis 14; sic 18. c) responsa 4. 13. d) quia non — agitur *desunt* 21. e) IV 2; sex 6. 13; XII 4.

custodiendum tradidit. Si fur ei, cui commendatus est, fuga evasit, poena banni regii solvenda est, omni excusatione denegata (aliter de fure ligatô statuit c. 3). Cfr. Ehrenberg l. cit. (not. 74) p. 8, not. 13, p. 34. Cfr. quoque Decretio Childeberti a. 596, c. 9 (Capp. ed. Boretius I, p. 17): *Si quis centenario aut cuilibet iudice noluerit ad malefactorem adiuvare, sexaginta solidis omnis modis condempnetur.* 84) Cfr. Lex Salica tit. 27, c. 26: *Si quis cum servo alieno aliquid negutiaverit, hoc est nesciente domino, — sol.* 15 *culp. iud.* — Capit. VI. ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 111) c. 8: *Si quis ingenuus cum servo alieno nesciente domino negotiaverit aut cum liberto in villa nesciente domino negotiaverit, — sol.* 15 *culp. iud.* 85) Cfr. R. Schröder, 'Geschichte des deutschen ehelichen Güterrechts' I (1863) p. 126 sqq. 86) i. e. ad tribunal regis, cfr. supra tit. 33, c. 1. 87) Cfr. supra tit. 42; de ordinaria poena furti secundum legem Ribuariam cfr. not. 51. — Lex Salica tit. 27, c. 16—19: *Si quis in silvam materium alterius concapulaverit aut incenderit, — sol.* 15 *culp. iud. Si quis materium alienum ex una parte dolatum praesumpserit, — sol.* 3 *culp. iud. Si quis ligna aliena in silva aliena furaverit, sol.* 3 *culp. iud. Si quis arborem post annum quod fuit signatus praesumpserit, nullam habet culpa.* — Capit. VI. ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 111) c. 6: *Si quis porcina de via sua hostaverit vel*

*E CODD. A.*

## LXXVII.

Si quis hominem super res suas conprehenderit, et eum ligare voluerit, aut super uxorem, aut super filiam, vel his similibus, et non praevaluerit legare[a], sed colebus[b] ei excesserit, et eum interficerit, coram testibus in quadruvio in clita[c] eum levare debet, et sic 40 seu 14 noctes[d] custodire, et tunc ante iudice in harao[e, 88] coniurit, quod eum de vita forfactum interfecisset. Sin autem ista non adimpleverit, homicidii[f] culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero iuret, quod hoc non fecisset[89].

## LXXVIII.

Si quis furonem in domo reciperet, vel ei ospicium seu victum praestiterit, dum res alienas furaverit, ipsi[a] similis furonem[b] culpabilis iudicetur, aut cum sex iurit, quod eum non celasset nec in domo pavisset.

## LXXIX.

Si quis homo propter furtum comprehensus fuerit, et legitime superiuratus[90], et in iudicio principes[a] penditus[b] fuerit, vel in quocumque libet patibulum[c] vitam

*E CODD. B.*

## LXXIX.

**De homine furbattudo[a, 87*].**

Si quis hominem super rebus suis conpraehenderit, et eum ligare voluerit, aut super uxorem, seu super filiam, vel his similibus, et non praevaluerit ligare, sed procolebus[b] ei excesserit, et eum interficerit, coram testibus in quadruvio in clida[c] eum levare debet, et sic 40[d] seu quattuordecim noctes custodire, et tunc ante iudicem in arabo[e] coniuret, quod eum de vita forfactum[f] interfecisset. Sin autem ista non adimpleverit, homicidii culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero iuret, quod hoc non fecisset.

## LXXX.

**De eo qui furem in domo recipierit.**

Si quis furem in domo reciperit, vel ei hospitium seu victum praestiterit, dum res alienas furatus fuerit, ipse similis furi culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret, quod eum nec caelasset nec in domo pavisset.

## LXXXI.

**De homine penduto et eius hereditate.**

Si quis homo propter furtum conpraehensus fuerit, et legitime superiuratus[a], et iudicio principis pendutus fuerit, vel in quocumque libet patibulo

*Tit. LXXVII.* a) *ita* 1; ligaro *rell.* b) colepus 2; colibus 9; colabus 3; colaphis 5; colbus 6. 7; pro colibus 8. 10; pro colebus 11. c) *sic* 2. 3; clinata 1; cleta 9; dicta 5; clida 6—8. 10. 11. d) cum *inserunt* 3. 8. e) haraho 2. 10. 11; arabo 8. 9; aracho 5—7. f) homicida 2. 3. 5.

*Tit. LXXVIII.* a) *sic* 1. 3; ipse *rell.* b) furóni 6. 7. 11; furi 8—10.

*Tit. LXXIX.* a) principis 5—11. b) pendutus 2. 3. 5. 8. 9. 11. c) loco 11.

*Tit. LXXIX.* a) furbattuto 2. 3; forbatudo 13; furbatido 14; furbattundo 6; forban 8. b) pro colibus 4. 13. 14. *Til.*; procolepus 15. 16; procolobus 17; per collibus 2; praecolibus 21; procolpos 19; colpus 3. 8. 18; colaphus *Her.* c) clita 3. d) L 13. e) ara hoc 2; aracho 19. 21; harabo 3. 18. *Sich. Til.*; atrio 17. f) forfaictum *Til.*

*Tit. LXXXI.* a) superatus 6. *Til.*; superiutores 17.

*materiamen de silva involaverit aut lignarium quem alter capulaverit vel in carro carcaverit, pro utraque causa — sol.* 15 *culp. iud.* — R. Schröder, 'Die Ausbreitung der salischen Franken' in 'Forschungen zur deutschen Geschichte' XIX, p. 145. 87*) *Furbattudus* est homo absque compositione interfectus, cfr. Decr. Childeberti, supra p. 228, not. 59: *ipsum raptorem occidat, et iaceat forbatutus*; Cart. Senon. 17 (Formulae ed. Zeumer p. 191 sq.) cum nota 2, quam Zeumer l. cit. p. 192. adiecit. 88) i. e. in mallo, cfr. supra p. 225, not. 45. 89) Cfr. supra tit. 41. — Form. Turon. 30. 31. Cart. Senon. 17 (Formulae ed. Zeumer p. 152 sqq., 191 sqq.) — Chlotharii II. edict. a. 614, c. 22 (Capp. ed. Boretius I, p. 23): *Neque ingenuos neque servus, qui cum furto non depraehinditur, ad iudicibus aut ad quemcumque interfici non debeat inauditus.* 90) Agitur hic non de eo fure, qui in ipso facinore ('auf handhafter That') comprehensus et ligatus est, sed de eo, quem iudex, furti suspectum, comprehendit atque in carcerem publicum misit aut alicui custodiendum tradidit (cfr. tit. 73, c. 4). — Cfr. Decretio Childeberti regis a. 596, c. 7 (Capp. ed. Boretius I, p. 16): *De furis et malefactoris ita decrevimus observare, ut, si quinque aut septem bonae fidei homines absque inimicitia interposita criminosum cum sacramenti interpositione esse dixerint, quomodo sine lege involavit, sine lege moriatur. Si quis iudex comprehensum latronem convictus fuerit relaxasse, vitam suam amittat, et disciplina in populum modis omnibus observetur.* Eod. c. 8: *convenit et ita bannivimus, ut unusquisque iudex, criminosum latronem ut audierit, ad casam suam ambulet et ipsum ligare faciat; ita ut si Francus fuerit, ad nostra praesentia dirigatur, et si debilioris personas fuerit, in loco pendatur.* — De poena furti secundum legem Ribuariam cfr. supra not. 51. — Cfr. R. Loening, 'Der Reinigungseid' (1880) p. 110. 111.

*E CODD. A.*

finiverit[91], omnes res suas heredes possedeant[92], exceptis capitale et dilatura in loco restituant.

LXXX.

Si quis Ribuarium[a] de via[b] sua ostaverit[c], 15[d] solidos culpabilis iudicetur, aut cum 6 iurit, quod ei viam suam cum arma numquam[e] contradixisset[93].

LXXXI.

Si quis homo Ribuarius defunctuȣ fuerit, vel interfectus, et filium reliquerit, usque 15. anno pleno[a] nec causam prosequatur, nec in iudicium interpellatus responsum reddat[94]; 15. autem anno[b] aut ipsi respondeat, aut defensorem elegat. Similiter et filia.

LXXXII[a].

1. Si quis Ribuarius[b] in messe aliena vel in quacumque libet clausuram damnum fecerit, aestimatione

*E CODD. B.*

vitam finierit, omnes res eius heredes possideant, excepto capitale et dilatura[b] in[c] locum restituant[c].

LXXXII.

De viae lacina[a].

Si quis Ribuarius ingenuum Ribuarium de via obstaverit, 15 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret, quod ei viam suam cum armis numquam contradixisset.

LXXXIII.

Ut parvulus non respondeat ante 15 annos.

Si quis homo Ribuarius defunctus fuerit vel interfectus, et filium reliquerit, usque[a] 15.[b] annum plenum nec causam prosequatur, nec in iudicio interpellatus responsum reddat; 15.[c] autem anno aut ipse respondeat, aut defensorem eligat. Similiter et filia.

LXXXIV.

De damno in messe vel in clausura.

1. Si quis Ribuarius in messe aliena vel in quacumque libet clausura damnum fecerit, aestimatione[a] damni

*Tit. LXXX.* a) *sic* 7; Ribuario 6; Ribuarius 1—3. 5; Ripuarius ingenuum Ripuarium 8—11. b) vita 2. c) hostaverit 2. 5. 8. d) XL 8. 10. e) non 6. 7.

*Tit. LXXXI.* a) usque XV annos plenos 5; usque in XV annorum pleno 6. 7; usque quinto decimo anno (pleno *omisso*) 3. b) post XV autem annos 6. 7; post XV autem annorum 9.

*Tit. LXXXII.* a) *titulum LXXXII hic omisit* 5, *sed inseruit supra tit. XLV, not. c.* b) Ribuaria 7.

b) delatura 8. *Her.* c) quae in locum restitui debent 3.

*Tit. LXXXII.* a) De via lacina 2. 11. 13; De via lazina 3; De viae lacinae 4; De via lacinia 7. 8. *Til.*; De viae laciniae 17.

*Tit. LXXXIII.* a) in *inserit* 13. b) quintum decimum 3; quintodecimum 5. 6. 15. 16. 17. 18. c) quintodecimo 3. 4. 6. 8. 10. 17. 18.

*Tit. LXXXIV.* a) testimonium 4. 19.

91) Cfr. supra not. 51. 92) Aliter supra tit. 69. Cum titulo nostro concordat decr. Childeb. c. 2 (supra not. 75) c. 4 (p. 228, not. 59). Chlotharii II. edict a. 614, c. 18 (eod.). 93) Cfr. Lex Salica tit. 31: *Si quis baronem ingenuum de via sua ostaverit aut inpinxerit, malb. via lacina, hoc est* 600 *dinarios qui faciunt sol.* 15 *culp. iud. Si quis mulierem ingenuam de via sua ostaverit aut inpinxerit, malb. machina, hoc est* 1800 *dinarios, qui faciunt sol.* 45, *culp. iud.* 94) Cfr. Divisio a. 817, c. 16 (Capp. ed. Boretius p. 273): *Si vero alicui illorum contigerit, nobis decedentibus ad annos legitimos iuxta Ribuariam legem nondum pervenisse, volumus, ut, donec ad praefinitum annorum terminum veniat, quemadmodum modo a nobis, sic a seniore fratre et ipse et regnum eius procuretur atque gubernetur. Et cum ad legitimos annos pervenerit iuxta taxatum modum, sua potestate in omnibus potiatur.* — Cap. ad leg. Salic. a. 819, c. 5 (ed. Boretius ap. Behrend, Lex Salica p. 115; Capp. p. 293): *De XXVI. capitulo: Si quis puer infra duodecim annos aliquam culpam commiserit, fredus ei non requiratur. De hoc capitulo iudicatum est, ut, si infans infra duodecim annos res alterius iniuste sibi usurpaverit, eas excepto fredo cum lege sua conponat, et ita manniatur, sicut ille manniri [potest], cui contra legem fecit, et ita a comite ad mallum suum adducatur, sicut ille adduci potest, cui contra legem fecit. De hereditate vero paterna vel materna si aliquis eum interpellare voluerit, usque ad spatium duodecim annorum expectare iudicatum est.* — Cap. Wormat. pro leg. hab. a. 829, c. 4 (Pertz, Legg. I, p. 353): *Quicumque res alienas cuilibet homini vendiderit, et ipse homo easdem res alicui alteri dederit sive vendiderit, et ipse, qui tunc easdem res conparatas habet, per malum ingenium proprio filio aut alteri cuilibet necdum legitimos annos habenti, iustitiae tollendae causa tradiderit, volumus atque firmiter praecipimus, ut, si pater eiusdem parvuli vixerit, ipse intret in causam rationem reddendi pro filio suo. Si autem pater ipse mortuus est, tunc legitimus eius propinquus, qui iuste ei tutor ac defensor esse videtur, pro ipso rationem reddere compellatur. Similiter de aliis omnibus iustitiis ad eum pertinentibus, excepta sua legitima hereditate, quae ei per successionem parentum suorum legitime venire debuit.* W. Th. Kraut, 'Die Vormundschaft nach den Grundsätzen des deutschen Rechts' I (1835), p. 133. III (1859), p. 114. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' III. ed. 2 (1883) p. 281 sq. F. Rive, 'Geschichte der deutschen Vormundschaft' I, (1862), p. 200. von Amira 'in Krit. Vierteljahrschrift für Gesetzgebung u. Rechtswissenschaft' XVII (1875), p. 430. H. Brunner in 'Zeitschr. f. vergleichende Rechtswissenschaft' I (1879), p. 333.

*E COD.* *A.*

damni culpabilis iudicetur*. Si autem negaverit, et convictus fuerit, capitale[c] cum texaga[d] et dilatura culpabilis iudicetur[95].

*) *codex 8 hic inserit:* Si autem negaverit et convictus fuerit, cum 15 solidis damno restituat. Si quis absente pastore peculium in parricho miserit et aliquid exinde perdiderit, similem restituat[96].

2. Si quis peculium[e] in messe[f] adpraehenso ad paricum[g] minare non permiserit, 15[h] solidos culpabilis iudicetur, aut cum 6 iurit, quod hoc non fecissit[97].

*E COD.* *B.*

culpabilis iudicetur. Si autem negaverit, et convictus fuerit, capitale cum furto et dilatura[b] culpabilis iudicetur.

2. Si quis peculium alieno in messe adpraehensum ad parricum[c] minare non permiserit, 15 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6[d] iuret, quod hoc non fecisset.

## LXXXIII.

1. Si quis baro[a] seu mulier Ribuaria per[b] maleficium aliquem[c] perdiderit[d], weregildum[e] conponat.

2. Si autem mortuos[f] non fuerit, et varietatem seu debilitatem probabile ex hoc in corpus habuerit, 100 solidos culpabilis iudicetur, aut cum 6[g] iurit[98].

## LXXXV.
### De maleficio.

1. Si quis vir seu qua mulier Ribuaria per venenum, seu per aliquod maleficium aliquem perdiderit, weregildum[a] conponat.

2. Si autem mortuus non fuerit, et varietatem seu debilitatem probabilem[b] ex hoc in corpore habuerit, 100 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret.

## LXXXIV.

Si quis grafionem[a] ad res alienas iniuste tollendas[b] invitaverit, 45 solidos [culpabilis[c] iudicetur, et] similem[d] restituat[99].

## LXXXVI.
### De gravione[a] iniuste invitato.

Si quis gravionem[b] ad res alienas iniuste tollendas invitaverit, 45 solidos conponat, et similem restituat.

c) culpam 6. 7. d) texaga 3. 8. 9; taxaga 11; furto 10. e) alienum *addunt* 8—10. f) aliena *addit* 11. g) parricum 8—10; parricium 11; parcum 6. 7; pargum 3; periculum 2. h) XII 5, *supra tit. XLV. not. c.*

*Tit. LXXXIII.* a) paro 5; vir 8. 10; virum seu mulierem Ripuariam 11. b) venenum seu per aliquod *inserunt* 8. 10. c) aliquid 6; aliquod 7. 11. d) aut interficerit *addunt* 3. 8. 10. e) wirigeldum 2; verigeldum 5; werigildum 10. 11; weregellum 8; widregild 6. 7. f) *sic* 1. 3; *rell.* mortuus. g) XII 7.

*Tit. LXXXIV.* a) graffionem 7; gravionem 8. 10. b) tollentes 1. c) culp. iud. et *inserunt* 6. 7; conponat et *inserunt* 8—11. d) simili 3; similis 6. 7.

b) delatura 8. *Her.* c) paricum 2. 7. 14. 21; parcum 4. 13. 17. 19. *Til.*; par:cum 10; parium 3. d) tribus *Sich.*

*Tit. LXXXV.* a) weregeldum 6. 13. 19; wergildum 7; widrigildum 2; wedregildum 17. b) *deest* 13.

*Tit. LXXXVI.* a) grafione 3. 12. 13. 22; grafionem 4. 6; graffione 19; graphione *Sich.* b) grafionem 3. 4. 6. 12. 13. 22; graffionem 19; graphionem 14. 18. *Sich.*

95) Cfr. Lex Salica tit. 27, c. 5: *Si quis in messe aliena pecus suum in furtum miserit et ipse inventus fuerit, — sol.* 15 *culp. iud.* c. 13—15 eod.: *Si quis vinea aliena in furtum vindimiaverit et inventus fuerit, — sol.* 15 *culp. iud. Si vero vino ad domum suam exinde duxerit et discarecaverit, — sol.* 45 *culp. iud. De messibus vero simile condictione convenit observare.* Legis Salicae textus III (Pardessus) tit. 27, c. 23: *Si quis vero clausuram alienam deruperit, malb. orbis via latina, sol.* 15 *culp. iud.* — Lex Sal. tit. 9, c. 8 (ex cod. Guelferbyt. ed. A. Holder 1879, cfr. Behrend, Lex Sal. p. 13): *Si vero per inimiciciam aut per superbia sepem alienam aperierit et in messe, in prato, in vinia vel qualibet laborem pecora miserit, cuius labor est, si convinctus eum fuerit ad testibus, stematum damnum reddat, — et insuper — sol.* 30 *culp. iud.* — Capit. VI. ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Sal. p. 111) c. 10: *Si quis in messem alienam sine consilio glenaverit, — sol.* 15 *culp. iud.*; c. 13 eod.: *Si quis ortum aut nabianam effregerit, — sol.* 15 *culp. iud.* 96) Cfr. Lex Sal. tit. 9, c. 4: *Si quis in messe sua pecora aliena invenerit, qui pastorem suum non habent et eas inclauserit, et nulli paenitus innotescerit, et aliqua ex ipsis peconibus perierit, capitale in locum restituat et super — sol.* 35 *culp. iud.* 97) Cfr. Lex Salica tit. 9, c. 8: *Si quis vero pecora de damno aut in clausura aut dum ad domum minantur, expellere aut excutere praesumpserit, — sol.* 30 *culp. iud.* 98) Cfr. Lex Salica tit. 19: *Si quis alteri herbas dederit bibere, ut moriatur, sol.* 200 *culp. iud. Si quis alteri maleficium fecerit et ille, cui factum fuerit, evaserit, auctor sceleris, qui hoc admisisse probatur, malb. urtifugiam, — sol.* 63 *culp. iud.* 99) Cfr. supra tit. 51. — Sohm, 'Process der Lex Salica' p. 5. 6.

*E CODD. A.*

## LXXXV.

1. Si quis corpus mortuum, priusquam sepeliatur, expoliaverit, 100 solidos[a] cum capitale et dilaturas multetur.

2. Si autem eum ex homo[b] traxerit et expoliaverit, 200[c] solidos cum capitale et dilaturas culpabilis iudicetur[c], vel wargus sit[d], usque ad[e] parentibus satisfecerit[1].

## LXXXVI.

1. Si quis caballum alterius mortuum seu quocumque libet animal extra consilium domini sui excorticaverit, 30 solidos culpabilis iudicetur.

2. Si autem negaverit, et convictus fuerit, 100 solidos cum capitale et delatura[a] multetur[2].

## LXXXVII.

Si quis hominem, qui forbannitus[a] est, in domo recipere praesumpserit, si Ribuarius est, 60[b] solidos, si regius, Romanus, vel ecclesiasticus[c], 30 solidos culpabilis iudicetur[3].

*E CODD. B.*

## LXXXVII.

**De corpore expoliato.**

1. Si quis corpus mortuum, priusquam sepeliatur, expoliaverit, 100 solidis cum capitale et dilatura[a] multetur.

2. Si autem eum ex humo traxerit et expoliaverit, 200 solidis cum capitale et delatura[b] culpabilis iudicetur, vel wargus[c] sit, hoc est expulsus[d], usque dum parentibus satisfaciat.

## LXXXVIII.

**De caballo excorticato.**

1. Si quis caballum alterius mortuum seu quodcumque libet animal extra consilium domini sui excorticaverit, 30 solidis culpabilis iudicetur.

2. Si autem negaverit, et convictus fuerit, 100[a] solidis cum capitale et delatura[b] multetur.

## LXXXIX.

**De homine forbannito[a].**

Si quis hominem, qui forbannitus[b] est, in domum recipere praesumpserit, si Ribuarius est, 60[c] solidis, si regius, Romanus, vel ecclesiasticus, 30 solidis culpabilis iudicetur.

*Tit. LXXXV.* a) culpabilis iudicetur et similis restituat *inserit* 7. b) *ita* 1; humo *rell.* c) capitale et dilatura CC sol. culp. iud. 3; CC sol. et capitale culp. iud. 7. d) hoc est expulsus *inserunt* 8. 10. e) dum ad 3; dum 6. 8—11.
*Tit. LXXXVI.* a) cum cap. et dil. *omisit* 2.
*Tit. LXXXVII.* a) furbannitus 2. 5. 8. 10. b) XL 5. 8; X 9. c) hoc fecerit *inserunt* 6. 7.

*Tit. LXXXVII.* a) delatura 8. b) dilatura 2—6. 13. 14. 18. c) warduus 21. d) wargus sit ob hoc expulsus, exulet *Her.*
*Tit. LXXXVIII.* a) CC 12. b) dilatura 2. 3. 6. 12. 13. 14. *Sich.*
*Tit. LXXXIX.* a) furbannito 2. 3. 6. 14. 19. 22. *Sich.*; forbanato 8. b) furbannitus 2. 3. 19. 22. *Sich.* c) XL 19.

1) Cfr. supra tit. 54. — Titulus 85. legis Ribuariae cum recentiore iure Saliorum congruit, cfr. 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' V, p. 398. 399. 2) Cfr. Lex Salica tit. 65: *Si quis caballum alicuius extra consilium domini sui decotaverit, et interrogatus confessus fuerit, caballum in capite reddat. Si vero negare voluerit, et ei fuerit adprobatum, excepto capitale et dilatura, malb. secthis, hoc est — sol.* 30 *culp. iud.* — Maior poena, quam lex Ribuaria hic statuit, cum poena furti secundum legem Ribuariam cohaeret, cfr. supra p. 254, not. 51. 3) Cfr. Lex Salica tit. 56. i. f.: *Tunc si — qui admallatus est, ad nullum placitum venire voluerit, tunc rex, ad quem manitus est, extra sermonem suum ponat eum. Tunc ipse culpabilis et omnes res suas erunt. Et quicumque eum aut paverit aut hospitalem dederit, etiam si uxor sua propria, malb. lampicii, hoc est* 600 *dinarios, qui faciunt sol.* 15, *culpabilis iudicetur, donec omnia, que imputatur* (scil. ille qui admallatus est), *conponat.* — Lex Sal. tit. 55 (supra p. 240, not. 3): *wargus sit usque in die illa, quam ille cum parentibus ipsius defuncti conveniat, et ipsi pro eum rogare debent, ut illi inter homines liceat accedere. Et qui ei, antequam parentibus conponat, aut panem dederit aut hospitalitatem dederit, seu parentes seu uxor proxima,* 600 *dinarios, qui faciunt sol.* 15, *culp. iud.* — Capitulare I. ad legem Salicam (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 89) c. 5 (supra p. 247, not. 22): *Et vero muliere ipsius de parentibus aut quilibet panem aut hospitalem dederit, sol.* 15 *culp. iud.* — Cap. II. ad legem Sal. (eod. p. 97) c. 8: *De andrustione ghamalta.* § 1. i. f.: *Tunc si — ille, qui admallatur, ad nullum placitum venire volueret et per legem se non duxerit, tunc rex, ad quem mannitus est, eum extra sermonem suum ponat; tunc ipse culpabilis et omnes res erunt suas: et qui eum paverit aut hospitalem collegerit, etiam uxor sua propria, solidos* 15 *culpabilis iudicetur, donec omnia, quae ei legibus inputentur, conponat.* — Cap. Pippini a. 754—755, c. 1, supra laudatum p. 258, not. 75, verb.: *nullus eum* (scil. incestuosum) *recipiat nec cibum ei donet. Et si fecerit,* 60 *solidos domno regi componat, usque dum se ipse homo correxerit.* — Karoli M. Cap. Aquisgranense a. 809, c. 3. 4 (Capp. ed. Boretius I, p. 148): *De latrone forbannito: ut liber homo, qui eum susceperit,* 15 *solidos conponat, et servus* 120 *percussionibus vapuletur. Ut comes, qui latronem in forbanno miserit, vicinis suis comitibus notum faciat, eundem latronem a se esse forbannitum, ut illi eum non recipiant.* Cap. miss. Aquisgran. a. 809, c. 11 (eod. p. 150): *De mexiban* (i. e. cibi interdictio, Grimm, 'Deutsche Rechtsalterthümer' p. 735), *ut unusquisque comis alio*

*E CODD. A.*

LXXXVIII.

Hoc autem consensu et consilio[a] seu paterna tradicione[b] et legis consuetudinem[c] super omnia iubemus[d], ut nullus[e] obtimatis, maior domus, domesticus, comes, gravio[f], cancellarius[4], vel quibuslibet gratibus[g] sublimitas[h], in provincia Ribuaria in iudicio resedens munera ad iudicio pervertendo non[i] recipiat[e]. Quod si quis in hoc depraehensus fuerit, de vita conponatur[k, 5].

*E CODD. B.*

XC.

**Ut nemo munera in iudicio accipiat.**

Hoc autem[a] consensu et consilio seu paterna traditione et legis[b] consuetudine super omnia iubemus, ut optimates, maiores domus, domesticis[c], comites, graviones[d], cancellarii[e], vel quibuslibet gradibus sublimati, in provincia Ribuaria in iudicio residentes munera ad iudicium pervertendum non recipiant. Quod si quis in hoc depraehensus fuerit, de vita conponat.

*Tit. LXXXVIII.* a) *reliqua desunt* 6. b) tradat 7. c) *ita* 1; consuetudine *rell.* d) iubemur 5; iubent 7. e) *textum vulgatum exhibent* 8. 10. f) grafio 5. 7. g) *sic* 1; gradibus 2. 3. 5. 8; grandibus 7. h) *sic* 1. 3. 7; sublimatas 2; sublimatus 5. 9. 11. i) non *deest* 9. k) *sic* 1; conponat *rell.*

*Tit. XC.* a) cum *inserit* 3. b) *deest* 3. c) domestici 3; domesticus 4. d) grafiones 3. 8. 10. 12. 22; grafionis 21; graffiones 19; grafiiones 7; graphionis 4; graphiones *Sich.* e) ancillarum 19.

*mandet, ut nullus eum recipere audeat; si liber eum susceperit, solidos* 15 *conponat; si servus,* 120 *ictus accipiat et insuper dimidium caput tundatur.* Forbannus idem ac bannus; cfr. *Capitulatio de partibus Saxoniae* a. 775—790, c. 27 (ed. Boretius I, p. 70): *Si quis homo fideiussorem invenire non potuerit, res illius in forbanno mittantur, usque dum fideiussorem praesentet. Si vero super bannum in domum suam intrare praesumpserit, aut solidos decem aut unum bovem pro emendatione ipsius banni conponat.* — Homo, qui per iussum regis iuris ac pacis expers factus est, *forbannitus* vocatur. Poena eius, qui homini forbannito *panem aut hospitalitatem dederit,* secundum vetus ius civile Francorum compositio 15 solidorum est, secundum ius honorarium saeculi octavi bannus regius 60 solidorum. Quo tempore titulus noster scriptus est, solius regis ius erat *forbanniendi*, ita ut homo omni iure privaretur. Iam saeculo nono autem comitibus quoque potestas *forbanniendi* tributa est, id quod capitularibus Karoli Magni supra laudatis demonstratur. Ita ratio illa procedendi, quae postea 'Verfestung' appellatur, orta est. — Cfr. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' IV (1861), p. 440. 441. Sohm, 'Fränk. Reichs- und Gerichtsverfassung' p. 162. 163. 4) De cancellario secundum legem Ribuariam in iudicio comitis residente (ut scilicet cartae venditionis vel donationis et notitiae iudicati in mallo *publice* ab eo conscribantur, cfr. supra tit. 59, c. 1. 7; tit. 66, c. 1 i. f.) scripsit H. Brunner, 'Das Gerichtszeugniss und die fränkische Königsurkunde (Festgaben für Heffter' 1873) p. 144, not. 3. p. 171. H. Brunner, 'Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde' I. (1880), p. 235. Cfr. quae de cancellario Alamannorum monuit K. Zeumer in 'Neues Archiv f. ält. deutsche Geschichtsk.' VIII, p. 475. 476. 545. Cartam, quam in mallo publice conscripsit, cancellarius ipse defendere debet cum testibus, cfr. supra tit. 59, c. 2—5. 5) Cfr. Lex Salica tit. 50, c. 5: *Si grafio rogitus fuerit — et si distulerit, ut non ambulet neque in rem mittat, qui cum legem et iustitiam exigere debeat, de vita culpabilis esse debet, aut quantum valet se redimat.* Eod. tit. 51, c. 2: *Si vero grafio invitatus supra lege aut debitum iustum aliquid amplius tollere praesumpserit, aut se redimat, aut de vita conponat.* Edictum Chilperici c. 8 (Capp. ed. Boretius I, p. 9): *Et si graphio — invitatus fuerit et ibidem noluerit ambulare, de vita sit culpabilis. Et si graphio super pretium aut extra legem aliquid tollere presumpserit, noverit se vite suae perire dispendium.* Pactus Childeberti et Chlotharii c. 18 (eod. p. 7): *Et quae in Dei nomine pro pacis tenore constituimus, in perpetuum volumus custodire, hoc statuentes, ut, si quis ex iudicibus hunc decretum violare presumpserit, vitae periculum se subiacere cognoscat.* Guntchramni edictum a. 585 (eod. p. 12): *Cuncti itaque iudices iusta, sicut Deo placet, studeant dare iudicia; nam non dubium est, quod acrius illos condemnabit sententia nostri iudicii, a quibus non tenetur aequitas iudicandi.* — Decretio Childeberti II. c. 6 (eod. p. 16): *Et forsitan, ut adsolet, iudex consenserit et fortasse adquiescit istum farfalium custodire, vitae periculum per omnia sustineat.* Eod. c. 7 (supra not. 90). Chlotharii II. praeceptio c. 6 (eod. p. 19): *Si iudex alequem contra legem iniuste damnaverit, in nostri absentia ab episcopis castigetur, ut, quod perpere iudicavit, versatim melius discussione habita emendare procuret.* Chlotharii II. edictum a. 614, c. 12 (eod. p. 22): *Et nullus iudex de aliis provinciis aut regionibus in alia loca ordinetur; ut, si aliquid mali de quibuslibet condicionibus perpetraverit, de suis propriis rebus exinde, quod male abstolerit, iuxta legis ordine debeat restaurare.* Eod. c. 24 (p. 23): *Quicumque vero haec deliberationem, quem cum ponteficibus vel tam magnis viris optematibus aut fidelibus nostris in synodale concilio instruemus, temerare praesumpserit, in ipso capitale sententia iudicetur, qualiter alii non debeant similiter perpetrare.* — Cfr. quae congessit G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' (ed. 3, 1883), II, 1, p. 193, not. 3. 199, not. 2; 2, p. 33, not. 1. G. Cohn, 'Die Justizverweigerung im altdeutschen Recht' (1876), p. 76 sqq. 86.

*E codd. A.*

LXXXIX.

Nec[a, 6] nullus[b] iudex fiscalis[a] de quacumque libet causa freta[c] non exigat, priusquam facinus conponatur[7]. Si quis autem per cupiditatem istam[d] transgressus fuerit, legibus conponatur. Fretum[e] autem[f] non illi iudici[f] tribuat, cui culpa[g] commisit; sed illi, qui[h] solucionem[i] recipit[k, 8], terciam partem[9] coram testibus fisco tribuat[l], ut pax[m] perpetua stabilis permaneat.

EXPLICIT[n] LEX RIBUARIA. DEO GRATIAS. AMEN[n].

*E codd. B.*

XCI.

**Ut iudices sive missi[a] fiscales freda[b] non exigant, priusquam facinus conponatur[c].**

Hoc quoque iubemus, ut iudices supra[d] nominati sive[d] fiscales de quacumque libet causa freda non exigant, priusquam facinus conponatur. Si quis autem per cupiditatem ista transgressus fuerit, legibus conponatur. Fredum autem non illi iudici tribuat, cui[e] culpam[e] commisit; sed illi[f], qui[g] solutionem recipit[h], tertiam partem coram testibus fisco[i] tribuat, ut pax perpetua stabilis permaneat[k].

EXPLICIT[l] LEX RIBUARIORUM[l].

*Tit. LXXXIX.* a) *textum vulgatum exhibent* 8. 10; Hoc quoque iubemus, ut optimates seu praenominati seu iudici fiscales 9. b) ullus 2. 5. 11. c) freda 2. 8. 10. 11; fretum 5. d) ista 8—11. e) fredum 3. 7—11; fretus 5. f) autem non illi ad iudicem 8; aut illis iudicis 7. g) culpam 5. 7—11. h) cui 11. i) salutationem 7. k) recepit 5. 7. 9—11. l) tribuit 1. m) *deest* 2. n) *sic* 1; Explicit 2; Amen 3; Amen. Finit lex Ribuariorum 11; *desunt* 5. 7. 8—10.

*Tit. XCI.* a) commissi *Her.* b) fredo 14; fredum 13. c) comprobatur 23. d) super omnia si et 13. e) cui culpa 13; cuius culpa 2. f) ille 14. 19. g) *deest* 19. h) recepit 2. 3. 13. 14. i) *deest apud Her.* k) *titulus XCI. deest apud Sich.* l) *sic addunt multi codd.*; Finit lex Ribuariorum 6; Explicit legis Ribuaria 14; Explicit lex Riboaria 21; Explicit 19; Amen 13.

6) Titulus 89, cum titulo antecedente arcte cohaeret unam eandemque constitutionem regiam exhibens. Codices A et plures codices B titulos 88 et 89 in indice una rubrica coniungunt. 7) Aliter Lex Salica tit. 50, c. 4: *Quod si audire noluerit, praesens aut absens, tunc rachineburgii praecium, quantum valuerit debitus quod debet, hoc de furtuna sua illi tollant, et de ipsa secundum legem quae debet duas partes, cuius causa est, tertia parte grafio frito ad se recolligat, si tamen fritus eum ante de ipsa causa non fuit solutus.* 8) i. e. parti adversariae. 9) i. e. fredum. *Fretus* vel *fredus* ('Friedensgeld') apud Francos tertia pars compositionis est, quae *fisco*, i. e. regi, tribuitur (cfr. Tacitus, Germania c. 12: *pars multae regi vel civitati, pars ipsi, qui vindicatur, vel propinquis eius exsolvitur).* Duae partes compositionis, quae adversario cedunt, apud Francos *faidus* ('Feindschaftsgeld') appellantur. Cfr. Lex Salica tit. 50, c. 4; tit. 35, c. 6. 7: *Si quis vasso ad ministerium — occiderit — sol.* 30 *culp. iud.; inter freto et faido* ('Friedensgeld und Feindschaftsgeld zusammen') *sunt* 1800 *din., qui faciunt sol.* 45, *excepto capitale et dilatura; in summa sunt simul sol.* 75. Decretio Chlotharii c. 12 (Capp. ed. Boretius I, p. 6): *iuxta modum culpae inter freto et faido conpensetur.* — Cfr. Wilda, 'Das Strafrecht der Germanen' (1842), p. 455 sqq. Sohm, 'Fränk. Reichs- und Gerichtsverfassung' p. 107 sqq. J. J. Thonissen, 'L'organisation judiciaire, le droit pénal et la procédure pénale de la loi Salique' (1882), p. 204 sqq. — Discrepat ius Francorum Chamavorum, apud quos de weregeldo tantum tertia pars, de reliquis compositionibus quatuor solidi pro fredo solvuntur; cfr. Lex Franc. Cham. c. 2—6. 17 sqq.

# LEX FRANCORUM CHAMAVORUM

## EX EDITIONE RUDOLPHI SOHM.

*Quid sibi velit brevis ea lex, quam docti nostra aetate legem Francorum Chamavorum appellare solent, tenore libelli ipsius satis demonstratur. Inscribitur lex his verbis:* Notitia vel commemoratio de illa euua, quae se ad Amorem habet. *Bis in contextu legis (c. 26. 28) de furto* in Amore (Ammore) *commisso agitur. Verbis* ad Amorem, in Amore *terram eam significari, quae in documentis saeculi noni* Hamarland, Hamalant, Hammelant, Hamuland *appellatur, Frisionibus et Saxonibus ('Maasgau') vicinam (cfr. c. 27—29 legis nostrae), pro certo haberi potest*[1]. *Nomen pago dederunt Chamavi, vetus atque inclita civitas Germanorum, quae iam Tacito nota (Annal. XIII, c. 55. Germania c. 33. 34) postea pars Francorum effecta est*[2]. *Saeculo nono pagus Hamalant pago Ribuariorum adnumeratur*[3]. *Quae cum ita sint, lex nostra pro additamento quodam legis Ribuariae haberi potest, eamque formam monstrat, in quam ius Ribuariorum in confinio illo inter Ribuarios, Frisiones, Saxones mutatum est.*

*Neque minus aperte causam iuris Francorum Chamavorum describendi libellus noster indicat. Legimus enim legis initio:* In primo capitulo de causis ecclesiae et de illis servis Dei, qui ibidem deserviunt, sic habemus quomodo et alii Franci habent. *Quae verba intelligi non possunt, nisi supponimus, de certis capitulis missos quaesivisse et responsa a populo accepisse. Primum igitur e propositis capitulis haec habebat:* De causis ecclesiae et de illis servis Dei qui ibidem deserviunt; *secundum capitulum (de quo lex nostra c. 2. agit):* De banno dominico. *Aliud capitulum:* De ingenuis hominibus, quomodo aut qualiter ad placitum per bannum debeant venire *(c. 43). Item aliud capitulum:*

1) Cfr. ex. gr. Annales Bertiniani a. 837 (ed. G. Waitz. Hann. 1883. p. 14): *Dedit (Hludowicus imperator) filio suo Karolo maximam Belgarum partem, id est a mari per fines Saxoniae usque ad fines Ribuariorum totam Frisiam, et per fines Ribuariorum comitatus Moilla, Ettra, Hammolant, Mosagao; deinde vero quicquid inter Mosam et Sequanam usque ad Burgundiam una cum Viridunense consistit.* Eod. a. 839 (p. 21): *ducatum Fresiae usque Mosam, comitatum Hamarlant, comitatum Batavorum, comitatum Testrabenticum, Dorestado.* — J. Grimm, ap. J. Merkel, Lex Salica (1850), praefat. p. LIX, not. 1: '*Amor bezeichnet Amorland, nicht die Gegend von Emmerich, vielmehr den comitatus Hamarlant, Hamaland, die alte terra Chamavorum*'. — Accuratius de hac re tractavit E. Th. Gaupp, Lex Francorum Chamavorum (1855), p. 4 sqq. — H. Zoepfl, 'Die Euua Chamavorum' (1856), p. 1 sqq. — O. Stobbe, 'Geschichte der deutschen Rechtsquellen' I (1860), p. 200—202. — Nova argumenta attulit R. Schroeder, 'Untersuchungen zu den fränkischen Volksrechten', ap. Pick, 'Monatsschrift für die Geschichte Westdeutschlands, VI. Jahrgang', 1880, p. 492 sqq., qui nomine Hamalant tres pagos: Hamalant (sensu strictiore), Twente et Thrianta, comprehensos fuisse ostendit. Cfr. R. Schröder in 'Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, Germanistische Abtheilung', II. (1881), p. 47. 48.

2) In tabula Peutingeriana legimus: *Chamavi qui el Pranci*, quod corrigendum: *Chamavi qui et Franci.*

3) Cfr. Ann. Bertiniani a. 837, supra not. 1. — Anno 855. bona immobilia, quae in *pago Hamulande* sita sunt, *secundum legem Ripuariam* traduntur; cfr. Lacomblet, 'Urkundenbuch zur Geschichte des Niederrheins' I, Nr. 65. R. Schroeder, 'Untersuchungen', p. 495.

De raptu *(c. 45). Neminem fugit, haec capitula cum illis convenire, quae,* capitula missorum *appellata, aetate Karolingorum missis dominicis* memoriae causa *tradebantur*[4]. *Interrogatum igitur est de iure Francorum Chamavorum a missis, qui capitula interrogationum secum ferebant. Quos missos dominicos fuisse a rege Francorum directos, re ipsa satis apparet. Responsa autem non scripto, sed voce data sunt, postea litteris mandata, id quod inscriptione libelli nostri probatur, cum lex nostra* notitia vel commemoratio *appelletur.* Notitia *enim documentum est, quod actum iuris non praesentem continet (ut* carta*), sed praeteritum probat*[5]. *Habemus igitur ante oculos libello nostro acta inquisitionis, quam missi dominici in conventu populi de iure Francorum Chamavorum instituerunt.*

*Karolum Magnum cum constet post imperatoriam dignitatem adeptam legibus popularibus describendis operam dedisse*[6], *libellum nostrum saeculo nono ineunte conscriptum esse, coniicere possumus.*

*Atque Stephanus quidem Baluzius, vir clarissimus, legem nostram capitulare Karoli M. putavit esse, eamque inter capitularia regum Francorum (*1772, *tom. I, p.* 349*) edidit ita inscriptam:* Capitulare tertium anni 813. sive capitula 46. de caussis necessariis ecclesiae Dei et populo christiano, data, ut videtur, Aquisgrani in generali populi conventu anno 813, mense Septembri. *Contra G. H. Pertz b. m., lege nostra ius pagi Xantensis contineri existimavit*[7]. *Quas opiniones post Iac. Grimm*[8] *et alios refutavit imprimis vir doctissimus E. Th. Gaupp*[9], *libello nostro legem Francorum Chamavorum exhiberi contendens. Quem cum reliquis huius aetatis viris doctis nos quoque secuti sumus.*

*Codicibus manuscriptis lex Chamavorum tradita est duobus:*

1*)* C o d e x  P a r i s. L a t. 9654 *(antea Suppl. lat.* 75, *olim S. Vincentii Metensis), saec. X, fol.* 134. *recto, cfr. supra praef. legis Ribuariae p.* 199.

2*)* C o d e x  P a r i s. L a t. 4628 *A (olim Navarricus), saec. X, fol.* 38. *recto.*

*Tertius codex:* P a r i s. L a t. 4631 *(fol.* 28. *recto), cum apographum codicis* 2 *sit, nullius est momenti.*

*Baluzius editionem suam e duobus illis codicibus arbitrio suo composuit. Editio nostra codice* 1 *pro fundamento usa est, habita tamen ratione lectionum codicis* 2. *Codex* 1 *legem in quadraginta quinque capita divisit; codex* 2 *in quadraginta septem capita (capitulo* 35 *editionis nostrae omisso). Quadra-*

4) Cfr. A. Boretius, 'Die Capitularien im Langobardenreich. Halle 1864', p. 17. — Quae in lege nostra de capitulis illis, quae missi dominici secum attulerant, inveniri possunt, typis latius positis distinxi. 5) Cfr. H. Brunner, 'Carta und Notitia (Festgaben für Mommsen', 1877), p. 5 sqq. H. Brunner, 'Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde' I (1880), p. 211 sqq. 6) Cfr. Einhardi Vita Karoli M. c. 29: *Omnium nationum, quae sub eius dominatu erant, iura, quae scripta non erant, describere ac litteris mandari fecit.* Annal. Lauresham. a. 802 (Pertz, Monum. Script. I, p. 39): *imperator — — congregavit duces, comites et reliquo christiano populo cum legislatoribus, et fecit omnes leges suas in regno suo legi et tradi unicuique homini legem suam et emendare, ubicumque necesse fuit, et emendatam legem scribere, et ut iudices per scriptum iudicassent et munera non accepissent, sed omnes homines, pauperes et divites, in regno suo iustitiam habuissent.* 7) Pertz, Monum. Leg. I, p. 35. 'Gött ing. Gel. Anz. 1835, Stück 163. 164'. 'Archiv der Gesellschaft für deutsche Geschichtskunde' VI, p. 715; VII, p. 753. 'Abhandl. d. königl. Akademie der Wiss. zu Berlin', 1848, p. 411 sqq. Cfr. infra c. 11. legis nostrae cum nota 11. 8) Cfr. supra not. 1. 9) 'Lex Francorum Chamavorum oder das vermeintliche Xantener Gaurecht. Herausgegeben und erläutert von Dr. Ernst Theodor Gaupp. Breslau 1855'. Lingua Gallica libellum Gauppii reddidit Laboulaye in 'Revue historique de droit francais et étranger' I (1855), p. 417 sqq. Annotationes criticas attulit H. Zoepfl, 'Die Euua Chamavorum, ein Beitrag zur Kritik und Erläuterung ihres Textes (aus den Heidelberger Jahrbüchern 1856, Nr. 22 sqq. besonders abgedruckt)', 1856. — Nuper de lege nostra tractavit R. Schroeder l. cit. (not. 1 i. f.).

*ginta octo capitulorum divisio (a Gauppio introducta) cum et in codice 2 inveniatur (si capitulum omissum addimus) et iam virorum doctorum in usu sit, in nostra quoque editione observandam eam esse existimavi.* **R. S.**

## NOTITIA VEL COMMEMORATIO DE ILLA EUUA, QUAE SE AD AMOREM HABET[a].

I.

In primo capitulo de causis ecclesiae et de illis servis Dei, qui ibidem deserviunt, sic habemus, quomodo et alii Franci habent.

II.

De banno dominico similiter habemus[b], sicut[c] alii Franci habent[1].

III.

Qui hominem Francum occiderit, solidos 600 componat. Ad opus dominicum [et[b]] pro[d] fredo solidos 200 componat[2].

IV.

Qui hominem ingenuum occiderit, solidos 200 componat, et[b] exinde in dominico terciam partem componat[3].

V.

Qui lidum occiderit, componat solidos 100, et[b] exinde in dominico terciam partem[e][4].

VI.

Qui servum occiderit, solidos 50 componat[5]. Exinde in dominico, sicut diximus, terciam partem[e].

VII.

Si quis comes in suo comitatu[6] occisus fuerit, in tres weregildos[f], sicut sua nativitas est, componere[g] faciat[g][7].

a) *ita* 1. *verbis* ad Amorem *codex* 1 *superscripsit glossam interlinearem:* gezunfti (*i. e. pactum, conventio*), *qua verbum* euua *transferri, iam Gauppius, l. cit. p. 7, recte monuit;* Notitia vel commemoratio de illis quae ammoneri debent 2, *corruptum verbum* ammoneri *argumento est, archetypum, ex quo codex 2 fluxit, hic quoque habuisse:* Ammorem, *cfr. infra c.* 26. 28. *cum notis nostris.* b) *deest* 2. c) et *addit* 2. d) in 2. e) componat *addit* 2. f) wirgildos 2. g) componatur 2.

1) Cfr. Lex Ribuaria tit. 65. Bannus dominicus, i. e. regius, apud Chamavos idem erat atque apud ceteros, bannus comitis non idem, cfr. infra c. 31. 34—42. cum not. 32. 2) Cfr. *septem causas VII, c.* 7 (Behrend, Lex Salica p. 131: *Si quis Francus Francum occiderit soledis* 600. — Childeberti II. decretio a. 596, c. 8 (Capp. ed. Boretius I, p. 17): *si Francus fuerit* (scil. latro), *ad nostra praesentia dirigatur, et si debilioris personas fuerit, in loco pendatur.* — Optimates, qui latifundia possident, aut in aula regis excellunt, interdum Franci sensu strictiore appellati fuisse videntur (cfr. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' II,1, ed. 3, 1882, p. 273, not. 1). Quem modum dicendi nostra quoque lex secuta est. Tempore Merovingorum *antrustiones* sive *convivae regis* triplici weregeldo fruebantur. Cum stirpe Merovingica antrustiones quoque, quos vetus ius Francorum noverat, perierunt (cfr. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' III, ed. 2. 1883, p. 541). Loco antrustionum optimates illi successerunt, qui vinculo tam vassatici quam ministeriorum publicorum cum regia stirpe Karolingorum coniungebantur. — De antrustionibus dominicis capite nostro tractari, defendunt Pertz in 'Abhandlungen der königl. Akademie der Wissenschaften zu Berlin', 1848, p. 418. E. Th. Gaupp, Lex Francorum Chamavorum (1855), p. 52 sqq. H. Zöpfl, Euua Cham. p. 17. De vassis regiis cogitat P. Roth, 'Feudalität' (1863), p. 223. Caute de loco nostro agit G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' IV (1861) p. 275, not. 4. — Falsa interpunctione ductus, Gaupp l. cit. solidum weregeldum hominis Franci ad partem regis solutum fuisse putat, cum tertia tantum pars *ad opus dominicum pro fredo* cedat, quod communi iuri Francorum congruum est, cfr. infra not. 3. — Distinguitur ab homine ingenuo homo Francus c. 3. 4. 17—21. 42. legis nostrae; c. 1. 13. nomine Francorum omnes ingenui comprehenduntur. Cfr. etiam infra not. 43. 3) Cfr. Lex Ribuaria tit. 7. — Fredum (quod propter laesam pacem publicam *regi vel civitati exsolvitur*, Tacit. Germania c. 12) apud Francos tertiam partem compositionis efficit, cfr. Wilda, 'Das Strafrecht der Germanen' (1842), p. 467. Sohm, 'Fränkische Reichs- und Gerichtsverfassung' (1871), p. 108, not. 17. p. 170. 171. J. J. Thonissen, 'L'organisation iudiciaire, le droit pénal et la procédure pénale de la loi Salique' (1882), p. 204 sqq. Cfr. Lex Ribuaria tit. 89: *terciam partem* (compositionis) *coram testibus fisco tribuat*, cum nota nostra 9. Ita apud Chamavos quoque, si weregeldum solvitur, cfr. c. 2—6. De reliquis autem compositionibus apud Chamavos non tertia pars, sed quatuor solidi pro fredo regi tribuuntur, cfr. infra c. 17—29. 33, solo eo casu excepto, de quo c. 47. agitur. De fredo, quod c. 31. 34—41. occurrit, cfr. infra nota 32. 4) Cfr. Lex Ribuaria tit. 62, c. 1. cum nota nostra 48. 5) Lex Ribuaria tit. 8. servo pretium triginta sex solidorum tribuit. 6) i. e. dum ministerio comitis fungitur, cfr. c. 8. 7) Cfr. Lex Ribuaria tit. 53.

VIII.

Si quis missum dominicum occiderit, quando in missatico directus fuerit[8], in tres weregildos[a], sicut sua nativitas est componere faciat.

IX.

Si quis wargengum[9] occiderit, solidos 600 in dominico componat.

X.

Si quis hominem ingenuum ad servitium requirit[b], cum 12 hominibus de suis proximis parentibus in* sanctis iuret, et se ingenuum esse faciat*, aut in servitium cadat.

*) *Codex* 2: in sanctum ingenuum se esse faciat.

XI.

Qui per hantradam[c] hominem ingenuum dimittere voluerit[d], sua* manu duodecima ipsum ingenuum dimittere faciat*[10].

*) *Codex* 2: in loco, qui dicitur sanctum[11], sua manu cum 12 ipsum ingenuum dimittere faciat.

XII.

Qui per cartam aut per hantradam[e] ingenuus est, et[e] se ille foris de eo miserit[e], tunc ille[f] leodis in dominicum[g] veniat, et suus peculiaris traditum iam dicto domino non fiat[g, 12].

XIII.

Qui per cartam est ingenuus, sic debet in[h] omnia pertinere sicut alii Franci[13].

XIV.

Qui de mundeburgio[i] aliquid[h] habuerit, ad illum seniorem, qui eum ingenuum dimisit[k], sua peculia reverti[l] faciat[14].

XV.

De quali causa quod sacramentum permiserit[m], et ad placitum non iuraverit, ipsam causam reddere faciat[15].

a) wirgildos 2. b) requiret 2. c) handradum 2. d) noluerit, *sed coaeva manus correxit* voluerit 2. e) si ille de foras eum miserit 2. f) illa 2. g) in dominico, et suis peculiariis traditum non fuerit 2. h) *deest* 2. i) mundeburde 2. k) dimiserit 2. l) revertere 2. m) *sic* 1. 2; promiserit *correxit Baluzius*.

8) Cfr. c. 7. 9) i. e. advenam, qui in mundio regis est. Cfr. Edict. Rothari c. 367: *De waregang. Omnes waregang, qui de exteras fines in regni nostri finibus advenerint seque sub scuto potestatis nostrae subdederint, legibus nostris Langobardorum vivere debeant, nisi si aliam legem ad pietatem nostram meruerint. Si filius legetimus habuerint, heredes eorum existant sicut et filii Langobardorum; si filius legetimus non habuerint, non sit illis potestas absque iussionem regis res suas cuicumque thingare aut per quolibet titulo alienare.* — H. Zoepfl l. cit. p. 23. G. Waitz, 'Verfassungsgeschichte' IV, p. 275, not. 4 i. f. — De antrustione dominico cogitavit Pertz l. cit. (not. 2), de homine ingenuo in hoste Gaupp l. cit. p. 61. 10) De manumissione *per hantradam*, i. e. per sacramentum promissorium (de libertate concedenda ac servanda), quod dominus manu sua duodecima iurat, cfr. Gaupp l. cit. p. 65—67. Sohm, 'Fränkische Reichs- und Gerichtsverfassung' (1871), p. 573 sqq. Havet in 'Revue historique de droit français et étranger' 1877, p. 657 sqq. 11) i. e. in choro ecclesiae, cfr. H. Zoepfl, l. cit. p. 7. Etiam in capite 10. codex 2 legit: *in sanctum.* De civitate, quae hodie *Xanten* appellatur, cogitavit Pertzius, cfr. supra praefatio nostra p. 270, not. 7. 12) Cfr. c. 14. Manumissio aut plena aut minus plena est. Plena, si dominus *se foris de eo misit* (c. 12), id est, si libertus victum a domino accipere desinit et a mundio domini, i. e. a iure patronatus, liberatur. Minus plena, si libertus *de mundeburgio aliquid habet* (c. 14), exempli gratia, si fundum a domino iure colonatus accepit, aut si in casa domini victus ei praestatur. Manumissio plena potestatem domini penitus perimit, ideoque liberto tali modo manumisso rex heres existit (c. 12). Manumissio minus plena e contrario efficit, ut loco proprietatis dominus mundeburdem in persona liberti habeat. Quamobrem hereditas liberti minus plene manumissi ad dominum defertur (c. 14). Distinctio haec plenae atque minus plenae manumissionis ad utramque formam manumissionis tam per cartam quam per hantradam pertinere videtur (aliam opinionem defendi 'Fränk. Reichs- und Gerichtsverfassung' p. 575, not. 5). Quid igitur sibi velit c. 13, quod omnibus libertis per cartam manumissis plenam libertatem Francorum tribuit, haud facile dici potest, praesertim cum secundum commune ius Francorum plena libertas nisi a rege per denarium acquiri non possit. Varias opiniones attulerunt Gaupp l. cit. p. 64 sqq. Zoepfl l. cit. p. 35 sqq. Sohm l. cit. G. Waitz, 'Verfassungsgeschichte' II, 1 (ed. 3) p. 235, not. 1. — Accuratius de manumissionibus agit lex Ribuaria titt. 57. 58. 61. 62. — Cfr. etiam nota nostra 45. ad Leg. Ribuar. tit. 61. 13) Cfr. not. 12. 14) Cfr. not. 12. 15) Cfr. Lex Ribuaria tit. 67, c. 4: *Sin autem non adimpleverit* (sacramentum promissum), *omnem repetitionem cum legis beneficius restituat.*

## XVI.

Qui* homini alio adframivit per wadium*, et ipse homo eum dampnum[a] incurrere dimittit, ille[b], qui suo wadio adhramivit, de suo omnia componat[b] super noctes 7. Ille, qui precat adhramire[c], duplum componere faciat[16].

*) *Codex* 2: Qui propter alium hominem wadium adbrammivit.

## XVII.

Si quis hominem Francum sine culpa ligaverit[d], solidos 12 componat, et[a] in fredo dominico solidos 4[e, 17].

## XVIII.

Qui per capillos Francum[a, 18] priserit, solidos 12, et[a] in dominico solidos 4. Et qui ei[a] sanguinem sine culpa effuderit[f], solidos 12 componat[g], et[a] in fredo dominico solidos 4[19].

## XIX.

Si quis hominis Franci[20] casam infregerit, solidos 12 componat, et in[h] dominico solidos 4.

## XX.

Si quis hominis Franci[21] curtem infregerit, solidos 6 componat, in dominico solidos 4. Suam manum aut suum pedem aut suum oculum pro[i] quarta parte de sua leode, et[a] in fredo dominico semper de[k] unaquaque re[k] solidos 4[22].

## XXI.

De ingenuo homine in emendatione sua[a] solidos 8, nisi, sicut superius diximus, in fredo dominico[a] solidos 4[23].

a) *deest* 2. b) illi qui suum wadium adhrammivit sed de suo componat 2. c) Ille qui precatur adhrammire 2. d) plagaverit 2. e) III 2. f) fuderit 2. g) componere faciat 2. h) fredo *inserit* 2. i) *loco verborum* pro quarta *spatium vacuum codex 2 exhibet.* k) de unoquoque (re *omisso*) 2.

**stabilis**: tabulae stabiles permaneant 58, 5.

**stabulario**: ex stabulario *pro* ex tabulario 53, 2 *n. (A)*.

**stabulum, stabulo** *v.* staffolus.

**[staffolus?] ad staffolum (-o), stafolum, stafflum (-o), staflo, staffalum (-o), staffulo, stafulum, staphulum, staphplum, stapphulum, stapfpolum, stafpolum, stafplum, stapulum (-o), stappulum, stapolum, stappolum, stapplum, staplum (-o), stabulum (-o)** = *ad tribunal, Germ.*: *'staphal, staffal, stafol'*: ad staffolum regis 33, 1; 67, 5; 75.

**stagilo** *pro* scogilo.

**stans polum** *pro* stappolum 33, 1 *n. (B)*; *v.* staffolus.

**staphulum, staphplum, stappolum, stapplum** *etc. v.* staffolus.

**stare:** 'Sta tu', *formula solennis* 30, 1; 59, 8; 'Stet' 30, 1 *n. (A)*; 59, 8 *(A n. et B)*; sto 30, 1 *n. (A)*; 58, 8 *n. (A)*; stat 59, 8 *n. (A)*; stet ac 30, 1 *n. (B)*; stabat 30, 1 *n. (A)*.

**status** 58, 1.

**stau** *pro* 'Sta tu' 59, 8 *n. (A)*.

**stranei** *i. e.* extranei 48 *(A)*.

**stringere** manum, brachium 39.

**strudendum** *pro* strudem 32, 3 *n. (B)*.

**[strudis]**, *acc.*: **strude (-em), istrudem, extrudo, exdrote, exstrudem** (*cf.* trude, strudendum, struendam) = *rapina, sublatio, pignoratio a Germ. 'strudan'*: strudem contradicere 32, 4; ad extrodo (strudem) admallare 51; ad strudem legitimam admallare 32, 3; legitimam strudem auferre 32, 3; *Gl.*: strudem: distructionem, 'cigistertanne'.

**struendam** *pro* strudem 51 *n. (B)*.

**strute** *pro* truste 216, 30.

**subdiaconus** 36, 6; *p.* 210, 25.

**sublimatus**: gradibus sublimatus 88.

**sublimitas, sublimatas** *pro* sublimatus 88 *(A)*.

**subrectis** *lege* subrestis 56, 1 *(A)*.

**subrestis** *i. q.* superstes 56, 1 *n. (A)*.

**subscribere** tabulas 58, 5 *n. (A)*.

**succedere, succidere**: 56, 2—4.

**successiones** *pro* decessiones 12, 2 *n. (B)*.

**sunnis**: 32, 1; *Gl.*: sunnis: legalis necessitas.

**superatus** *pro* superiuratus 79 *n. (B)*.

**superiurari**: legitime superiuratus 79.

**superprendere**: qui consortem suum superpriserit 60, 2; *p.* 207, 50.

**supervivere**: 37, 1; 49; 59, 6

**suscipere**: *p.* 211, 55; hospicio suscipere 65, 3.

**tabulae**: tabularum instrumenta 37, 1; *praecipue cartae manumissionis in ecclesia factae*: tabulas secundum legem Romanam scribere 58, 1; in manu episcopi servum cum tabulis tradere *ib.*; tabulas episcoporum manibus seu clericorum roboratas inrumpere, tabulae in praesentia iudicis perforentur, testes qui tabulas conscripserunt (subscripserunt), tabulae stabiles permaneant 58, 5. — tabuli *pro* tabulae 58, 5 *(A)*.

**tabularius** = *homo ecclesiasticus per tabulas manumissus*: 58, *r.* 1. 2. 5. 6. 8—10. 14. 19; *p.* 211, 20; si regius puer vel ex tabulario ad eum gradum *(sc. comitis)* ascendit 53, 2; nullus tabularium [aut servum tabularii] dinariare ante rege praesumat 58, 1 *(A)*, nullus tabularius dinarium ante regem praesumat iactare *ib. (B)*; tabularius ecclesiam heredem relinquat 58, 4; servus tabularii 58, 1; ancilla tabularii 58, 9 — tabularia 58, 9. 10* *(A)*. 11. 13. — homo regius tabularius (?) 58, 12. *Cf.* ecclesiasticus.

**tagano** *pro* tangano 30, 1 *n. (B)*; 55 *n. (A)*.

**talare** = *rapere, auferre (cf. Diez, 'WB'. II b, s. v. 'tala')*: talaverent (talaverint) 64; *Gl.*: talaverint, tulerint.

**tancano, tanchano** *v.* tanganare.

**[tanganare]**, **tangano, tanganu, tancano, tanchano, tungano, tunganu, tanganet, tangenet, tangenat, tangonet** *(de significatione verbi huius v. supra p. 221, n. 37)*: ego vos tangano, ut mihi legem dicatis 55; hominem regium, Romanum vel tabularium non tanganet 58, 19. — 1. *pers. sing. praes. etiam pro substantivo usurpatur*: sine tangano loqui 30, 1; 59, 8; sacramenta absque tangano coniurare 58, 20. *Vide* tagano, tanganum, tangane, tanga non, tangat, tangent, tagno

**tangane, tangone** *pro* tangano, tangono 58, 20 *n.*

**tanga non** *pro* tangano: 30, 1 *n. (B)*; 55 *n. (B)*.

**tanganum** *pro* tangano 55 *n. (A)*.

**tangat, tangent** *pro* tanganet 58, 19 *n.*

**tangere**: sanguis terra tangat 2.

**tangnetur** *pro* tanganet 58, 19 *n. (B)*.

**tangno** *pro* tangano 30, 1 *n. (B)*.

**taxaga, taxaia, taxaica, taxiaca, taxiaga** *v.* texaga.

**taxata** *pro* taxaga 18, 1 *n. (A)*.

**tenere**: 'Non malo ordine, sed per testamentum hoc teneo' 59, 8.

**tene werdunia** *pro* cene werdunia 72, 7 *n. (B)*; *v.* cine werdunia.

**terminatio**: infra terminationem 60, 2. 3; secundum terminationem *(cf. p. 255, n. 60)* 66, 1.

**terminus** legitimus 66, 1.

**terra**: hereditas de terra *Ch.* 42.

**tertius, tercius**: tertia pars fredi 89; tertia pars de conlaborato 37, 2; tertiam manum quaerere 33, 1; tertius dies 47, 1.

**testamentum, testamentus** = *carta, documentum, 'Urkunde'*: testamentum venditionis, testamentum publice conscribatur 59, 1; moriens testamenta venditionis seu traditionis facere 67, 1; testamentum inviolatum perseveret, testamentum falsare 59, 3; de falsis testamentis *p.* 211, 35; testamentum accipere non posse 60, 1; 'Non malo ordine, sed per testamentum hoc teneo' 59, 8 — de testamentis regum 56, 4*, *cf. p.* 207, 20. 50. 55; testamentum regis absque contrario testamento falsum clamare 60, 6; si duo testamenta regum ex una re extiterint 60, 7; infra testamentum regis aliquid invadere 60, 3. — *Cf.* carta, tabulae.

**testes**: 33, 2; 48; 50, *r.* 1; 58, 5. 6; 59, 2. 3. 7; 60, *r.*; 72, 1. 6; 77; 89; *p.* 211, 40; de testibus veritatem dicere nolentibus *p.* 211, 1; tres testes 30, 2; 50, 2; cum 6 testibus 41, 1; testamentum, si parva res fuerit, 7 testibus firmetur, si autem magna fuerit, 12 roboretur 59, 1; si mediocris res est, cum 6 testibus, si parva, cum 3, si magna, cum 12 ad locum traditionis accedat 60, 1. *Cf.* iurare, coniurare, adfirmare.

**testimonium** donare 50, 1; testimonium iurati dicant *ib.*; testimonium praebere 60, 1; testimonium falsum praebere 50, 2

**texa** *pro* texaga 72, 8 *n. (A)*.

**texaga, texaca, texiaca, texega, taxaga, taxaia, taxiaga, taxaica, dexaga** *(vox in textu A tantum exhibetur)* 1) = *furtum* 18, 1; 63, 2. — 2) = *compositio furti* 33, 2. 3; 42, 2; 45 *n.*; 72, 2. 3. 8; 82, 1. — *Cf.* furtum.

**Theodoricus** rex Francorum *p.* 213, 30.

**tinewerdunea** *pro* cine w. 72, 6 *n. (B)*; *v.* cine werdunia.

**tinuu werduinia** *pro* cinu w. 33 2, *n. (A)*; *v.* cine werdunia.

**tollere** (*conj. perf.*: **tulerit, tullerit, tollerit**): per vi tollerit 11, 3; uxorem alienam tullerit 35, 1; ad res alienas iniuste tollendas invitare 51, 1; 84; si amplius quam lex Ribuaria contenit tollerit 51, 2; si quis eum *(sc. furem ligatum)* vi tullerit 73, 2; si quis latronum aliquid tullerit 75; iniuste tulerint *Ch.* 28; contra rectum tulerint *Ch.* 29.

**torquere** auriculas 60, 1.

**tracum** *pro* traucum 43 *(A)*.

**tradere**: 33, 2; 37, 2. 3; 58, 1; 59, 1; 74; tradere cum servo *pro* traditionem facere c. s. 74, *r.* *(cod. A 3, p. 208)*; traditum fieri *Ch.* 12.

**traditio, tradicio**: 48; 60, *r.* 1; 67, 1; 74; *p.* 207, 50. 55. — tradicio paterna 88.

**trahere**: ad manum trahere 33, 1; manum de altario trahere 59, 4.

**transgredi** 89.

**transpungere** 4.

**[traucus]**; **traucum, traugum, traucam, traugam, trauci** facere in clausura aliena 43; traugum ad transiendum transsaliendum 43 *(B)*; *Gl.*: traucus: 'stigilla'. *Vide* tracum, tresiugum.

**tremissis, tremisse**, id sunt 4 dinarios 23.

**tresiugum** *pro* traucum 44 *n. (B)*.

**tribuere** = *solvere, dare*: 46, 2; 89.

**tributarius**: servum tributarium facere 62, *r.* 1; *cf.* servus tributarius *p.* 211, 50.

**tributis** *pro* triutis 42, 2 *n. (B)*.

**tricto, con tricto** *pro* contricto; *v.* conderectus.

**triplex** weregildum 63, 1; 64.

**triplum**: in triplo conponere 11, 13; 42, 4—6 *(A)*; in triplum restituere 60, 8.

**triutes, triutis, triudas, triudes, troutis** = *compes, pedica; cf. Grimm ap. Merkel, Lex Sal. p.* XXVI *sq.*; cervus cum triutes 42, 2; *Gl.*: truitis: 'druhin'.

**troutis** *Til. pro* triutis 42, 2 *n. (B)*.

**trude, trudem** *pro* strude, strudem 32, 3 *n. (A)*; 51 *n. (B)*.

**truncis** *Sich. pro* triutis 42, 2 *n. (B)*

**trustis**: qui in truste regia est 11, 1 *Gl.*: trustis: adiutorium.

**tuitio, tuacio**: sub tuitione ecclesiae consistere 58, 1.

**tulerit, tullerit** *v.* tollere.

**tungano, tunganu** *v.* tanganare.

**uncia**: *Ch.* 26. 27

**utilitas** regis: in utilitatem regis bannitus 65, 1; in utilitatem regis pergere 65, 3; in utilitatem regis ambulare *p.* 211, 55; in utilitate regis minus implere *p.* 211, 50.

**uxor**: uxorem alienam tollere 35, 1; hominem super uxorem conprehendere 77.

**vacca**: 36, 11; *Ch.* 25.

**valere**: tunc 200 sol. valiat *(sc. servus denariatus)* 62, 2.

**valista** *v.* balista.

**varietas**: si varietatem seu debilitatem probabilem ex hoc *(sc. veneno, maleficio)* in corpore habuerit 83, 2.

**vegarius** *v.* vicarius.

**venatio** 42, 3; venationes (non res possessa) 42, 1; 76.

**vendere, vindere**: 59, 1; 72, 1; vendere ingenuum Ribuarium 16.

**venditio, vindicio, vinditio**: 58, 8; 59, *r.* 7; *p.* 209, 20; testamentum vinditionis 59, 1; 67, 1.

**venditor, vindetur** 59, 6.

**venenum**: per venenum seu per aliquod maleficium aliquem perdere 83, 1 *n. (B)*.

**verbum**: verba commemorare 58, 19; verbis dicere, dirigere 66, 1; verba dicere, dirigere 68, 1; cum verborum contemplatione iurare 67, 1. — ver-

bum (= *patrocinium*) regis: ingenua puella vel mulier, quae in verbo regis est 35, 3; *cf. p.* 210, 15.

verdunia *v.* cine werdunia.

verigeldum *pro* werigeldum 83, 1 *n. (A)*.

verire *v.* werire.

vervex: *Ch.* 25.

vestigium minare 47, *r.*; per vestigium sequi 47, 1.

vestimentum absque probabile signum 72, 9.

via: os super viam sonans 68, *r.*; via 12 pedorum, via 12 pedes lata 68, 1; in via rem proprendere 75; Ribuarium de via sua ostare (hostare, obstare), viam cum armis contradicere 80; viam publicam claudere *Ch.* 41; via lacinia, via lacina, via lazina 80, *r.*; *cf.* lacina.

vicarius, vecarius, vigarius = *servus, qui pro alio manumisso ecclesiae datur:* 58, 3. (*cf. supra p.* 243, *n.* 12); *aliter Gl.*

victor, victur: quicumque in causa victor extiterit 59, 7. — pro victoribus *pro* de iuratoribus 66, 1 *n. (B)*.

victus: hospitium seu victum praestare furi 78.

vigarius *v.* vicarius.

villa 60, 1.

vindere, vindicio *v.* vendere, venditio.

vindetur *i. q.* venditor.

vinea 60, 1.

vir: = *maritus* 37, 2; 48; 49. — vir *pro* baro 83, 1 *(B)*.

virare *v.* werire.

virga: 43; 70, 4.

virilis sexus 56, 4.

virire *v.* werire.

vis: vim tollere *pro* vi tollere *p.* 209, 15; per vim tollere 11, 3.

visus, visum = *pupilla in oculo* 5, 3.

vita: de vita conponere 34, 4; 60, 6; 69, 1; 88; de vita forfactum 77; vitam finire in patibulo 79.

vivere: legem Romanam, qua ecclesia vivit 58.

viveregeldum *v.* weregeldum.

wacta = *Germ.:* 'wahta, Wacht': wactam dimittere *Ch.* 36.

wadium = *pignus*, '*Wette*': adframire per wadium, wadium adhrammire *Ch.* 16; wadio adhramire *Ch.* 16. 48; cum uno wadio et una manu emendare *Ch.* 45. *Cf. p.* 273, *n.* 16.

waratione *pro* warnione *Ch.* 25 *n.*

warda: = *Germ.: 'warta, Warte'*: wactam aut wardam dimittere *Ch.* 36.

warduus *pro* wargus 85, 2 *(B)*.

waregeldum *v.* weregildum.

wargengus = *advena:* wargengum occidere *Ch.* 9. *Cf. p.* 272 *n.* 9.

wargus = *exul:* wargus sit 85, 2.

warnio *i. q. waranio, Germ. 'wrenjo, wranjo'; cf. Diez, 'WB.' I, s. v. 'guaragno' = admissarius:* de warnione *Ch.* 25.

wedregildum *etc. v.* weregildum.

wedrunia *pro* werdunia 72, 7 *n. (A)*.

wedu[illegible]ia *pro* werduria 72, 3 *n. (A)*.

werdia *i. q.* werdunia 33, 2 *n. (A)*; 72, 6 *n. (B)*.

werdimia *pro* werdinia 72, 3 *n. (B)*.

werdinia, werdina *v.* cine werdunia.

werdone *in* cinewerdone 72, 3 *n. (A)*; *v.* cine werdunia.

werdunia, werduinia, werdunea, werdunica, werduina, werduna *v.* cine werdunia.

werduria *in* ceneweduria 72, 3 *n. (A)*; *v.* cine werdunia.

weregellum *pro* weregeldum 83, 1 *n. (A)*.

weregildum, weregeldum, werigeldum, wirigeldum, wergildum, wirageldum, wiragildum, waregeldum, wedregildum, wedregeldum, widregildum, guidrigeldum; weregildus, weregeldus, werigildus, wirgildus, wedregildus, widrigildus; widrigildis; wedregild, wedregilt, guedregild = *compositio hominis, 'Wergeld':* cui weregildum (weregildus) legitime obveniebat 67, 1; weregeldum solvere 36, 11; 64* *(A)*; weregildum conponere 64; 83, 1; in tres weregildos conponere *Ch.* 7. 8; triplicem weregildum (triplici weregeldo) multetur, culpabilis iudicetur 63, 1; 64; quadropes, qui eum (*sc. hominem*) interficerit, in medietate weregildi suscipiatur 46, 1. *Vide* weregellum, weregillo, viveregeldum, verigeldum, quidergildum, guidigildo.

weregillo *pro* weregildo 63, 1 *n. (B)*; 64 *n. (B)*.

werire, wirire = *defendere*, '*weren*': testamentum werire 59, 6 *(A)*. *Cf.* verire, virire, virare.

widre-, widrigildus *etc.*, wiragildum *etc.* *v.* weregildum.

wirdira, wirdera (*cf. p.* 274 *n.* 25): *Ch.* 25. 26. 27.

wirgildus *v.* weregildum.

wirire *v.* werire.

# LEX ROMANA RAETICA CURIENSIS.

## EX EDITIONE KAROLI ZEUMER.

## *PRAEFATIO.*

### §. 1. *Introductio.*

*Constat inter omnes, hanc legem, quae olim Romana Utinensis dicebatur, nunc rectius Romana Raetica Curiensis nominanda est, scriptam esse secundum legem Romanam, quae Alarici II. Visigothorum regis iussu ex antiquioribus iuris Romani fontibus conscripta et ab ipso rege a.* 506. *lata est, pleraque tamen in hac lege Raetica ita mutata atque ad modum et rationem legum et morum Germanorum redacta esse, ut non modo non genuinum ius Romanorum, sed ne vulgare quidem continere videatur.*

*Constat etiam, legem non esse publice latam, sed conscriptam esse a privato quodam, qui non novi quicquam statuere voluit, sed antiquas tantum iuris Romani leges secundum usum sui temporis transformare et explicare.*

*De patria et tempore iam multum disceptatum est inter viros doctos, aliis legem in Foroiuliana provincia, aliis in Istria, aliis in Raetia Curiensi scriptam esse opinantibus; neque minus in controversia erat, utrum saeculo octavo an nono seu medio seu exeunte orta esset. Longum est singula omnia enarrare, quae inde a lege nostra primum edita a Canciano de ea scripta sint; sed paucis ea referenda sunt, quae novissime viri docti de lege disseruerunt.*

*Raeticae originis opinionem, postquam C. Hegel*[1] *et G. Haenel*[2] *eam proposuerant, fere omnes viri docti secuti sunt, ex. gr. O. Stobbe*[3], *F. C. de Savigny*[4], *R. Sohm*[5], *P. C. Planta*[6], *A. Pertile*[7], *G. Waitz*[8], *G. Cohn*[9], *L. R. de Salis*[10], *R. Schroeder*[11], *H. Brunner*[12].

*Pauci tantum contradicentes antiquiores de legis origine opiniones defen-*

1) 'Gesch. der Städteverfassung v. Italien' II (1847), p. 119. 2) Lex Romana Visigothorum ed. Haenel (1849), Praefatio p. XXXVI sqq. 3) De lege Romana Utinensi (1853), §. 6, p. 21; 'Gesch. d. D. Rechtsquellen', §. 18, I (1860), p. 203 sqq. 4) 'Gesch. d. Röm. Rechts im MA.' VII, p. 28. 29. 5) 'Fränk. Reichs- u. Gerichtsverf.' p. 310 sqq.; 'Fränk. Recht u. Röm. R.' in 'Z. d. Savigny-Stift. I. Germ. Abth.' p. 17. 18, n. 15; cf. 'Z. f. Kirchenrecht' IX, p. 197, n. 10. 6) 'D. alte Raetien' p. 327 sqq. 7) 'Storia del diritto Italiano' I, p. 102. 8) 'D. Verfassungsgesch.' $\text{III}^2$, p. 627. 9) 'Justizverweigerung' p. 100, n. 6. p. 163. 10) Lex Romana Curiensis in 'Z. d. Savigny-Stift. VI. Germ. Abth.' p. 151 sqq. 11) 'Lehrbuch d. D. Rechtsgeschichte' (1887), p. 239. 12) 'Z. d. Savigny-Stift. IV. Germ. Abth.' p. 264 sqq. 'D. Rechtsgeschichte', §. 51, I (1887), p. 362.

*dere conati sunt, scilicet R. Wagner, qui Istrianam*[1], *Franciscus Schupfer, qui, crebris libellis de hac re emissis, Longobardicam obtinuit originem*[2].

*Minor erat de tempore legis dissensio. Antiquior enim opinio, legem saeculo IX. exeunte vel X. ineunte conditam esse, quam secuti erant C. F. de Savigny*[3], *M. A. de Bethmann-Hollweg*[4], *C. Hegel*[5], *post reperta statuta illa, quae dicuntur capitula Remedii, episcopi illius, qui sedem ecclesiae Curiensis circa a.* 800. *et aliquos — nescimus quot — annos post habuit, tempore conscripta, dimissa est, cum in statutis illis lex nostra allegari videretur. Quo cum tempore convenire videbatur, quod saepius rex, numquam imperator in lege memoratur; itaque G. Haenel*[6], *O. Stobbe*[7], *P. C. Planta*[8], *A. Pertile*[9], *alii legem saec. VIII. exeunte conscriptam esse existimaverunt.*

*Quam sententiam acriter impugnavit Franciscus Schupfer, negans, et legem nostram in capitulis Remedii allegari et eam ante medium saeculum IX. scribi potuisse. Quod de origine Langobardica vel Foroiuliana exposuit, id quidem viri docti, qui post eum de lege disseruerunt, scilicet H. Brunner*[10], *R. L. de Salis*[11], *R. Schroeder*[12] *iuste refutaverunt; quod vero de tempore exposuit, non solum probaverunt, sed etiam novis argumentis fulserunt et accuratius definierunt.*

*Ex quibus novissime H. Brunner exposuit*[13] *de lege, aperte demonstrans, eam iam medio saeculo IX. in Raetia inferiore in usu fuisse, cum in carta quadam Vinomnae, hodie Rankweil in regione Vorarlberg dicta, a.* 852. *vel* 859. *data haud dubie allegetur. Legis in partibus Raetiarum usum etiam ipsos codices, e quibus tribus duo Raeticam prae se ferant originem, testari. Origini autem Langobardicae vel Foroiulianae maxime repugnare et verba et instituta iuris Francici haud raro in lege nostra memorata. Neque vero iam saeculo VIII. legem scribi potuisse, H. Brunner, partim eisdem quibus Fr. Schupfer argumentis usus, existimavit; primum enim principes in lege memoratos summorum regni vassallorum iuribus fere regalibus, ipsa regia potestate diminuta, functos videri, deinde, mancipia iam inter immobilia in ea numerari, tum nonnullos legis locos ad iura et instituta feudalia admodum progressa referendos esse. Quae omnia magis cum posteriore illa quam cum priore aetate convenire videri.*

*Nuper autem in commentatione mea de patria et aetate legis nostrae, in Annalibus historiae iuris edita, exposui*[14], *originis Raeticae opinionem non solum ex causis iam a prioribus allatis retinendam, sed etiam novis fulciendam esse; de tempore vero prorsus aliter sentiendum. Lex enim integro fere saeculo vetustior est, quam Fr. Schupfer, H. Brunner, R. Schroeder, R. L. de Salis opinati sunt*[15].

1) 'Zur Frage nach der Entstehung und dem Geltungsgebiet der Lex Romana Utinensis' in 'Z. d. Savigny-Stift. IV. German. Abth.' p. 54 sqq. 2) 'Delle istituzioni politiche Langobardiche' (Florentiae 1863), p. 126 sqq.; 'La legge Romana Udinese', Romae 1881 ('Reale accademia dei Lincei. Ser. 3ª. Memorie della classe di scienze morale, storiche, filologiche'. Vol. VII); 'Nuovi studi sulla lege Romana Udinese', Romae 1882 (ibid. Vol. X). 3) l. c. I, p. 431. 4) 'Ursprung der lombardischen Städtefreiheit' (1848), p. 28 sqq. 5) l. c. II, p. 108. 6) l. c. p. XXXIII. XXXIX. 7) Lex Rom. Utin. p. 23–27; 'Gesch. d. D. Rechtsquellen' I, p. 205 sq. 8) l. c. p. 335. 9) l. c. I, p. 103. 10) 'Z. d. Savigny-Stift. IV. Germ. Abth.' p. 264; 'D. RG.' I, p. 362 sq. 11) l. c. p. 148–151. 12) l. c. p. 239. 13) 'D. RG.' I, p. 361 sqq. 14) 'Ueber Heimat und Alter der Lex Romana Raetica Curiensis' in 'Z. d. Savigny-Stift. f. RG. IX. Germ. Abth.' p. 1 sqq. (1888). 15) Commentatione mea iam impressa, nondum autem evulgata, Franciscus Schupfer tertium edidit de lege nostra libellum: 'Della lege Romana Udinese, ricerche critiche', Romae 1888. ('Reale Accademia dei Lincei. Ser. 4. Memorie della classe di scienze morali, storiche, politiche'. Vol. III, Pars 1). Auctor contra sententias a vv. cll. Brunner et de Salis propositas contendit. Pleraque, quae nova et non a prioribus satis refutata obicit, iam

*De quibus rebus infra denuo exponam, argumentis, quae in commentatione mea attuli, summatim repetitis et, ubi fieri potest, emendatis et auctis. Prius autem de ipsis codicibus disserendum est, cum ex eorum aetate, origine et indole quaedam ad patriam et aetatem ipsius legis definiendas colligi posse videantur.*

### §. 2. *De codicibus legis.*

*Codices tres legis nostrae, qui supersunt, in duas classes dividimus, duos classi A tribuentes, tertium classi B. Neque vero id interest inter classem A et B, ut codices A meliorem plerumque ac magis genuinum praebeant textum; haud raro potius solus codex B genuinas praebet lectiones. Communem classem codicum A ideo institui, quia uterque ex eodem exemplari derivatus est, tertio codice aliunde deducto. Illos autem litera A ideo praecipue significavi, quia antiquior ex duobus classis illius solus est, qui totam legem contineat.*

*Nunc de singulis codicibus dicendum est.*

*A* 1. *Codex bibliothecae monasterii S. Galli nr.* 722, *olim D. n.* 184, *saec. IX. ex maiore parte rescriptus. Paginae inde a folio* 2. *numeris signatae sunt. Quaterniones inde a pagina* 17, *qua incipit novus quaternio, literis antiquis infra signati sunt, et primus quidem litera I, secundus litera B, tertius litera C etc. usque ad decimum quartum, qui literam O praebet. Duo, qui praeterea sequuntur, quaterniones signaturis carent. In membranis, ex quibus hi sedecim quaterniones formati sunt, olim S. Hilarii expositio psalmorum literis minusculis quae dicuntur Romanis saec. VI. fortasse scripta erat. Quo textu eluto, lex Romana nostra et capitula quae dicuntur Remedii duabus manibus valde inter se scriptura diversis alternis vicibus super antiquiorem textum scripta sunt.*

*Ex signatione quaternionum apparet, eam quae rescripta est codicis partem primitus separatim compositam, eaque quae nunc praecedunt folia post addita esse; quibus foliis haec continentur: fol.* 1' (= *p.* 2) Incipiunt capitula Iustini imperatoris sacra privilegia concilii Vizaceni[1], *quam rubricam sequitur index capitulorum I—VIII. rubricas praebens. Ipsa vero capitula desunt, reliqua folii parte vacua relicta.*

*Sequuntur in fasciculo* 6 *foliorum membranae albissimae post inserto capita* 30 *excerpta ex Iuliani versione novellarum Iustiniani, quae, rubrica et indice capitulorum omissis, incipiunt fol.* 2 (= *p.* 3) *verbis:* Imperator Iustinianus omnibus praefectis Alamannicus *etc.; finem facientibus fol.* 8 (= *p.* 15) *verbis:* temporibus praefectis praeturiorum[2]. *Alia manu brevis oratio fol.* 8' (= *p.* 16) *scripta est:* Exaudi, quaesumus, Domine . . . Per Dominum. *Folium* 9 (= *p.* 17. 18) *vacuum relictum iam ad codicem palimpsestum pertinet, cuius folio secundo (totius codicis fol.* 10 = *p.* 19) *lex Romana nostra incipit. Ad calcem legis huius, libro XXVII. finito, statuta illa, quae haud satis accurate Capitula Remedii dicuntur, quasi novissimus quidam legis liber, tamen sine numero subiecta sunt. Superscriptio:* Incipiunt capitula *ad solum capitulorum*

per ea, quae in commentatione mea exposui, dissolvuntur. Novum illum libellum, ubi opus est, citandum duxi: Schupfer III. 1) De concilio Vizaceno vel Byzaceno a. 541. habito cf. Mansi, Collectio conciliorum amplissima IX, col. 111; Baronii Annales a. 541, nr. 10—12; Hefele, 'Conziliengeschichte' II², p. 779. 2) Excerpta ista edidit G. Haenel, 'Berichte d. kgl. sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften. Philos.-hist. Cl.' 1857, p. 12; cf. ibid. p. 1 sqq.; Richter-Dove, 'Lehrbuch des Kirchenrechts' (ed. 6), §. 42, n. 2 (in edd. 7. 8. commentatio ista omissa est); cf. Maassen, 'Gesch. der Quellen und Litt. des canon. Rechts' §. 952.

*indicem, qui ipsis statutis praecedit, pertinet; eodem enim modo etiam ipsius legis libris indices praemissi sunt, qui similem praebent inscriptionem; cfr. ex. gr. indicem libri XXVI:* Incipiunt capitula de libro XXVI, *libri XXVII:* Incipiunt capitula de libro XXVII.

*De hoc codice cf. G. Haenel, Lex Romana Visigothorum, praefat. p.* LXXXIV; *G. Scherrer, 'Verzeichniss der Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen', Halae Sax.* 1875, *p.* 231. 232. *Codicem a praefecto bibliothecae monasterii S. Galli v. cl. Idtensohn liberaliter Berolinum transmissum ipse contuli. Imaginem scripturae utriusque manus praebet tabula nostra.*

*A* 2. *Codex bibliothecae universitatis Lipsiensis nr.* 3493, *antea archivi ecclesiae Utinensis, olim capituli cathedralis Aquileiensis, saec. IX—X. Est idem codex, ex quo Cancianus primum edidit legem. Ex duabus constat partibus diversae originis, posteriore tempore inter se colligatis. Prior pars, p.* 1—198, *continet Iuliani versionem novellarum Iustiniani, altera, p.* 199 *sqq., post alia legem nostram Romanam praebet. In fine desunt quaedam, novem, ut videtur, foliis ultimis abscissis. Alterius partis vel potius codicis, de quo solo nobis agendum est, quaterniones numeris I—VIIII signati octonis foliis constant, decimi quaternionis septem tantum folia supersunt. Haec sunt, quae continet codex iste.*

*A) p.* 199—224. *Collectio constitutionum interpretationumque earum, quae in codicibus quibusdam Iuliani ipsis novellis appendix subiecta est, scilicet in codicibus, qui in editione Iuliani a Gustavo Haenel parata numeris* 2. *et* 3a. *signati sunt*[1], *et in eo codice, ex quo auctor legis Romanae canonice comptae hausit*[2]. *Ista sunt appendicis illius singula capita: p.* 199 *sqq. scholia in Iulianum divisa in* 42 *capitula, incipientia:* I. Vicarios Asianae Frigiae in duas dividitur provincias; *p.* 208 *sqq. Novella* 143. *Iustiniani Leoni inscripta:* Incip[it] alia cons[titutio] de raptu virginum, viduarum et matrimonialium *(sic!); p.* 210 *sqq. constitutio, quae dicitur Sanctio pragmatica Iustiniani, incipiens:* Pro petitione Vigilii *(v. supra p.* 171 *sqq. et inter Constitutiones imperatorum Iustiniani etc. ad calcem Novellarum editas Const. I); p.* 219 *sq. constitutio Iustini (Nov.* 140*):* Ut possit ex consensu dissolvi matrimonium; *p.* 221. *constitutio Iustiniani:* De ascripticiis et colonis *(l. c. Const. II); p.* 222. *constitutio Iustini imperatoris:* De filiis liberarum, *in Africam directa (l. c. Const. III); p.* 223: Sacrum pragmaticum Tiberii Aug. de confirmationem constitutionum Iustini imperatoris *(l. c. Const. IV). — Sequuntur hanc Iuliani appendicem:*

*B) p.* 225. *capita* 85—87. *edicti Theodorici Ostrogothorum regis.*

*C) p.* 225 *sqq. leguntur eadem, quae, etsi non integra, etiam codex A* 1 *legi Romanae praemissa continet capita.*

1*)* In Christi nomine incipit capt Iustiniani imperatoris sacra privilegia concilii Vizaceni. I. Ut episcopus *etc. Eadem sunt capitula, quorum rubricas codex A* 1 *praebet. Vide supra p.* 291, *l.* 28 *sqq.; cf. Haenel, 'Berichte der kgl. sächs. Gesellschaft der Wissenschaften, Histor.-philol. Cl.' IV (*1852*), p.* 80.

2*) p.* 232 *sqq. Eadem capitula, quae post rubricas privilegiorum concilii Vizaceni leguntur in A* 1, *ex Iuliano excerpta:* Constitutiones domini Iustiniani imperatoris. Pro diversis capitulis episcoporum *etc., quibus praecedit*

1) Iuliani Epitome novellarum ... instruxit G. Haenel, Lipsiae 1873. Praef. p. II. III.

2) Cf. Maassen, 'Gesch. der Quellen und Litt. des canon. Rechts' I, p. 937 sqq.; Idem, 'Ueber eine Lex Rom. can. compta' in 'SB. d. Wien. Akad. Philos.-hist. Classe' XXXV, p. 74 sqq.

Cod. A1 (bibl. S. Galli № 722) pag. 186.



Cod. A2 (bibl. univers. Lipsiensis № 3493 fol. olim Ulmensis)

pag. 243. col. b.



pag. 335. col. b.



Cod. B (archivi S. Galli XXV, olim Fabariensis) fol. 59 v.



*index capitulorum:* Incipiunt capitula. hr. (= hera *vel* hira: *i. e.* aera = *caput*) I. Ut non liceat monasterium alienare. hr. II. *etc. (usque cap. XII; ante capitis XIII. numerum literae* hr. *erasae sunt et ante reliquas omnino desunt).*

*Quas constitutiones continuo p.* 243, *col. a. lex Romana nostra sequitur, in margine tamen signo quodam initium novi operis adnotatum est. Codex exhibet legem usque ad medium librum XXII; reliqua, codice in fine mutilato, desunt.*

*Cf. de hoc codice Haenel, Lex Romana Visigothorum, Praef. p.* LXXXIII*; idem in 'Berichte der kgl. sächs. Gesellschaft der Wiss., Histor.-philol. Cl.' IV* (1852), *p.* 65 *sqq.; VIII* (1856), *p.* 303 *sqq.; idem in Iuliani Epitome novellarum, Praef. p.* VIII—X. — *Codicem a Gustavo Haenel, b. m., qui eum emptione paraverat, bibliothecae universitatis Lipsiensis inter alios legatum, cum legator vetuisset eum foras edere, Lipsiae ipse contuli. Tabula nostra duas exhibet scripturae codicis imagines.*

*B. Codex archivi monasterii S. Galli XXX*[1], *olim Fabariensis abbatiae, saec. IX. Fol.* 1. *supra manu quadam saec. XVII. exaratum legitur:* Monasterii Beatae Virginis Mariae ad Favariam[2]. *Codex olim amplior nunc quidem* 76 *tantum foliis constat. Deperdita sunt inter fol.* 46. *et* 47. *nonnulla folia, octo, ut videtur, quaternionem formantia, quibus continebatur textus inde a IX,* 1, 1 *ex. usque XII,* 1, 1 *ex. Praeterea desunt quaedam folia inter fol.* 69. *et* 70, *quibus continebatur textus inde a XXIV,* 8, 1 *med. usque XXVI,* 4, 2 *med. Haec autem lacuna iam antiquissima esse videtur; fol.* 70. *enim supra, ubi post lacunam textus denuo incipiens pergit in libro XXVI, qui est Pauli Sententiarum liber IV, manu saec. X—XII. notatum est:* PAULI. IIII.

*Codex praebet fol.* 1—6′ *omnium librorum indices capitulorum conscriptos, qui in codicibus A* 1. 2 *singulis libris praemissi sunt. Sequitur ipsius legis textus fol.* 7′—74′. *Subiecta sunt fol.* 74′—75. *et genuina Interpretatio ex lege Romana Visigothorum ad Paul. Sent. I,* 15, 3 *et ex epitome Aegidiana Novella Valent. III,* 8, *addita clausula finali:* Explicit liber legum.

*Sequitur sub rubrica:* De legibus, *maioribus literis exarata caput illud incipiens verbis:* Moyses gentis Hebreae primus omnium divinas leges sacris litteris explicavit, *quod ex Isidori Hispalensis Etymologiarum libro V. exceptum saepius in codicibus legis Romanae Visigothorum legitur. Ipsius eiusdem legis quaedam capitula subiecta sunt excerpta ex codice Gregoriano, scilicet L. Rom. Vis. Cod. Greg.* 10. 11. 12. *Sequuntur ad calcem totius libri sententiae quaedam scriptoris cum subscriptione Orsicini, qui se codicem exarasse confessus est:* Sic est scriptori novissimus versus quomodo naviganti novissimus portus. Qui nescit scribere nullum putat esse laborem. Tres digiti scribunt, totum corpus laborat. Ego Orsicinus[3] subdiaconus hunc *(sic!)* legem scripsi. Qxk lfgks prb prp scrkptprf sk dfxm hbfbs rfdfmptprfm[4].

*Orsicini haud raro in Raeticis documentis illius aevi occurrunt*[5]. *Conici fortasse possit, nostrum eundem esse, qui presbyter scripsit Raeticam illam cartam a.* 852. *vel* 859. *Vinomnae data, in qua lex nostra, 'Falsicia' memorata, allegatur*[6]. *Quod tamen, cum scriptura cartae, ex archivo Bremensi,*

1) Antiquioris numeri nonnisi postremae literae supersunt: .... II. 2) *B. V. Mariae ad Favaria* scriptum est. 3) Non *Orsicinius*, ut habet G. Haenel, Lex Rom. Visig., Praef. p. LXXXIV, n. 379. 4) Ita, ut facile intelligitur, ludi causa scriptum est pro: *Qui legis ora pro scriptore si Deum habeas redemptorem.* 5) Cf. MG. Libri confratt. in indice s. vv. Orsicinus. Ursicinus. 6) Wartmann, 'Urkundenbuch der Abtei S. Gallen' nr. 421, II, p. 41.

*ubi asservatur, nobis benigne transmissae, cum hoc codice haud satis convenire videatur, non est probandum. Codex autem idem esse videtur ac ille, qui in inventario thesauri Fabariensis monasterii a.* 1155. *facto indicatur verbis:* liber legum[1], *praesertim cum eadem legantur in codice nostro, et in superscriptione et in clausula finali legis; cf. supra p.* 293, *l.* 30. *et infra p.* 305.

*De codice conferas, velim, quae monuit G. Haenel, Lex Romana Visigothorum, Praef. p.* LXXXIV, *nr.* 67. *Ipse codicem contuli in aedibus Sancti Galli.*

*Tres illos codices nunc inter se conferamus oportet. Codex A* 1 *proximus est codici A* 2; *textus in utroque simillimus. Eadem capita ex Iuliani versione novellarum excerpta in utroque legi praecedunt, praeterea in altero (A* 2) *ipsa 'privilegia Vizaceni concilii' leguntur, in altero (A* 1) *index rubricarum eorum. Eadem etiam in utroque textu cum alia menda non pauca, tum eaedem nonnullae omissiones. Omissa sunt, ut leviora relinquam, in A* 1 *et* 2, *IV,* 15, 1. *post:* in iudicio convictus fuerit, *verba:* in dublum reddat non tales; *XVII,* 4. *inter* conductore *et* curialem *desunt in utroque verba:* aut si pro alterum conductore; *XXIV,* 6. *inter* debet *et* forsitan *verba:* et ille debet illi altero, qui illos X debet. *Maxime autem notatu dignae sunt duae lacunae in libro XXIII, ubi tit.* 5. *inter* principis *in fine §.* 2. *et* aut qualecumque *in principio §.* 3. *verba:* aut per scripta ei non fuerint consignatum. Item alia interpretatio. Qui negotia *et in tit.* 6. *inter* recepit *in fine §.* 1. *et* patre mortuo *in principio §.* 2. *verba:* quod inde fraude nulla non fecisset, ut sicut inter eos convenit, sic solvat. Item alia interpretatio. Si mater filiorum res, *in utroque codice omissa sunt. Quod ita factum esse videtur, ut in communi archetypo utriusque codicis, unius folii particula avulsa seu destructa, verba illa tituli* 5, *quae folio recto, et verba tituli* 6, *quae eodem folio verso scripta erant, delerentur. Ex spatio competenti in utroque loco pro verbis omissis vacuo relicto suspicari licet, codicem A* 1 *ex ipso codice archetypo mutilato descriptum esse, cum is, qui eum scripsit, lacunas ipsas ante oculos habuisse videatur. Codicem A* 2 *vero ad aliud quoddam illius codicis archetypi apographum scriptum esse ideo existimo, quia, qui eum scripsit, lacunas ibi esse nullo modo significavit.*

*Sunt nonnulli loci, ex quibus conici possit, codicem A* 2 *non ex archetypo utriusque codicis, sed ad ipsum codicem A* 1 *scriptum esse. Libro III. scilicet in fine tit.* 6. *legitur in B:* in coniugio socient; *eadem fere exstant in A* 1: in coniugio socieñ, *sed verbum ultimum ita abstersum est, ut haud facile legatur; in A* 2 *autem* socient *omnino deest. Similiter in indice capitulorum libri III. in tituli* 19. *rubrica A* 2 *omittit verba postrema:* et curatorum, *quae in B leguntur, in A* 1 *tamen una cum voce* tutorum *praecedenti abstersa sunt. Legitur II,* 7. *in B:* nulla non causaverint *et* nulla pulsare non possunt; *in A* 1 *in utroque loco* non *erasum est, in A* 2 non *omnino deest.*

*Alia tamen sunt, quae certissime testantur A* 2 *non ad ipsum A* 1 *scriptum esse. Ita, ut pauca afferam exempla, VIII,* 6, 3, *ubi A* 2 *recte habet* probare, *A* 1 *praebet perperam* provocare; *IX,* 5, 1, *ubi A* 2 *recte* sub tutore viventem *exhibet, in A* 1 *verba corrupta leguntur:* sub tua reviventem; *IX,* 16, *ubi A* 2 *recte* rem tultam, *A* 1 *perperam* rem totam *praebet; IX,* 19. *A* 2 *recte exhibet:* legitimi sint, *A* 1 *perperam:* licite misent. *Quas meliores lectiones a*

1) MG. Libri confratt. p. 398.

scriptore codicis A 2 secundum falsas codicis A 1 lectiones mera coniectura inveniri potuisse, minime concesserim.

Ex eodem fonte communi et A 1 et A 2 derivatos esse, etiam capita illa, quae in utroque codice legi praecedunt, probare videntur. Praebet enim A 1 indicem quidem rubricarum privilegiorum Vizaceni concilii, ipsis vero capitulis omissis, et vice versa capita etiam in A 2 sequentia ex Iuliani novellarum Iustinianarum versione excerpta ipsa quidem A 1 continet, indicem autem capitulorum in A 2 praemissum non continet. Capita vero ex Iuliano cum in A 1 in proprio quodam membranarum albarum fasciculo post codici inserto, manu, ut videtur, posteriore exarata sint, index autem ille aliorum capitulorum in antiquiore quodam gilvae membranae folio, cum quaternionibus signatis, quibus ipsa lex continetur, iam prius, ut videtur, colligato, exstet, coniecerim, codicem eam quam nunc habet formam hoc modo accepisse. Certe quidem primum sola lex Romana ex archetypo, quem codicem A signamus, in A 1 translata est, quod testantur numeri quaternionum. Postea vero quidam codicem A 1 ad instar codicis A supplere conatus, capita illa Iuliani exscribens vel exscribere faciens inseruit, per errorem autem indicem alienum, qui ad capita in archetypo praecedentia pertinuit, in folio praecedenti vacuo posuit.

Si vero ad unum, quod demonstravi, referendi sunt codices A 1 et A 2, ad alium autem B, quod dubium esse non potest, eas certe lectiones, quae sive codex A 1 sive A 2 cum codice B habet communes, iam in utriusque classis, et A et B, communi archetypo exstitisse oportet. Qua ex re facile efficitur principalis ad textum nostrum parandum regula, omnia scilicet, quae codex B sive cum A 1 sive cum A 2 communia habet, in textum esse recipienda.

Etsi pauca, tamen sunt quaedam, quae huic regulae obstare videntur. Quibusdam enim locis solus codex A 2 rectam lectionem praebere videtur, ubi A 1 et B eandem exhibent corruptelam. Ita in II, 22, 1 A 1 et B falso praebent: ei donare, A 2 recte: eis donare; in indice titulorum libri III, ad tit. 12. legitur recte: De incestis nuptiis, in A 1 et B falso: De incertis nuptiis. Quae fortasse iam in archetypo corrupta exstabant, a scriptore autem codicis A 2, quod facile fieri potuit, correcta sunt. Multo difficilius est intellectu, unde codex A 2 in III, 6 recte Iul. habeat, codicibus A 2 et B perperam Iun. praebentibus. Nisi, quod vix concesserim, scriptor codicis A 2 quaedam ad aliud legis exemplar correxit, suspicandum est, in archetypo male abbreviatum fuisse IU, quod alii legem exscribentes, et inter eos auctor codicis A, ita repetebant, alii Iul. alii Iun., ita ut casu fieri posset, ut et codex B falsam, et codicum classis A alter eandem falsam, alter rectam lectionem reciperet.

Quae omnia regulam suprascriptam evertere non possunt, praesertim cum auctorem codicis A 2 textum, quem ante oculos habuit, facile ex coniectura emendasse nonnulli loci satis demonstrent. Scripsit ex. gr. I, 5, ut habet A 1, predorio et fiscos, post autem correxit pretorio et fiscus; scripsit XVII. in indice titulorum: Detuli legum, ut habet A 1, et post correxit: De tituli legum; eodem modo scripsit in II, 1, 9, ut habet A 1: iudex provinciales, correxit autem: iudex provincialis; II, 9. scripsit: advocatus — bonus homines — alius iudices, et correxit: advocatos — bonos homines — alios iudices.

Eiusmodi leviores correcturae grammaticales passim in A 2 inveniuntur, quae pleraeque, si non omnes, ab ipso scriptore codicis factae esse videntur. Interdum statim, postquam vocem secundum exemplar corruptam scripserat, antequam verbum continuo sequens addidit, correxit. Quod factum esse

*vidimus in IX, 5, ubi in A 2 scriptum erat:* in coniugio, *sicut legitur etiam in A 1, quod tamen, antequam verbum sequens* prendere, *additum erat (quod ex spatio, quo distant inter se singula verba, videri potest) correxit:* coniugium.

*Nonnulla autem codicis A 2 auctor iam ipso scribendo correxit, ita ut correcturam factam esse ex ipsa scriptura non appareat. Ita enim pro* Falsicia *vel* Falsitia, *quod omnibus locis praebet et A 1 et B*[1], *plerumque scripsit genuinam formam* Falcidia, *scilicet VIII, 5,1. XVIII, 3,1. XXII, 11. Quod ex contextu sermonis recte coniecit, non ignarus verae illius vocis formae, quam supra in eodem codice saepius scripserat in scholiis ad Iulianum; ex. gr. p. 208, c. XLII:* Si quis liberos . . . eis in Falcidia satisfactum fuisse. *In solo autem loco, ubi ex contextu vocis significatio haud plane intelligi potuit, scilicet in indice titulorum libri XXII, primum ita scripsit, ut haud dubie in libro, quem ante oculos habuit, legerat:* De lege Falsicia; *quod tamen mox ex ipso tituli contextu intelligens, de qua re ageretur, correxit:* De lege Falcidia. *Conferas velim imaginem huius loci in tabula nostra, ubi tamen multo minus aperte res perspicitur, quam in ipso codice.*

§. 3. *De patria legis.*

*Quanam patria lex Romana, quam infra edimus, oriunda sit, iam supra breviter monui. Nunc vero accuratius exponendae sunt causae, de quibus eam in Raetia Curiensi ortam esse colligimus*[2].

*Viri docti, qui antehac de legis patria disseruerunt, ex sermone, quo scripta est, nonnulla alii pro Italica, alii pro Raetica origine argumenta afferre conati sunt, quae vero pleraque vacua atque inutilia esse existimo. Italicae quidem originis ex sermone certe nulla habemus indicia, sed etiam Raeticae originis perpauca tantum et haud ita gravia. Nam quod viri docti nostrates nuper de hac re disserentes opinati sunt, voces* atto, ata *etc. et* ornongus *Raeticae originis argumenta praebere, refutandum mihi visum est*[3]. *Tamen quaedam afferri possunt. Scilicet praeter voces istas, quas auctor legis adhibuit ad significandas res et personas ad instituta publica vel privata pertinentes et quas in Raetia in usu fuisse compertum habemus, videlicet:* Falsicia (Falsitia), curiales, milites, patriani, *de quibus infra agendum erit, etiam alia quaedam verba Raeticam originem testari videntur. Ita usum verbi* anteponere *coniuncti cum verbo* excipere, *quem deprehendimus in XVIII, 1:* excepto de terra aut de mancipia anteponimus, *non invenimus nisi in carta illa Raetica Curiensi, quae exstat apud Wartmann, 'Urk.-B. d. Abtei S. Gallen' nr.* 421, *II, p.* 41, *ubi legitur:* ex[c]eptu Falsicia anteposita. *Similiter vocem* linea, *quae ad statum significandum in lege nostra usurpatur V,* 2[4]: curiales de ipsa linea, *praeterea non nisi in monumento Raetico Curiensi, in capitulis Remedii dictis c.* 3. *inveni:* de quale linea fuit (ministerialis). *Conferenda etiam sunt IX,* 1,1: si homo capitaneum crimen . . . super alicum miserit, *cum cap. Remedii c.* 4: si (periurium) super alium voluerit mittere.

*Multo certius Raetiam legis patriam demonstrant ipsi codices manuscripti. De Raetica Curiensi origine codicis B nemo dubitat. Nomen enim scriptoris 'Orsicini subdiaconi', qui codicem exaravit, Raetiis proprium esse satis constat;*

1) Haud superfluum videtur expresse affirmare, me ipsum hos locos in omnibus tribus codicibus diligenter perspexisse, et rem ita, ut supra exposui, se habere. Aliter enim Fr. Schupfer, editionibus haud satis accurate paratis nisus, opinatus est III, p. 9. 2) Cf. commentationem meam p. 3 sqq. 3) Cf. ibid. p. 4 sq. 4) Ita numerus corrigendus est in commentatione mea p. 6, n. 1, pro II, 5, 1.

*praeterea codicem in archivum S. Galli, ubi nunc est, ex monasterio Raetico Curiensi translatum esse scimus, eumque ibidem testante inventario thesauri Fabariensis saec. XII. antiquitus servatum esse*[1].

*Neque etiam de Raetica Curiensi patria codicis A 1 vel illius, ex quo ipse scriptus est, exemplaris dubitandum est, cum et in monasterio S. Galli, quod in confini territorio Raetico Curiensi, quod dicitur 'Vorarlberg', permulta possedit praedia, servetur, et in hoc codice statuta illa iuris curiae episcopalis Curiensis, quae dicuntur capitula Remedii, quasi novella lex vel novissimus ipsius legis liber addita sint*[2].

*Quod attinet ad codicem A 2, eum ex eodem atque A 1 archetypo nonnullis locis mutilato derivatum esse, supra exposui. Archetypum autem illum seu in Raetia seu ad aliud Raeticum quoddam exemplar scriptum esse, satis efficitur ex forma* Falsicia, *quam pro* Falcidia, *ut auctor codicis A 2 correxit, etiam archetypus ille exhibuit*[3].

*Itaque omnes, quos habemus, codices aut ipsi in Raetia scripti aut ad exemplaria Raetica referendi sunt.*

*Qua ex re, quam non parvi momenti esse crediderim, satis apparet, legem in Raetia in usu fuisse. Quid autem verisimilius, ne dicam certius est, quam legem ibi oriundam esse, ubi antiquissima et certissima usus illius testimonia exstent, praesertim cum in alia regione eam valuisse probari non possit?*

*Usus autem legis certissimum et longe antiquissimum praebet testimonium carta illa donationis, quae dicitur testamentum Tellonis, a. 766. a Tellone episcopo Curiensi abbatiae Desertinensi data*[4]. *Continet enim verba quaedam, quae in nulla alia carta occurrunt, ex lege nostra sumpta, scilicet in isto loco:* . . . donatio haec post obitum meum firma permaneat, tam agris quam pradis, solis, ortis, aedificiis, farinariis, alpibus, silvis, aquis, pascuis, accessionibus, vineis, pomiferiis, peculiis maiore [et] minore, aeramentis, ferraturis, loramentis, vasis, utensilibus, mobile et inmobile, omne quidquid ad vitam hominis pertinet, sit datum atque concessum ad ipsum monasterium.

*In lege autem legitur XXV, 9,3:* Qui testamentum facit, omnia et ex omnibus de suam facultatem, tam terris quam mancipiis vel pecoribus et omnia, tam mobile quam inmobile, quid ad vitam hominis pertinet, in suo testamentum scribere debit.

*Cancellarium, qui testamentum scripsit, locum illum legis ante oculos habuisse non est dubitandum, praesertim cum verba legis non nisi ex verbis antiquioris iuris Romani fontis, ex quo hausit auctor legis, male intellectis explicari possint. Auctor enim legis scripsit illa ad titulum Pauli, quo de rebus legandis agitur. Invenit ibi longissimas series utensilium cuiuslibet modi ad vitam humanam sustentandam et ornandam pertinentium enumeratas. Neque vero satis intelligens, quid sibi velint series istae, formulis pertinentia bonorum comprehendentibus in cartis illius aevi usitatis simillimae, existimansque res illas ideo tantum enumeratas esse, quia in testamento legari possent, scripsit:* Qui testamentum facit, omnia . . . tam mobile quam inmobile, quid ad vitam hominis pertinet, in suo testamentum scribere debit. *Cui praecepto cancellarius ad verba*

1) Cf. supra p. 294. 2) Quod Fr. Schupfer III, §. 7. attulit, ut Raeticam huius codicis originem in dubium revocaret, scilicet monasterium S. Galli etiam in Langobardia vel in Foroiuliensi provincia saec. X. et XI. praedia possedisse, refutare vix opus esse videtur. 3) Cf. supra p. 296. 4) Mabillonii Annales Benedict. II, p. 707; Eichhorn, Episcopatus Curiensis, Codex probat. nr. 2; Mohr, Codex diplomaticus I, nr. 9; Planta, 'Das alte Raetien' p. 443.

*satisfaciens in testamento scripsit:* mobile et inmobile, omne quidquid ad vitam hominis pertinet.

*Accedit, quod etiam praeceptum legis de quarta reservanda in testamento illo observatum est; quod adhuc viros doctos effugisse videtur*[1]. *Locum testamenti infra p.* 301. *annotationi* 1. *sub numero* 1. *inserendum duxi.*

*Aliud testimonium usus legis nostrae feliciter invenit H. Brunner*[2]*; exstat in carta olim archivi S. Galli, Wartmann l. c. nr.* 421. *a.* 852 *(vel fortasse* 859*). Continet carta illa donationem totius facultatis*, sicut lex continet, ex[c]eptu Falsicia anteposita, hoc est quarta porcione; *quae verba ad aliam legem quam ad nostram spectare non possunt*[3].

*Lex enim nostra non solum unica est, quae voce Falsicia eodem modo atque omnes, quae eam praebent, Raeticae cartae corrupta pro quarta portione legitima hereditaria utitur, sed etiam tribus locis eadem fere verba, quibus Orsicinus presbyter, qui cartam illam scripsit, ad legem allegandam usus est, exhibet: VIII,* 5,1: Falsicia, hoc est quarta parte; *XXII,* 11: Falsicia, hoc est quartam partem; *XVIII,* 3,1: Falsicia, hoc est quartam porcionem.

*Praeter cartas illas etiam capitula Remedii dicta, quae haud dubie in episcopatu Curiensi statuta et legi ipsi in codice A* 1 *subiecta sunt, compluribus locis ad legem nostram spectant*[4]. *Quae enim c.* 11. *leguntur:* Si quis alteri criminosum verbum dixerit in rixa, aut ei probet, quod verum dixisset, aut iuratus faciat, quod per iram dixisset et verum illum non sciat; et post tale sacramentum fiat battutus aut redemat suum dossum (*i. e.* dorsum) ad VI solidos. *neque cum ipsa interpretatione legis Romanae Visigothorum neque cum alio quodam textu ex ea conscripto, conveniunt, sed tantummodo cum lege nostra, quae sola sicut capitulum* 11. *illud iuramenti in revocando crimine mentionem facit, IX,* 1,3: Quicumque homo ad alterum hominem iratus alico crimen inposuerit . . . dicat: 'Ego qui dixi hoc probare possum . . .'; si postea ipsum crimen cui dixit probare non potuerit, reus criminis adesse debeat et talem penam habeat, quales ille debuerat habere, super quem ipsum crimen dixit. Quod si forsitam se ipsum penetuerit et dixerit: 'Hanc crimen iratus dixi, nam hoc eum probare non possum', exinde det sacramentum; si hoc fecerit, postea pro hoc non teneatur in culpa.

*Qua de causa etiam 'legem nostram', quae in Capp. Remedii allegatur c.* 9: Si quis furtum fecerit, secundum quod in lege nostra scriptum est, ita omnia solvat ad integrum, *et c.* 10: Si quis falsum testimonium dixerit, quia omnes fratres sumus in Christo, fiat secundum legem nostram condemnatus, sicut fieri debuit illi, quem nocere voluit, *ad legem Romanam Raeticam Curiensem referendam esse, non dubito, praesertim cum ibi XXIV,* 28. *fusius de poenis furti agetur, et falsae criminis obiectioni, quam potissimum secundum sacrae scripturae sermonem auctores ecclesiastici temporis illius 'falsum testimonium' vocant, eundem poenae modum lex illa saepius statuerit; cf. IX,* 1,3.4. 15,2. *XI,* 6,1. *Francisco Schupfer, qui 'legem nostram' minus apte ad Deuteronomium referendam esse existimat, hoc tantum concesserim, verba:* quia omnes fratres sumus

1) Cf. de Salis l. c. p. 153.

2) Cf. Brunner, 'Z. der Sav.-Stift. IV. Germ. Abtheil.' p. 265. et 'D. RG.' I, 363.

3) Miror, quibus artificiis Fr. Schupfer III, p. 8 sqq. conatus sit loci huius sensum apertum atque vim propriam infirmare et delere. Sufficiat monere, eum pro *ex[c]eptu Falsicia anteposita* coniecisse *ex emptu Falsicia anteposita*, quoniam excipere et anteponere idem significarent, ibid. p. 18. Cf. quae supra p. 296. exposui.

4) Cf. commentationem meam p. 47 sqq.

in Christo, *ex loco illo Deuteronomii XIX*, 17—19. *sumi potuisse, ut 'legis nostrae', sc. Romanae, praecepta cum sacris legibus convenire testarentur*[1].

*Legem autem cap.* 9. *et* 10. *statutorum 'nostram' dictam nullo modo concesserim aliam esse, atque eam, cui statuta illa quasi novella lex, ad ius potissimum criminale legis reformandum, ut videtur, data, in unico qui exstat codice subiecta sunt.*

*Ad originem Raeticam probandam praeter traditionem et usum legis, id praecipue afferendum est, quod iura et instituta, quae in lege invenimus, magis cum iis conveniunt, quae in Raetia Curiensi, quam cum iis, quae in aliis terris, praesertim in Italia, illo aevo exstitisse videntur. Etsi non omnia, quae lex nostra refert, cum veris illius temporis et regionis institutis concordant, non paucis legibus minus apte ex antiqua Visigothorum lege Romana retentis, tamen pleraque cum rebus Raeticis, sicut erant aevo Francico, satis convenire videntur.*

*Alio loco accuratius exposui, ius publicum in Raetia tunc temporis vigens haud ita diversum fuisse ab iure publico reliqui Francorum regni, cum iure autem publico Francico pleraque convenire, quae lex nostra de eo refert, si enim pleraque, quae de principe vel de principibus dicuntur, ad regem vel maiores domus, utpote potestatem regiam exercentes, referimus*[2].

*Quae res quanquam magis testatur, legem non extra regnum Francorum ortam esse, quam quod ipsius Raeticae originis testis sit, tamen, cum non nisi inter Raeticam et Italicam vel Foroiuliensem legis patriam disceptatio vertatur, nostrae opinionis argumentum inde repeti potest.*

*Proprium autem id erat Raetiarum provinciae, quod ibi potestas iurisdictionis ecclesiae infra terminos immunitatum testantibus capitulis Remedii et quibusdam cartis solitum modum excessisse videtur. Iurisdictionem enim criminalem, exceptis extremis suppliciis, ex episcopo Curiensi pependisse, capitula illa demonstrant, civilem autem ipsum episcopum Remedium exercuisse comperimus ex carta quadam Raetica de iudicio domni Remedii referente*[3]. *Etiam in lege nostra iudices privati, qui sunt actores ecclesiarum, non parva iurisdictionis publicae parte functi esse videntur*[4].

*Et nomine et, ut videtur, re conveniunt, quae lex et alia Raetica documenta de officialibus et ordinibus referunt. Et in lege et in Raeticis cartis capitulisque Remedii occurrit 'iudex publicus'*[5]. *Curialium*[6], *qui erant officiales curiarum, et militum*[7], *qui erant nobiliores officiales, mentio in lege frequentissima invenitur; eiusmodi, ut videtur, et curialium et militum subscriptionibus testamentum illud Tellonis episcopi Curiensis roboratum est*[8]. *Patrianorum autem nomen pro pagensibus usurpatum praeter legem nostram sola capitula Remedii exhibent*[9], *si omittimus fontem quendam saec. XV, ex quo perperam exemplum affert Fr. Schupfer ad vocis usum Foroiuliensem demonstrandum.*

*Pauca, ea quidem certissima Raeticae originis indicia ex legis nostrae*

1) Fortasse etiam ex libro quodam poenitentiali sententia illa hausta est; cf. Poenitentiale Cummeani V, 11: *Falsum testimonium dicens . . . quale fratri imposuit tali iudicio damnetur.* Cum 'periurio cupiditatis' in Capit. Remed. 4, cf. etiam Cummean. V, 4: *Si quis laicus per cupiditatem periurat.* 2) Cf. commentationem meam p. 12 sqq. 39 sqq. 3) Wartmann, 'UB.' nr. 354, I, p. 329. 4) Cf. II, 1, 6. II, 16, 2. 5) Ex. gr. II, 16, 2. XII, 2, 3; cf. Wartmann, 'UB.' nr. 72. 253. 262. 458. App. 4. 6. Cap. Rem. c. 3. 6) Cf. V, 2; XII, 1. 2, 1; XVIII, 11. 7) Cf. II, 1, 2; II, 10, 3; II, 26; III, 5, 4; V, 4. 8) Cf. Testam. Tell. in fine. 9) Cf. II, 1, 2. et Cap. Rem. c. 3.

iure privato sumimus. In iure portionis legitimae, quae Raetice dicitur Falsicia, et nomine et re lex non nisi cum Raeticis cartis convenit.

Quod pro portione legitima Falcidiae et nomen et modus usurpatur, id quidem iam in antiquis iuris Romani fontibus invenimus[1]. Nomen Falcidiae pro legitima etiam retentum est, postquam Iustinianus Nov. 18. legitimam a quarta in tertiam vel, pluribus quam 4 heredibus existentibus, in dimidiam portionem ab intestato debitam auxerat, ut etiam in posterioris aevi scriptis ius Iustinianum secutis portio legitima, quae non est quarta, sed vel tertia vel dimidia, Falcidia appellatur[2]. Itaque, iure novellarum etiam in Italia recepto, quam legitimam Falcidiae nomine et cartae nonnullae Langobardicae et expositio ad librum Papiensem exhibent, quarta esse non potuit[3].

Prorsus aliter in iure anteiustiniano et legibus scriptisque ex eo dependentibus res sese habet; ibi enim legitima, sive Falcidia nominata, sive non, semper quarta erat; eademque quarta ad vitandam testamentorum, dotum et cuiuslibet modi donationum rescissionem secundum leges illas reservari debuit. Nomen Falcidiae pro hac quarta usurpatum neque in ipsa lege Romana Visigothorum neque in formulis ad eam scriptis occurrit[4], invenitur autem et in explanatione titulorum indicibus legis inserta, et in epitome legis, quae monachi dicitur[5], in Lege Romana Burgundionum, quae Papianus vulgo dicitur[6], in cartis formulisque Burgundicis[7], in carta quadam Moissacensi[8], denique in fontibus ex Helvetiae orientalis Raetiarumque partibus oriundis[9].

Legitima ergo, quae quarta portio est, et Falcidiae nomine appellatur, non nisi et in Gallia meridionali, praesertim in partibus Burgundiae, et in Raetia Helvetiaeque regione illi finitima invenitur. In ipsa Raetia legem nostram ortam esse cum ex forma vocis pro quarta portione legitima plerumque usurpatae eodem modo atque in cartis Raeticis ex Falcidia in Falsicia (Falsitia) corruptae, et ex ratione, qua in quarta illa reservanda Raeti ipsis cartis testantibus usi sunt, cum lege nostra congrua, efficitur. Apud solos Raetos enim id invenimus, quod pro quarta portione legitima Falsicia dicta, in qualibet donatione certam quandam facultatis partem constituere et ei, cui res donabant, designare soliti sunt. Falcidiam, ut ita dicam, ex quaque re donata 'exceperunt' et in certa quadam facultatis parte apud se retenta

1) Cf. Puchta, 'Institutionen' §. 311. 2) Cf. Iuliani Epitome novellarum 34, 1. 2. 3; 36, 13; 60, 1; Brachylogus II, 23, 3; II, 24; II, 33, 4; Petri Exceptiones I, 12. 25. 3) Mon. Patriae XIII, nr. 72, c. 132; nr. 183, c. 311; 'Memorie di Lucca' V, 2, nr. 177. 178. 261. 263. 306. Expos. ad Karol. 92, LL. IV, p. 504. 4) Lex Rom. Vis. Cod. Theod. II, 20. 21; VIII, 5, 1. cum interpretatione. Cf. Form. Andec. 41. Tur. 17. 5) Lex Rom. Vis. ed. Haenel, expl. tit. ad Gai. 14: *De lege Falcidia; hoc est qui Falcidiam non reservavit*, et ad Pauli Sent. III, 10: *Ad legem Falcidiam; hoc est qui facit testamentum vel mortis causa donationibus heredem instituit, quartam reservet portionem*, et Epitome monachi Cod. Theod. VIII, 5, 1, n. c. *De Falcidia*, ad verba: *donationes . . . si quartam facultatis donator non reservaverit, non valebunt.* 6) L. Rom. Burg. X, 3: *quarta vero, id est Falcidia, ad agnatos defuncti . . . deferatur*; XXXI, 2: *de inofficiosis testamentis et inmodicis donationibus, hoc est, ubi Falcidiae filiis non servantur*; XLV, 5: *Testamenta vero, quibus filiis aut nepotibus Falcidia non demittitur, nullo iure subsistunt*; ib. 7: *Item filius vel filia sine filiis morientes matrem sine Falcidia praeterire non possunt, ut valeat testamentum.* 7) Wideradi Flavin. testam. Pardessus nr. 514. II, p. 325: *reservamus in Falcidia heredibus Pagaciacum* etc.; cf. Form. Flavin. 8 (LL. Form. p. 477); Chartes de Cluny I, nr. 23: *res, que in Falcidia nobis reservatum abeamus, oc est quarta porcio secundum legem nostram Romanam . . . de ipsa Falcidia . . . quarta parte in Falcidia nobis reservamus*; nr. 56: *quarta Falcidia nobis reservavimus*; nr. 99: *quarta vero Facilia (!) reservavimus.* 8) Pardessus nr. 393: *Relinquimus quoque propriis heredibus nostris in Faldidio (l. Falcidia) villas* etc. 9) Glossa codicis S. Galli saec. VII—VIII: *Falcidia: quarta pars*, et Glossarium Salomonis III. episcopi Constantiniensis et abbatis S. Galli, ubi Isidori verba legem Falcidiam explicantia: *ne quis plus testamento legaret, quam ut quarta pars superesset heredibus*, ita redduntur: *ne quis plus in extraneis ligaret, quam ut quarta pars superesset heredibus*; Conrat, Epitome exactis regibus, Add. IV, p. 191. 192; cf. Isidori Origg. V, 15. Raetica exempla vide infra.

*heredibusque reservanda 'posuerunt'; ita ut etiam rebus, in quibus Falsicia posita erat, forte distractis, opus esset Falsiciam inde 'excipere' et in alia facultate apud venditorem remanenti 'ponere'; qua de causa Falsicia etiam in venditionum cartis memoratur*[1].

*Convenit iste Raetorum usus accurate cum lege nostra Romana, ubi XXIII*, 12. *legitur:*

Quicumque homo ingenuus de facultatem suam alicui cartam fecerit et mortuus fuerit, ille qui ipsam cartam recepit ad heredes mortui legitimam porcionem docere debit. — Et ille, qui illam cartam habet, ante ipsum iudicem ad illos heredes legitimam porcionem consignet, quid eis pater eorum pro ipsa carta dimississet. Si ille, qui cartam habet, hoc consignare potest, sua carta integra obteneat firmitatem.

*Legitimam ergo portionem, sc. 'Falsiciam, hoc est quarta portio', pro qualibet donatione in ipsa carta donationis donatario designari oportebat, quam si donatarius heredibus donatoris donationi utpote legitimam eorum portionem exhaurienti repugnantibus, 'docere', i. e. demonstrare non potuit, donatio rescindebatur. Quam quartae reservandae rationem non nisi et in lege nostra et in cartis Raeticis invenimus.*

*Ab Francisco Schupfer ad originem Italicam probandam etiam affertur, et in iure hereditario legis parentes partis paternae parentibus maternis praecedere*[2], *et filium familias non solum per commendationem ad regem vel ad potentem quemlibet, sed etiam per matrimonium et separatam oeconomiam (emancipatio quae dicitur Saxonica) emancipari*[3]. *Quae quamvis ex parte ex Langobardorum iure duci possent, tamen hoc communis iuris Germanorum, illud iuris Alamannici esse, iam R. L. de Salis satis monuit*[4].

1) Hae sunt cartae Raeticae, quae quartae sive 'Falsiciae' mentionem exhibent. 1. Testam. Tellonis, a. 766, Mohr, Cod. dipl. nr. 9. I, p. 16 sq.: *Hoc stabilimentum proponimus, et quidquid immemores fuimus aut in haec donatione sanctorum non conscripsimus praeter quartam, quam reliquimus curti nostrae Flumini, de omnibus rebus nostris absolucionem uti conscripta est, permanere.* — 2. Donatio Vigilii, a. 852 (859 ?), Wartmann, 'UB.' nr. 421, II, p. 41: *omnia et ex omnibus sicut lex continet, ex[c]eptu Falsicia anteposita, hoc est quarta porcione, aliut omnia trado ad filii mei J. potestatem.* . . . 3. Venditio curtis, a. 858 (865 ?), Wartmann, 'UB.' nr. 458, II, p. 75: . . . *cortinum tradimus sine quarta et censo perpetualiter in proprietatem.* — 4. Venditio curtis, a. 933, Wartmann, 'UB.' nr. 791, III, p. 12: *et Falsicia exinde in alia nostra terra in roncale, et Falsicia de illum cortinum . . . in alio nostro cortino [posuerunt ?] . . . et tradiderunt venditores emtori . . . sine omnem censum.* — 5. Donatio mortis causa mutua inter coniuges, a. 931, Wartmann nr. 789, III, p. 10: *Ego Magnus . . . antepono Falsicia et antepono, quae pro anima dare cupio. . . . Et similiter facio ego Quintella . . . antepono Falsicia et antepono* etc. — 6. Donatio, a. 1105, Mohr, Cod. dipl. nr. 104, I, p. 148, ubi comes Burchardus medietatem facultatis tradidit: . . . *et Falsicia misit comes* (qui est donator) *in medietate suum proprium in vico Lopine.* — 7. Donatio, a. 1105, ibid. nr. 105, p. 149: *Traiecit et fecit cartam* (comes B.) *et Falsicia misit in sua medietate.* . . . 8. Donatio ministerialium a. 1160, ibid. nr. 136, p. 188 sq.: *Falsitiam mitto [exinde?] et in aliis meis [ministerialibus?], scilicet de Mont Gerildam cum filiis etc.* . . . 9. Donatio curtis et familiae, a. 1161, ibid. nr. 137, p. 192: *Falsitiam excipimus et ponimus de supradicta terra et nominata . . . unum pratum subtus Sindes. . . . Falsitiam de familia supra nominata ponimus in alia familia Vetane* etc. — 10. Donatio curtium et familiae, a. 1161, ibid. nr. 138, p. 194: *Falsitiam excipimus et ponimus de terra supradicta et nominata curtim de Salina et curtem de Zarnez; de familia Falsitiam ponimus in aliam familiam, Botium filium* etc. . . . 11. Pax inter episcopum Eginonem Curiensem cum Ulrico comite aliisque et Gebehardum comitem, ad a. 1177, ibid. nr. 144, p. 203 sqq.: . . . *ex his quoque omnibus, quae ecclesiae Dei donaverat (sc. Ulricus), quartam partem, quae vulgo Falsitia dicitur tam in hominibus quam praediis secundum ritum provinciae praedicto Gebhardo filio fratris sui ex integro contradidit.* . . . p. 205: *Dominus itaque Ulricus . . . illi (G.) reddidit, et ut omnia, quae ipse de sua hereditate ecclesiis Dei ordinaverat, rata et inviolata existerent, quartam quoque partem plenarie omnium praedictorum, quae ecclesiis ordinaverat, quae ipse dum viveret retinere debuerat, ad praesens illi (sc. G.) dimisit: quae quarta pars ei nominata et ab ipso locudata ac benigne suscepta est.* . . .

2) Cf. XXVI, 9.

3) Cf. XXII, 6; XXIII, 7, 1.2; XXIV, 8.

4) Cf. de Salis l. c. p. 171 sq. et commentationem meam p. 33.

*Quod vero contendunt Fr. Schupfer et R. Wagner propter mare in XXIV, 7. commemoratum legem in Raetia scribi non potuisse, ipsi rei prorsus contrarium est. Antiqua enim interpretatione de iactu nautico agente expressis verbis maris mentionem quidem non exhibet. Mare autem iam epitome Aegidii dicta continet.*

*Auctor autem legis nostrae, qui non tam ex ipsa lege Romana Visigothorum, quam ex recensione quadam, plerisque quidem locis cum illa concordante, nonnullis autem epitomae Aegidianae propinquiore, hausisse videtur, maris mentioni etiam fluminum et lacus exempla, quae in nulla alia legis Visigothorum recensione leguntur, addidit. Quae res multo magis Raeticum auctorem quam maritimum demonstrare videtur, praesertim cum, ut monuit H. Brunner in legis titulo illo pro iactu mercium, quae navis periclitantis levandae causa fit (avaria, 'Haverei'), de quo in ipsa lege Romana Visigothorum agitur, mercedem pro mercium vel navis ex naufragio conservatione ('Bergelohn') tractaverit*[1].

*Legem non in Italia scriptam esse, testatur etiam usus exfestucationis, sicut in XXIV, 2. apparet, qualem Francici iuris auctoritatem et usum extra regnum Francorum fuisse negaverim. Idem testantur etiam verba 'amallare' et 'fretum' haud raro in lege adhibita*[2]*, quae ante regnum Langobardorum a Karolo Magno expugnatum in Italia in usu non fuerunt. Legem autem antea scriptam esse non est dubitandum.*

## §. 4. *De tempore legis.*

*Legem enim non IX. demum saeculo medio vel exeunte ortam esse, ut ii, qui de ea novissime tractaverunt, opinati sunt, sed paulum post medium saeculum VIII. iam exstitisse, efficitur ex testamento Tellonis episcopi Curiensis a. 766. conscripto, quod verba ex lege nostra recepisse supra exposui*[3]*. Aliud maioris antiquitatis argumentum praebent statuta illa, quae dicuntur capitula Remedii, quae quasi lex novella ad usum iudicum curialium episcopi Curiensis legi, ad quam nonnulla statutorum praecepta respiciunt, subiecta esse vidimus. Quod cum tempore Remedii episcopi factum sit, legem saeculo IX. ineunte iam adfuisse oportet*[4].

*Convenit cum hoc tempore, quod in lege vox beneficium non iam in significatione feudali adhibetur, sed vox illa eodem modo atque in cartis Baiuvaricis saec. VIII. ad dona principum proprietati cuidam data ibi refertur*[5]*. Nam quod viri docti existimaverunt, instituta feudalia in lege iam valde adulta apparere, re vera probari non potest; neque enim de beneficiis hereditariis in ea agitur, neque officia beneficiorum nomine appellantur*[6]*, neque etiam milites*[7] *et seniores, qui in lege commemorantur, notione feudali accipiendi sunt.*

*Quibus ex rebus nullo modo posterioris originis argumenta sumi possunt; neque vero id Francisco Schupfer concesserim, exemplum commendationis, quod refertur in lege nostra XXVII, 1, 3, ubi ingenuus se 'pro servo' cuidam commendat 'propter malorum hominum forcias', magis cum saeculo IX. quam cum priore aetate convenire; quoniam in formula Turonensi, certe quidem non post saeculum VIII. scripta*[8]*, eadem fere leguntur.*

1) Cf. commentationem meam p. 34. 2) *amallare:* II, 1, 2; 5, 4. IV, 15, 1; 16, 1. IX, 1, 4. XIX, 1; *fretum:* II, 18, 2. IV, 15, 2; 19, 1. 3) Cf. supra p. 297. 4) Cf. supra p. 298. 5) Cf. commentationem meam p. 43 sqq. 6) VI, 1; cf. l. c. p. 44. 7) l. c. p. 45. 8) Form. Tur. 43; LL. Form. p. 158.

*Ad posteriorem illam aetatem legem revocandam esse ideo etiam existimaverunt viri docti, quia principum, quam significationem plerumque ad magnos regni vasallos retulerunt, potestas in lege iam regalibus iuribus aucta videretur, ipsorum regum potestate iam admodum minuta. Principes vero plerisque locis non proceres, sed ipsi reges vel eorum locum tenentes, scilicet maiores domus et fortasse duces finitimae provinciae Baiuvariae, intelligendi videntur*[1].

*Neque etiam quod mancipia in lege inter inmobilia habentur, ut existimatur, posterioris originis indicium est, cum etiam in formula quadam non post a.* 774. *conscripta servus in iudicio ut res inmobilis vindicetur*[2].

*Priori autem aevo legem adscribendam esse etiam ipsi legis codices testantur, quoniam duo saec. IX, tertius saec. IX—X. scripti esse videntur. Cum autem duo ex his codicibus ad exemplar quoddam referendi sint, quod usu, ut videtur, detritum et mutilatum lacunas praeberet, quas alterius codicis scriptor agnovit quidem, sed explere non iam potuit, eos vix paulo post legem ortam scriptos esse crediderim.*

*Quae cum ita sint, non est dubitandum, legem iam anno* 766. *exstitisse. Neque vero multum antea eam conditam esse crediderim. Iam supra monui, principes legis regiam potestatem exercentes fortasse ad maiores domus referendos esse. Id etiam coniecerim, auctorem legis ante Pipinum regem factum legem scribere coepisse, postea finivisse. Nam in libris I—VII. regis nomen nusquam occurrit, sed saepius principes regia potestate functi memorantur; libro tamen VIII, tit.* 4. *legimus de 'elevatione regis', inter gaudia publica primo loco computata; postea autem saepius regis fit mentio*[3]. *De 'elevatione regis' ex aevo Merowingico raro aliquid traditur, vocibus 'elevari' et 'elevacio' tunc temporis praecipue de elevatione in clypeum facta intellectis; quali elevatione Franci in regulari hereditaria regum successione uti non soliti sunt. De Pippino autem regalem honorem accipienti referentes scriptores plerique vocibus 'elevatio' vel 'elevare' usi sunt; quod postea rarius fit. Idcirco legem nostram medio saec. VIII. scriptam, ante* 751. *coeptam, postea finitam esse existimaverim.*

§. 5. *De editionibus legis.*

*Principem editionem ad codicem tunc Utinensem paravit* ***Cancianus****, Barbarorum leges IV (Venetiae* 1789*), p.* 461 *sqq., codicem admodum accurate secutus. Secunda, quae exstat, editio, apud* ***Walter****, Corpus iuris Germanici antiqui III. (Berolini* 1824*) p.* 691 *sqq. Canciani textum cum paucis mendis repetivit. Tertiam editionem post codices duos Sangallenses inventos, ad horum potissimum fidem, sed etiam Canciani textu adhibito, instruxit G.* ***Haenel*** *in editione Legis Romanae Visigothorum, Lipsiae* 1849*, sub nomine Epitomes S. Galli. Potissimum ad editionem Gustavi Haenel textum repetivit* ***Planta*** *in libro suo inscripto: 'Das alte Raetien', Berolini* 1872*, p.* 452 *sqq.*

*Haec autem novissima nostra editio prima est, quae omnibus codicibus accuratius perscrutatis paratur. Quam regulam criticam ad textum constituendum secutus sim, iam supra p.* 295. *exposui. Ordinem codicum A sequor. Librorum et titulorum numeri in codicibus traduntur, paragraphorum vel capitum a me instituti, sed inter uncinos positi sunt. Infra legis textum posui illos legis*

1) I, 2, 3. 4. 5; 3; 9, 2. II, 1, 5. 6; 4, 1. III, 10; 19, 2; VI, 1; XI, 8, 1; XXII, 1, 2. Cf. commentationem meam p. 39 sqq.
2) Form. Sal. Merk. 30; Form. p. 252.
3) Sc. praeter VIII, 4. etiam X, 1. 6; XXIII, 7, 1. 2; XXIV, 8, 1.

*Romanae Visigothorum vel epitomarum locos, ad quos scriptus esse videtur. Lectiones codicum accuratius adnotavi, iis solis levissimis ad rem orthographicam spectantibus omissis, quas saepius repetere opus fuisset. Itaque* e *pro* ae *vel* ę, -ci- *pro* -ti-, forsitam *pro* forsitan, eclesia *pro* ecclesia *et vice versa in lectionibus referendis plerumque non adnotavi. Neque etiam abbreviationes saepius occurrentes, ut* .Cons. *pro* Constantinus, Dā *pro* Data, *semper notavi, neque inter varias, sed eadem significantes, ut inter* imp. *et* impt., *inter* Cons., Const. *et* Constant., *inter* an. *et* ann. *semper distinxi.*

*Subicienda duxi ipsi legi statuta illa Curiensia Remedii episcopi tempore ad supplendam legem adiecta, quae, quamvis iam supra in hoc volumine a Gustavo Haenel b. m. edita sint, nullo modo ab ipsa lege separanda esse videntur. Accedit, quod et in textu et in annotationibus quaedam corrigenda videbantur. Hoc loco sufficiat monuisse, non ipsum Remedium episcopum auctorem statutorum fuisse, neque enim solum auctor de eo tertia persona loquitur, sed etiam se canone quodam V, quod adhuc credebatur, quoddam statuisse minime contendit, cum pro lectione priorum editorum* can. V., *re vera scriptum sit:* tantum. *Capitula autem a conventu quodam clericorum et officialium Remedii episcopi Curiensis ad ius criminale legis reformandum statuta esse videntur*[1].

*Dabam Berolini mense Iunio* 1888.

*Karolus Zeumer.*

1) Cf. Brunner, 'D. RG.' I, p. 363, et commentationem meam p. 47 sqq.

# IN NOMINE SANCTAE[a] TRINITATIS INCIPIT[b] LIBER LEGUM[b].

## INCIPIUNT CAPITULA LIBRI[c] PRIMI LEGIS[c].

I. De constitutionibus[d] principum.
II. De diversis[e] rescriptis.
III. De mandatis principum.
IV. De responsis[f] prudentium.
V. De officio[g] prefectorum[h] predorio[i].
VI. De officio[k] rectorum provinciae.
VII.[l] De officio[m] iudicum civilium.
VIII.[n] De officio[g] iudicum militarium.
IX. De officio[k] iudicum omnium.
X. De defensoribus civitatum.
XI. De assessoribus et domesticis vel cancellariis.

## INCIPIT[o] TEUDOSIANI LEGIS LIBER PRIMUS.

### I. De constitutionibus principum et edictis[a].

[1]. Imperator[b] Constantinus Augustus[c] ad Lusidanos[d]. Data VII. Kal. Agus.[e]. Interpretatio[f]. Quaecumque leges[g] sine die[h] et consules[i] fuerint prolate[k], non valeant.

[2]. Item alia. Imp. Valentinianus et Teudosius[a] et Archadius Auggg.[b] Data VI. Kal. Iul.[c] Interpretatio. Legem[d] nescire nulli homini liceat, et que secundum lege[e] est iudicatum[f], omnis homo sciat, ut hec custodire debeat[g].

[3]. Item alia. Augustus[a] Teudosius[b] Aureliano[c] prefecto[d] pretorio[d]. Data III. Kal. Mar. Interpretatio. Haec lex anteriores leges[e] non vetat, sed et[f] in presenti et[f] in futuro confirmat[g].

---

INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER I.

I. De constitutionibus principum et edictis.

1. Imperator Constantinus A. ad Lusitanos. . . . . . Dat. VII. Kal. Aug. Sabariae, Probiano et Iuliano VV. CC. Coss. Interpretatio. Quaecumque leges sine die et consule fuerint prolatae, non valeant.

2. Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. . . . . . Dat. VI. Kal. Iun. . . . . . Interpretatio. Leges nescire nulli liceat aut quae sunt statuta contemnere.

3. Iidem AAA. Aureliano Pf. U. . . . . . Dat. III. Kal. Mart. . . . . . Interpretatio. Omnes leges non ea quae anteriore tempore acta sunt damnant, sed in futurum observanda constituunt.

---

a) sancte *A* 1. 2. b) *ita B;* I. L. L. *des. A* 1. 2. c) I. P. L. *des. B.* d) cõnstitutionibus *A* 1. e) diversi *A* 2; diversis scriptis *B.* f) res prudencium *B.* g) offici *A* 1. h) perfectorum *B.* i) *corr.* pretorio *A* 2. k) officia *A* 2. l) *hac rubrica a correctore post addita, numerus deest A* 1. m) *ita B;* officiũ *A* 1; officia *A* 2. n) VII. *etc. A* 1. o) Item Teudosii liber I. *B.*

I. a) edicti *A* 2. b) *haec vox in codicibus plerumque abbreviata legitur.* c) Ag̃ *B.* d) Lusidanus *A* 1. 2. e) Agũs *A* 1; Augs *A* 2; Ag̃ *B.* f) Incipit *B.* g) leg *A* 2. h) diem *B.* i) csls *A* 1. 2; cls *B.* k) prolata *B.*

[2]. a) *ita B;* Theudosius *A* 1; Teodosius *A* 2. b) Aggg *B;* Augustus *A* 2. c) Iulias *A* 2. d) *ita A* 1, *add. man.* 2. *B;* lege *A* 2. e) legem *A* 2. f) iudicatum est *A* 2. g) debeant *B.*

[3]. a) Ag̃ *B.* b) Teudõs *B;* Teudhosius *A* 1; Theodosius *A* 2. c) Aurilianο *A* 1. d) p̃fo *codd.* e) leg *A* 2. f) in perpetuum *(corr.* perpetuo*) A* 2 *pro* et — et. g) confirmet *A* 2.

[4]. Item[a] Augg.[b] Victorio[c]. Data[d] XI. Kal. Septemb.[e] Interpretatio[f]. Legis[g], quem[h] omnes[i] tenere debent, nec propter unum hominem, nec propter unam causam non inmutetur.

## II. De diversis rescriptis.

[1]. Imp. Constantinus[a] Augg.[b] ad populum. Interpretatio. Quicumque homo, qui de qualecumque causa ad iudicem contra legem[c] inpetraverit, non valeat firmitatem.

[2]. Item alia. Quicumque homo beneficio de qualecumque rem[a] ad principem per servicio[b] suo reciperet, si mortuus fuerit, antequam ipsa[c] causa consequat, heredes eius ipso beneficio per principem[d] habere liceat[1].

[3]. Item alia interpretatio[a]. Quicumque de aliqua causa per fraudolenta[b] suggestione[c] homo ad principem aut inducias aut[d] concessionem[e] reciperet[f], inducias[g] aliquantum concedi potest[h], nam tales[i] concessio non valeat[k, 2].

[4]. Item alia interpretatio. Omnis iudex, qui haec[a] non custodierit, quod principes[b] per legem iudicant[c], ad estimacione[d] principis ipso iudice damno[e] condemnetur[f].

[5]. Item alia interpretatio. Quicumque alicui aliquam[a] rem debet et per principem, aut per[b] iudicem eum dilatare voluerit, ut[c] ipsum debitum non reddat, et nec si iudex ei exinde licenciam dederit, talis[d] suggestio[e] secundum legem[f] non optineat[g] firmitatem.

[6]. Item alia interpretatio. Si duo heredes de sua facultate[a] ante iudicem[b] causa[c] habuerint et, dum ipsa causa inter se habuerint[d], mortui fuerint, ipsorum heredes[e] ipsa causa de presente inter[f] se agere debeant; quod si ea[g] tacere[h] voluerint, ut de presente

---

4. Iidem AAA. Victorio proconsuli Asiae. . . . . . Dat. XII. Kal. Sept. Interpretatio. Legem, quae communiter omnes tenet, unius persona vel una causa non vacuet.

II. De diversis rescriptis.

1. Imp. Constantinus A. ad populum. Contra ius rescripta non valeant, quocumque modo fuerint impetrata. Quod enim publica iura praescribunt magis sequi iudices debent. . . . . . Interpretatio. Quaecumque contra leges a principibus fuerint obtenta non valeant.

2. Interpretatio. Beneficia principum, quae illi, qui meruerunt interveniente morte non fuerint consecuti, successoribus eorum exsequi liceat, ut beneficia heredes ab auctoribus suis impetrata percipiant.

3. Interpretatio. . . . . . Et ideo moratoria praescriptio per rescriptum principis supplicantibus concedi potest; peremptoria concedi non potest, et si concessa fuerit a principe, non valebit.

[4]. 5. Interpretatio. Feriantur iudices damno, qui data secundum leges principis praecepta contemserint aut colludio quocumque distulerint.

[5]. 6. Interpretatio. Si cuiuslibet rei debitor convictus propter differendam solutionem a principe inducias impetraverit, beneficium quod obtinuerit non valebit, sed cautionem suam implere cogatur.

[6]. 7. Interpretatio. Si quis principi de negotio suo preces obtulerit, litem contestatus esse cognoscitur. Et si defunctus fuerit is, qui preces obtulerit, vel is, contra quem obtulit, actio et heredibus defuncti et contra heredes pulsati salva

---

[4]. a) alia *add. B.* b) Augustus *A* 2. c) Victurio *B.* d) dā *B.* e) Sept. *A* 2; Sep̄ *B.* f) INCP̄ *B.* g) lege *B.* h) quae *A* 2. i) om̄ *A* 1.

II. a) *A* 2; Constantini *A* 1; Constañ *B.* b) *ita A* 1. *B;* Augustus (us *bis scr., sed eras.*) *A* 2. c) *A* 2; le *A* 1; lege *B.*

[2]. a) re *A* 1. b) servitium suum reciperit *A* 2. c) ipsam causam *B.* d) principe *A* 2.

[3]. a) *deest B.* b) fraudulentia *A* 2. c) *A* 2; suggestionem *A* 1; suggessione *B.* d) adut *corr.* aut *A* 1. e) *ita A* 2. *B;* concessione (ne *man.* 2. *add.*) *A* 1. f) *deest B.* g) *erasum B.* h) debet *B.* i) tales *corr.* talis *A* 2; tal *B.* k) valet *B.*

[4]. a) legem *pro* haec non *B.* b) princeps *B.* c) iudicāt *A* 1. 2; iudicat *B.* d) *ita B;* stimacionem *A* 1; stimatione *A* 2. e) *ita A* 2 *et, literis* dā *erasis, B;* damnum *A* 1. f) contemnetur *B;* condemptur *A* 1.

[5]. a) aliqua *A* 2. b) *deest B.* c) *ita B;* et *A* 1. 2. d) tales *corr.* talis *A* 2. e) *ita A* 2; suggextio *A* 1; suggessio *B.* f) lege *A* 2. g) obtineat *A* 2; opteneat *B.*

[6]. a) *ita B;* facultatem *A* 1. 2. b) *ita A* 2. *B;* iudice *A* 1. c) causam *B.* d) habuerant *A* 2; habent *B.* e) heredum ipsam causam *B.* f) agere inter se agere *A* 1. g) eam *B.* h) *ita codd.*

1) Beneficium hoc loco rem iure beneficiario datam significare, ut viri docti existimaverunt, minime concesserim, praesertim cum locus admodum accurate ad antiquam interpretationem scriptus sit. Auctor legis nostrae fortasse de donis eiusmodi, qualia duces Baiuvariorum saec. VIII. beneficiorum nomine concedere solebant cogitavit. Cf. commentationem meam p. 42 sqq.; H. Brunner, 'Die Landschenkungen der Merowinger und der Agilolfinger' p. 13 sqq.

2) Cf. Chlotacharii II. praeceptio LL. Capitularia I, p. 19: *Si quis auctoritatem nostram subreptitie contra legem elicuerit fallendo principem, non valebit;* et infra I, 2, 5; II, 4, 1.

eam[i] inter se non deliberaverint[k], post longum tempus secundum legem ipsam[l] causam agere non possunt.

### III. De mandatis principum.

Imp. Gracianus et Valentinianus[a] et Teudosius[b]. Data[c] X. Kal. Iul.[d] Interpretatio. Quicumque homo se[e] com mandatis principum in secreto aut de puelle sponsalias vel nuptias[1] vel qualecumque rem[f] se per iussionem principis accipere dicere[g], non sit[h] ei credendum, nisi si[i] specialiter aut cum litteras[k] aut cum tale[l] iussione[m] de suo principe venerit, ut omnes sciant; set[n] si sic fecerit, postea ei credendum est.

### IV. De responsis prudentum[a].

Imp. Theudosius[b]. Data[c] VII. Id. Novemb. urbis[d] Rome. Interpretatio[e]. Haec causa sicut Papiani, Pauli, Gagii[f], Ulpiani[g], Modestini et Scifola[h], Savini, Iuliani atque[i] Marcelli est[k]. Isti[l] viri[m] clarissimi consilium[m] in suis corporibus melius esse non cognoverint[n], et in his libris sic continent[2]: Ubi de accionem iudiciarie contenditur, vel ubi inter duos heredes de ipsorum facultatem intencione[o] inter se habuerint[p], si unus de illis habuerit amplius homines, qui eius causam[q] teneant[q], quam ille alius: qui maiorem numerum habuerit de bonos[r] homines, ipse in iudicio secundum legem suam[s] causam[s] vincat[3]. Et si forsitan[t] de[u] homines equalem[v] numerum[v] habuerint, precedat eius auctoritas, qui in lege Papiani[4] pro[w] se[w] alicum titulum invenerit, ipsa[x] causa vincat.

---

permaneat, quia causa, actione contestata, ea quae competebat defuncto competit et heredi. Si vero auctor quolibet ordine repetitionem suam praesens non publicaverit, heres eius, unde auctor actionem non proposuit, agere prohibetur.

#### III. De mandatis principum.

Impp. Gratianus Valentinianus et Theodosius AAA. . . . . . Dat. XV. Kal. Iul. . . . . . Interpretatio. Si quis asserat cum mandatis dominorum se venire secretis, omnes sciant, nemini quicquam, nisi quod scriptis probaverit, esse credendum, nec ullius dignitate terreri, sed in omnibus scriptis principis esse credendum.

#### IV. De responsis prudentum.

Impp. Theodosius et Valentinianus AA ad Senatum urbis Romae. . . . . . Dat. VIII. Id. Nov. Ravenna. . . . . . Interpretatio. Haec lex ostendit, quorum iuris conditorum sententiae valeant, hoc est Papiniani, Pauli, Gaii, Ulpiani, Modestini, Scaevolae, Sabini, Iuliani atque Marcelli, quorum si fuerint prolatae diversae sententiae, ubi maior numerus unum senserit, vincat. Quod si forsitan aequalis numerus in utraque parte sit, eius partis praecedat auctoritas, in qua Papinianus cum aequali numero senserit, quia ut singulos Papinianus vincit, ita et cedit duobus. Scaevola, Sabinus, Iulianus atque Marcellus in suis corporibus non inveniuntur, sed in praefatorum opere tenentur inserti. . . . . .

---

i) ea *A 2*. k) *ita B;* deliverint *A 1*; diliverint *A 2*. l) ipsa causa *A 2*.

III a) Valencianus *B*. b) Teudhosius *A 1*; Teudòsia *B*. c) dā *B*. d) Iulias *A 2*. e) secom mandatis *A 1*; secō mandatis *A 2*; se cōmendatis *B*. f) *deest A 2*. g) *supplendum videtur* voluerit *vel* ausus sit. h) se *B*. i *deest A 2*. k) literas *B*. l) tali *B*. m) iussionem *A 2*. n) sed *A 2*; *deest B*.

IV. a) *ita B;* p̄dendum *A 1*; prudentium *A 2*. b) *ita A 2*; Tehudosius *A 1*; Teudō *B*. c) dā *B*. d) u. R. *man. 2. add. A 1*. e) incp̄ (= incipit) *B*. f) Gagi *B*. g) Uulpiani *A 2*. h) Escifola *B*. i) adque *A 1*. k *B*, *deest A 1. 2*. l) *deest B*. m) ṽ clmi const *B*; vero cleñs const *A 1*; vero clemens const *A 2*; *de lectione dubitandum videtur*. n) *ita A 2. B;* cognoverunt *A 1*. o) intencionem *A 1*. p) habuerent *corr.* habuerint *A 2*. q) causa teneat *A 1*. r) bonus *A 1*. s) sua causa *A 1*. t) forsitam *A 1*. u) *deest B*. v) aequali numero *B*. w) *des. B*. x) ipsā causā *B*.

1) De praeceptis principum, i. e. regum, quibus mandaverunt puellas vel viduas cuidam sponsari vel in matrimonium dari, Merovingico aevo saepius, Carolino non legimus. Cf. E. Loening, 'Gesch. d. D. Kirchenrechts' II, p. 604 sqq., ubi recte ex hoc loco colligitur, mandata eiusmodi haud raro expetita et data esse. 2) Apparet auctorem legis hoc caput prorsus male intellexisse, cum crederet iureconsultos Romanos illos in eorum libris constituisse, eam partem in iudicio vincere debere, quae maiorem testium vel iuratorum numerum in causa produceret; pari autem numero ex utraque parte adducto, eam vincere, quae ex lege Papiani titulum pro se afferre posset; cf. n. 4. 3) Vide infra XI, 13: . . . *postea iudex, quem honestiores et meliores et plus iustas personas viderit, nisi si minor numerus sit, ipsa pars iurare debet;* XXIV (= Paul. II), 1, 1: *ambe partes in placito iuratores presentare debent; et qui meliores aut plus iustas personas habuerit, ipse iuret.* Cf. Stobbe, Lex Rom. Utin. p. 56. 4) 'Papiani liber' Lex Romana Burgundionum in codicibus saec. IX. dicitur, ad quam etiam legis nostrae auctor hoc loco respicere videtur; cf. LL. III, p. 595 sq.

## V.[a] De officio[b] prefectorum predorio[c].

Imp. Constantinus[d]. Data[e] XVI. Kal. Novemb. Interpretatio[f]. Quicumque ingenuus[g] homo ante iudicem qualecumque causa habuerit, et ante ipsum iudicem de[h] ipsam[i] causam convictus[k] fuerit, si postea ante alium iudicem venire voluerit, non eum vetetur venire; si forsitan ante[l] illum suam causam per lege recuperare[m] potuerit, suam iusticiam habeat. Et quod si ibidem iterum de ipsa causa convictus fuerit, si bona persona est, duos annus[n] in exilio mittatur[o], et medietatem[p] de sua facultate[q] fiscus[r] adquirat; et quod si minor persona fuerit, duos annos[s] in metallo teneatur.

## VI. De officio rectorum provincie.

[1]. Imp. Constantinus[a]. Data Kal. Novemb. Interpretatio. Si iudices contra racionem de qualecumque hominem ipsorum pecunia[b] in sportulo[c] tollere voluerint, secundum legem gladio puniantur[d].

[2]. Item alia interpretatio. Quicumque iudex sciat, se[a], cum[a] causas iudicaverit, non se abscondat in remoto loco neque ipse[b] solus iudicium donet, sed cum bonos[c] homines et in aperto domo, ut quicumque intrare voluerit, licenciam habeat[d], et ante plures homines suum[e] iudicium donet et quod rectum est iudicet.

[3]. Item alia interpretatio. Iudices[a] provinciarum hoc scire debent, ut de omnes[b] homines[b] causas talem[c] curam habere[d] debeant, ut nullum[e] hominem per suam potenciam vel pro gracia[f] de suo[g] seniore pauperes oppremere[h] non presumant[i], sed ipse iudex inter potentem[k] et pauperem[k] equaliter[l] inter eos iustum iudicium donet.

[4]. Item alia interpretatio. Iudices provinciarum opera[a] dare debent, ut per singulos agros et loca tales ordinent[b] actores, ut, sicut de publica[c] causa curam[d] habent[e], sic[f] et de omnes[g] pauperes sine omni[h] iniquitate vel premium agere debeant. Si hoc facere neglexerint[i], pena[k] iudicis vel civium in se noverint esse vindicandam.

---

### V. De officio praefectorum praetorio.

Imp. Constantinus A. . . . . . Dat. XIII. Kal. Nov. . . . . . Interpretatio. Quicumque causa dicta discussoque negotio a quocumque fuerit superatus et hanc ipsam litem postea reparare tentaverit, si pro ipso, qui antea addictus est, fuerit legibus lata sententia, prius iudicium non valebit. Nam si et apud alium iudicem fuerit superatus, si digna idoneaque persona est, biennio in exsilium deputetur, et medietatem facultatum suarum fiscus acquirat; si vero indigna et pauperior persona est, in metallum biennio deputetur.

### VI. De officio rectoris provinciae.

1. Imp. Constantinus A. . . . . . Dat. Kal. Nov. . . . . . Interpretatio. Officiales omnium iudicum venales esse non audeant, neque pretium de introitu occurrentium aut litigantium vel egressu requirant. Sed interpellantes tam divites quam sine ullo praemio pauperes audiantur. Quod si rapaces esse voluerint, gladio puniantur. . . . . .

2. Interpretatio. Iudex hanc sibi praecipuam curam in audiendis litibus impendendam esse cognoscat, ut litigantium causas ingiter adhibita aequitate discutiat, sciturus, non se in secretis domus aut in quibuscumque angulis finitivam sententiam prolaturum, sed apertis domus suae ianuis intromissisque turbis, ut neminem lateat, quicquid secundum legum vel veritatis ordinem fuerit iudicatum.

[2]. 3. Interpretatio. Iudices, postquam se de consessu publico in domum suam receperint, libellos a litigatoribus non accipiant nec sine officio suo de causis alienis vel de statu aliquid cognoscant.

[3]. *Cf. infra* §. 5.

4. Interpretatio. Iudices provinciarum operam dare debebunt, ut per singulos agros et loca sollicita inquisitione discurrant et per se, qualiter in solutione publici debiti cum possessoribus agatur, agnoscant. Cuius rei curam si implere neglexerint, querelam civium non dubitent in se severissime vindicandam.

---

V. a) V *e corr.* *A* 2. b) oficio *A* 1. c) *ita* *A* 1; predorio *corr.* pretorio *A* 2; predonum *B*. d) *ita* *A* 2; Conšt *A* 1; Coñs *B*. e) dā *B*. f) Incp̄ *B*. g) inienuus *A* 2. h) illa *add.* *A* 2. i) *radendo corr.* ipsa causa *A* 2. k) convinctus *B*. l) per *B*. m) recuberare *A* 1. n) ann. *A* 2; annos *B*. o) mittantur *rad. corr.* mittatur *B*. p) medietate *B*. q) facultatem *A* 2. r) *ita* *B*; fiscos *A* 1; fiscos *corr.* fiscus *A* 2. s) ann. *A* 2. *B*.

VI. a) Coñs *A* 1; Cōnstāñ *A* 2; Conšt *B*. b) pecuniam *B*. c) sportula *B*. d) puniatur *B*.

[2]. a) secum *A* 1. 2; se dum *B*. b) *deest* *A* 2. c) bonus *A* 1. d) *ita* *B*; *ead. man. corr.* habeant *A* 1; habeant *A* 2. e) sua iudicia *B*.

[3]. a) iudex *A* 2. b) hom̄s (*corr.* om̄s) homines *B*; omne homine *A* 1. 2. c) tale cura *A* 2. d) habeant *pro* h. d. *B*. e) nullus *A* 2. f) graciam *B*. g) suos seniores *B*. h) *corr.* opprimere *A* 2; opprimere *B*. i) presumat *A* 1. k) pauperem et potentem *B*. l) aequaliter *B*.

[4]. a) *A* 2; operra *A* 1; ordinare *pro* opera dare *B*. b) *B*; ordinet *A* 1. 2. c) puplica *A* 2. d) cura *A* 2. e) habeant *A* 2. f) si et *B*; si *A* 1. 2, *ubi* et *deest*. g) omnium pauperum *B*. h) omnem iniquitatem *B*. i) neclexerint *A* 1. k) poenas *A* 2.

[5]. Item alia interpretatio[a]. Iudices[b] provinciarum hoc sciant, ut summam[c] sollicitudinem[d] habeant per omnia[e] loca, ne actores potentum aliquid[f] circa pauperes homines inlicite aut iniuste faciant.

### VII. De officio iudicum civilium.

Imp. Archadius[a]. Data III.[b] Non. Feb. Rome. Interpretatio. Si quicumque persona[c] de qualecumque actum[d] aut dignitatem per principem[e] honoratus[f] fuerit, sed[g] cum altero hominem de quacumque rem[h] causam[i] habuerit et ante iudicem venerit[k], ille honoratus, dum ipsam[l] causam agit, cum iudice[m] non resedeat, sed ipso ordine iudicetur, sicut et[n] alias personas, qui in illa[o] patria[1] manent. Et nec[p] post meridię[q] non liceat causas ante iudicem[r] reclamare[2]. Qui contra hoc preceptum fecerit, V pondus[s] auri solvat.

### VIII. De officio iudicum militarium.

Imp. Theudosius[a]. Data II.[b] Id. Febr. Interpretatio. Nulli penitus in cibilibus[c] causis militaris vel tuicio vel execucio tribuatur. Similiter omnes iudices, aut fescales[d] sint aut privati, hoc sciant, ut ad nullum hominem[e] non liceat[f] aliud facere, nisi inter ipsos de recta iustitia iudicare.

### IX. De officio iudicum omnium.

[1]. Imp. Constantinus[a]. Data III. Kal. Ian. Interpretatio. Nullus iudex nec nullo homini liceat nulla puella ad raptum[b] protrahere, nec nullam[c] mulierem in domo sua[d] sedentem pro nullo puplico[e] nec pro nulla causa inquietare non[f] presumat; sed si aliquid ei requirere voluerit, ad actores eius requirat, et illa femina[g] pro reverentiae[h] sexus eius non inquietet, sed summa honore ad eam servare precipimus[i]. Si quis contra hoc fecerit, sciat se summum supplicium[k] afficiendum[l] esse.

---

5. Interpretatio. Iudices provinciarum summam sollicitudinem habere debent, ne actores potentum aliquid circa inferiores personas illicite iniusteque committant.

VII. De officio iudicum civilium.

Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. . . . . . Quina itaque pondo auri tam iudici quam eius officio et honoratis parem mulctam adscribendam esse cognoscas, si quis contra praeceptum huiusmodi venire tentaverit. Dat. III. Non. Febr. Roma. . . . . . Interpretatio. Honorati provinciarum (id est ex curiae corpore), si et ipsi in lite sunt constituti, tempore, quo causae aliorum a iudicibus ventilantur, cum iudice non resideant; et litigatores meridianis horis iudicem non salutent. Si aliud praesumserint, mulctam suprascriptae legis exsolvant.

VIII. De officio iudicum militarium.

Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. . . . . . Dat. prid. Id. Febr. . . . . . Interpretatio. Nulli penitus in civilibus causis militaris vel tuitio vel exsecutio deputetur.

IX. De officio iudicum omnium.

1. Imp. Constantinus A. . . . . . Dat. III. Id. Ian. . . . . . Interpretatio Nullus iudicum matronam in domo sua residentem per quemcumque apparitorem ad publicum existimet protrahendam, sed circa eam pro sexus reverentia conventio honesta servetur; cum, si quid eam debere constiterit, constrictis eius auctoribus possit exsolvi. Nam si quis contra fecerit, summo supplicio se afficiendum esse cognoscat.

---

[5]. a) *deest B.* b) index *A* 2. c) *ita B;* summa *A* 1. 2. d) solicitudinem *A* 1. e) *ita B;* omni *A* 1. 2. f) *A* 2; aliquit *A* 1; aliqđ *B*.

VII. a) Ar̃c̃ *B*. b) tercio Nonas Feprũ Romae *A* 1. c) p̃sonã *A* 1. d) actu *A* 1. e) principe *A* 2. f) onoratus *A* 1. g) set *A* 1. h) rẽ *B*; omine *A* 1; homine *A* 2. i) causa *A* 2. k) venerit *ead. man. corr.* venerint *B*. l) ipsa *A* 2. m) iudicẽ *corr.* iudice *A* 2. n) ad *add. B.* o) ipsa *B*. p) *deest B.* q) *ita A* 2. *B;* meridie *A* 1. r) *ita B;* iudice *A* 1; iudices *A* 2. s) ponđ *B*.

VIII. a) Teũd *B*. b) *ita B;* III *A* 1. 2. c) civitatibus causas militares *B*. d) fiscales *B*. e) ominem *A* 1. f) liciat aliut *A* 1.

IX. a) Cons̃ *codd.* b) raptu *A* 2. c) nulla muliere — sedente *B*. d) suã *A* 1. e) publico *B*. f) non *deletum, in cuius loco* h̃đ *scriptum est. Verba* non — femina *in ipso contextu omissa alia manu in margine post signum* h̃p̄ *addita sunt.* g) fęmina *B*. h) reverencię *B*. i) precepimus *B*. k) suplicium *A* 1. l) *ita B;* affaciendum *corr.* affaciendus *A* 1; affaciendus *A* 2.

1) I. e. pagus; cf. infra indicem. 2) Cf. 'Sachsenspiegel' III, 61, 4: '*Gerichtes solen warden alle die dingplichtich sint van des dat die sonne upgat wente to middage*'; Grimm, 'Rechtsalterthümer' p. 813 sqq.

[2]. Item alia interpretatio. Si quicumque homo[a] pupillos aut viduas vel egrotos[b] aut orfanos[c], vel quod haec[d] lex conservat, foras patria eos de suas causas ante iudices non traant[e]; nisi in illa loca cum eos suas causas agant, ubi in suo placito testimoniales de presentem[f] invenire possint[g]. Et si forsitam[h] in ipsa[i] patria, ubi commanent[k], suas causas finire[l] non possint[m], licenciam habeant, si voluerint, ubi sui principes fuerint[n], ambulare et ipsorum causatores ante ipsos[o] principes cum eos ambulare faciant[1].

## X.* De defensoribus civitatum.

[1]. Imp. Valentinianus[a]. Data X. Kal. Febr. Interpretatio. Quicumque iudex, qui[b] in patria constituitur, per consensu[c] illorum[d], qui in ipsa patria sunt, ipsa iudiciaria[2] recipere debent; quod si[e] ipse iudex illa iudiciaria sine consensu[f] bonorum hominum de ipsa[g] patria per[h] suam cupiditatem prendere[i] presumserit[k], secundum legem V libras auri fiscum[l] solvere[m] cogatur.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Omnes[b] iudices, qui patriam habent[c] commissam[d], nullum hominem sine culpam aut damnare aut verberare presumant[e].

[3]. Item alia interpretatio. In omni[a] loca tales iudices elegantur, ut, ubi malefactores vel latrones invenerint, nullum[b] hominum patrocinium[c] reveriscant[d]; sed ubi ipsos reus[e] invenerint[f], de presente de illos iustitiam[g] faciant.

## XI. De assessoribus[a] et domesticis vel cancellariis.

[1]. Imp. Onorius[b]. Data X.[c] Kal. April. Interpretatio. Si filius, antequam ad[d] patrem[e] mancipetur, cuiuscumque iudicis[f] consiliarius adheserit[g], quicquid[h] pro[i] suo servicio aut ex iustis et bonis causis adquesierit[k], hoc sibi vindicet[l], sicut et ille filius, si aliquid[m] vivo patre in armis positus acciperit[n] aut adquesierit[k].

---

2. Interpretatio. Quicumque adversus pupillos, viduas et aegrotos nostra praecepta meruerit, eos de locis suis commovendi vel extra provinciam suam usquam penitus protrahendi licentiam summovemus, ut ibi causam suam dicant, ubi instructiores esse et testimonia possint facilius invenire. Sane si ipsi, quorum fatigationi consulimus, nos crediderint expetendos, huic voluntati eorum veniendi aditum non negamus; ita ut adversarii eorum sub praesentia principis adesse per rectorem provinciae compellantur.

X. De defensoribus civitatum.

1. Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. . . . . . Dat. VIII. Kal. Febr. . . . . . Interpretatio. Hi instituantur civitatum defensores, quos consensus civium et subscriptio universorum elegisse cognoscitur. Quod si quis defensorum ad hanc rem cupiditate propria, non interveniente decreto, pervenisse probabitur, pro hac praesumtione quinque libras auri fisco inferre cogatur.

2. Interpretatio. Defensores secundum suum nomen curiam vel plebem sibi commissam cum omni iustitia et aequitate defendant; nullum de innocentibus aut condemnare aut verberare praesumant.

3. Interpretatio. Per omnes provincias tales pro studio disciplinae iudices ordinentur, ut cum omni sollicitudine in reos et latrones, remotis potentum patrociniis, districtionem debitam exercere non differant, ne per negligentiam suam aut venalitatem crimina, quae debent puniri, proficiant.

XI. De assessoribus, domesticis et cancellariis.

1. Impp. Honorius et Theodosius AA. . . . . . Dat. X. Kal. April. . . . . . Interpretatio. Si quis vivo patre cuiuscumque iudicis consilio adhaeserit, quicquid ex iustis et bonis causis acquisierit, hoc sibi sic vindicat, sicut et ille filius, qui aliquid vivo patre in armis constitutus acceperit.

---

[2]. a) omo *A* 1. b) egrotus *corr.* egrotos *A* 2. c) orfanus *A* 1. d) hec *B.* e) *B;* tradant *A* 1. 2. f) presente *B.* g) possent *A* 2. h) forsitan *B.* i) *B;* ipsam patriam *A* 1. 2. k) *B;* cummanent *A* 1. 2. l) fenire *A* 1. m) possun: *B.* n) fuerint — principes *omissa post add.* *A* 2. o) ipso *B.*

X. a) Valenī *B.* b) quē *B.* c) consensū *A* 1. d) eorum *A* 2. e) *ita B;* supse *corr.* si ipse *A* 1; sub se *A* 2. f) consenso *A* 1. g) ipsam patriam *corr.* ipsa patria *B.* h) *ita B;* pro sua cubiditate *A* 1; per sua cupiditate *A* 2. i) accipere *B.* k) *B;* prosumserit *A* 1; presumpserit *A* 2. l) fisco *A* 2. m) comp *pro* s. c. *B.*

[2]. a) *deest B.* b) omnis iudex *B.* c) habet *B.* d) *B;* commissa *A* 1. 2. e) p̄sūmat *ead. man. corr.* p̄sūmant *A* 1.

[3]. a) homni *A* 1. b) *A* 2; nullo *A* 1; nullus *B.* c) patrucinium *A* 1. d) reverescat *B.* e) reus, *ut videtur, corr.* reos *A* 2; *deest B.* f) invenerit *B.* g) *A* 2; iustia faciant *A* 1; iusticiam faciat *B.*

XI. a) assesoribus et domes. *(sic!)* vel cancelariis *B.* b) Honorius *A* 2. c) *deest B.* d) ad *rad. corr.* a *B.* e) patre *B.* f) *B;* iudices *A* 1. 2. g) adeserit *B.* h) quidquit *A* 1. i) per *B.* k) adqsierit *B.* l) vindicit *A* 1. m) aliquit *A* 1. n) *B;* acciperet *A* 1; acceperit *A* 2.

1) Conveniunt haec cum iure Francico, secundum quod eis, qui sub mundeburdo regis erant, ius reclamandi ad principis definitivam sententiam concessum erat, 'viduae' autem 'orfani et minus potentes' sub specialem regis defensionem recepti erant. Cf. Waitz, 'D. VG.' III, p. 323; Brunner, 'Zeugen- und Inquisitions-Beweis' p. 51. 2) I. e. et iudicis officium et districtus officii illius; cf. indicem.

[2]. Item alia interpretatio. Omnes iudices sciant, ut de alia regione[a] nec domesticum nec consiliarium nec cancellarium peculiare sine consensu de suos patrianos[b, 1] recipere debeat; ut si ipsum iudicem de illa iudiciaria tollerent[c], aut si forsitan[d] mortuus fuerit, et alium iudicem in suo loco miserint[e], ipse cancellarius vel consiliarius apud[f] illum alium iudicem tres[g] annus conversare[h] debet, ut[i] si quicumque homo ante illum alium iudicem de suam[k] causam mendacium proclamaverit[l], ille cancellarius hoc dismentire[m, 2] debet. Quod si forsitan[n] et ille cancellarius ad ipsum hominem[o] consentire[p] voluerit, ut rectum[q] non dicat, iudex eum diligenter inquirere debet.

EXPLICIT TEUDOSI[r] LIBER I[s].

## CAPITULA DE LIBRO SECUNDO.

I. De iuresdictione[a] et ubi quis convenire debeat[b].
II.[c] Ne in sua causa[d] quis iudicet.
III. De amissa accionem inpetraciones[e].
IV. De denunciacione et edicione[f] rescripti.
V. De dominio[g] res[h], quae poscitur, vel consortibus ab eo cum[i] denunciatum fuerit nominandis[k], vel de temporum[l] cursu[m] et reparacionibus denunciacionum.
VI. De dilationibus.
VII. De feriis[n].
VIII. De pactis et transactionibus[o].
IX.[p] De postolandum[q].
X. De erroribus advocatorum.
XI. De cognitoribus et procuratoribus[r].
XII.[s] De his[t], qui potentum nomina in[u] lite pretendunt[v], vel titulos[w] predii adfigunt[x].
XIII. De dolo malo.
XIV. De integris restitucionibus.
XV. De his[t], qui veniam[y] etatis inpetraverunt.
XVI. De iudiciis.
XVII. De inofficioso[z] testamento.
XVIII. De inofficiosis[z] donationibus.
XIX.[a] De inofficiosis[b] dotibus.
XX.[c] De hereditatis petitionem[d].
XXI. De rei vindicationem[e].
XXII. De familia hercisconde[f].
XXIII. De commune dividendum[g].
XXIV. De finio regendorum.

---

[2]. Interpretatio. Omnes iudices evidenter agnoscant, nullum in provinciam sibi commissam de eadem, de qua venit, provincia vel alia regione, sibi cancellarium aut domesticum fortasse coniungere, nisi qui ei publice fuerit civium electione deputatus; ita ut postquam fuerit iudex ille remotus, is qui consiliarii vel domestici gessit officium, triennium sub alio iudice de provincia non discedat, ut si quis accusator fortasse exstiterit, reddat accusantibus rationem. Et si forte facta iudicis celare usquequaque voluerit, subdatur publicae quaestioni.

---

[2]. a) regionē *A* 1. b) patrianus *A* 1. c) tulerint *B*. d) forsitam mortuos *A* 1. e) *B*; miserit *A* 1. 2. f) aput *A* 1. g) III anñ *A* 2; III annos *B*. h) conversari *B*. i) aut *A* 2. k) sua causa *A* 1. l) *B*; roclamaverit *A* 1. 2. m) memorari debeat *B*. n) forsitam *A* 1. o) si *add. B*; *fortasse* sic consentire *legendum est.* p) consintire *A* 1. q) recte *B*. r) Teuđ *A* 1. *B*; Theodosi *A* 2. s) primus *A* 2.

a) iuresdiccionum *B*. b) debeā *A* 1. c) II. secunda *A* 1. d) causā *A* 1. e) inpetracionis *B*. f) *B*; edictione *A* 1. 2. g) dominiores qui p. *A* 1. 2; dominioris quę p. *B*. h) *i. e.* rei. i) *lege:* cui. k) nominandus *A* 2. l) temporibus *B*. m) cursū *A* 1. n) firiis *A* 1. o) transaccionibus *B*. p) X. XI. XII *pro* IX. X. XI *A* 1. 2. q) postolandum *A* 1. r) XIII. De revendicatione *add. A* 1. s) XIV—XX *pro* XII—XVIII *A* 1. 2. t) is *A* 1. u) inlicite *pro* in lite *B*. v) pertendunt *A* 2. w) titulus *A* 1. x) adfaciunt *B*. y) venia aetatis *A* 2. z) inoficioso — inoficiosis *A* 1; officioso — officiosis *B*. a) XXI *A* 1. 2; XIX. De i. d. *des. B*. b) inoficiosis *A* 1. c) *abhinc numeri in codicibus falsi exstant:* XXII *etc. A*. 1. 2; XVIIII *etc. B*. d) *B*; podicionibus *A* 1. 2. e) vindicatione *A* 1. f) hercesēde *B*. g) *B*; devitendum *A* 1. 2.

1) Patriani etiam in capitulis Remedii c. 3. dicuntur, qui patriam vel pagum incolunt; cf. indicem. 2) I. e. mendacii arguere; cf. Ducange, Glossarium s. v. dimentiri.

XXV. Si certum petitur de cirografis[h].
XXVI. Si certum[i] petitur de suffragiis[k].
XXVII. De donatione, ut[l] non sit sine carta.
XXVIII. De pignoribus.
XXIX. De quod iusso vel de peculio.
XXX. De usuris.

## INCIPIT LIBER SECUNDUS[a].

### I. De iurisdictionum[b] et[c] ubi quis convenire debeat[d].

[1]. Imp. Constantinus[e]. Data VIII. Id. Mar. Interpretatio. Omnis iudex in illa provincia, ubi constitutus[f] est, et colonus[g] et servus[h] de principes ipso ordine propter[i] mala sua facta et distringere[k] vel ponire[l] faciat, sicut et de alteros homines servos[m]; nec de[n] eorum patronus[o] non[p] reputent, sed[q] secundum legem[r] eos distringant, ut eorum patrocinio[s] illos, qui rei sunt, non liberentur.

[2]. Item alia interpretatio. Si inter patrianum privatum[1] et militem[2], qui cotidie[a] in servicio[b] principis[c] adstat, si inter eos de qualecumque rem causam[d] advenerit, si ille miles[e] illum privatum patrianum amallaverit[f], iudex de ipsa patria exinde inter eos iusticiam faciat. Et si forsitan ille privatus homo illum militem accusaverit[g], ille, cui militat, ipse de eo[h] iusticiam faciat.

[3]. Item alia interpretatio. Quicumque homo qualecumque feminam pudicicia per forcia violaverit, pena[a] instatuta[b] suscipiat; et quicumque alicui per violenciam qualecumque rem tulerit[c], sine culpa[d] in duplo[e] restituat.

[4]. Item alia interpretatio. Si inter duos homines, qui in duas patrias conversant aut[a] inhabitant, si inter eos de qualecumque causa contentio fuerit, ille, qui ipsam[b] causam accusat, ad illum iudicem petat iustitiam, ubi suus[c] debitor[d] commanet[e].

[5]. Item alia interpretatio. Ad nullum hominum liceat ad extraneum iudicem suam

---

#### CODICIS THEODOSIANI LIBER SECUNDUS.

##### I. De iurisdictione et ubi quis conveniri debeat.

1. Imp. Constantinus A. ad Eustathium Pf. P. . . . . . Dat. VIII. Id. Mart. . . . . . Interpretatio. Quicumque in provinciis iudices ordinati sunt, hoc sibi sciant esse permissum, ut, si aliquos rei dominicae servos vel colonos reatus involverit, sicuti et privatos comprehendendi eos et puniendi, ut culpa exegerit, nullo contradicente patrimoniorum nostrorum ordinatore, habeant liberam potestatem.

2. Interpretatio. . . . . . Etsi civilia negotia ad provinciarum rectores iussimus pertinere; tamen, quoties criminalis actio intercesserit inter illos, qui in armis nostris militant atque privatos, si militans privatum in iudicium vocaverit, rector provinciae audiendi et iudicandi habeant potestatem. Si vero privatus servientem nobis in armis vel militantem forte pulsaverit, ille causam audiat, ad cuius ordinationem is respicit, qui militat, vel cui arma tenerit. *Cf. Epit. Aegid.:* . . . . . ille causam audiat, cui militat vel arma tenet.

3. Idem A. et Iulianus C. ad Taurum Pf. P. . . . . . Interpretatio. In omnibus personis, quas etiam praesentiae nostrae dignitas comitatur, hanc volumus observari sententiam: ut si quis cuiuscumque pudicitiam violaverit, poenam statutam iure suscipiat. Et quicumque direptionem admiserit, in duplum violenter praesumta restituat.

4. Interpretatio. Si quis alium crediderit lite pulsandum, apud provinciae illius iudicem, ubi is habitat, quem pulsat, negotium suum noverit proponendum.

[5]. 6. Interpretatio. Quicumque apud alium et non apud suum iudicem negotium, quod habuerit, in initio litis

---

h) cyrograffis *A* 2; cyrographis *B*. i) certu *A* 2. k) sufragiis *A* 1. l) ut non sit *B*; si possit *A* 1. 2.

I. a) II. *B*. b) *ita codd.; lege:* iurisdictione. c) *B;* ut *A* 1. 2. d) *B;* debeant *A* 1. 2. e) Cons̄ *A* 1. *B;* Constans̄ *A* 2. f) constitudus *A* 1. g) colonos et servos *B*. h) *post hanc vocem inserit A* 1: ipso ordine propter (pp̄). *iisdem verbis post* principes *omissis.* i) pp̄t *B*; p̄p̄t *A* 1; pp̄ *A* 2. k) destringere *B*. l) ponere *A* 1; punire *B*. m) servus *A* 2. n) deorum *pro* de eorum *A* 1. 2. o) patronos *B*. p) *A* 2; n̄re potent *A* 2; nr̄e putent, *scriptum erat, ut videtur, etiam in B, ubi* re *deletum est.* q) *B;* si *A* 1. 2. r) lege *A* 2. s) *B;* patricinio *A* 2; patrimonio *corr.* patricinio *A* 1.

[2]. a) cottidie *B*; cotidie *A* 2, *ubi* tid *e corr.* b) servitium *A* 2. c) principes *A* 2. d) causam *B*. e) *ita correxi;* milex *A* 1. 2; milis *B*. f) ammallaverit *A* 2. g) accusavit *B*. h) deo *pro* de eo *B*.

[3]. a) poena *A* 2; penā *B*. b) *ita codd.* c) *hoc verbum post* violenciam *exstat in B*. d) culpam *A* 2. e) *A* 2; dublo *A* 1; duplum *B*.

[4]. a) vel *B*. b) ipse causa *A* 2. c) *B;* suos *A* 1; suos *corr.* suus *A* 2. d) debitur *A* 2. e) manet *B*.

1) Patrianus privatus est pagensis, qui nullo officio vel servicio fungitur. 2) Miles est nobilior officialis vel ministerialis.

causam agere; nisi forsitam si eis[a] suus[b] iudex suam causam dilatare voluerit, postea liceat eis suas causas ad principem reclamare[1].

[6]. Item alia interpretatio. Minores[2] causas inter privatos[a] iudices ipsi privati discuciant et iudicent. De furtivo[b] cavallo[c] aut de modice terrae[d] aut de invaso[e] domi, de istas vel[f] de alias minores causas mediocres iudices definiant[g]; maiores vero causas inter altas personas, qui per scripta in causatione[h] veniunt, ante seniores principes definiantur[i]. Et si forsitam privati iudices alciores causas ad principes fraudare voluerint, V libras auri solvant[k].

[7]. Item alia interpretatio. Quicumque homo, qui[a] suos iudices, qui in sua provincia commanent[b], postposuerit[c] et ad milites, qui in[d] obsequio principum sunt, suas causas agere presumserit[e]: ipse, qui eam causam inquirit, in exilio deputetur; et ille miles[f], qui ipsam causam iudicat, X libras auri solvat.

[8]. Item alia interpretatio. Iudei, qui apud[a] Romanos conversant inhabitandum[b], suam legem inter se ipsos custodiant[c]; nam omnes[d] alteras causas, que[e] apud[f] christianos habuerint, iudices christianorum inter eos iudicent[3].

crediderit proponendum, exceptis aetate minoribus, quibus lege consultum est, litis ipsius, de qua agitur, actione damnetur: nisi forsitan contra sententiam, quae adversus eum dicta fuerit, crediderit appellandum, ut apud maioris dignitatis iudices audiatur. Sane si quis causam habens a iudice suo se vel per superbiam vel propter amicitiam adversarii sui probaverit non auditum (*Epit. monachi ex ipsa lege:* non auditum aut dilatum). . . . . . .

[6]. 8. Interpretatio. Quoties de parvis criminibus, id est unius servi fuga aut sublati iumenti aut modicae terrae seu domus invasae vel certi furti, id est detenti aut praeventi, sub criminis nomine actio fortasse processerit, ad mediocres iudices, qui publicam disciplinam observant, id est aut defensores aut assertores pacis, vindictam eius rei decernimus pertinere. Ad rectorem vero provinciae illud negotium criminale perveniat, ubi de personarum inscriptione agitur, vel maior causa est, quae non nisi ab ordinario iudice recitata legis sententia debeat terminari. Quod praeceptum si fuerit praetermissum, officiales, qui negotia intromittunt, quinque libras auri se noverint esse damnandos.

*Epit. Guelferb.:* Minores cause a personis minoribus audiende. . . . . . .

[7]. 9. Si quis neglectis iudicibus ordinariis sine coelesti oraculo causam civilem ad militare iudicium crediderit deferendum. . . . Interpretatio. Quisquis contemto provinciae iudice ad illos, qui armatis praeesse noscuntur, causam suam crediderit transferendam, exilio se deputandum esse cognoscat, et eum, qui causam illius susceperit proponendam, decem libras auri esse damnandum.

*Epit. Aegid.:* Ut non liceat ulli privato praetermisso provinciae iudice ad militem causam suam transferre. Quod qui fecerit exilio deputetur, et is, qui causam illius suscepit, in decem libras auri condemnetur.

[8]. 10. Interpretatio. Iudei omnes, qui Romani esse noscuntur, hoc solum apud religionis suae maiores agant, quod ad religionis eorum pertinet disciplinam, ita ut inter se quae sunt Hebraeis legibus statuta custodiant. Alia vero negotia, quae nostris legibus continentur et ad forum respiciunt, apud iudicem provinciae eo, quo omnes, iure confligant. . . . . . .

*Epit. monachi:* Iudaei omnes negotia, quae inter se habent, lege sua definiant. Quae vero cum christianis habent, nostris legibus apud iudicem provinciae confligant. . . . . . .

[5]. a) *B*; ei *A* 1. 2. b) suos *A* 1.

[6]. a) privatus *A* 1. b) furtivu *A* 1. c) caballo *B*. d) terre *A* 1. e) vaso *A* 2. f) aut *A* 2. g) defini *B*. h) accusationem *A* 2. i) diffiniantur *B*. k) solvat *B*.

[7]. a) qs *(ita saepius)* *A* 1. b) commanent *A* 2; comanet *corr.* comanent *B*. c) posposuerit *B*; postposuerint *A* 1. 2. d) *deest B*. e) presumpserint *A* 1. 2. f) milex *A* 1. 2; mit *B*.

[8]. a) aput Romanus *A* 1. b) *i. e.* inhabitando; inabitandum *B*. c) costodiant *A* 1. d) *B*; hom̃ *A* 1; omnia *A* 2. e) quae *A* 2; qđ *B*. f) aput christianus *A* 1.

1) Cfr. Capit. Wormat. Ludovici Pii a. 829. c. 15, LL. I, p. 353: *Populo autem dicatur, ut caveat de aliis causis se ad nos reclamare, nisi de quibus aut missi nostri aut comites eis iustitiam facere noluerunt.* Vide H. Brunner, 'Zeugen- und Inquisitionsbeweis' p. 54; Waitz, 'D. VG.' IV, p. 475. 2) De hac lege, haud satis plane expressa, interpretanda dubitatur. Distinguuntur enim et causae tunc temporis dictae minores vel privatae, quibus etiam leviores causae criminales comprehensae sunt, et causae maiores vel criminales proprie dictae, scilicet capitales. Illae privatis (ecclesiae?) iudicibus iudicandae relinquuntur, hae publicis iudicibus reservari videntur. Cf. H. Brunner, 'Die Erbpacht der Formelsammlungen von Angers und Tours' in 'Z. der Sav.-Stift. V. Germ. Abth.' p. 74 sqq.; A. Nissl, 'Der Gerichtsstand des Clerus im fränk. Reich' p. 14 sqq. Praeterea autem maiores causae inter minores personas iudicibus ordinariis relinquendae a causis inter altiores personas principibus reservandis distingui videntur. Eadem fere constituta sunt etiam in Capitulari de iusticia facienda c. 2, LL. Capp. I, p. 176: *Ut episcopi, abbates, comites et potentiores quique, si causam inter se habuerint, ad nostram iubeantur venire praesentiam, neque illorum contentio aliubi diiudicetur.* Quod tamen lex nostra non nisi de causis maioribus, id est criminalibus proprie dictis, constituere videtur; cf. infra XI, 8: *Si quicumque persona de criminale causa acusatus fuerit, aut de homicidio aut de magnis criminibus, de ipso crimine a (= ad) principem dicendum est, ut bonorum personarum iudicia ante principem finiantur.* Aliter de hac lege O. Stobbe in diss. cit. p. 41. 3) Vide E. Loening, 'Gesch. d. D. Kirchenrechts' II, p. 52 sq.; H. Brunner, 'D. RG.' I, p. 275 sq.

[9]. Item alia interpretatio. In domus[a] principum si iudex provincialis[b] qualecumque malefactorem ibidem invenire potuerit[c], nec actorem[d] nec nullum[e] hominem expectet, sed de presente[f] ipsum conprehendat et de eo[g] secundum legem iustitiam faciat.

## II. Ne in sua causa quis iudicet[a].

Imp. Valens[b]. Data Kal. Decemb.[c] Interpretatio. Nullus homo in[d] sua propria causa iudex esse non debet[e], quia, sicut testimonium pro se dare non potest, sic nec[f] pro se[g] sua causa non[h] potest iudicare.

## III. De amissa actione[a] inpetrationis[b].

Imp. Teudosius[c]. Data X.[d] Kal. Mar.[e] Interpretatio. Quicumque homo ante iudicem[f] causam habuerit[g], si iusticiam habet, et ipse iudex[h] ei suam iusticiam non fecerit[i], exinde periudicium[k] qui sua causa querit non habeat, sed[l] videat, ut[m] veritatem prosequatur.

## IV. De denunciacionem[a] et edicionem rescripti.

[1]. Imp. Constantinus[b]. Data prid.[c] Non.[d] Feb. Interpretatio. Si cuicumque homini[e] qualescumque[f] persona facultatem suam contra rationem tulerit[g], ille qui ipsam facultatem perdidit[h], infra annum[i] ipsa[k] causa requirere debet; et[l] ipse vero, qui eam tulit[m], et nec si ipse princeps[n] ipsam facultatem illi concessisset, per legem[o] eam habere non debet[p].

[2]. Item alia interpretatio in hac[a] lege constituit, ut qui aliorum[b] facultatem malo ordine[c] prevaserit[c], aut[d] qui ad illos[d], qui in minore[e] etate sunt, aliquid requirere vo-

---

[9]. 11. Interpretatio. Si quis in domibus dominicis criminosus potuerit inveniri, provinciae iudex praesentiam non exspectet actoris, sed mox reum comprehensum, ne aliquo colludio effugiat, subdi iubeat publicae disciplinae.

II. Ne in sua causa quis iudicet.

Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus. . . . Lecta Kal. Dec. . . . Interpretatio. Omnes praeceptio nostra constringat, ut nullus in sua causa iudex sit, quia, sicut testimonium unusquisque pro se dicere non potest, ita nec pro se potuerit iudicare.

III. De omissa actionis impetratione.

Impp. Theodosius et Valentinianus. . . . Dat. X. Kal. Mart. . . . Interpretatio. Nullus per hoc praeiudicium negotii videatur incurrere, quod in cuiuscumque audientia causae suae actio non pervenerit ad effectum. Solum est, ut vox sua rationabilis, cum proposuerit, approbetur.

IV. De denuntiatione vel editione rescripti.

[1]. 1. Imp. Constantinus. . . . Dat. prid. Non. Febr. . . . . . .

[1]. 5. Interpretatio. Licet in negotiis, quae per-actionem elicitam inchoari videntur, legitimus ad respondendum temporum semper cursus observandus sit, specialiter eos, qui aliqua pervaserint, non patimur per quamcumque occasionem differre negotium. Ideoque cum ille, qui fuerit de possessione deiectus, audientiam impetraverit, iuxta iuris ordinem intra annum ad recipienda, quae perdidit, nullatenus differatur, nec aliqua pervasori delatio concedatur, etiamsi pro hac re differenda beneficium principis potuerit obtinere.

[2]. 6. Interpretatio. Pro repetendo debito, unde certa scriptura profertur, seu de eo, quod alicui fideicommissum est, ut daretur, aliquis agat, aut aliquid sibi alleget fuisse pervasum, aut quodlibet intra annum beneficium momenti requirat, aut testamentum dicat non esse legitimum, vel de tutela aliquid proponat: non exspectetur, ut prius quod repetit apud acta proponat, aut ordo ipsius causae petatur scriptus; sed mox apud iudicem sine ulla temporum mora, quae per hoc videtur afferri, causam suam proponat et omnes partes suae probationis exhibeat. Quam rem etiam in civilibus negotiis praecipimus observari, quae tamen minus quam centum solidorum summam valere constiterit.

---

[9]. a) domos *A* 2; domū *B*. b) provinciales *A* 1; -les *corr.* -lis *A* 2. c) potuerint *A* 1. d) actore *A* 2. e) ullum *B*. f) presentē *A* 1. g) eum *B*.

II. a) iudicit *B*. b) Vaſent *B*. c) *A* 2; Deceb *A* 1; Dc̦b *B*. d) *deest* *A* 2. e) sed *add.* *B*. f) et *B*. g) *deest* *B*. h) iudicare non potest *A* 2.

III. a) accionē *B*. b) interpretationis *A* 2. c) Theudosius *A* 2; Teudōs *B*. d) *post add.* *A* 1. e) Marcias *A* 1. f) iudices *A* 2. g) abuerit *A* 1. h) *deest* *B*. i) ferit *B*. k) *lege:* preiudicium. l) set *A* 1. m) et *B*.

IV. a) *ita B;* adnunciacionem *A* 1. 2. b) Cons̄, Constañ *et ita plerumque codd.* c) prī *B*; II *A* 1. 2. d) nonas *A* 1. e) homini *A* 1. f) qualiscumque *B*; qualescumque *corr.* qualiscumque *A* 2. g) tullerit *A* 1. h) perdedit *A* 1. i) añ *A* 2; annos, *ut videtur, corr.* añ *B*. k) ipsam causam *B*. l) et — tulit *des.* *B*. m) *A* 2; tullit *A* 1. n) *B*; principes *A* 1; principes *corr.* princeps *A* 2. o) lege ea *A* 2. p) potest *B*.

[2]. a) ac *B*. b) alienam *B*. c) ordinem perinvaserit *A* 2. d) *ita B;* adque ad illius *A* 1; atque ad illius *A* 2. e) minorē etatē *B*.

luerit[f], et qui[g] contra testamentum aliquid dicere voluerit[h], de tales causas, qui infra C solidorum esse potest, infra anni spacio[i] illas consequere et definire debet.

[3]. Item alia interpretatio. De res ecclesiarum[a], ubi ad[b] ante iudices fuerint[c], exinde qualescumque[d] causatio[e] pro reverentia[f] de ipsa loca sanctorum sine[g] omnem dilatationem[h] debent esse definitas[i].

V. De dominio res[a], quae[b] poscitur, vel consortibus ab eo, cum denunciatum fuerit, nominandis, vel de temporum cursum et reparationibus denunciationum[c].

[1]. Data prid.[d] Non. Mai. Interpretatio. Quicumque homo tales causas habuerit, que[e] infra anni spacio peragere debeat aut finire[f], si[g] ad iudicem[h] voluerit[i] super annum inpetrare spacium, quatuor[k] menses super annum iudex ei licenciam[l] dare potest. Nam in amplius secundum legem a[m] nullo principe[m] ei[n] nullam[o] licenciam detur.

[2]. Item alia interpretatio. Si quicumque iudex aut per neglegenciam[a] aut per dilatacionem[b] aut per qualecumque premium[c] qualecumque homine[d] de sua causa dilataverit et[e] infra legitimum tempus ipsius causa non definiat, quodquod[f] ille homo de ipsa causa damnum habuerit, omnia de ipsius iudicis facultatem illi reddatur[g], qui apud[h] eum iusticiam non potuit invenire.

[3]. Item alia interpretatio. Si quicumque homo, dum sua causa prosequit[a], mortuus fuerit, heredes[b] eius de illa die, quod ipsa causa agere coeperunt[c], prosequent[d], nam non de ipsa die, quod eorum heres[e, 1] mortuus est; et ipsa causa infra legitimum[f] tempus prosequant et definiant. Similiter et de minoribus agendum[g] est, ut tutores ipsorum de ipsa die, de quod ipsorum[h] tutilla[i] reciperunt[k], in antea eorum[l] causas agant; nam ipsi minores[m] aetatibus, quascumque[n] causas antea[o] habuissent, illi tutores de ipsas rationem[p] addere non debent[q].

[4]. Item alia interpretatio. Si inter actores fiscales et privatus[a] homines de quale-

---

[3]. 7. Interpretatio. Ecclesiarum negotia pro reverentia sanctitatis ac fidei, oportet, cum ad publicum prolata fuerint, sine aliqua dilatione finiri. . . . . .

V. De dominio rei, quae poscitur, vel consortibus ab eo, cui denuntiatum fuerit, postulandis. . . .

[V]. VI. De temporum cursu et reparationibus denuntiationum.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. prid. Non. Mai. . . . Interpretatio. Quando aliqua causa, necessitate intercedente vel casu, promissum tempus excesserit, et principali beneficio eam litigator meruerit reparare, non amplius ad definiendum negotium iudices quam quatuor menses litigatoribus praestent. Quibus exactis, etiamsi aliud dominorum beneficio obtinuerint, nullatenus audiantur.

2. Interpretatio. Si repetentem iudex per neglegentiam usque eo distulerit, ut causam suam, transactis legitimis temporibus, perdat, omnia, quaecumque in illius iudicio iuste sibi potuit vindicare, ei de ipsius iudicis facultatibus, habita aestimatione, reddantur.

[3]. 4. Interpretatio. Si quis de litigatoribus ab hac luce discesserit, heredi eius non ex die, qua ille defunctus est, sed ex quo hereditatem acceperit, actionis tempora, quae auctori ad litem constituta fuerant, renoventur; ita tamen, ut fraus tempori, ex quo res est possessa, non fiat, sed sciat se rem tenere, qui petitur. Quod si heres in annis sit minoribus constitutus, tutori vel curatori ex eo tempora supputentur, ex quo pro minore firmam personam defensionis accepit et rem tenuit.

[4]. 5. Interpretatio. Quando inter fiscum et privatum possessorem de repetitione aliqua fuerit orta contentio,

---

f) *B*; *corr.* voluerint *A* 1; voluerint *A* 2. g) q *B*; que *A* 1. 2. h) *B*; voluerint *A* 1. 2. i) spacium *A* 2.

[3]. a) *A* 2; haeclaesiarum *A* 1; ęcclesiasticorum *B*. b) *ita fortasse pro* ab (abante?) *A* 1. 2; *deest B*. c) *A* 2; fuerit *A* 1; *deest B*. d) *corr.* qualisc. *A* 2. e) causaciones *B*; accusatio *A* 2. f) reverentiam *A* 1. g) *deest B*. h) dilacionem *B*. i) finitas *A* 1.

V. a) dominiores *A* 1. 2; dominioris *B*. b) quę *A* 2. *B*; que *A* 1. c) *deest B*. d) prid nñ Maī *A* 1; II noñ Mad *A* 2; prī nō Mař *B*. e) *A* 2; quę *B*; quē *A* 1. f) finirē *B*. g) si ad iudicem *bis scr.*, *sed del. A* 1. h) iudice *A* 2. i) *B*; *deest A* 1. 2. k) quattuor *A* 2; IIII *B*. l) licencia *B*. m) *ita B*; ad nullum principem *A* 1. 2. n) ad nullum iudicem ei *add.*, *sed del. A* 1. o) nulla *B*.

[2]. a) *B*; neglienciam *A* 1; neglegentia *A* 2. b) dilatacione *A* 1. c) p. q. *post add. man* 2 *in marg. A* 1. d) hominem *A* 1. e) *B*; *deest A* 1. 2. f) quicquid *B*. g) redatur *A* 2. h) aput *A* 1.

[3]. a) prosequid *A* 2; prosequens *B*. b) haeredes *A* 1. c) coeper̄ *A* 2. *B*; ceperunt *A* 1. d) prosequant *B*. e) heredes *A* 2. f) legitimo *A* 2. g) habendum *B*. h) *deest B*. i) tutella *B*. k) receper̄ *B*; reciperint *A* 2. l) ipsorum *A* 2. m) minore *B*. n) quał cūq: *B*. o) antea quam illi essent *pro* antea h. illi *B*. p) ratione *A* 2; raciones *B*. q) *A* 2; debet *corr.* debent *A* 1; debet *B*.

[4]. a) *corr.* privatos *A* 2; privatos *B*.

1) *Heres* hoc loco is, qui hereditatem reliquit, dicitur; cf. Ducange s. v. haeres 1.

cumque rem causationis[b] fuerint, si privatus homo illum fiscalem[c] admallaverit, ille fiscales[d] quattuor[e] menses ad respondendum[f] ad suam causam[g] inducias recipere potest. Nam ille privatus, si[h] fiscales[i] actor eum admallaverit, in sex menses ad respondendum placitum[k] recipere potest.

### VI. De dilationibus.

Imp. Archadius[a]. Data XII. Kal. Decemb.[b] Interpretatio. Qui ad ingenuum hominem de suo[c] statu[d] aliquid[e] dicere voluerit, vel de patrimonii causam habuerit, si ipse dicit[f], qui se ingenuum[g] docere voluerit, ad suam causam confirmandum, ut ante quam ultra mare ambulet hoc facere non possit[h], novem[i] menses ei licenciam[k] detur.

### VII. De feriis[a].

Imp. Constantinus. Data VIII. Id. Aug.[b] Roma[c]. Interpretatio. Die dominico nulla[d] alia causa huc[e] agere[f] debet[g], nisi emancipare[h] et libertare[i] et manum mittere[k] licenciam habeat.

### VIII. De pactis et transactionibus.

Imp. Archadius[a]. Data V. Id. Octub.[b] Interpretatio. Minoribus[1] etatibus post XXV. annum[c] qualecumque carta aut[d] conveniencia[e] firmaverint, si postea se exinde inmutare voluerint[f], nullam exinde habeant[g] potestatem; et de qualecumque causa[h] qui fecit et contra sua[i] conveniencia agere voluerit[k], infamia deputetur et ipsa causa agendi inantea non habeat potestatem et poena[l], quam[m] in ipso pactu[n] posuit, solvat. Similiter et illi qui sacramenta dant per nomina dominorum suorum et ipsa sacramenta minime custodiunt, sicut superius de[o] minoribus diximus, simili racione[p] custodiant[q].

---

si privatus fiscum repetat, quatuor menses ad respondendum actor fiscalis habebit inducias; si vero fiscus aliquid a possessore crediderit repetendum, sex mensium ad respondendum dilatio non negetur, dummodo ad praestandas inducias iusta ratio cognoscatur.

[VI]. VII. De dilationibus.

3. Impp. Arcadius et Honorius. . . . Dat XII. Kal. Dec. . . . Interpretatio. Quoties de statu ingenuitatis vel de patrimoniis causa vertitur, si necessaria negotii in transmarinis partibus litigatores habere se dixerint, novem mensium spatium indubitanter accipiant.

[VII]. VIII. De feriis.

1. Imp. Constantinus. . . . [Dat. VII. Id. Aug. Roma. *Haec ex lege 2. tituli huius sumpta sunt.*] . . . Interpretatio. Quamvis sancto die dominico omnes lites ac repetitiones quiescere iusserimus, emancipare tamen ac manumittere minime prohibemus et de his rebus gesta confici pari ordinatione permittimus.

[VIII]. IX. De pactis et transactionibus.

Impp. Arcadius et Honorius. . . . Dat. V. Id. Oct. . . . Interpretatio. Si quis post XXV. aetatis suae annum adversus pactionem vel definitionem suam, quam nulla potestate constrictus emisit, sed voluntate propria fecisse dignoscitur, aut interpellare iudices aut potestatum animos contra hoc, quod fecit, precibus adire praesumserit aut implere neglexerit ea, quae sub sacramenti interpositione definitionis suae scriptura testatur: non solum ex hoc facto pronuntietur infamis, sed nec causam ipsam agere permittatur et poenam, quam in pacto constituit, cogatur exsolvere, et quicquid partibus suis per eandem scripturam fuerit deputatum, illis continuo conferatur, qui emissae pactionis definitionem sine aliqua contrarietate servaverint. Illos quoque praecipimus similis poenae conditione constringi, qui dominorum nomina placitis inserentes, definita implere neglexerint, quod illis pro munere conservatae pactionis accrescat, qui sacramenta et definita servaverint.

---

b) causationes *A* 2; *idem e corr. B.* c) fiscale *A* 2; fiscał *B.* d) fiscał *B.* e) quatuor mensis *A* 1. f) resp. ad *des. A* 2. g) respondendum *add. A* 2. h) *deest B.* i) *ita A* 2; fescales actur *A* 1; fiscał actor *B.* k) recipere spacium *pro* placitum rec. *A* 2.

VI. a) Arg *B.* b) Dec̄ *B.* c) suu *B.* d) stato *A* 1. e) alico *B.* f) dic̄ *A* 1. *B.* g) inienuū *A* 2. h) possat *B.* i) nove *A* 1. k) liceñ *B.*

VII. a) firiis *A* 1. b) Ag̃ *A* 1. *B*; Aūgsti *A* 2. c) *deest A* 2; Rom̄ *B.* d) nullam aliam causam *B.* e) *deest B.* f) non *add., ut videtur, sed eras. A* 1. g) debeat *B.* h) mancipare *B.* i) *ita A* 2; livertare *A* 1; liberare *B.* k) mettere *A* 1.

VIII. a) Arc̄ *B.* b) Ocƀ *B.* c) *A* 2; aunis *A* 1; añ *B.* d) ad *B.* e) convenientiam *A* 2; convencionem *B.* f) voluerit *B.* g) habeat *B.* h) causam *B.* i) suam convenienciam *B.* k) *ita B;* voluerint *A* 1. 2. l) pena *A* 1; pęnam *B.* m) *ita B;* quem *A* 1. 2. n) pacto *B.* o) de *m. al. man. post add. in marg. A* 1. p) racionē *A* 1. q) custodiunt *corr., ut videtur,* custodiant *A* 1.

1) O. Stobbe in diss. cit. p. 62, n. 3. coniecit *maioribus* scribendum esse pro *minoribus.*

### IX.[a] De postulandum[b].

[1]. Imp. Constantinus. Data VIII. Id. Mar. Interpretatio. Plures sunt, qui in suas causas, quod ipse[c] agere non possunt, advocatus[d] inquirunt[e], qui suas[f] causas agant[g]. Ipsi vero advocati[h] per iniquam[i] cupiditatem[k] de eorum res, cuius causam[l] agent, quod[m] ipsi per meliorem rem[n] habent[o], aut de terris aut de mancipiis, cartam[p] ad eos querunt[q], ut[r], si ipsi ipsa[s] causa ante iudicem vindicant[t], pro malam[u] cupiditatem ipsos[v], qui in suas causas eos[n] habere voluerint[w], damnant. Sed[x] secundum legem[y] nec hoc, quod eos quesierunt[z], habere[a] debent, nec inter bonos[b] homines nec inter alios[c] iudices locum habere non[d] debent[e].

[2]. Item alia interpretatio[a]. Si cuiuscumque filius, antequam mancipatus est[b], si[b] in suam[c] causam eum aliquis advocatum[d] mittere voluerit, et exinde aliquid[e] adquirere potuerit[f], ipsu[g] modo suis viribus[h] vindicet[i], qualiter et hoc[k] vindicare[l] potest, quod in armis, hoc est in oste[m], adquirere potuerit[1]. Nam alia causa, quod adquesierit[n] aut habuerit, omnia in patris[o] potestate[o] permanebit.

[3]. Item alia interpretatio[a]. De feriis[b]. Causas in annis spacio[c] omnes dies secundum legem directum[d] iudicare precipimus; nisi tantum quatuor[e] menses ad fructos[f] colligendos indulgimus[g], hoc est a die VIII. Kal. Iul.[h] usque in[i] Kal. Aug.[k] messive[l] ferie sunt; et da[m] Kal. Aug.[k] usque in X.[n] Kal. Sept.[o] ad agendas causas licenciam[p] damus. A[q] X. Kal. Sept.[o] usque in[r] Id. Oct.[s] vindemie[t] ferias[u] concedimus. Nam diem sanctum[v] Dominicum[w] et sanctos[x] dies Pascae[y], id est VII[z] ante[a] ea et VII[z] qui secuntur, et diem[b] natales[c] Domini vel Epifaniae[d] et natales[e] principum vel inicium regni: hec[f] dies sine omnes[g] causaciones[h] celebrare precipimus[i].

---

[IX]. X. De postulando.

1. Imp. Constantinus. . . . PP. VIII. Id. Mart. . . . Interpretatio. Advocati, id est causas agentes, qui per iniquam cupiditatem susceptos, quorum causas acturi sunt, prius cogunt de rebus suis taliter scriptura intercedente pacisci, ut omnia quae meliora sunt in agris aut in mancipiis aut in pecoribus ad eos sub promissa defensione perveniant, et ideo, qui tam scelerati in eos, quibus patrocinium promittunt, fuerint deprehensi, et a conventu honestorum virorum et iudiciorum communione praecipimus segregari.

[2]. 3. Interpretatio. Quicquid vivo patre filius advocatus de causarum susceptione acquisierit, sibi noverit vindicandum sicut castrense peculium, quod in armis constituti filii probantur acquirere vel illi, qui iudiciariam vivis parentibus meruerint potestatem.

[IX]. VIII. De feriis.

[3]. 2. Interpretatio. Causas per anni spatium omnibus diebus secundum leges audiri praecipimus, et licet lex quatuor menses ad fructus colligendos indulserit, sed ita pro provinciarum qualitate et pro praesentia dominorum credidimus faciendum, ut a die VIII. Kalendarum Iuliarum usque in Kalendas Augusti messivae feriae concedantur et de Kalendis Augusti usque in X. Kalend. Septembris agendarum causarum licentia tribuatur. A X. autem Kalend. Septemb. usque in Idus Octobr. vindemiales feriae concedantur. Dies etiam Dominicarum, qui feriati sunt, ab audiendis negotiis vel exigendis debitis sequestramus. Sanctos etiam Paschae dies, id est septem qui antecedunt et septem qui sequuntur, nec non et dies natalis Domini nostri vel Epiphaniae sine forensi strepitu volumus celebrari. Natalem etiam principis vel initium regni pari reverentia convenit observari.

---

IX. a) VIIII *B*; X *A* 1. 2. b) postolandum *B*. c) ipsi age *B*. d) *corr.* advocatos *A* 2; avocatos *B*. e) inquir̄ *A* 1. *B*. f) causas suas *A* 2. g) agañ *B*. h) avocati *B*. i) *ita B*; iniqua *A* 1. 2. k) cupiditate *A* 2. l) causas *B*. m) qđ *B*; quia *A* 1. 2. n) *post add. A* 1. o) habeant *B*. p) cartas *A* 2. q) quer̄ *codd.* r) si ut *A* 2. s) ipsam causam *B*. t) *ita A* 2; vendicant *A* 1; vindicat *B*. u) *ita B*; mala cobiditatę *A* 1; mala cupiditatem *A* 2. v) *ita B*; ipsius *A* 1. 2. w) voluer̄ *B*. x) sed *B*; se; A 2; se *A* 1. y) lege *A* 2. z) *ita expresse B*; quesier̄ *A* 1. 2. a) haberē *A* 1. b) bonus *A* 1. c) alius *A* 1. d) *ita B*; non *eras. A* 1; *deest A* 2. e) debeant *B*.

[2]. a) *deest B*. b) est sed *A* 1; sit si *A* 2; *solum* est *B*. c) sua *A* 2. d) avocatum eum *B*. e) aliqđ (= aliquod) *A* 1. f) *ita B*; potuerint *A* 1. 2. g) *ita B*; ipsum *A* 1; ipso *A* 2. h) *ita B*; iuribus *A* 1. 2. i) vindicent *A* 1. k) haec *corr.* hoc *A* 2. l) *ita B*; vendicare *A* 1. 2. m) *ita A* 1; hoste *A* 2; ostē *B*. n) adquirere potuerit *B*. o) patris potes̄ *B*.

[3]. a) *deest hoc loco A* 1. b) firiis *A* 1; Intp̄. (Intpr) *add. A* 1. 2. c) spatium *A* 2. d) rectum *B*. e) quat' *A* 1; quattuor *A* 2; IIII *B*. f) *ita B*; fructus coligendus *A* 1; fructos colendos *A* 2. g) indulsimus *A* 1. h) Iulias *A* 1. i) ı *A* 1. k) Augustas A 1; Aug̃s *A* 2; Ag̃ *B*. l) *ita A* 1; messi *B*; mense sive *A* 2. m) dā *A* 2. n) *deest B*. o) Sepm̄br (Sepb̄r) *A* 1; Septembris *A* 2; Sep̄ *B*. p) licentia *A* 2. q) *ita B*; ad *A* 1. 2. r) *deest B*. s) *ita B*; Octu *A* 1; Octub̄ *A* 2. t) *ita B*; vindimie *A* 1. 2. u) *ita B*; fieri *pro* ferias *A* 1. 2. v) scm̄ *A* 1. *B*; sancto *A* 2. w) *ita A* 1; dominico *A* 2; dom̄ *B*. x) *ita B*; scs̄ *A* 1. 2. y) paschę *A* 2. z) octo *A* 2. a) ante, a *supra lin., ut videtur, post add. B, ubi ea deest.* b) *ita B*; die *A* 1; dies *A* 2. c) *ita A* 1; natalis *A* 2; natał *B*. d) epifanię *B*; ephifania *A* 1. 2. e) *ita A* 1; natł *A* 2; natał *B*. f) haec *A* 2. g) om̄s *A* 2, *B*; om̄ *A* 1. h) causacionis *A* 1. i) *ita A* 2; precimus *A* 1; precepimus *B*.

1) Cf. supra I, 11, 1.

### X.[a] De erroribus advocatorum[b].

[1]. Imp. Constantinus. Data V. Kal. Aug.[c] Interpretatio. Quicumque homo ingenuus ante iudicem causam[d] de suo[e] herede[f, 1] agere potest, si ipse suus[g] heres[h] hoc eum amittere voluerit, postea de ipsa causa nec iudex, nec ipse, contra quem causationem habet, deiectare eum non potest; sed[i], in quantum melius potest, causam[k] de herede[l] suo agat.

[2]. Item alia interpretatio. Quicumque causam[a] alterius menare voluerit, inprimis in ipsa causa eius persona requiratur, si ingenuus est, aut non; postea vero cuius causam[b] menare voluerit, ipsius mandatum presentet[c], cuius[d] causam menat[d], et sic in causationem[e] intret.

[3]. Item alia interpretatio[a]. Milites[b] non permittitur, nec advocatus[c] nec procuratores in causas[d] aliorum fieri non possunt.

### XI.[a] De cognitoribus[b] et procuratoribus.

[1]. Imp. Iulianus[c]. Data prid.[d] Non. Febr.[e] Interpretatio. Procurator[f] est, cui causam[g] per mandatum committitur[h]. Cognitor est, cui sine mandatum[i] causa sua ad agendo[k] presente[l] iudicem ille qui causam habet et alterum[m] hominem commendat. Si forsitam cognitor[n] et procurator mortui fuerint, ipsa causa ipse homo in dinuo[o] agat, ad quem legitime[p] pertinet. Si vero ille mortuus fuerit, qui alium hominem[q] cognitorem[r] aut procuratorem rogavit in suam causam, ipse procurator[s] vel cognitor tantum post mortem illius de ipsius rem recipiat, quantum ille ei[t] antea[u] promisit, qui eos in suam[v] causam[v] procuratorem aut cognitorem recepit[w].

---

[X]. XI. De erroribus advocatorum.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. V. Kal. Aug. . . . . . .

[X]. XII. De cognitoribus et procuratoribus.

[1]. 2. Interpretatio. Communes causas absentibus consortibus alii consortes agere possunt, si illi, qui praesentes fuerint, caveant, acceptum esse illis, qui absentes sunt, quicquid fuerit iudicatum, aut in praesenti fideiussorem dederint, ut omnia, quae definita fuerint, implere non differant.

[2]. 3. Interpretatio. Cum primum ad iudicem causa fuerit intromissa, personarum firmitas requiratur, ut is, qui causam alterius prosequitur, mandatum eius, cuius causam agendam susceperat, proferre procuret.

[3]. 6. Interpretatio. Militantes non permittuntur legibus lites suscipere alienas, nec procuratores fieri possunt.

[XI]. XII. De cognitoribus et procuratoribus.

1. Imp. Iulianus. . . . Lecta apud acta prid. Non. Febr. . . . . . .

[1]. 7. Imp. Theodosius A. et Valentinianus Caes. . . . Dat. XVIII. Kal. Dec. . . . Interpretatio. Procurator est, cui per mandatum causa committitur. Cognitor est, cui sine mandato causam suam agendam praesens praesente iudice litigator iniungit. Si procurator aut cognitor tantummodo, non dominus et procurator effectus post litem contestatam quolibet casu de hac luce discesserit, de mandato sibi negotio ad suum nihil transmittit heredem, nisi tantum sumtuum vel expensarum repetitionem, quam auctorem suum in suscepta causa fecisse probaverit; lis vero ad mandatorem redit. Si praesentis procurator vincatur aut vincat, in dominum vel domino, non in procuratorem vel procuratori actio tribuetur iudicati. Idem est et in pulsati possessoris procuratore servandum, si aut vincatur aut vincat. Et si in rem suam quis factus fuerit dominus et procurator, et procuratorem ipse pro sua utilitate iam fecerit, similiter exitus rei iudicatae dominum respicit, non actorem.

---

X. a) *ita B;* XI *A* 1. 2. b) auocatorum *B.* c) Augs *A* 2; Ag̃ *B.* d) causa *A* 2. e) *ita B;* sua *A* 1. 2. f) erede *A* 1. g) suos *corr.* suus *A* 2. h) hered *B.* i) set in quantum *bis scr. A* 1. k) *ita B;* causa *A* 1. 2. l) erede (de *suprascr.*) *A* 1.

[2]. a) causa a. minare *A* 2. b) *ita B;* causa minare *A* 1. 2. c) presentẽ *B.* d) *ita B;* cuius causa minat *A* 2; cuiusa minat *A* 1. e) causatiõ, m *post add. A* 2.

[3]. a) *deest B.* b) militẽ *A* 1. *B;* milites *A* 2. c) *corr.* advocatos *A* 2; avocatos *B.* d) causa *B.*

XI. a) *ita B;* XII *A* 1. 2. b) *ita A* 2; cogniturібus *A* 1; cognicionibus *B.* c) Valent. *B.* d) *ita B;* II *A* 1. 2. e) Febr *A* 2. f) Procuratur *A* 1. g) causa *A* 2. h) cummitt' *A* 1. i) mandato *A* 1. k) agendum *A* 1. l) presentem *B.* m) altero homine *A* 2. n) cognit' *A* 1. o) *corr.* denuo *A* 2; denuo *B.* p) *litt.* gi *superscr. A* 1. q) ohminem *A* 1. r) cognitore *A* 2. s) procurat' vel cognitur *A* 1. t) *superscr. A* 1. u) *ita B;* et ante ea *A* 1. 2. v) *ita B;* sua causa *A* 1 (causa *radendo corr. ex* causam) 2. w) recipit *A* 1.

1) Hic et infra III, 1, 6. *heres suus* pro 'consorte' dicitur. Auctor fortasse de 'coheredibus' cogitabat.

### XII.[a] De his[b], qui potentum nomina in lite pretendunt[c] vel titulos[d] predii adfigunt[e].

Imp. Archadius[f]. Data V. Kal. Dec.[g] Interpretatio. Quicumque[h] homines cum alius[i] causas[k] habent, aut alii[l] apud[m] ipsos, si forsitam aliquas scripturas falsas de potentorum vel de iudicum in iudicio[n] presentaverint, ut per[o] talem occasionem[p] homines[q], qui suam iusticiam habent, nocuerint[r], si ipsas personas aut[s] iudices[t], quorum[u] nomina in ipsa scripta[v] continent, si talem[w] fraudem consentire voluerint, omnem dignitatem suam perdant. Si vero sine ipsorum voluntatem hoc scripturas illi[x] causatores[y] protulerint, plumbatis cesi[z] in metallo deputentur et causam[a] perdant et ipsam[b] facultatem, unde causant, admittant.

### XIII.[a] De dolo malo.

[1]. Imp. Constantinus. Data VIII. Kal. Aug.[b] Interpretatio. Dolus malus est, si quicumque homines[c] post causas inter se finitas, si postea aut per[d] aliquas scripturas aut per[e] qualecumque fraudem[f] postea ipsa[g] causa removere[h] voluerint[i]. Illi, qui eas agere volunt, infra duos annus[k] hoc faciant; nam post duos annus[k], si illas causas agere voluerint, non valebunt[l], preter si ipsi litigantes[m] aut per[n] infirmitatem aut per forasticas ambascias[o, 1] ipsas causas agere non[p] potuerint.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Ad parvulus[b], hoc est, qui in minore[c] etate[d] sunt, si aliquis, aut tutor[e] aut quicumque homo, aut per scripta aut per qualecumque[f] ingenio[g] eis damnum de eorum res intullerit[h], sciat[i] se inantea[k] omnia ei redditurum.

---

[XIII]. XIV. De his, qui potentiorum nomina in lite praetendunt aut titulos praediis affigunt.

1. Impp. Arcadius et Honorius. . . . Dat. V. Kal. Dec. . . . Interpretatio. Cognovimus multos causas suas per potentium personas excusare vel prosequi, ita ut libellos vel titulos eorum nominibus, qui dignitate praeclari sunt, quo facilius terreant possessores, in his domibus, quae ab eis repetuntur, affigant, aut certe, si aliquid repetatur nomine magnorum et clarissimorum virorum prolatis libellis contradictoriis se specialiter excusare. Quod si ex eorum voluntate factum fuerit, quorum nomina libelli testantur, publice debet dignitas eorum pro omni vilitate notari. Illi vero, qui causas suas tali fraude agere praesumserint, plumbatis caesi, in metallum damnati perdurent. Unde quicumque de re conventus, in qua dominus esse dignoscitur, si alterius nomine se voluerit defensare aut alium alterius nomine inquietare praesumserit, causam perdat, et rei, de qua agitur, seu possessionem seu repetitionem amittat, quamvis boni meriti negotium possit habere.

[XIII]. XV. De dolo malo.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. VIII. Kal. Aug. . . . Interpretatio. Dolus malus est, quoties per aliquam scripturam vel fraudem ea, quae definita sunt, per scripturae argumenta mutantur, vel si quis per cartarum suppositionem aut per surreptionem aliquam id, quod contra se futurum sit, ut consentire videatur, inducitur, vel cum his similia discutiente iudice probantur admissa. Et ideo ille, qui queritur, dolo se fuisse gravatum, intra biennium suas et incipiat et definiat actiones; ultra sibi nec ad inchoandum nec ad definiendum tempus noverit esse concessum. Nam si aut illum, qui dolum admisisse dicitur, aut illum, qui pertulit, absentem esse contigerit, a tempore, quo apud iudicem agere coeperit, biennium ad definiendam actionem sciat sibi esse permissum.

[2]. XVI, 1. Interpretatio. In annis minoribus constitutis multum legibus constat esse prospectum. Et ideo adversus tutorum fraudes vel venditiones, quas minoribus aliquibus commentis extorserint, aut quicquid sub tutelae nomine iniuste egerint, noverint legis beneficio revocandum.

---

XII. a) *ita B;* XIII *A* 1. b) is *A* 1. c) pertendunt *A* 2. d) titulus *A* 1. e) adficiunt *B*. f) Arč *B*. g) *ita B;* Decm̄ *A* 1; Decemb. *A* 2. h) que *deest A* 1. i) aliis *A* 2; alios *B*. k) causam *A* 2. l) habent *add., sed del. A* 1. m) aput *A* 1. n) iudicium *A* 2. o) *al. man. superscr. A* 1. p) occansionem *A* 1. q) hominis *A* 1; *corr.* homines *A* 2. r) noguerint *A* 1. s) ad *B*. t) iudicē *A* 2. u) corum *A* 1. v) sripta *A* 1. w) tale *A* 2. x) ille *A* 1. y) accusatores *A* 2. z) *ita B;* cedi et *A* 1. 2. a) causa *A* 1. b) ipsa *A* 2.

XIII. a) *ita B;* XV *A* 1; V *A* 2. b) Augustas *A* 1; Ag *B*. c) omines *A* 1. d) pro *A* 1. e) *ita B;* pro *A* 1. 2. f) fraude *B*. g) ipsam causam *B*. h) removeri *B*. i) voluerit *corr.* voluerint *A* 2; voluerit *B*; qui *add. A* 1. 2. k) anūs (an̄n̄) *A* 2; an̄ *B*. l) valebit *B*. m) liticantes *A* 1. n) pro *A* 1. o) *ita A* 2; anbascias *A* 1; ambasias *B*. p) no *A* 1.

[2]. a) *deest B*. b) parvulis *A* 2; parvulos *B*. c) minorē *B*. d) ętate *A* 2. e) tut' *A* 1. f) qualequumque *A* 1. g) ignio *B*. h) intulerint *A* 2. i) *ita B;* sciant *A* 1. 2. k) in ante ea *A* 1.

1) *Forasticae ambasciae* sunt negotia externa. De voce ambascia cf. Stobbe, diss. cit. p. 59; LL. Form. p. 169, n. 3; Diez, 'Etym. WB. d. rom. Sprachen' I, s. v. 'ambasciata'.

### XIV.[a] De integris restitucionibus.

Imp. Constantinus. Data Id. Mar. Interpretatio. Qui tutillam[b] de[c] eres[1] parvulorum[d] recepit ad gubernandum[e], si eam[f] forsitam ab integritatem[g] in tempore expleto ad ipsos parvulos[h] non reddiderit[i], licet ei usque ad XXVIII.[k] annum[l] hoc se reparare, unde eis ipsorum debitum reddat.

### XV.[a] De his[b], qui veniam aetatis[c] impetraverunt.

Imp. Constantinus. Data IV. Kal. Iun.[d] Roma[e]. Interpretatio. Pupilli[f], hoc est, qui in minore aetate[g] sunt, quamvis a[h] XXV. annum[i] pupillares[k] annus[l] impleant, tamen licet eis, si voluerint, in vicisimo[m] aetatis[n] suae annum[o] ad principes se ipsos[p] commendare[2] et res suas cuicumque[q] voluerint ad gubernandum[r] dare possunt. Similiter et puellas[s] post X.[t] et VIII. annum[u] aetatis[v] suae, si voluerint, ipsam[w] rationem hoc[x] facere possunt, sicut superius de pupillis diximus.

### XVI.[a] De iudiciis.

[1]. Imp. Constantinus. Data prid.[b] Kal. Ian.[c] Interpretatio. Si qualescumque homines, qui inter se causas habuerint, si ante iudicem venerint, per singulas causas eos iudex discutere[d] et eorum causas inquirere[e] debet[f], ne forte tales[g] causas inter illos remaneant[h], ut postea ille iudex[i] exinde conrupcionem[k] non habeat[l], quod[l] si ipsa causa[m] bene non exquisiset[n]; et postea, quomodo ipsorum causa[o] bene habet exquisita, sic suo iudicio inter

---

[XIIII]. XVI. De integri restitutione.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. III. Id. Mart. . . . . .

2. . . . Interpretatio. Iustum videtur, ut post XXV. annum, ubi XXVI. annus fuerit ingressus, deposita apud iudicem contestatione petat qui sibi voluerit ea, quae in annis minoribus aut per se aut per tutores vel curatores vitio male acta sunt, salva et integra pro aetatis infirmitâte restitui. In his dumtaxat usque ad XXVIII. annum, si constestatus fuerit, integra ei, salvo principali negotio, quae male amiserat reformentur.

[XV]. XVII. De his, qui veniam aetatis impetrarunt.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. V. Id. April. Thessal. PP. III. Kal. Romae. . . . Interpretatio. Adolescentes, qui honestis moribus esse probantur et ad gubernandas facultates suas idoneam cupiunt habere personam, oportet eos primum, antequam ad legitimam aetatem perveniant, id est, ubi vir viginti annorum esse coeperit, auxilium principis implorare, et accepto huius rei beneficio, eo ordine apud testificationem publicam allegare, ut probent se viginti annorum implesse curricula et honesta conversatione transigere, et sic praedia sua in aliena iura, cum decreti tamen interpositione, transferre liberam habeant potestatem. Feminae vero, sicut biennio in pubertate minores sunt, ita et transacto biennio, ubi ad XVIII. annum pervenerint, eas tamen, quas morum et honestatis commendat opinio, non in publico annos probare suos cogendae sunt, sed misso procuratore per scripturam annos eos, quos superius diximus, se habere demonstrent et similem quam viri in contractibus habeant facultatem, ita ut, qualis vel quam digna persona sit, apud talem iudicem haec, quae dicta sunt, debeat approbare. Ergo cum fuerint post adolescentiam hac aetate firmati, in ipsis quoque scripturis vel venditionum instrumentis, honestos se et firmatos aetate conscribant. Hoc tamen illis liceat, qui beneficium, ut diximus, principis pro confirmanda aetate meruerint, ne praedia sua sine iussu iudicis vel decreto, quod ex praecepto iudicum vel consensu curialium datur, alienare praesumant.

[XVI]. XVIII. De iudiciis.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. prid. Id. Ian. . . . Interpretatio. Iudex, cum causam audire coeperit, litigatorum assertiones vel responsiones patienter accipiat et omnia plena discussione perquirat. Nec prius litigantibus sua sententia velit obviare, nisi quando ipsi, peractis omnibus, iam nihil amplius in contentione habuerint, quod proponant; et tam diu actio ventiletur, quousque rei veritas invenitur. Frequenter interrogari oportet, ne aliquid praetermissum fortasse

---

XIV. a) IIII *B*; XVI *A* 1; VI *A* 2. b) tutella *B*. c) de eres *A* 1; de (*corr.* ad) heres *A* 2; deres *B*. d) parvolorum *A* 1, *ubi* recepta *corr.* recepit. e) *ita A* 2; gouernandum *corr.* gobernandum *A* 1; guber *B*. f) ea *A* 2. g) integritate *B*. h) parvolus *A* 1. i) reddiderint *A* 2. k) XXVIIII *B*. l) annus *A* 1; ann. *A* 2. *B*.

XV. a) *ita B*; XVII *A* 1; VII *A* 2. b) is *A* 1. c) etatis *et similiter infra B*. d) Iunias *A* 1. e) Rom̃ *B*. f) Pupillo *corr.* Pupilli *A* 2. g) etate *B*. h) ad vigesimum V. *B*. i) anno *A* 2; añ *B*. k) pupellares *A* 1. l) ann. *A* 2. *B*. m) vicissimo *A* 1; vicisimo *corr.* vicesimo *A* 2; vigisimo *B*. n) aetate sue *A* 1. o) añ *B*. p) *ita B*; ipsum *A* 1. 2. q) cuiquumque *A* 1. r) gobernadum *A* 1. s) puellae *A* 2. t) X&VIII *A* 1; XXVIII *A* 2; X&VIIII *B*. u) annus *A* 1; ann. *A* 2. *B*. v) aetatis suae *des. A* 2. w) *i. e.* ipsa ratione. x) *deest A* 2.

XVI. a) *ita B*; XVIII *A* 1. 2. b) *ita B*; II *A* 1. 2. c) Ianuarias *A* 1. d) descutere *A* 2. e) inquire *B*. f) debent *radendo corr.* debet *A* 1. g) talis *B*. h) remaneat *B*. i) iūx *A* 1. k) corruptione *A* 2; conrumpencia *B*. l) habiat *A* 1. m) *ita B*; ipsam causam *A* 1; quae ipsa causa *A* 2. n) exquisisset *A* 2. o) *ita A* 2; causam *A* 1; causas b. h. exquisitas *B*.

1) Dubitandum videtur, utrum vox *eres* vel *heres* pro *herede* = *hereditate*, an pro *res* = *rebus* scripta sit; cf. infra 17, 2. 2) Cf. infra XXIII, 7. XXIV, 8, 1; v. Sohm, 'D. Reichs- u. Ger.-Verf.' p. 342, n. 21. p. 547, n. .

eos donet. Et si[q] forsitam ipsi causatores postea[r] ante iudices[s] ambulare voluerint, ille iudex per ordinem[t] exinde ad suum principem rationem donet, quomodo[u] inter eos iudicavit.

[2]. Item alia[a]. Si quicumque[b] homo ad duos iudices, ad publicum[c] et ad privatum, — hoc est privatus, qui actor[d] ecclesiarum est —, si ille homo[e] de una facultatem[f] ad ambos illos iudices causa[g] habere voluerit, ut ad unum de illos iudices iunior[h, 1] sit[i] et fretum[k, 2] conponat, et ad illum alterum iudicem actum[l] querit: ille homo, qui istum fecerit, ipsam rem vel actum, quem[m] querit, non accipiat et insuper quintam[n] partem facultatis suę[o] de illas[p] res, qui[q] sub illum[r] iudicem habet, ad illam[s] civitatem det, in cuius finibus res, de quo agitur, fuerit constituta.

### XVII. De inofficioso[a] testamento.

[1]. Imp. Constantinus. Data Id. Aprl.[b] Interpretatio. Si mulier carta[c] de sua facultate fecerit et forsitam aliquis de suos infantes exheredare[d] voluerit, hoc[e] facere non potest, si ipsi filii contra suam matrem graves culpas factas[f] non habuerint.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Si quicumque[b] homo testamentum[c] fecerit et in omnibus suus[d] filius ibidem heredes constituat, ut[e] suam uxorem in ipsum testamentum[f] pretermittat, si illa mulier docere potuerit, ut ad filios[g] suos neque[h] per se neque per alios[i] homines per nullum malum ingenium[k] eis alicum malum[l] fecisset, si hoc non fecit, ea de[m] eres[m] mariti sui illa exheredare[n] non potest.

[3]. Item alia[a]. Si filii aliquid contra testamentum parentum suorum causare volue-

---

remaneat; quia si apud ipsum finienda causa est, totum debet agnoscere. Sin vero ita res exigit, ut ad principis notitiam deferatur, plena discussis omnibus data relatione debet esse suggestio etc.

2. Interpretatio. Nullus penitus audiatur, qui unius causae propositionem apud duos iudices partiri voluerit, ut apud unum de negotio principali proponat, et ab alio sibi momenti beneficio rem postulet consignari. Quod si quis hoc facere fortasse praesumserit, eiusmodi poena se noverit condemnandum, ut nec illud, quod repetit, ulla ratione recipiat et quintam portionem facultatum suarum, de quantum ibi possederit, reipublicae civitatis illius cedat, in cuius finibus res, de qua agitur, fuerit constituta.

[XVII]. XIX. De inofficioso testamento.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. Id. April. . . . . . .

[1. 2]. 2. Interpretatio. Quamvis leges filiis, si praetermissi testamento fuerint, maiorem quam matribus agendi dederint potestatem, ut de inofficioso matris testamento proponant, id est, si quarta debitae portionis suae filio dimissa non fuerit, ita tamen, si probare potuerint, quod matris in nullo laeserint pietatem, sed se obsequium, ut decuit, praestitisse, sic testamentum matris, in quo praetermissi fuerint, non valebit. Nam si mater contra testamentum filii, quod inofficiosum dixerit, agat, debet diligenter requiri, si contra filium mater nihil egisse probatur, aut si nullis insidiis vel publice vel secrete eum laedere fortasse tentaverit nec forsitan consilium adversus filium inimicis suis, quod impium est, auxiliumque praestiterit. Quod si factum non fuerit, potest removere praetermissa mater, quia ei quartam de rebus suis portionem filius non dimisit, quod filius fecerat testamentum; si tamen filio fratres consanguinei agnati, id est uno patre nati, aut eorum filii per virilem sexum non esse probantur. Nam si mater, ut superius dictum est, pro manifestis inimicitiis suis praetermissa docebitur, invita acquiescat laesi filii voluntati.

[3]. 5. Interpretatio. Intra quinque annos a die mortis defuncti, quicumque inofficiosum dicere voluerit testa-

---

q) *B; deest A* 1. 2. r) *ita B;* posteea anteea ante *A* 1; postea antea ante *A* 2. s) iudicem *B.* t) ordine *A* 2. u) comodo *A* 1.

[2]. a) alī *A* 2. b) quicomque *A* 1. c) puplicum *A* 2. d) act' (= actur) haecclesiarum *A* 1. e) omo *A* 1. f) facultate *B*, *ubi* ad *deest.* g) *ita B;* causam *A* 1; causa — iudices *om., sed post add. A* 2. h) *ita B;* iuvenior *A* 1. 2. i) *ita A* 1. 2; sed ex *pro* sit et *B.* k) fretu *A* 2; fredum *B.* l) actu *A* 2. m) quod requirit *B.* n) *ita B;* V partes *A* 1; quinque partes *A* 2. o) suae *A* 2. p) illa *B.* q) *B;* q *A* 1; quę *A* 2. r) illo *A* 2. s) ipsam *B.*

XVII. a) ineficioso *A* 1. b) Apī *A* 2; Ap̄ *B.* c) cartam de suam facultatem *B.* d) exeretare *A* 1. e) et hoc *B.* f) *deest B;* non habuerint factas *A* 2.

[2]. a) *deest B.* b) quiscumque, *sed lit.* s *eras. A* 1. c) testamento *corr.* testamentum *B.* d) suos filios *B;* s. f. *corr.* suos filios *A* 2. e) et *A* 2. f) testam̄ *B.* g) filius *A* 1. h) nec *A* 2. i) alius *A* 1. k) inienium *A* 2. l) non *add., sed eras. A* 1. m) *ita A* 1; de heres *A* 2; deres *B.* n) exeredare *A* 2.

[3]. a) intp̄ *add. A* 1.

1) *Iunior* idem fere significare videtur ac subditus. Neque haec neque alia illa, quam praebent codices A, forma *iuvenior* cum interpretatione, quam offert O. Stobbe, congruere videtur. Cf. diss. cit. p. 60, ubi legitur: si ab altero iudice damnatus est ('ad unum de illos iudices invenior sit'). Quid re vera sibi velit haec lex, valde dubium videtur. Cf. notam sequentem. 2) *Fretum* auctor legis nostrae hoc loco et infra IV, 19, 1. posuit pro interpretationis verbis *principale negotium* perperam intellectis.

rint, infra quinque annus[b] ipsa causa menare[c] debent, ut postea usque ad[d] tridicem[e] annus[f] ipsa causa agere possent. Nam si infra quinque annus contra ipsum testamentum nulla non[g] causaverint, sciant se, ut postea contra ipsum testamentum nulla pulsare non[g] possunt.

## XVIII.[a] De inofficiosis[b] donationibus.

Imp. Constantinus. Data XIV.[c] Kal. Iul.[d] Interpretatio. Cuicumque homini si[e] ei aliquid donatur[f], si aliquid exinde agere voluerit, ut dispeccionoso[g, 1] testamentum sit[h], qui quartam[i] porcionem[k] dimittatur[l], sicut superius diximus, infra quinque annus hoc agere debent. Nam post quinque annus exinde nullam[m] agere non[n] potest.

## XIX.[a] De inofficiosis[b] dotibus.

[1]. Imp. Constantinus[c]. Data XIV.[d] Kal. Ian.[e] Interpretatio. Dotibus, qui[f] est inter virum et uxorem, si quarta porcio ad heredes reservata[g] non fuerit, ipsa dotes[h] firma stare non potest.

[2]. Item[a] alia interpretatio[b]. Si mulier ad secundum maritum dotem[c] fecerit, et de[d] primario marito[e] filius[f] habuerit, si quarta[g] parte de res suas ad illos non reservaverit, ipsa[h] dotes[i] firma non permanebit.

## XX.[a] De hereditates[b] peticiones.

Imp. Constantinus. Data III. Kal. Feb.[c] Interpretatio[d]. Si quis homo libertum[e] civemque[f] Romanum fecerit, et postea per sua[g] culpa ad hoc venerit, quod[h] Latinus libertus[i] fiat, si in ipsa culpa mortuus fuerit, suas res[k], que[l] habuit, ipsi domini[m] recipiant, qui[n] a[o] virili sexu[p] pertinent, et forsitan[q] ipsi liberti[r] filius[s] habuerint[t], qui contra hoc dicere[u] aliquid

---

mentum, inchoandae actionis licentiam se noverit habiturum. Quod temporis spatium etiam filii sibi, si contra parentum testamenta ac voluntatem agere voluerint, agnoscant esse concessum. Quo transacto, si repetitio inchoata non fuerit, omnium personarum de inofficioso intentio conquiescat. Ceterum intra quinquennium inchoata usque ad tricennium obtineat actionem.

[XVIII]. XX. De inofficiosis donationibus.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. XIV. Kal. Interpretatio. Certum est, quod donatio facta de inofficioso testamento querelae similis iudicatur, contra quam similiter praetermissus, etsi ei minus, cui haec actio competit, quam quartae portionis suae modus est, dimittatur, intra quinquennium superius constitutum agere permittitur; et sicut de inofficioso testamento, ita potest agere, ut donatio evacuetur.

[XIX]. XXI. De inofficiosis dotibus.

1. Imp. Constantius. . . . Dat. XIV. Kal. Ian. Interpretatio. Quoties per dotem ita omnis hereditas evacuata probatur, ut quarta hereditatis ipsius non fuerit reservata, liceat filiis ad similitudinem inofficiosi testamenti contra dotem agere et debitam sibi portionem ex lege repetere.

2. Interpretatio. Si mulier marito secundo dotem dederit, et ex priore marito filios habuerit, et non eis tres uncias, id est quartam portionem de rebus suis reservaverit, dos, quae contra legem Papiam secundo marito data est, non valebit. . . . . . .

[XX]. XXII. De hereditatis petitione.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. III. Kal. Febr. . . . Interpretatio. Si quis civis Romanus libertus intercedente culpa Latinus libertus fuerit effectus, si in eadem Latinitate, sine reparatione prioris status, ab hac luce discesserit, facultates illius patronus vel patroni filii vel nepotes, qui tamen per virilem lineam descendunt et emancipati non fuerint,

---

b) añ *A* 2; annos *B*. c) minare *A* 2. d) *deest A* 2. *B*. e) XIII *A* 2. *B*. f) añ *A* 2. *B*, *et ita infra*. g) *B*; non *eras*. *A* 1, *deest A* 2.

XVIII. a) XX *A* 1. 2. b) officiosis *B*. c) IIIIX *A* 1. d) Iulias *A* 1. e) si ei *des*. *B*. f) donator *B*. g) dispectionoso t. *A* 2; suspicioso testamento *B*, h) *ita B*; set *A* 1; sed *A* 2. i) quarta *A* 1. k) u a e e *add*. *A* 1; u e t e *add*. *A* 2, *quod quid sibi velit, non intelligo; exspectaveris hoc loco:* non. l) dimitatur *A* 1. m) nulla *A* 2. n) *deest A* 1. 2.

XIX. a) XVIIII *B*; XXI *A* 1. 2. b) officiosis *B*. c) Coñs, Constañ *(eodem modo atque alias* Constantinus *abbrev.) codd*. d) XIIII *B*; IIIIX *A* 1; IIII *A* 2. e) Ianuar. *A* 1. f) quid est *A* 2; que *B*, *ubi* est *deest*. g) servata *A* 2. h) dotis *B*.

[2]. a) *deest B*. b) *deest A* 2. c) dote *A* 2. d) *superscr*. *A* 1. e) maritum *A* 2. f) *corr*. filios *A* 2; filios *B*. g) quartam par *B*. h) ipsas *A* 2. i) dotis *B*.

XX. a) *ita B*; XXII *A* 1. 2. b) hereditatibus *B*. c) Febr. *A* 1. d) *deest A* 1. e) livertum *A* 1. f) *ita B*; civincum *A* 1; civencum *A* 2. g) suam culpam *B*. h) *ita B*; quid *A* 1; qui *A* 2. i) livertus *A* 1. k) *deest A* 2. l) quam *A* 2. m) *ita B*; domni *A* 1. 2. n) qa (= qui a) *B*; qui *A* 1. 2, *ubi* a *deest*. o) *i. e.* ad virilem sexum. p) sexsu *B*. q) si *add*. *A* 2. r) liverti *A* 1. s) *corr*. filios *A* 2; filios *B*. t) habent *A* 1; habuer̄ *A* 2. u) d. a. *A* 2.

1) Id quod contemnendum, a voce *dispectio* = contemptio.

voluerint, ut, dum pater eorum civem[v] Romanum fuisset, sic ipsos[w] generasset[x], secundum legem exinde nihil agere possunt; quia, in quale causa pater eorum mortuus fuerit, hoc requiritur[y], nam non in illa libertate[z], quando illos[a] filios generabit[b].

### XXI.[a] De rei[b] vindicacionem.

Imp. Honorius[c]. Data V. Kal. Mar. Interpretatio. Quicumque milis[d] in terra[e] dominicalem[f] edificium[g] fecerit[h], id est, si ipsa terra alter homo antea propressa[i] non habuit[k], postea ipsum edificium[l] nullus homo[m] ei tollere non[n] potest. Similiter et de agro, ubicumque laborare potuerit[o], si ipsum agrum antea[p] alter non habuit, nullus homo ei tollere non[n] potest[1]. Quod si quicumque[q] princeps[r] vel iudex per sua forcia ei ipsum[s] tollere voluerit, aut alii[t] homini[u] illum dederit, pro ipsa causa, eo quod ei illum iniuste tollit[v], XX libras[w] auri solvat[x].

### XXII.[a] De familia herciscونde[b].

[1]. Imp. Constantinus. Data IV.[c] Kal. Sep.[d] Interpretatio. Quicumque homo[e] faciens testamentum, et si[f] postea heredes sui dixerint, quod ipse[g] testamentus[h] non sit legitime firmatus nec gesta[i] ligatus[2]; ipse vero, qui illum testamentum fecit, si voluerit, per qualescumque cartas ad suos filios[k] vel ad*) suos nepotes de filio natos[l], quodquod[m] eis[n] donare voluerit, liberam[o] habeat potestatem. Et si per qualecumque scripta[p] ad unum plus[q] dare voluerit[r] quam ad alium, hoc in sua est[s] potestate[t] facere, sicut volet[u].

[2]. Item alia interpretatio[a]. Quicumque mulier post mortem[b] mariti sui vivens, si

*) suas filias vel ad *add.* *A* 2.

---

sibimet vindicabunt. Nec si filios, quos civis Romanus generavit, fortasse dimiserit, aliquid de eius hereditate praesumant; quia non quaerendum est, in qua libertate nati fuerint, sed in qua pater eorum positus conditione defecerit.

[XXI]. XXIII. De rei vindicatione.

1. Imp. Honorius. . . . Dat. V. Kal. Mart. . . . Interpretatio. Quicumque militans in solo publico aedificium fortasse exstruxerit aut aliquid pro utilitate sua crediderit faciendum, per nullius calumniam penitus repellatur, sed hoc perpetuo in eius iure permaneat. Idem miles nostris utilitatibus serviens, si locum publicum construxerit vel ad excolendum fortasse tenuerit, si hoc tamen nullus antea tenuit, cui miles ipse pervasor exstiterit, simili ratione possideat. Contra quam rem etiamsi surreptum principi fuerit, non solum impetrata non valeant, verum etiam improbus petitor viginti libras auri fisco cogatur exsolvere.

*Cum initio cf. Epit. Aegid.:* Militanti vero in rebus publicis etiam et militi absque ambiguitate liceat aedificare in re fiscali. . . . . .

[XXII]. XXIV. Familiae herciscundae.
(*Epitomae omnes:* De familia herciscunda).

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. IV. Kal. Sept. . . . Interpretatio. Quando facultas patris inter filios vel nepotes dividitur, specialiter voluntas patris vel avi paterni debet in omnibus custodiri, cuius testamentum, etiamsi non fuerit perfectum, aut si non legitimo numero testium subscribatur nec gestis allegetur, tamen si agnoscitur defunctus, de quo supra dictum est, de facultate sua aliquid ordinasse, quicquid unumquemque de filiis ac nepotibus cuiuscumque sexus habere voluerit, hoc sibi sine consortis repetitione defendat, nec praesumat aliquis, quod alteri consorti auctor ille dimiserit; sed hoc inter filios ac nepotes ex filiis masculis observetur, quod voluntate auctoris per quamcumque scripturam probabitur ordinatum.

2. Interpretatio. . . . Si mater vivens facultates suas filiis praeceperit et permiserit dividendas, et usque ad exitum vitae suae in eadem voluntate perstiterit, divisio inter filios facta perduret.

---

v) civē *B;* cive *A* 1. 2. w) ipsus *A* 1. x) generasse *A* 2; et *add. B.* y) requiretur *B.* z) libertatem *A* 2; liƀer *B.* a) illus filius *A* 1. b) *ita A* 1. 2 (*i. e.* generavit); gēūit *B.*

XXI. a) *B;* XXIII *A* 1. 2. b) *ita B;* De revendicationem *rubr. A* 1. 2. c) Honōr *A* 1. d) *B;* milex *A* 1. 2. e) terram *A* 2. f) dominica *B.* g) edificium *A* 1; hedificium *B.* h) *deest B.* i) propresa *B.* k) habet *A* 2. l) hedificium *A* 1; aedificium *A* 2; edificium *B.* m) anteea *add., sed del. A* 1. n) *ita B;* non *eras. A* 1; *deest A* 2. o) potuerint *A* 2. p) *ita A* 2; ante ea alter *A* 1; alter antea *B.* q) quiscumque *A* 2. r) principis *A* 1. s) *deest B.* t) alio *B.* u) omini *A* 1. v) tollet *A* 1; tullit *corr.* tollit *B.* w) liƀ *B.* x) componat *A* 2.

XXII. a) *B;* XXIIII *A* 1. 2. b) hereciscونde (u *corr.* o) *A* 2; herecesc̄de *rad. corr.* hercesc̄de (= hercesconde) *B.* c) III *B.* d) *B;* Seprs *A* 1; Septb. *A* 2. e) *deest A* 2. f) *deest A* 1. 2. g) ips *A* 1. h) -tos *corr.* -tus *A* 2. i) gesta legatus *A* 2. k) filius *A* 1. l) natus *A* 1. m) quodquot *A* 2. n) *ita fortasse ex emendatione A* 2; ei *A* 1. *B.* o) libera *A* 2; liƀ *B.* p) scriptam *A* 1. q) *hoc loco deest A* 2. r) plus *add. A* 2. s) *deest B.* t) potestatem *B.* u) vult *B.*

[2]. a) *deest A* 2. b) morte *A* 1.

1) Monendum est, hoc loco de iure, ut videtur, ex capturis interra dominicali factis orto agi. Cf. Brunner, 'D. RG.' I, p. 205. 2) I. e. gestis allegatur.

suas res inter suos filios[c] dividere voluerit, ipsas res postea, dum vivit, tenere potest, et ipsa divisio post eius[d] mortem firma permaneat.

### XXIII.[a] De commune dividendum[b].

Imp. Constantinus. Data III. Kal. Mai.[c] Interpretatio. Cum post mortem parentum inter heredes familie dividuntur, ille heres[d], cui talem[e] servum in porcionem venit, qui uxorem et filios[f] parvulos habet, ipsa uxor da marito suo nec[g] ipsi infantes non separentur, set[h] pro eis vecarius[i] detur, ut, qui ipsum coniugium recepit[k], in[l] integrum eum habeat.

### XXIV.[a] De finium regendorum[b].

Imp. Constantinus. Acta[c] XII. Kal. Iul.[d] Interpretatio. Quicumque homo alterius terra[e] malo ordine invaserit, ipsam rem, quem[f] male invasit, in[g] duplum[g] restituat.

### XXV.[a] Si certum petitur de cirografis[b].

Imp. Honorius. Data V. Kal. Iun. Interpretatio. Quicumque homo ad[c] alterum hominem de suam[d] rem aliquid dederit et exinde caucionem acciperit[e], si ille homo mortuus fuerit, qui illam[f] cautionem fecit, si propinqui vicini fuerint[g], ille, qui ipsam[h] caucionem habet, infra II annus[i] ipsam[k] causam ante iudicem mittat[l]. Si vero unus da altero[m] longe commanserint, ille, qui ipsam cautionem habet, infra quinque annus[i] ipsam[n] causam ante iudice[o] agat[p]. Si[q] vero ambo vixerint[r], oportit[s] ei, qui ipsa[t] caucionem recepit[u], ut infra XII annus[v] ipsa[s] caucionem[w] refirmet. Quod si ille, qui ipsam cautionem[x] fecit, in captivitatem[y] ambulaverit[y], ille, qui ipsam caucionem habet, ad suam[z] domum veniat et ante

---

[XXIII]. XXV. De communi dividundo.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. III. Kal. Mai. . . . Interpretatio. In divisione patrimoniorum seu fiscalium domorum sive privatorum observari specialiter debet, ut, quia iniustum est filios a parentibus vel uxores a maritis, cum ad quemcumque possessio pervenerit, sequestrari, mancipia, quae permixta fuerint, id est uxor cum filiis et marito suo, datis vicariis, ad unum debeant pertinere, cui necesse fuerit commutare, quod sollicitudo ordinantium debet specialiter custodire, ut separatio fieri omnino non possit.

[XXIV]. XXVI. Finium regundorum.

(*Epitomae omnes:* De finium regundorum).

1. Imp. Constantinus. . . . Lecta apud acta XII. Kal. Iul. . . . Interpretatio. Si quis pervasor finium fuerit approbatus, eo quod, priusquam aliquid iudicio finiretur, id, quod alter tenuerat, invasisset, non solum illud, quod male praesumsit, amittat, sed, ut non unusquisque rem alienam occupet, cum fuerit in causa devictus, pervasor iuris alieni, tantum spatii restituat, quantum praesumsit invadere.

[XXV]. XXVII. Si certum petatur de chirographis.

1. Imp. Honorius. . . . Dat. V. Kal. Aug. . . . Interpretatio. De cautionibus mortuorum hoc praecipimus observari, ut, si debitor absens defunctus fuerit, et mortuum eum creditor esse cognoverit, cautionem suam intra quinquennium iudici non differat publicare. Si vero praesente creditore defecerit, intra biennium defuncti publicet cautionem; ita tamen, ut. . . . Nam de reliquo inter vivorum personas haec observanda decernimus, ut omnes cautiones debitorum intra duodecim annos debeant contestari; ita ut a debitoribus renoventur. Quod si forsitan ante duodecim annos debitorem peregrinari contigerit, iudicis mereatur edictum, quod in postibus debitoris sui pro contestatione debeat affigere, et homines illius convenire non desinat, ut cum fuerit taliter debitum contestatum, excusationem qui peregrinatur longi temporis habere non possit. Nec ideo se excuset, quod non renovaverit cautionem. Sane si debitor suam esse dixerit cautionem, sed nihil se de ipsa cautione asserat accepisse, tempus debet inspici cautionis, ut, si intra quinquennium cautio conscripta cognoscitur, et probatum fuerit quod in cautione continetur acceptum, debitor suam impleat cautionem.

---

c) filius *A* 1. d) mortem eius *A* 2.

XXIII. a) *B*; XXV *A* 1. 2. b) devitendum *A* 2. c) Maid (*d in loco raso*) *A* 1; Mai *B*; Mad. *A* 2. d) heredes *B*. e) tal̄ servus *post* tal̄ *aliquid erasum B*. f) filius parvulus *A* 1. g) hec *corr.* nec *B*. h) *ita emendavi;* et *A* 1. 2; se *B*. i) vegarius *A* 2; vicarius *B*. k) recep̄ *A* 1. l) *deest A* 2.

XXIV. a) XXIIII *B*; XXVI *A* 1. 2. b) reverendorum *B*. c) Data *A* 2. d) Iuli *A* 1. e) tr̄a *A* 1. *B*; terram *A* 2 (*in A* 1 *ante hanc vocem quaedam erasa, fortasse:* terrā). f) quam *A* 2; quod *B*. g) inde plus *corr.* induplu *A* 1.

XXV. a) *B*; XXVII *A* 1. 2. b) ciriografis *corr.* cirografis *A* 1; cyrograffis *A* 2; cirographis *B*. c) *ita B;* adulterum *pro* ad a. *A* 1. 2. d) sua *A* 2. e) *A* 2; acciperet *corr.* acciperit *B*; reciperit *A* 1. f) illa *A* 2. g) fuer̄ *B*. h) ipsa caucione *A* 2. i) an̄n̄ *A* 2. *B*. k) *deest B;* ipsa causa *A* 2. l) mittat' (= mittatur) *B*. m) alterum *B*. n) ipsa causa *A* 2. o) iudicem *B*. p) agant *rad. corr.* agat *A* 1. q) Si — ipsa *in marg. post add. alt. man. A* 1. r) *ita B;* dixerint *A* 1. 2. s) *corr.* oportet *A* 2; oportet *B*. t) ipsam *B*. u) recipit *A* 1. v) an̄n̄ *codd.* w) cationem *A* 1. x) cationem *corr.* cautionem *A* 1. y) *A* 2; ambulaverint *corr.* ambulaverit *A* 1; ambulaverint *B*. z) suum *B*.

suos heredes vel familia ipsam[a] caucionem in suos[b] postes[c] de sua casa[d] infigat[e][1]; et forsitam ille, qui ipsam caucionem fecit, de illa captivitatem revertit[f], ut se bene debeat de ipsam caucionem rememorare, et ipsum debitum creditori suo secundum legem solvat.

### XXVI.[a] Si certum petitur de suffragiis[b].

Imp. Iulianus. Data Kal. Febr. Interpretatio. Si quis homo, dum in parva potestate[c] est positus, si aliquid[d] alicui homini donaverit, et postea forsitan ad miliciam in maiore potestate[c] venerit, et si hoc, quod donavit, per[e] suam audaciam iterum ipsa[f] rem retollere voluerit, hoc ei facere non liceat; et si hoc ei tulerit[g], ipsam rem reddat et[h] alterum tantum in fisco[i] conponat.

### XXVII.[a] De[b] donatione, ut non sit sine carta[b].

Imp.[c] Constantinus. Data Kal. Iul. Interpretatio[c]. Omnes pecunia quicumque homo ad alterum hominum sine carta donare potest. Nam mancipia[2] et terra[d] qui alteri[e] donaverit, si carta[f] exinde non fecerit, firmum stare non potest[3]. Et quod si hoc dicit possidere et infra XXX annus[g] carta[h] non ostendit, sic hoc reddat, qualiter et de violentia[i] lex precepit[k] solvere.

### XXVIII.[a] De pignoribus.

Imp. Constantinus ad universos[b] provinciales[c], intercessores[d] ac rectoribus. Data IV. Non. Iun.[e] Interpretatio. Quicumque actor pro fiscale[f] debitum[g] aut servus cultores aut boves araturicius[h] pignoraverit[i], secundum legem a[k] iudice puniatur[l].

### XXIX.[a] De quod iusso vel de peculio.

Imp. Honorius[b]. Data V.[c] Id. Iul.[d] Interpretatio. Quicumque[e] homo ad servum vel

---

[XXVI]. XXIX. Si certum petatur de suffragiis.

1. Imp. Iulianus. . . . Dat. Kal. Febr. . . . Interpretatio. Aliquanti pro sua voluntate suffragia dedisse probantur, et postea, cum ad militiam pervenerunt, ea, quae dederant, repetere vel auferre contra rationem inhoneste et illicite praesumserunt. Ideoque praecipimus, ut quicumque aliquid pro praestandis sibi, quae petiit, dedisse dignoscitur, non habeat licentiam repetendi; qui vero repetere fuerit conatus, hoc ille habeat, qui accepit, aut certe, si sublatum ei fuerit, reformetur, et aliud tantum ille, qui abstulit, fisco cogatur inferre.

[XXVII, 1]. 2. Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius. . . . Dat. Non. Mart. . . . Interpretatio. Quod si aliquid in auro vel in argento vel in ceteris rebus mobilibus obtulerit, firmum sine scriptura permaneat, quia res mobiles in suffragiis scripturam penitus non requirunt, sed sola traditione firmantur. Quod si loca urbana vel rustica dare placuerit, scriptura sequatur atque traditio, et de completis omnibus vel re tradita gesta confecta proferantur, nam aliter possessio ad alterum dominum transire non poterit. Sane si quis sine tali scriptura possessionem alterius crediderit occupandam, reus violentiae teneatur, et integrum, quod invaserit, reddat, omni sua repetitione damnata.

[XXVIII]. XXX. De pignoribus.

1. Imp. Constantinus A. ad universos provinciales. Intercessores a rectoribus provinciarum dati. . . . Dat. IV. Non. Iun. . . . Interpretatio. Multi pro fiscali debito servos cultores aut boves aratorios de possessionibus causa pignoris auferre praesumunt, de quorum laboribus tributa redduntur, et ideo si quis creditor vel curator pacis vel curialis aut quicumque exactor hoc facere praesumserit, a provinciae iudice puniatur.

[XXIX]. XXXI. Quod iussu *(cf. rubr. tit. XXXII)*.

1. Imp. Honorius. . . . Dat. V. Id. Iul. . . . Interpretatio. Nullus dominum ad reddendum debitum, sicut hucus-

---

a) ipsa caucione *A* 2. b) suas *B*. c) potestates *B*. d) causa *A* 2. e) infica *A* 1. f) revertet *B*.

XXVI. a) *B*; XXVIII *A* 1. 2. b) sufragiis *A* 1. c) potestatem *A* 2. d) aliqđ *A* 1. e) ipsam *pro* per suam *B*. f) ipsa *A* 1. g) tullerit *A* 1, *ubi* ei *deest*. h) aet *A* 1. i) fesco *A* 1.

XXVII. a) *B*; XXVIIII *A* 1. 2. b) De — carta *des.* *A* 1. 2. c) Imp. — Interpretatio *des.* *B*. d) tra *A* 1. *B*; terram *B*. e) alio *B*. f) car̄ *A* 1. g) an̄n̄, an̄ *codd.* h) car̄ *B*. i) uiuolencia *B*. k) precipit *A* 2.

XXVIII. a) *B*; XXX *A* 1. 2. b) universus *A* 1. c) provinciał *B*. d) *ita B*; intersessores ad r. *A* 1. 2. e) Iuni *A* 1. f) fescale *A* 2. g) debitu aut servos c. *B*. h) *A* 2; aratiricius *A* 1; aratoricios *B*. i) pignorū *A* 2. k) *ita B*; ad iudicem *A* 1. 2. l) puniantur *B*.

XXIX. a) XXVIIII *B*; XXXI *A* 1. 2. b) Honor̄ *B*. c) VI *A* 2. d) Iuli *A* 1. e) Quicumque *A* 1.

1) Ipsam cautionem re vera in postibus casae debitorem admonendi causa infixam esse vix credendum est; fortasse quod de cautione dicitur, de exemplari cautionis intelligendum est. Monendum est, in nonnullis Raetiarum iuris fontibus inferioris aetatis similem quendam usum inveniri, scilicet quod creditor, debitorem, quem admonere voluit, non domo inveniens, signum suum, quod dicitur 'Hausmarke', in porta inscribere solitus est. Vide R. Wagner et de Salis, 'Rechtsquellen d. Cant. Graubünden' II, p. 55. Cf. Homeyer, 'Hof- u. Hausmarken' p. 215. Osenbrüggen, 'Wanderstudien a. d. Schweiz' I, p. 145. 2) Mancipia pro immobilibus habentur; cf. etiam infra VIII, 5. 3) Cf. H. Brunner, 'RG. d. Urkunde' I, p. 130.

ad colonum, conductori[f], procuratori[g] vel actori alterius, non rogante dominum, aliquid[h] ei[i] dederit, et si de ipsum servum fideiussorem[k] non acceperit[l], si ille servus ipsum debitum reddere noluerit, quamvis eum ille, qui suam[m] rem ei dedit, ante suum dominum accusasset[n], exinde per legem[o] nullam[p] recipere non debet; preter tantum, si ille servus ad suum dominum nulla de suis racionibus non debuerit, in conposicionem[q], postea de peculio[r] suum[s] pro ipsam[t] rem, quam accepit, ipsum debitum creditori[u] suo solvat.

### XXX.[a] De usuris.

Imp. Constantinus. Data XV.[b] Kal. Mai.[c] Interpretatio. Quicumque homo ad alterum hominem aliquid de qualecumque fructu[d] terre[e] prestaverit, non amplius[f] ab[g] eo usuras recipiat, quam terciam[h] porcionem: duas[i] licet dare, et secundum legem tertiam[k] superrecipere[l]. Nam de alia pecunia, quod[m] unus[n] alteri prestat, non plus exinde recipiat usuras, nisi centesimam[o] porcionem; et si amplius exinde exigere[p] voluerit, omnem rem, quod dedit, perdat.

EXPLICIT[r] THEODOSI[s] LIBER SECUNDUS.

## INCIPIUNT[a] CAPITULA LIBRI III.

I. De contrahenda[b] emptionem.
II. De commissoria[c] rescendenda[d].
III. De vindicione[e] filii sui.
IV. De conparatione[f] mancipiorum.
V. De sponsalibus ante nuptiis[g] donacionis.
VI. Si provincie rector vel ad eum pertinentes sponsalia[i] [dederint[k]].
VII. De nuptias[l].
VIII. De secundis[m] nuptiis.
IX. Si secundum[n] nupserit mulier, cui maritus usumfructum[o] reliquerit[p].

---

que fiebat, adstringat, nisi servo suo vel actori pecuniam rogante domino praestitisse convicerit. Et ideo si quis servo, colono, conductori, procuratori vel actori pecuniam non rogante domino dederit, sciat, dominos terrarum propter hoc debitum nullatenus posse teneri; sed qui non rogante domino pecuniam talibus personis crediderint aut fideiussores non acceperint, ea, quae commodata sunt, se noverint perdituros, nec a domino posse reposci.

[XXIX]. XXXII. De peculio.

Interpretatio. Hoc sane creditoribus volumus esse praestandum, ut actor vel servus sive procurator possessionis, qui pecuniam a creditore susceperit, si nihil de rationibus suis domino debuerit, pro pecunia, quam accepit, de peculio, quod habet, creditoribus reddat.

[XXX]. XXXIII. De usuris.

1. Imp. Constantinus. . . . PP. Caesariae XV. Kal. Mai. . . . Interpretatio. Quicumque fruges humidas, id est vinum et oleum, vel quodcumque annonae genus alteri commodaverit, non plus ab eo propter usuram quam tertiam partem accipiat, id est ut supra: duos modios qui accepit, tertium reddat. Quod si conventus fuerit ille, qui commodat, et pro maiore usura noluerit debitum suum, adiecto tertio modio, a debitore recipere, etiam debitum perdat. Quam rem ad solas fruges praecipimus pertinere. Nam quando pecunia fuerit commodata, nisi unam tantum centesimam a creditoribus exigi non iubemus.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER II.

---

f) *B*; conducto *A* 1; conductum *A* 2. g) *ita B*; pre curatori *A* 1; post curatori *A* 2. h) aliqđ (aliquod) *B*. i) *B*; eis *A* 1. 2. k) fidemiussorem *B*. l) habuerit *B*. m) rem suam *A* 2. n) *ita B*; acuset eum *A* 1. 2. o) lege *A* 2. p) nulla *A* 1. q) compositione *A* 2. r) peculium *B*. s) suo *A* 2. t) ipsa *A* 2. u) a creditori *A* 2.

XXX. a) *ita B*; XXXII. De usuribus *A* 1. 2. b) *B*; XII *A* 1. 2. c) *B*; Mađ *A* 1. 2. d) fructum *A* 1. e) terra *A* 2; terrę *B*. f) ampliis *corr.* amplius *B*. g) habeo *pro* ab eo *A* 1. h) tertia *A* 2. i) *B*; duos *A* 1. 2. k) tercia *A* 1. 2; testiam *B*. l) super reciperit *B*. m) quid *A* 1. n) usus alio *pro* unus alteri *B*. o) C mā *A* 1. 2. p) exire *A* 2. q) Explicit — secundus *des*. *B*. r) tħođosi *A* 1.

Lib. III. a) De libro III° Teodos. *B*. b) *B*; contraenda empcione *A* 1; contra emptionem *A* 2. c) *B*; commissaria *A* 1. 2. d) *ita A* 1 *pro* rescindenda; recedenda *A* 2; rescenda *B*. e) vindicatione *A* 2; emcionem *B*. f) conparacionem *B*. g) nuptia *B*. h) donationes *A* 2. i) sponsalias *B*. k) *deest codd.* l) *B*; nupcias *A* 1; nuptiis *A* 2. m) secunda nuptias *B*. n) secundo *A* 1. o) *B*; usu fructu *A* 1. 2. p) relliquid *A* 1.

X. Si nuptiae[q] ex[r] rescripto petatur, vel si mentitus fuerit iudici[s], ut quis homo sua filia ei dare vellit.

XI. Si quacumque[t] preditus[u] potestatem[v] nupcias petat invidae[w].

XII.[x] De incestis[y] nupciis.

XIII.[x] De dotibus.

XIV.[x] De nuptiis gentilium.

XV. De fideiussoribus.

XVI. De repudiis.

XVII. De tutoribus et curatoribus.

XVIII. De qui[z] petant[a] vel tutillis[b] parvulorum[c].

XIX. De aministracione[d] et periculum tutorum et[e] curatorum.

## INCIPIT[a] LIBER TERCIUS.

### I. De contrahenda[b] emptione.

[1]. Imp. Constantinus. Data Id. Aug. Interpretatio. Cum inter ementem et vendentem[c] de qualecumque rem fuerit inter eos orta causatio, ille, qui ipsam rem vindiderit[d], si exinde minus precium preserit[e], quam ipsam[f] rem valebit, siad[g] difinitum[h] de[i] ipsam rem convenienciae[k] precium, sicut[l] inter eos convenit, postea in precium ipse, qui conparat[m], nullam rem venditori[n] addere[o] debet; nisi solum quod convenientia[p] habuerunt[q] det, et in[r] ipsa permaneat[s].

[2]. Item alia interpretatio. Quicumque homo de res puplicas[a], unde fiscus exit, aut villam aut qualecumque terra[b] conparare voluerit, non potest ipsam facultatem emere sine tributum aut sine censum[c], quod de ipsa terra exit. Quod si presumserit[d], ille qui emit[e] precium perdat[f], et ille qui vendit[g] ipsam villam, aut quales[h] terra fuerit, perdat[i]. Nam quicumque homo in qualecumque loco terra[k] conparare[l] voluerit, vicinus[m] loci illius in suo testimonio roget[n] esse, ne alterius facultatem[o] aut terra[b] conparet.

[3]. Item alia interpretatio. Ad pupillos, qui in[a] minore etate[b] sunt, sive masculos[c] sive feminas[d], de sua facultate non liceat[e] alteri[f] homini nec vindere[g] nec donare, dum

---

#### INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER III.

##### I. De contrahenda emtione.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. Id. Aug. . . . Interpretatio. Cum inter ementem et vendentem res fuerit definito pretio comparata, quamvis plus valeat, quam ad praesens venditur, hoc tantummodo requirendum est, si nihil fraudis vel violentiae egit ille, qui comparasse probatur. Et si voluerit revocare, qui vendidit, nullatenus permittatur.

2. Interpretatio. Quicumque villam comparat, tributum rei ipsius, sicuti et ius possessionis se comparasse cognoscat, quia non licet ulli agrum sine tributo vel solutione fiscali aut comparare aut vendere. Quod si suppressa fiscali solutione aliquis vendere ausus fuerit vel comparare praesumserit, noverint, inter quos talis fuerit secreta transactione contractus, quod et ille pretium perdat, qui emtor accesserit, et venditor possessionem amittat, quia iubetur, ut vicini rei, quae venditur, testes esse debeant et praesentes, in tantum, ut etiam de mediocribus rebus, si quid in usum venditur, ostendi vicinis placeat et sic comparari, ne aliena vendantur.

3. Interpretatio. Constantini imperatoris fuerat lege praeceptum, ut minores aetate feminae, si maritos haberent, cum illorum consensu possent de facultatibus suis aliqua vendere. Sed hoc praesenti lege remotum est, atque id observandum erit, ut in annis minoribus constituti, seu vir seu femina, si ita necessitas exegerit, ut aliquid vendere velint,

---

q) nupcie *A* 1. r) ex scripto *A* 1. 2; et res scripto *B*. s) iudicii *A* 1. t) quicumque *B*. u) predictus *B*. v) potestate *A* 2. w) *ita A* 1 *pro* invite; invidiae *A* 2; invidet *B*. x) XII. XIII. XIIII *B*; XI. XII. XIII *A* 1. 2. y) incertis *A* 1. *B*. z) qu *A* 1. a) p̄dant *B*. b) titulis *B*. c) parvolorum *A* 1. d) aministracionem *A* 1. e) et c. *des*. *A* 2; t. et c. *ex parte detersa A* 1.

I. a) De libro III° Teodosi *B*. b) contraenda emcionē *B*. c) vindentem *A* 1. d) *corr*. vendiderit *A* 2. e) acceperit *B*. f) ipsa rem *A* 2; ipsa res *B*. g) sit *A* 2. h) diffinitum *B*. i) de *deest*, ipsa *A* 2. k) convenencie *B*. l) sic̄ (= sicut) *A* 1. 2; sic *B*. m) cōpara *A* 2, *et saepius* cō *pro* con. n) vinditori *A* 1. o) addire debit *A* 1; addire d. *corr*. addere d. *A* 2. p) convenen̄ *B*. q) habuer *A* 1. *B*. r) *deest A* 2. s) permaneant *A* 1.

[2]. a) publicas *B*. b) terram *B*. c) censu *A* 2. d) presumpserit *A* 2. e) emet *A* 2. f) p̄dat *A* 1. g) vindet *A* 1. h) qualis *A* 2; qual̄ *B*. i) *hoc verbum supra post* villam *praebent A* 1. 2. k) terram *A* 2. l) conpare *B*. m) vicinos *B*. n) rogit *A* 1. o) potestatem *B*.

[3]. a) *B*; *deest A* 1. 2. b) aetate *A* 2. c) masculis sit *B*. d) femina *B*. e) licet *B*. f) ad alium hominem *B*. g) vendere *B*.

infra annis sunt, nisi ante iudices[h] puplicos aut curiales; nam aliter[i] nec ipsorum licit[k] dare, nec de[l] alios recipere.

[4]. Item alia interpretatio. Quicumque homo iam in plena etate[a] est, qui suam[b] causam agere potest, si forsitam aut agrum aut villam aut qualecumque[c] causam[d] vendiderit[e], et postea dixerit, quod[f] precium minus recipisset[g], quam ipsam[h] rem valebat; et forsitam dicit: 'Illam[i] rem aut illum agrum longe habui da[k] me. Non[l] sciebam, quantum valeret'[m], per tales occasiones[n] nec vindicio[o] cadit, nec ipsam rem tollere non[p] potest.

[5]. Item alia interpretatio. A christiano[a] homine non licet christianum mancipium ad Iudeos[b] vindere[c], nec Iudeum[d] non licet ipsum mancipium conparare, quia[e] adveniente peccatum[f], ne forte ipse Iudeus illum christianum hominem ad suam legem convertat, et fiat[g] exinde grandis peccatus. Quod si hoc Iudeus[h] facere presumpserit[i], ipse[k] Iudeus illum[l] precium perdat, et ipsum mancipium a[m] christianam[n] legem convertat[o].

[6]. Item alia interpretatio. Quicumque homo ad qualecumque[a] hominem qualecumque rem suam vindere[b] voluerit, liberam habeat potestatem; nec ei[c] sui heredes[1] exinde inpedire[d] non possunt.

[7]. Item alia interpretatio. Omnem[a] rem, quod homo ad alterum vindiderit[b], quamvis vilius fuerit conparata, si postea dicit, ille qui ipsam rem[c] vindidit[d], quod minus precium presisset[e], quam ipsa res valebat, pro hoc ipsam[f] rem nullatenus retollere potest[2].

[8]. Item alia interpretatio. Quicumque curiales[a], qui fiscum dare debet[3], si propter ipsum fiscum aut publicum[b] debitum forsitam fugire voluerit, et rem suam occulte[c] vindiderit[d], hoc factum stare non potest; sed ipsum ad servicia puplica[e] revocetur, et ille qui conparavit ipsum precium perdat.

[9]. Item alia interpretatio. Quicumque homines, qui personas potentes sunt, et per

qui comparare voluerit, auctoritate iudicis aut consensu curiae muniatur: nam aliter a minoribus facta venditio non valebit.

4. Interpretatio. Quaecumque persona iam perfecta aetate domum suam regere potest, si villam, domum vel quodlibet aliud, habita pretii definitione, vendiderit et forsitan postea opponere velit, quod minus pretii acceperit, quam res valebat, quia forte agrum, quem vendidit, longe positus ignorasse se dicat, non ideo venditio poterit revocari; quia aetas perfecta potuit scire, quid venderet, aut quo pretio res vendenda valere potuisset.

5. Interpretatio. Convenit ante omnia observari, ut nulli Iudaeo servum christianum habere liceat, certe nullatenus audeat, ut christianum, si habuerit, ad suam legem transferre praesumat. Quod si fecerit, noverit se sublatis servis poenam dignam tanto crimine subiturum; nam ante legem datam id fuerat statutum, ut pro christiano servo, si inquinatus fuisset pollutione Iudaica, sciret sibi pretium, quod dederat, a christianis esse reddendum, ut servus in christiana lege permaneret.

*Cf. Epit. cod. Paris. Suppl. Lat.* 215: Ne christianum servum Iudaeus habeat, quem si emerit et circumciderit, et pretium perdat et servum, et insuper poena criminali subiaceat.

6. Interpretatio. Prior ordinatio legis fuerat, ut si unus ex consortibus pro quacumque necessitate rem vendere voluisset, extraneus emendi licentiam non haberet. Sed hoc melius probatur indultum, ut, quicumque de rebus suis libero utatur arbitrio, et praetermissis consortibus vel propinquis, cui voluerit, vendendi liberam habeat facultatem.

7. Interpretatio. Cum inter duas quascumque personas de pretio cuiuscumque rei convenerit, quamvis vilius, quam valebat, res fuerit comparata, nullatenus revocetur.

8. Interpretatio. Quicumque debita curiae servitia aut patriae suae fugientes, res suas occulte vendere voluerint, sciant non posse valere, quod fecerint, et se ipsos ad debita servitia revocandos, et illos, qui emerint, pretium perdituros.

*Cf. Epit. cod. Paris. Suppl. Lat.* 215: Curiales quicumque debita servitia aut patriae suae fugientes res suas occulte vendiderint *etc.*

h) iudices aut curiales puplicos *A* 1; iudices puplicos aut curiales publ *A* 2; iudices publicos aut curiales *B*. i) alī *A* 1. k) liceat *A* 2; licet *B*. l) aliorum *B*.

[4]. a) etatem *A* 2. b) sua causa *A* 1. c) qualemcumque *A* 1. d) *deest B, ubi* rem *suprascriptum est.* e) vindiderit *A* 1. f) q: *A* 1; q, *A* 2. g) recepisset *B*. h) ipsa res *B*. i) illa *A* 2. k) á *B*. l) ñ sciebam *B*; ñ nesciebam *A* 1; ñ nescibam *A* 2. m) voleberent *corr. videtur* volent *vel* volerent *A* 1. n) decansiones *A* 1. o) vendicio *B*. p) *deest B*.

[5]. a) christianum (*corr.* christiano) hominem *B*. b) Iudeum *B*. c) *corr.* vendere *A* 2; vendere *B*. d) Iudeo *A* 1. e) qui *A* 2. f) *corr.* peccatum *A* 2. g) *B*; fiet *A* 1. 2. h) Iudeos *A* 1; illut *add. A* 1; illum *add. A* 2. i) presumserit *B*. k) ille ipse I. *post* perdat *A* 2. l) ipsum *A* 2. m) a *A* 1. n) christiana lege *A* 2. o) revertat *A* 1.

[6]. a) qualemcumque *A* 1. b) vindere *B*. c) eis *A* 2. d) *B*; inpetire *A* 1. 2.

[7]. a) Omne *B*. b) *corr.* vendiderit *A* 2; vendiderit *B*. c) suam *add. A* 2. d) vendidit *A* 2. *B*. e) p̄sisset *A* 2; prīsset *A* 1; accepisset *B*. f) ipsa *A* 2.

[8]. a) curial *B*. b) puplicum *A* 2. c) oculte *A* 2. d) vendiderit *B*. e) publica *B*.

1) Ita auctor legis nostrae consortes interpretationis reddit; cf. II, 10, 1. 2) Cf. supra §. 4. 3) *Fiscus* est census fiscalis. Vide commentationem meam p. 19, n. 4.

sua forcia pauperes oppremunt[a] et suas res[b] eos sibi aut[c] vindere[d] aut donare fecerunt[e], ipsa vindicio[f] vel[g] donacio stabilis[h] non sit[i]; sed ad illos ipsas[k] res revertant, qui eas inviti[l] vindiderunt[m] vel donaverunt.

### II. De commissor...[a] rescendenda[b].

Imp. Constantinus. Data III. Kal. Febr. Interpretatio. Omnis homo, qui suum debitorem pro suum debitum pignoraverit[c] et eum districxerit[d], ut[e] per eius necessitatem[f] de ipso pignus[g] sibi strumentum faciat[h]; sed ille qui oppressus[i] debitum pecunia[k] reddat et rem suam recipiat.

### III. De[a] vindicione filii sui.

Imp. Valentinianus[b]. Data VI. Id. Mar. Interpretatio. Quicumque homo ingenuus filium suum per[c] necessitate vendiderit, et[d] eum[e] non habuerit, quo[f] modo[f] illo[g] postea redimere[h] possit, ille dominus eius, qui eum[i] conparaverit[k], usque ad legitimum tempus servitutis eum teneat, et postea sine redemptionem[l] precii sui ad suam ingenuitatem revertat.

### IV. De[a] aedeliciis accionibus[b].

Imp. Valentinianus[c]. Data III. Id. Iul. Interpretatio. Si quis homo de alterum hominem mancipium conparaverit[d], ipsum mancipium ei reddere[e] nullatenus[f] potest, nisi[g] eum fugitivum probare potuerit; postea et precium recipere et mancipium reddere licet.

### V. De sponsalibus ante nuptias[a] donacionibus[b].

[1]. Imp. Constantinus. Data III. Id.[c] Mad. Interpretatio. Donationes vero nec dotes nuptiales firmas esse non possunt, si[d] gestas[e] adligatas non fuerint, et tradiciones[f] non habuerint; et curiales eas firmare debent.

---

9. Interpretatio. Sciant omnes, quaecumque a potentioribus personis oppressi aut donaverint aut vendiderint, posse revocari.

II. De commissoria rescindenda.

Imp. Constantinus. . . . Dat. prid. Kal. Febr. . . . Interpretatio. Commissoriae cautiones dicuntur, in quibus debitor creditori suo rem, ipsi oppignoratam ad tempus, vendere per necessitatem conscripta cautione promittit. Quod factum lex ista revocat et fieri penitus prohibet; ita ut, si quis creditor rem debitoris sub tali occasione visus fuerit comparare, non sibi de instrumentis blandiatur, sed cum primum voluerit ille, qui oppressus debito vendidit, pecuniam reddat et possessionem suam recipiat.

III. De patribus, qui filios distraxerunt.

Imppp. Valentinianus *etc.* . . . Dat. V. Id. Mart. . . . Interpretatio. Si quemcumque ingenuum pater faciente egestate (*Epit. monachi:* necessitate) vendiderit, non poterit in perpetua servitute durare, sed ad ingenuitatem suam, si servitio suo (id est longo tempore *add. Epit. Aeg.*) satisfecerit, non reddito etiam pretio, revertatur.

IV. De aedilitiis actionibus.

Imp. Valentinianus. . . . Dat. III. Kal. Iul. . . . Interpretatio. Cum inter emtorem ac venditorem de mancipii pretio convenerit, et fuerit conscripta venditio, nullatenus poterit revocari, nisi forte ille, qui emit mancipium, probaverit fugitivum, et tunc habebit licentiam pretium recipere, si mancipium reddiderit venditori.

*Cf. Epit. Aeg.:* Si quis mancipium conparaverit et fugitivum eum probaverit, ipsum reddat et pretium recipiat.

V. De sponsalibus et ante nuptias donationibus.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. IV. Id. Mai. . . . Interpretatio. Ante tempus legis istius donationes etiam sine gestorum testificatione valebant. Nunc vero post hanc legem nec nuptialis nec quaelibet alia inter quascumque personas donatio de quibuscumque rebus valere potest, si gestis non fuerit allegata.

---

[9]. a) *A* 2; opmunt *corr.* opmunt *A* 1; opprimunt *B*. b) *post* res *quaedam litt. erasae A* 1. c) *B; deest A* 1. 2. d) vendere *A* 2. *B*. e) fecerit *B*. f) vendicio *B*. g) aut *B*. h) stabiles *A* 2. i) est *B*. k) ipsos *B*. l) *al. man. post add. in marg. A* 1. m) vendiderunt *A* 2; donaver vel d. *B*.

II. a) commessoria *B*. b) recendenda *A* 2; rescedenda *B*. c) pingnoraverit *A* 1. d) distrixer *A* 1; distrinxerit *A* 2; dextraxerit *B*. e) et *A* 2. f) necessitate *B*. g) pingnus *A* 1. h) faciant *B*. i) *A* 2; opressus *A* 1; obpressus *B*. k) pecuniam *B*.

III. a) *rubricam, quae A* 1. 2 *deest, ex indice titulorum recepi;* De emencione filii sui *B*, *ubi* Imp. — Id. Mar. *desunt.* b) Val. *A* 1; Valentinus *A* 2. c) pro necessitatem vindiderit *A* 1. d) si *add. B*. e) *ita codd.; delendum videtur.* f) *ita B;* commodo *A* 1. 2. g) illum *B*. h) reddimere *A* 2. i) eam *B*. k) compar *A* 1; compr *A* 2. l) redemcione *B*.

IV. a) De hedilicis *A* 2; Dediliciis *B*. b) hactionibus *A* 1. c) Val. *A* 1. *B*; Valentinus *A* 2. d) conpararet *A* 1. e) redere *B*. f) non *add. A* 2. g) si *add. B*.

V. a) nuptiis *B*. b) *B*; donationē *A* 1; donationis *A* 2. c) k Mai *B*. d) *B*; nisi *A* 1. 2. e) gestat ligatas *B*. f) traditionis non habuerit *A* 2.

[2]. Item alia interpretatio. Cum inter sponsum[a] et sponsam[b] de nuptias fuerit conventum factum, et sponsus aut per conventum parentorum[c] suorum aut ipse per suam voluntatem ad suam sponsam dotem[d] scripserit[e], et gestis ligata fuerit[f], et cum legitimus[g] testes eam firmaverit, et res ad sponsa[h] tractas[h] fuerint, et postea ipse sponsus[i] eam in coniugium[k] prendere[k] noluerit: quidquid[l] ad sponsam[m] suam dedit non requiratur; et si aliquid de suam[n] sponsam recepit[o], sine dilacionem[p] reddatur.

[3]. Item alia interpretatio. Feminas si in minore[a] etate[b] se ad maritum iuncxerint[c], sed dote[d] firma non acciperit[e], proinde quod infra annus[f] est, dotes[g] eius non rumpitur; et si legitimos[h] testes non habuerit, proinde quod[h] infra annus[i] est, firma permanebit.

[4]. Item alia interpretatio[a]. Si quis homo, aut privatus aut militans, postquam se spondiderit[b] et cum patrem[c] aut tutorem vel curatorem puelle vel propinqui de puelle coniunctione[d] definierit[e], post definicionem[f] intra[g] biennium debet nuptias celebrare. Quod si per[h] neglegenciam[i] sponsi biennii[k] tempus transierit, et puella se alio viro coniuncxerit[l], nulla[m] culpa exinde non habeat, nec ipsa nec nullus de seos[n], qui eam tradidit; quia culpa illius est, qui[o] eam tardavit[p] in coniugio copulare[q]. Nam si infra biennium data fuerit, secundum legem exinde iudicetur.

[5]. Item alia interpretatio. Si[a] sponsus ad sponsam[b] suam aliquid[c] donaverit, quando[d] eam oscolaverit[e], et ipse sponsus antequam eam prendat[f] mortuus fuerit, medietatem de ipsam[g] rem, quod ad sponsam suam donavit, ad parentes[h] sponsi reddatur. Et quod[i] si aliquid[k] ad sponsam suam dedit, antequam eam[l] oscolasset[m], totum ab[n] integritatem[n] ad parentes sponsi revertatur. Et quod si[o] sponsa ad suum sponsum ante nuptias, aut cum osculata[p] fuerit aut non osculata[p], si aliquid ad sponsum suum dedit, et ipsa mortua fuerit, antequam eam[l] prendat[q], totum ab[r] integritatem ad parentes[s] de ipsa puella revertatur.

---

2. Interpretatio. Quoties inter sponsos et sponsas de futuris nuptiis specialiter fuerit definitum, et donationem sponsalitiae largitatis vir in sponsam suam aut ex consensu parentum aut ipse, si sui iuris est, propria voluntate conscripserit et omni eam scripturarum solennitate firmaverit, ita ut et gesta legitime facta doceantur, et introductio locorum vel rerum traditio subsequatur, quicquid tali et tam solenni donatione ad ius dominiumque sponsae transierit, si vir sponte eam, quam depectus est factis supra scriptis solennibus cartis, accipere noluerit uxorem, omnia, quae sunt tradita, non reposcat. Et si quid de nominatis tam solenniter rebus et traditis apud se habere dignoscitur, ad sponsae dominium, quam accipere noluit, sine dilatione aliqua transferatur.

3. Interpretatio. Quamquam et feminis, quae per fragilitatem interdum excusari possunt, in aliquibus causis, si negligentes fuerint, lex subvenire noluerit, hic tamen specialiter voluit esse consultum, ut, si qua in pupillaribus annis marito fuerit copulata, et sponsalitiam largitatem per negligentiam actis non allegaverit, huius legis beneficio, etsi gesta desint, inviolabilem in suo dominio donationem noverit permanere.

*Cf. Epit. monachi:* Si qua femina in pupillaribus annis *etc.*

4. Interpretatio. Si quis, aut privatus aut militans, postquam sponderit, cum patre, tutore vel curatore puellae vel propinquis de puellae coniunctione definierit, debet post definitionem intra biennium nuptias celebrare. Quod si tarditate aut negligentia sponsi biennii tempus excesserit, et alio viro se puella coniunxerit, absoluta erit a calumnia vel ipsa vel quicumque suorum eam tradiderit; quia culpa est illius, qui differendo coniunctionem suam alteri nubendi locum patefecit. Nam si intra biennium data fuerit, quid observetur, evidentius sequente lege cognoscetur.

5. Interpretatio. Si quando sponsalibus celebratis, interveniente osculo, sponsus aliquid sponsae donaverit, et ante nuptias sponsus forsitan moriatur, tunc puella, quae superest, mediam donatarum solenniter rerum portionem poterit vindicare, et dimidiam mortui heredes acquirunt, quocumque per gradum successionis ordine venientes. Si vero osculum non intervenerit, sponso mortuo nihil sibi puella de rebus donatis vel traditis poterit vindicare. Si vero a puella sponso aliquid donatum est, et mortua fuerit, quamvis aut intercesserit aut non intercesserit osculum, totum parentes puellae sive propinqui quod puella donaverat revocabunt.

---

[2]. a) sponso *A* 2. b) sponsa *A* 2; et sponsam *des. B.* c) parantum *B.* d) dote *A* 2. e) scriberet *B.* f) fecerit *A* 2. g) *corr.* legitimos *A* 2. h) sponsam rectam *B.* i) spon̄ *A* 1. k) coniugio prehendere *A* 1. l) quicquid *A* 2; quodquod *B.* m) sponsa sua *A* 2. n) sua sponsa *A* 2. o) recipit *A* 1. p) dilacione *B.*

[3]. a) minorem *A* 1. b) aetate *A* 2. c) *B;* iungserit *ead. man. corr.* iungserint *A* 1; iuncxerīt *A* 2. d) dotem firmam *B.* e) acceperit *A* 2. f) ann. *A* 2; annos *B.* g) dotis *B.* h) legitimus *A* 1. i) *ita B;* qui (q) *A* 1; quia *A* 2. k) ann. *codd.*

[4]. a) *haec vox deest hic et saepius infra B.* b) spondederit *A* 1. c) paī *A* 2; patre *B.* d) *B;* coniungtiones *A* 1; coniunctiones *A* 2. e) *B;* definiret *A* 1. 2. f) *B;* definicione *A* 1; difinitionem *A* 2. g) infra *B.* h) legem *add., sed eras. B.* i) neglienciam *A* 1. k) *B;* biennie *A* 1. 2. l) coniuncserit *A* 1. m) nullam culpam *B.* n) suos *A* 2; eos *B.* o) quia ea *A* 2; qui etiam *pro* q. eam *B.* p) tradauit *corr.* tardavit *A* 1; in coniugio tardavit *A* 2. q) copulari *B.*

[5]. a) quis *add. B.* b) sponsa sua *A* 2. c) aliquit *A* 1. d) *B;* quā *corr.* quōd *A* 1; quod *A* 2. e) osculaverit *A* 2; basiaverit *B.* f) *B;* preendat *A* 1; prehendat *A* 2. g) ipsa *A* 1. h) parentibus sponse *B.* i) *deest A* 2. k) quod *add. A* 2. l) ea *A* 1. m) osculasset *A* 2; basiasset *B.* n) *ita A* 2; ad integritatem *A* 1; ab integro *B.* o) *deest A* 2. p) basiata *B.* q) *B;* prehendat *A* 1. 2. r) ad *B.* s) puella *A* 2.

[6]. Item alia interpretatio. Si pater vel mater puelle[a], quod si[b] pater non fuerit, et tutor vel procurator puelle[c] infra X vel[d] XI[e] annus[f] cuicumque[g] eam[g] sponsaverit, et postea[h] forsitam ipsum placitum adimplere[i] noluerit[i], quantum in sponsalias[k] reciperunt, hoc ad ipsum sponsum reddant[l]; et si ipsa puella mortua fuerit, similiter et hoc reddant. Et si[m] puella XI annus[n] plenus habuerit, et sponsa de sponso suo, quando eam[o] sponsavit[p], si aliquid ad illam[q] dedit, et postea eius parentes exinde[r] aliquid[s] inmutare voluerint[t], hoc quod in sponsalias[u] acciperunt, in quadruplum[v] reddant. Similiter et mulier vidua[w], si alicum[x] hominem sponsaverit[y] et de illo aliquid[z] acciperit et postea se inmutare voluerit, ut eum non[a] accipiat[b], illut[c], quod[d] accepit, in quadruplum reddat. Similiter et puella post XII annus[e] etatis suae si aliquid[f] de sponso suo in sponsalias[g] recipit, et si ipsa puella se inmutare[h] voluerit, ut eum non accipiat[i], illut[c], quod de[k] ea accepit[l], in quadruplum reddat. Si forsitam ei aut sui parentes aut sui tutores sine sua[m] voluntate ipsum sponsum dederunt[n], si hoc ipsa puella probare potuerit, quod sine sua voluntate ipsum sponsum accepisset[o], de illum, quod dedit, nihil ei exinde in[p] antea[p] solvere[q] debeat.

[7]. Item alia interpretatio. Quicumque pater[a] suam filiam sponsaverit et mortuus[b] fuerit, non licet nec ad illam[c] puellam nec ad suos tutores ad alium[d] sponsum illa iungere; nisi ipsum[e] habeat, cui suus[f] pater eam sponsavit.

[8]. Item alia interpretatio. Si donacio sponsalicia aut dotes ante nupcias factas fuerint vel donacio de villas[a], sed[b] quod CC solidi valunt[c], ipsas in se precium habuerint, et forsitam res donata tradita non fuerit, proinde quae[d] gestis[e] ligata non est, non rumpitur. Similiter feminas[f], qui in minore aetate[g] sunt[g], si[h] sine patre[i] fuerint, nec si[k] de quantumlibet dotem[l] ante nupcias acciperint[m], si forsitam gestis[n] ligata[o] non fuerit, pro hoc non rumpitur.

6. Interpretatio. Pater vel mater puellae, aut si pater defuerit, tutor, curator vel aliquis ex propinquis, si, antequam decimum annum puella contingat, de nuptiis pacti fuerint et sponsalia susceperint, si postea mutata voluntate renuere voluerint, quem prius susceperant, non addicuntur ad quadruplum, sed ea tantum, quae sunt suscepta, restituant; nam et si puella mortua fuerit, hoc tantum, quod acceperant, reddunt. Sin vero iam puella decimum agens annum usque ad undecimum plenum susceptas arras vel ipsa vel parentes, tutores curatoresve tenuerint, id observandum est, ut, si fidem placiti mutare voluerint et illum renuant, cuius sponsalia suscepit, ad quadrupli poenam sine dubio teneatur persona, quaecumque de puellae nuptiis placitum fecit. Quod si, antequam annus undecimus compleatur, pignora suscepta reddiderint, nullam de susceptis arris calumniam pertimescant. Nam si vidua fuerit, nihil per aetatem poterit excusare, si animum alibi diverterit et priorem sponsum renuere voluerit; tunc quaecumque suscepit sponsaliorum titulo, in quadruplum reddat. Puella vero post duodecimum aetatis suae annum, si pater de nuptiis illius aliud facere voluerit, quam promisit, ad quadrupli poenam et ipse tenendus est. Si pater mortuus est, et de nuptiis puellae mater, tutor aut curator aut propinquus aliquis definierit, et puella alteri nubere maluerit, ipsa sponso priori de propriis facultatibus satisfaciat in quadruplum, quod accepit; hac tamen conditione servata, ut postmodum contra praedictas personas agere possit, si illius arras, quem renuit, illis cogentibus invita suscepit.

7. Interpretatio. Ubi de coniunctione filiae patris sententia fuerit definitum, si humano casu, antequam puella iungatur, mortuus fuerit pater, mutari placitum nulla poterit ratione, nec habebit puella licentiam aliud faciendi, etiamsi mater aut tutor aut curator vel propinqui alium fortasse voluerint suscipere, quam pater elegit. Sed patris promissio circa sponsum, quem ipse suscepit, firma permaneat; nec ipsi puellae suo consilio contra voluntatem patris aliud velle ulla ratione permittitur.

8. Interpretatio. Si donatio sponsalitia ante nuptias gestis inseritur, etiamsi res donata non traditur, non potest infirmari. In illa vero donatione, cuius summa infra ducentorum solidorum pretium invenitur, etiamsi gesta defuerint, nulla feminis poterit sub quacumque calliditate aut obiectione calumnia commoveri, sed qualiscumque cum die et tempore scriptura sufficiet. Et ideo seu illa donatio, quae sine traditione gestis habetur inserta, seu illa, quae infra ducentorum solidorum summam consistit, nullis calumniarum argumentis in aliquo vacuentur, sed a marito vel ab heredibus eius feminis iubentur exacta restitui; illo tamen beneficio legis circa eas feminas, quae in minoribus annis defuncto patre

[6]. a) puella *A* 2. b) *B; deest A* 1. 2. c) puella *A* 1. d) aut *B*. e) XII *B*. f) ann. *A* 2. *B* g) *ita B;* cuique ea *A* 1. 2. h) poste ea *A* 1. i) adinplere noluerint *A* 1. k) sponsalia *A* 1. 2. l) reddat *A* 2. m) quod si *B*. n) annos plenos *A* 2. *B*. o) eum *B*. p) sponsavet *A* 1. q) eam *B*. r) se *add. B*. s) aliquod *A* 1. t) voluerit *A* 2. u) sponsalicias *A* 1; sp. acceperunt *B*. v) quadruplo *A* 1. w) viduam *A* 2. x) aliquum *B*. y) sponsavit *B*. z) aliquod acceperit *B*. a) *deest A* 1. b) prendat *B*. c) illud *B*; illum *A* 2. d) de eum *add. A* 2. e) annos etatis sue si *B*; etatis suae annus (ann.) et si *A* 1. 2. f) aliquod *B*. g) sponsalia recepit *B*. h) mutare *A* 2. i) prendat *B*. k) de eum *A* 2; deo *B*. l) accipit *A* 2. m) causa voluntatis *A* 2. n) *B;* dedē *A* 1; dederint *A* 2. o) *B;* recipisset *A* 1; recepisset *A* 2. p) inatea *B*. q) exsolvere *A* 2.

[7]. a) si *add. B*. b) mortus *A* 2. c) aliam (*corr.* illam) puella *B*. d) ilium *corr.* illium *A* 1. e) illum *A* 2. f) suos *etc. A* 1; pater suus illam sponsavit *A* 2.

8. a) *fortasse corruptum ex verbis interpretationis* seu illa *male intellectis*. b) *fortasse* seu? c) valent *B*. d) quę *B*; que *A* 2; q *A* 1. e) iestis *A* 2. f) femina *A* 2. g) aetatest *A* 2. h) *deest A* 1. i) patrem *A* 2. k) sic *A* 1. l) datem *A* 2. m) acciperit *A* 2. n) gentis *B*. o) ligatam *A* 1.

VI. Si provincie[a] rector[b] vel ad eum pertinentes sponsalia dederint[c].

Imp. Gratianus[d]. Data XV.[e] Kal. Iun.[f] Interpretatio. Quicumque iudex si forsitam aut suus[g] filius aut alius iuvenis, quem ipsi secum habent, cui bene volunt, si forsitam ad aliquos[h] homines de illorum filias[i] aut per menacias aut per sua potencia forcia eis facere volent[k], aut arras dederit[l], ut eos in[m] coniugium socient, hoc non habeant licenciam[n] faciendi nec ad parentes earum[o] nec ad tutores nec ad ipsas puellas. Quod si forcia[p] hoc factum[q] fuerit, illut, quod in[r] arras dant[s], ipsas puellas suo iure vindicabunt. Et si postea forsitam iterum per bona voluntate[t] reconvenerint[u] cum illarum parentes vel tutores vel ipsas[v] puellas, ut[w] se in coniugio socient[x], directa coniunctio[y] sit.

VII. De nuptias.

[1]. Imp. Valentinianus[a]. Data XVII. Kal. Aug.[b] Interpretatio. Si quicumque vidua intra[c] XXV annos[d] aetatis suae fuerit, si parentes vivos habuerit, non est in sua[e] potestate[f] se[g] ad alium maritum iungere; nisi[h] ad suos parentes permanet potestas[i]. Quod si patrem non habuerit, nec[k] sic non est in sua potestate[l] se[g] ad alium maritum iungere[h]; sed alii sui parentes vel propinqui una cum iudicem[m] veniant et pro honestatem[n], sicut racio[o] est[o], iuxta legem ipsa ad matrimonio iungant, ad quem[p] per legem sponsata fuerit.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Legem[b] huius[c] ut veritas[d] sit, ut nullus Iudeus christianam[e] mulierem in coniugio habere debeat, neque[f] christiana mulier Iudeum[g] maritum habere presumat. Quod si fecerit[h], tales poenas[i] prosequendi[k] sint[l], sicut et alii adulteri. Et non solum propinqui parentes eos exinde accusent[m], sed omnibus licenciam damus eos persequendi; et iudices de[n] eos sic faciant, sicut et de alios adulteros[o].

---

nuptae sunt, permanente, ut de quantalibet summa fuerit conscripta donatio, etiamsi gestis allegata non fuerit, omni firmitate subsistat.

VI. Si provinciae rector vel ad eum pertinentes sponsalia dederint.

Imppp. Gratianus *etc.* . . . Dat. XV. Kal. Iul. . . . Interpretatio. Iudex provinciae cuiuslibet vel quicumque in administratione constitutus, si habeant aliqui adultos secum filios in praedicto honore positi aut propinquos vel qui ipsis in consortio administrationis videntur adiuncti, si per potestatem aut comminando parentibus aut terrendo forte tutores sive curatores vel ipsas quoque puellas sponsaliorum nomine aut arrarum ad obligandam cuiuslibet domum aliqua dederint, si contra hanc voluntatem aut parentes aut ipsae puellae resultare voluerint, habeant liberam facultatem renuere, quod ita suscepisse videntur. Nec poenam sibi noverint quadrupli exigendam, sed etiam ea, quae sub terrore visae sunt accepisse, in lucrum suum, si voluerint, retinebunt, nec constringi possunt, nisi forte ex suo arbitrio reddere voluerint. Nam si post administrationem aut parentum aut puellarum circa eos, qui sponsalia dederint, voluntas nubendi permanserit, sequatur electa coniunctio.

VII. De nuptiis.

1. Imppp. Valentinianus *etc.* . . . Data XVII. Kal. Aug. . . . Interpretatio. Viduae intra vicesimum et quintum annum si fuerint constitutae et adhuc vivis patribus, tametsi emancipatione acquisierint libertatem, si ad secundas nuptias venire voluerint, noverint coniunctionem suam in patrum potestate, non in propria voluntate consistere, et eorum electione, non quorumcumque amicorum aut familiarium sequendum esse consensum. Si vero patres mortui sunt, nec sic quoque ex suo singulariter arbitrio nubendi habeant potestatem, sed pro honestate coniunctionis iudicium sequendum est propinquorum. Quod si duo petitores exstiterint, consulendi sunt quidem parentes, nec praetermittendus est etiam iudex, qui voluntatem feminae pro honestiore dumtaxat parte prospiciat. Nec illis tantum propinquis praestet assensum, qui suspicione hereditatis utuntur, qui forte, dum nuptias differunt, pro successione hereditatis mulieris mortem exspectare videntur; sed illorum magis, si talis conditio intercedit, electio sequenda est, qui nihil possunt de ipsius hereditate conquirere.

2. Interpretatio. Legis huius severitate prohibetur, ut nec Iudaeus christianae matrimonio utatur, nec christianus homo Iudaeam uxorem accipiat. Quod si aliqui contra vetitum se tali coniunctioni miscuerint, noverint se ea poena, qua adulteri damnantur, persequendos, et accusationem huius criminis non solum propinquis, sed etiam ad persequendum omnibus esse permissam.

---

VI. a) provintiae *A 2.* b) rectur *A 1.* c) dederit *A 2.* d) Gratn̄ *A 1*; Graciapus *B.* e) VX *A 1.* f) *ita A 1. B.* Iul. *A 2.* g) suos filios aut alios iuvenes *A 2.* h) alicos *A 1.* i) filios *A 2.* k) volunt *B*; voluerint *A 2.* l) *B*; deieret *A 1*; deiceret *A 2.* m) *deest A 2*; in coniugio *B.* n) licentia *A 2.* o) eorum *A 2.* p) forsitia *rad. corr.* fortia *A 2*; foria *B.* q) facta foerit (*corr.* fuerit) *B.* r) donant *B.* s) *deest A 2.* t) voluntatem *A 2.* u) reconvenerit *A 1*; reannuerint *B.* v) *ita B*; ipsa puella *A 1. 2.* w) *ita B*; si *pro* ut se *A 1. 2.* x) *B*; socien̄ *valde detersum A 1*, *deest A 2.* y) coniungtio *A 1*; coniuncio *B.*

VII. a) Valenti *A 1*; Valentinus *A 2*; Valent *B.* b) Augs *A 2*; Ag̃ *B.* c) infra *B.* d) ann. *A 1. B.* e) suam *A 1.* f) potestatem *A 1. 2.* g) sed *rad. corr.* se *A 1.* h) h̄d̄ *A 2*, *ubi verba* nisi — iungere *sub signo* h̄p *infra in margine post addita sunt.* i) in potestate *B.* k) ne *A 2.* l) potestātē *A 1*; potēsta *B.* m) iudice *B.* n) onestate *B.* o) racio ē *A 1*; rationem *A 2*; racionē *B.* p) quam *B.*

[2]. a) *deest B.* b) Lege *A 2.* c) uius *loco raso A 1.* d) *corruptum ex* severitate *interpretationis*; veritatis *B.* e) christiana *A 2.* f) nec *A 2.* g) Iudéo *A 2.* h) hoc fecerint *B.* i) penas *A 1.* k) consequendi *B.* l) sunt *A 2.* m) acusent *B.* n) de eos *des. B.* o) adulterus *A 1.*

[3]. Item alia interpretatio[a]. Qui se in matrimonium[b] coniungunt, si[c] forsitam nec dotes nec donacio nec alia scripta[d] inter se non fecerint[e], licet ipsorum, si se ambo voluerint, inter parentes aut[f] iudices vel bonos[g] vicinos[1] coniunctionem[h] facere; si hoc fecerint, talis[i] coniugius stabilis[k] est, et filii legitimi habentur.

## VIII. De secundis nupciis.

Imp. Valentinianus[a]. Data[b] IV. Kal. Ian. Interpretatio. Mulier[c], qui post mortem mariti sui ante expletum annum se ad alium maritum iuncxerit[d], sciat[e] se infamatam[f] esse et notata; et qualecumque rem de priore[g] maritum aut per dotem aut per testamentum aliquid acciperit[h], ipsa mulier exinde nihil habeat, sed hoc totum ad filios[i], qui de priore maritum[k] sunt, revertant[l]; et si filios[m] non habet[n], heredes[o], qui propinquiores sunt ad suo[p] priore[q] marito, ipsi hoc recipiant.

## IX. Si secundo nupserit[a] mulier, cui maritus usumfructum[b] reliquit[c].

Imp. Teudosius[d]. Data V. Kal. Ian.[e] Interpretatio. Mulier, mortuo marito suo, si post expletum annum alium maritum prendere[f] voluerit, hoc licenciam[g] habeat[h], et illut[i], quod in[k] sponsalia recepit[l] de priore marito[m], et illut[n], quantum in[o] sua[p] dote continet[q], dum vivit, usumfructum exinde habeat, et postea ad[r] filios, qui de priore marito[s] sunt, totum ab integritatem recipiant; et si aliquit[t] ei prior maritus de suam[u] facultatem[v] per alias cartas dederit, exinde ad suos infantes, quod[w] de priore marito[x] habet, quem de illos[y] voluerit, meliorare potest. Nam nec si per qualecumque[z] scriptura suus prior maritus illi aliquid dedit, hoc ad aliam personam ipsa mulier non habet potestatem nullo modo exinde dandi,

---

3. Interpretatio. Si occasio talis emerserit, ut nuptiae solennitate debita careant, aut etiam donationes sponsalitiae fieri aut dos celebrari non possit, sed convenientibus animis se matrimonio copulaverint, sufficiet aequalibus personis conveniens electio atque consensus, sic tamen, ut conscientia intercedat amicorum, et tunc, si ita res cesserit, et coniunctio stabilis et filii legitimi probabuntur.

VIII. De secundis nuptiis.

1. Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. . . . Dat. III. Kal. Iun. . . . Interpretatio. Mulier, quae post mortem mariti intra annum alteri viro nupserit, sciat se infamiae subiacere et notabilem usque adeo reddi, ut quaecumque sponsalitia largitate percepit, vel si per testamentum ipsi aliquid prior maritus donavit, amittat, et totum illius filiis cedat; si filii non fuerint, illis profuturum personis, qui priori marito gradu proximiori iunguntur et hoc sibi per successionem poterunt vindicare.

IX. Si secundo nupserit mulier, cui maritus usumfructum reliquerit.

[IX]. VIII, 2. Interpretatio. Mulieres, quae amissis maritis ad alias postea nuptias legitimo tempore, id est expleto anno, venerint, si ex priori marito filios habuerint, quicquid per sponsalitiam largitatem vel nuptiarum tempore consecutae sunt, totum filiis conservabunt, nec in alias vel extraneas personas noverint transferendum. Quicquid vero prior maritus per testamentum seu fideicommissum seu legati titulo vel mortis causa uxori donaverit, de his rebus, quas tali mulier donatione percepit, seu omnibus filiis seu in unum pro merito servitii si conferre voluerit, habebit liberam facultatem; ita ut ei de bonis prioris mariti a filiis ipsius quicquam alienare non liceat. Quod si praesumserit, de propriis facultatibus noverit compensandum. Hoc specialius huic legi credidit inserendum, ut mulieri, cum ad alias nuptias venerit, si de filiis, quos ex matrimonio priore susceperat, masculus moriatur, eo casu, ut matrem et sorores aut certe sororem superstitem dimittat et fratrem non dimittat, qui matrem possit excludere, tunc beneficio legis mater cum filiabus

---

[3]. a) *deest B.* b) matrimonio *A* 1. c) *B; deest A* 1. 2. d) inter se scripta *B.* e) fuerit *B.* f) vel *A* 2. g) bonus vicinus *A* 1. h) coniungtionem *A* 1; coniunctione *A* 2; coniuccionem *B.* i) tales *A* 1. k) legitimus *B.*

VIII. a) Valnt *A* 1; Valentinus *A* 2; Val *B.* b) Data — Interpretatio *ante* Imp. Val. *praebet A* 1. c) mulier *A* 2. d) iunxerit *A* 1. e) *B;* sciens *A* 1. 2. f) infamata *B.* g) priorem *B.* h) acceperit *B.* i) *B;* filii *A* 1; filiis *A* 2. k) marito *A* 1. l) revertant *corr.* revertat *B.* m) filius *A* 1. n) habuerit *e corr. B.* o) hrered *B.* p) *deest B.* q) priorem maritum *A* 2.

IX. a) nupseris *B.* b) *ita B;* usufructu *A* 1; usufructum *A* 2. c) reliquid *A* 1. d) *A* 2; Teodos. *A* 1; Teud *B.* e) genri *A* 1. f) *B;* preendere *A* 1; prehendere *A* 2. g) licentia *A* 1. h) habeant *A* 1. i) illud *A* 2. *B.* k) *ita B;* sponsalicias *A* 1. 2, *ubi* in *deest.* l) recipit *A* 1. m) maritum *A* 2. n) illum *A* 2; illud *B.* o) de *A* 2. p) suam dotem *B.* q) contenit dum vivet *A* 1. r) ad *deest,* filius *A* 1. s) *ead. man. corr.* maritum *A* 2. t) aliqui *A* 2; aliquid *B.* u) *B;* sua *A* 1. 2. v) facultate *A* 2. w) *B;* quem *A* 1. 2. x) maritum *A* 2. y) *B;* illius *A* 1. 2. z) qualemcumque *A* 2.

1) Ex hac lege colligimus, Raetos tunc temporis matrimonia in praesentia iudicum contrahere solitos esse; quod adhuc viros doctos effugisse videtur. Cf. praecipue R. Sohm, 'Das Recht der Eheschliessung' p. 62 sqq.

nisi ad suos filios[a], quos[b] de priore marito[c] habet. Quod si filios non habuerit[d], nisi tantum filias, et[e] una de filias suas mortua fuerit, porcionem de ipsa mortua filia medietatem[f] mater[g] eius recipiat, et illa alia medietatem[f] sorores eius, quantas fuerint, aequaliter[h] inter[i] se dividant[k]. Nam et ipsam porcionem de ipsa mortua filia eius mater post suam mortem[l] ad suas filias[m], qui de priore marito[n] sunt, dimittat. Similiter quod si de ipsa[o] facultate de prioris mariti aliquid exinde ad extraneos[p] homines dederit, de suis propriis rebus reddat.

## X. Si[a] nuptiae ex rescripto petatur.

Imp. Honorius[b]: Data Kal. Febr.[c] Interpretatio. Quicumque homo ad principem aut ad iudicem suggesserit[d], et mentit[e] ad ipsum iudicem, ut[f] aliquis[g] homo suam filiam ei[h] in matrimonio dare voluerit[i], et dicit, quod ipsa puella hoc suam[k] voluntatem consenciat[l], si postea ea[m] in tale falsitatem in matrimonio[n] sibi coniuncserit[o], si nec de ipsos parentes, si nec de ipsa puella[p] voluntas[q] non fuit, sed[r] ipse homo ad suum principem sic falsum suggessit[s], suam facultatem omnia perdat et ipsum in exilio mittatur[t]; et si filii exinde nati fuerint, legitimi[u] non sunt. Similis condicio et de illos est, qui se in tercio et usque in quarto genuculo[v, 1] se[w] parentes in coniugio[x] iuncxerint[y]. Nam si hoc cum parentorum consensu[z] fecerint, aut ipsas puellas consenserint[a], veniam consequantur[b] et da[c] principem[d] preceptum tollant, et postea filii[e] legitimi sint[f, 2].

---

vel filia aequali sorte succedat. Si vero filia moriatur et matrem et sorores tantum dimittat, dimidiam defunctae filiae hereditatem mater acquirat, et media sororibus, seu una seu plures sint, proficiat; ea tamen ratione, ut, dum advixerit, mater acquisitam ex hac filii aut filiae medietatem tantummodo in usufructu possideat, et reliquis, si supererunt ex priore matrimonio, filiis post obitum derelinquat, ad alias personas in transferendo nec per testamentum nec per donationem habitura licentiam.

[IX]. VIII, 3. Interpretatio. Notissimum valde est, has facultates, quas tempore nuptiarum mulieres a maritis accipiunt, suo dominio vindicare; et si maritum mori contigerit, qui tamen filios derelinquat, et post transacta luctus tempora legitime ad alias nuptias venerint, in diem vitae suae donatarum rerum teneant usumfructum. Post obitum vero earum ad prioris mariti filios omnia revertantur, nec exinde aliquid matribus vivis filiis in aliorum iura transferre permissum est.

IX. Interpretatio. . . . usumfructum vero de sponsalitia largitate usque ad obitum suum, sicuti superius alia lex locuta est, merito retinebit; unde haec ipsa post obitum matris ad illius mariti filios, qui donavit, proprietas reditura est.

*Cf. Epit. cod. Par. Suppl. Lat.* 215: Quamvis transacto anno post mariti mortem mulier nubat, et quicquid tempore nuptiarum acceperat, dum vixerit, in usufructu possideat.

X. Si nuptiae ex rescripto petantur.

Impp. Honorius et Theodosius. . . . Dat. Kal. Febr. . . . Interpretatio. Fit aliquoties a quibusdam, ut obliti severitatem legum, obrepere principis audeant maiestati et coniugia sibi expetant ex praecepto, quae consequi non merentur, ut de consensu parentum vel puellae mentiantur; qua de causa huiusmodi audaciam interdicit. Quicumque ergo sub tali obreptione matrimonium se obtinere putaverit, et amissione bonorum et exsilii relegatione se noverit esse damnandum, nec matrimonium, quod taliter quaesierit, habiturum, nec filios tali ordine et ambitione susceptos legitimos appellandos, nec etiam per supplicationem huius praesumtionis veniam promereri. His vero, quos in quartum gradum originis coniunctio praesumtiva copulaverit, quia notabile est, tamen si supplicaverint, veniam relaxabit. Nec his interdici, ut praeceptum expetant maiestatis, qui parentum placito copulantur. Illi vero, qui, pactis sibi vivis parentibus puellis, ab ipsis puellis post parentum obitum contemnuntur, praecepti tenore in quadruplum arrarum nomine data vel donata recipiant; nam de reliquo si ante definita non fuerint, per supplicationem coniugia postulari omni severitate prohibuit. Ceterum si cum parentibus puellae aut cum ipsa puella quis de nuptiis pactus fuerit, et unus ex his voluerit de placitis resilire, nos ab eo, qui despicitur, consuli non vetamus.

*Cf. Epit. Aeg.:* Qui per praeceptum principis . . . et filios non legitimos esse cognoscant. Hi vero, qui in tertium et quartum gradum originis se coniunxerint, notabiles sunt, tamen si supplicaverint, veniam relaxabit. Si cum parentibus puellae aut cum ipsa puella quis de nuptiis pactus fuerit. . . . . .

---

a) filius *A* 1. b) *B;* quod *A* 1. 2; quod — filios *in marg. post add. al. man.* *A* 1. c) maritum *A* 2. d) habuerint *A* 1. e) *B;* ut *A* 1. 2. f) medietate *A* 1. g) mater — medietatem *des. B.* h) equale *A* 1. i) *deest B.* k) devidant *A* 1. l) morī *A* 1. m) filia *A* 1. n) maritum *A* 2. o) ipsam facultatem *B.* p) extraneus *A* 1.

X. a) Si *deest B.* b) Honorī *A* 1; Hoños *B.* c) Febras *A* 2. d) sugesserit *A* 1. e) mentitur *B.* f) aut *A* 1. g) aliquas *corr.* aliquis *B.* h) in m. ei *A* 2. i) *A* 2; volunt *A* 1; voleat *B.* k) sua *A* 1. l) conssenciat *A* 1. m) *post add.* *A* 1; ea — matrimonio *des. B.* n) matrimonium *A* 2. o) *A* 2; coniungserit *A* 1; coniunxerit *B.* p) puela *A* 1. q) volunta *B.* r) si *A* 2. s) *B;* sucgessit *A* 1; sugessit *A* 2. t) mittat *B.* u) legitime *B.* v) ienuculo *A* 2. w) se — coniugium *des. B.* x) coniugio *A* 2. y) iunxerint *B.* z) consensum *A* 1. a) consentirent *B.* b) consequan *B.* c) a *B.* d) principe *A* 1; principem *rad. corr.* principe *A* 2. e) fillii *A* 1. f) sunt *A* 2.

1) Cf. Heusler, 'Institutionen d. D. Privatrechts' II, p. 587; H. Brunner, 'D. RG.' I, p. 83. 2) Cf. commentationem meam p. 35, n. 3; p. 46.

### XI. Si quacumque preditus potestatem nupcias petat invide[a].

Imp. Gratianus[b]. Data XV.[c] Kal.[d] Iul. Interpretatio. Si aliquis iudex, qui provincia[e] aut civitates vel loca regent, si forsitam per suam[f] potenciam aut per forcia[g] qualescumque[h] pulliclas[i, 1] aut viduas aut orfanas per suam[k] necessitatem eas traxerint[l], aut si eas preserint[m], X libras[n] auri conponant, et per duos annus[o] ipsa iudiciaria amittant[p], et in exilio mittantur. Nam parentes illarum et ipsas puellas ad[q] alios iudices, si in[r] ipsa civitatem[s] vel loca sunt, et si[t] ibidem non fuerint alii iudices, postea in alias[u] civitates vel loca ad illos[v] iudices, qui ibidem sunt, et testimonium et defensionem habeant.

### XII. De incestis nuptiis.

[1]. Imp. Cons.[a] Data prid.[b] Kal. Mar. Roma[c]. Interpretatio. Quicumque homo cum sui patris[d] filia, quem[e] de alteram[f] uxorem habet, aut cum filia matris suae, quem de altero marito habet[g], si se in coniugio[h] acciperint, capitale iudicium se esse incursurum cognoscat[i].

[2]. Item alia interpretatio. Si duas sorores unum virum[a] acceperint[a], aut duo[b] fratres una[c] uxore preserint, aut qui[d] uxorem fratris[e] sui preserit, aut uxor si fratrem[f] mariti sui preserit[g], hoc facere licenciam non damus. Nam ex tale[h] coniugium filii legitimi non habeantur.

[3]. Item alia interpretatio[a]. Quicumque[b] homo aut sorores[c] aut fratres filia aut sua[d] consubrina[e] aut certe fratris uxorem, qui se in tam scelerato coniugio[f] iuncxerint[g], secundum legem de presente separentur[h], et filii eorum non sunt[i] legitimi, sed ipsi debunt

---

XI. Si quacumque praeditus potestate nuptias petat invitae.

Imppp. Gratianus *etc.* . . . Dat. XV. Kal. Iul. . . . Interpretatio. Si aliquis de his iudicibus, qui provincias administrant, vel etiam his, quibus civitates vel loca commissa sunt, per potentiam invitis parentibus virgines aut etiam viduas, si sui iuris sint, per potestatem ad nuptias suas addixerint, aut si pupillae sint, et earum utilitatibus obviantes per terrorem aut per quorumcumque colludium addicantur, ut his personis, de quibus loquitur, invitae iungantur: quicumque hoc praesumserit, decem pondo auri se noverit condemnandum, et in ea provincia, in qua iudex fuerit, dignitate amissa, biennio prohibeatur accedere. Beneficium tamen lex ista adversus eiusmodi homines parentibus vel ipsis mulieribus, quae in suo iure sunt, vel qui minorum aetates tuentur, indulsit, ut contestationes ad alios iudices vel civitates proximas deferant et eorum patrociniis defendantur, ut, si in eadem provincia sit alia potestas, utpote si sint duo iudices, unus privata et alius dominica iura gubernans, si ab altero sub hac conditione quaecumque persona prematur, alterius tutela debeat defensari, aut certe ad magnificam potestatem, quae principis auribus hoc possit intimare, recurrat.

*Cf. Epit. cod. Par. Suppl. Lat.* 215: . . . potestatem tamen habeant mulieres a vicino iudice defensionem petere. — . . . *Epit. monachi*: . . . X libras auri damnentur et iudiciaria dignitate amissa. . . . . .

XII. De incestis nuptiis.

1. Impp. Constantius et Constans. . . . Dat. prid. Kal. April. *(Cf. locum legis sequentis).* . . . Interpretatio. Quicumque hominum cum fratris filia vel sororis incestam coniunctionem se habere crediderit, capitale periculum se noverit subiturum, et spurios esse convenit, qui de tali coniunctione nascentur.

2. Impp. Constantinus et Constans. . . . Dat. prid. Kal. Mai. Roma. . . . Interpretatio. Fratris uxorem ducendi vel uni viro duas sorores habendi penitus licentia denegatur; nam ex tali coniugio procreati filii legitimi non habentur.

3. Interpretatio. . . . quisque . . . aut sororis aut fratris filiam aut certe ulterioris gradus consobrinam aut fratris uxorem sceleratis sibi nuptiis iunxerit, huic poenae subiaceat, ut de tali consortio separetur. Atque etiam si filios habuerint, non habeantur legitimi nec heredes, sed infamia sint notatae utrimque personae. . . . Ceterum nullum praesumant subire contractum, donandi atque testandi facultate summota; . . . aut etiamsi filios habuerint, non per suppositam aut per aliam personam aut per commenticiam donationem ad illos quicquam ex eorum facultate perveniat, sed ipsis mortuis ad legitimos heredes, quoscumque gradus admittit, usque ad certum originis locum ab intestato ipsi succedunt.

---

XI. a) *ita B*; invidie *A* 1; invidię *A* 2. b) *A* 2; Gratn. *A* 1; Gracianus *B*. c) *A* 2; VX *A* 1; XVI *B*. d) Kls Iuls. *A* 2. e) provinciam *B*. f) sua potencia *B*. g) fortiam *A* 2. h) qualecumque *B*. i) virgines *B*. k) *B*; suarum *A* 1. 2. l) traxer *A* 1. 2; tracxerint *B*. m) presserint *A* 1. n) lib auri comp *B*. o) annos *A* 2; añ *B*. p) amittat et in e. mittatur *B*. q) et ad *A* 2. r) in *A* 1. s) civitate sunt vel loca et *B*. t) *al. man. post add. A* 1. u) alia civitate *B*. v) illas *corr.* illos *B*.

XII. a) Constañ *A* 2; Cōs *B*. b) pri *B*; II *A* 1; III *A* 2. c) Roñ *A* 2; Roma Interpr. *dee. B*. d) parentes *B*. e) *A* 2; q̄ *A* 1; quę *B*. f) altera *A* 2; aliam *B*. g) habuit *B*. h) coniugium *A* 1. i) cognuscat *A* 1.

[2]. a) *ita B*; maritum preserint *A* 1. 2. b) duos *A* 1; duo *corr.* dui *A* 2. c) unam uxorem *B*. d) q: uxore *A* 1. e) fratri *A* 2. f) frām *B*; fratre *A* 1; frater *A* 2. g) priserit *A* 1. h) tali coniugio *B*.

[3]. a) *deest B*. b) qquumque *A* 1. c) sorores aut frā filia *B*; fratres (filia *post add.*) aut sorores filia *A* 1; fratris filiam aut sororis filiam *A* 2. d) suam *A* 2. e) consobrinam *A* 2. *B*. f) coniugium *A* 1. 2. g) iungserint *A* 2. h) eos s. *B*. i) sint *A* 2.

1) I. q. puella; cf. L. Sal. Cap. I, 11; L. Alam. 85, 2; Diez, Etym. WB. d. rom. Spr. I, s. v. pulcella.

esse notati, et de parentorum facultatem nihil habeant; sed post[k] mortem[l] eorum alii propinqui eorum[m] heredes ipsas[n] facultates recipiant. Nam ad suos infantes testamentum exinde facere nullo[o] modo potest[p], nisi tantum ad suum propincum[q] heredem, si voluerint, cartam[r] ei de sua[s] facultatem facere potest. Nam si propincuus[t] heredes non habuerint[u], hoc totum fiscus[v] adquirat[w].

[4]. Item alia interpretatio[a]. Quicumque mulier sororis[b] sue maritum post eius morte[c] acciperit, vel quicumque vir, mortuam suam uxorem, si eius sororem in coniugio[d] acceperit[d], sciat se tale[e] coniugium esse notabiles, et filii, qui ex eis nati fuerint, et ad successionem[f] excludantur, nec inter filios habeantur.

## XIII. De dotibus.

[1]. Imp. Cons.[a] Data XII. Kal. Oct.[b] Interpretatio. Si maritus uxorem[c] suam de mores qualescumque capitanium[d] crimen accusaverit[e], et in ipsa accusatione eius[f] maritus mortuus fuerit, heredes mariti ipsam[g] mulierem accusare non possunt. Similiter et si ipsa mulier mortua fuerit, eius heredes[h] exinde accusare[i] non possunt, quia crimina[k] cum actore deficiunt[l].

[2]. Item alia interpretatio[a]. Qualescumque cartas, qui[b] inter virum et uxorem factas fuerint, aut per dotem aut per alias legitimas[c] scripturas, hoc sibi et maritus et mulier, dum advivunt[d], in[e] usumfructum sibi vindicent et ad nullum alterum hominem exinde licenciam[f] non habeant qualemcumque[g] cartam[h] facere nec per nullum[i] ingenium donare[k]; nisi tota ipsa facultas post eorum discessu[l] ad communes filios[m] revertatur.

## XIV. De nuptiis gentilium.

Imp. Valen.[a] Data V. Non.[b] Iun.[c] Interpretatio. Nullus Romanus barbara[d] cuiuslibet

---

Testandi etiam eis in his tantum personis, quibus lege concessum est, permissa potestas, ita ut ex his, quos elegerint, scribant heredes, ita tamen, ut, si qui in tali consortio consensum cum his habuisse docentur, hereditate exclusi aliis in proximo gradu venientibus locum faciant. Nam si desunt personae propinquorum, quos ad successionem vocat lex, tunc in eorum facultatibus fiscus accedat.

*Cf. Epit. Aeg.:* Quicumque aut sororis aut fratris filiam aut consobrinam aut fratris uxorem sceleratis sibi nuptiis iunxerint, talis vero coniunctio separetur, et si filios habuerint, qui spurii appellantur, non habeantur heredes, testandi aut donandi res suas submota licentia; ipsis vero mortuis legitimi heredes eorum, quoscumque gradus admittit, qui in hoc scelus non consenserunt, succedant. Nam si desint propinqui, tunc eorum facultates fiscus acquirat.

4. Interpretatio. Quaecumque mulier sororis suae maritum post illius mortem acceperit, vel si quis ex viris, mortua uxore, sororem eius aliis nuptiis sibi coniunxerit, noverint tali consortio se esse notabiles, et filii, qui exinde fuerint procreati, ex successione excluduntur nec inter filios habebuntur.

### XIII. De dotibus.

1. Impp. Constantius et Constans. . . . Data XII. Kal. Oct. . . . Interpretatio. Si de moribus maritus uxorem accusat. hoc est in maleficio, in adulterio, similibus aliisque criminibus, si mortua uxor fuerit, heredes eius accusari non possunt, quia crimina cum auctore deficiunt; tamen et si maritus mortuus fuerit, quia accusabat uxorem, ab herede mariti mulier non potest accusari.

[2]. 3. Interpretatio. Si contigerit, ut maritus uxore superstite moriatur, quaecumque a muliere marito in dotem data fuerant, ad suum dominium femina revocabit, nec heredes defuncti mariti hoc vindicare praesumant; nam si maritus, dum adviveret, hoc ipsum, quod a muliere in dote perceperat, fortasse refuderit, quia similitudo donationis est refusio, nullam obtinet firmitatem. Si mortua fuerit mulier, non poterunt eius heredes hoc sibimet vindicare, sed marito etiam cum fructibus hoc iubetur debere restitui; sic tamen, ut, si erunt filii, non sibi hoc, dum advixerit pater eorum, quasi ex bonis maternis vindicent, nec pater aliquid aliud nisi usumfructum exinde habere debebit nec transferendi in aliam personam habebit liberam potestatem; sed omnia post eius obitum ad communes filios revertantur.

### XIV. De nuptiis gentilium.

Impp. Valentinianus et Valens. . . . Dat. V. Kal. Iun. . . . Interpretatio. Nullus Romanorum barbaram cuiuslibet

---

k) post *A* 1. l) morte *A* 2; eorum m. *A* 1. 2. m) *B*; *deest* *A* 1. 2. n) ipsam facultatem *B*. o) nullum *A* 1. p) possunt *B*. q) propinquum *A* 2. r) carta *A* 2. s) suam *B*. t) propincus *corr.* propincos *A* 2; propinquos *B*. u) *B*; habuerit *A* 1; habuerit *A* 2. v) fiscū *B*. w) inquirat *B*.

[4]. a) *deest* *B*. b) sorores *A* 1. c) mortem *A* 1. d) *B*; coniugium priserit *A* 1. 2. e) talem *B*. f) successione *A* 2.

XIII. a) Coustañ *A* 2. b) Octub. *A* 2. c) uxore *B*. d) capitaneum *B*. e) acusaverit, *et ita infra* acus. *pro* accus. *A* 1. f) maritus eius *B*. g) ipsa muliere *A* 2. h) heredes *bis scr., sed del.* *A* 1. i) *deest* *B*. k) crim *codd.* l) delic̄ *B*.

[2]. a) *deest* *B*. b) que *B*. c) scr. leg. *B*. d) vivent *B*. e) in *A* 1. f) licentia *A* 2. g) qualecumque *A* 2. *B*. h) carta *A* 2; car *B*. i) ullo ingenio *B*. k) darare *A* 1. l) discessum *A* 1. m) filius *A* 1.

XIV. a) Valentinus *A* 2; Val *B*. b) *A* 2; n̄n̄ *A* 1; nō *B*. c) Iuni *A* 1. d) barbaram *B*.

gentes[e] uxorem habere presumat, nec[f] barbarum[g] Romana sibi in coniugium[h] accipere presumat. Quod si[i] fecerint[k], capitalem[l] sentenciam feriantur.

### XV. De fideiussoribus docium.

[1]. Imp. Val.[a] Data IV.[b] Id. Nov. Interpretatio. Mulierem[c] pro dotes[d] causam potest hominem fideiussorem[e] dare.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Si quis implendam[b] dotem, quid[c] mulier maritum[d] ante nuptias dat, si aliquis fideiussor[e] exierit[f], per illum fideiussorem[g] non teneatur obnoxius[h].

### XVI.[a] De repudiis[b].

Imp. Constantinus. Data[c]. Interpretatio. Si contigerint[d] lites inter virum et uxorem, si mulier maritum suum dimittere[e] voluerit[f], non eum potest dimittere, nisi per trea[g] crimina, hoc est, si ei probare potuerit, ut sit homicida aut malificus[h] aut sepulcri[i] violator. Si una[k] de istas culpas ei probare potuerit, nec dotem nec aliud[l], quod ad suum adquisivit[l], non perdat et alium maritum, si voluerit[m], prendere[n] licenciam habeat. Et quod[o] si hoc super[o] suum[p] maritum probare non potuerit, omnia bona[q] sua perdat et ipsa[r] in exilio mittatur[s]. Maritus vero, si suam[t] uxorem dimittere voluerit, hoc ei[u] facere non liceat, nisi si[v] trea crimina ei adprobare potuerit, hoc est, adultera aut malifica[w] aut consiliatricem. Si unum de[x] ista crimina ei probare[y] non potuerit, secundum legem ipsam[z] dimittere[a] non potest; et si eam[b] dimiserit, aliam uxorem ei ducere non liceat; et omnia, quicquid[c] ad ipsam mulierem aut per dotem aut per qualecumque ingenio[d] ei ante dedit, ipsa mulier sibi vindicet et, si voluerit, post biennium alium maritum[e] prendere[f] licenciam habeat; et si[g] suus maritus[h] aliam uxorem duxerit[i], omnem eius substanciam[k] et eius posterioris[l] mulieris dotem[m] illa mulier sibi[n] vindicet. Si vero maritus ipsa capitania[o] crimina ad suam uxorem probare potuerit, sicut superius diximus, ipsa[p] in exilio mittatur et amplius in patria[q] non revertatur[r] et omnia sua bona perdat, et quidquid[s] de suo marito[t] recepit[u], ipse maritus in

---

gentis uxorem habere praesumat, neque barbarorum coniugiis mulieres Romanae in matrimonio coniungantur. Quod si fecerint, noverint se capitali sententiae subiacere.

XV. De fideiussoribus dotium.

[1 2]. 1. Impp. Theodosius et Arcadius. . . . Dat. IV. Id. Nov. . . . Interpretatio. Si quis implendae dotis causa pro muliere fideiussor accesserit, pro hac fideiussione non teneatur obnoxius.

XVI. De repudiis.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. III. Non. Mai. . . . Interpretatio. Certis rebus et probatis causis, inter uxorem et maritum repudiandi locus patet; nam levi obiectione matrimonium solvere prohibentur. Quod si forte mulier dicat maritum suum aut ebriosum aut luxuriae deditum, non propterea repudiandus est, nisi forte eum aut homicidam aut maleficum aut sepulcri violatorem esse docuerit, quibus criminibus convictus sine culpa mulieris merito videtur excludi, et mulier recepta dote discedit; nam si haec crimina mulier non potuerit approbare, hac poena mulctatur, ut et dotem, quam dederat vel pro ipsa data fuerat, et donationem, quam percepit, amittat atque etiam exsilii relegatione teneatur. Quod si a viro mulier repellatur, nec ipse, nisi certis criminibus ream docuerit, pro levi, ut assolet, iurgio repudiare non permittitur, nisi fortasse adulteram aut maleficam aut conciliatricem eam probare sufficiat; quod si docere non potuerit, dotem mulieri restituat et aliam ducere non praesumat uxorem. Quod si forte tentaverit, habebit mulier liberam facultatem, quae innocens eiecta est, domum mariti sui atque omnem eius substantiam sibimet vindicare; quod dignoscitur ordinatum, ut etiam secundae uxoris dotem repudiata iniuste mulier iubeatur acquirere.

---

e) gentis *B.* f) neque *B.* g) barbarū *B*; barbarus *A* 1. 2. h) coniúgio *A* 2; coniuḡ *B.* i) hoc *add. B.* k) ficerit *A* 1. l) capitale sentencia *A* 1.

XV. a) Valeñ *A* 2. b) IIII Kal. Noūmƀ *A* 1; IIII Kal. Nov. *A* 2; III Id. Nov. *B.* c) muliere *A* 2. d) dote *A* 2; dotis *B.* e) fidemiussorem *A* 2.

[2]. a) *deest B.* b) *B*; impliendam *A* 1. 2. c) quod *B.* d) marito *B.* e) fidemiussor *A* 2. f) exieret *A* 1. g) fideiussore *A* 2. h) abnoxius *A* 1.

XVI. a) XV *A* 2. b) repuciis *A* 1. c) *diem omittunt codd.* d) *B*; contingerit *A* 1. 2. e) dimitere *A* 1. f) volūr *A* 1. g) tria *B.* h) maleficus *B.* i) *ita B*; sepulcrorum *A* 1; sepulchrorum *A* 2. k) unam ex has *pro* u. de istas *B.* l) aliud qđ ad suum quisivit *B*; aliquid ad suum adquesivit *A* 1; aliquid quem ad ipsum adquisivit *A* 2. m) p. v. *A* 2. n) p̄endere *A* 1. o) *deest B.* p) suo marito *B.* q) *post add. A* 1. r) ipsam *B.* s) *deest A* 2. t) sua *A* 2. u) *B*; *deest A* 1. 2. v) si tria *B*; si *deest A* 1. 2. w) malefica *B.* x) ex his *pro* de ista cr. *B.* y) adprobare *A* 2. z) ipsa *A* 2. a) dimitere *A* 1. b) ea d. alia *A* 1. c) *A* 2; quidquid *A* 1; quicqđ *B.* d) ingenium *B.* e) virum *B.* f) prehendere *A* 1. g) *deest A* 1. h) vir *B.* i) duxerī *A* 1. k) suptanciam *A* 1. l) posteriores *A* 1. m) dote *A* 2. n) *deest B.* o) *corr.* capitapea *A* 2; capitanea *B.* p) ipsam *B.* q) patriam *B.* r) revertat *B.* s) quicquid *B.* t) maritum *A* 2. u) *A* 2; recipit *A* 1; recep̄ *B.*

suam[v] revocet potestatem et de presente, si voluerit, aliam uxorem ducere licenciam habeat. Nam, ut superius diximus, si mulier suum maritum dimiserit, si ei suas istas culpas probare[w] non potuerit[x], si postea in adulterio deprehensa fuerit[y], licet ad suum maritum exinde ea persequere.

## XVII. De[a] tutoribus[a] et curatoribus[b].

[1]. Imp. Constantinus. Data IV. Id. Oct.[c] Interpretatio. Si qualiscumque[d] causa ad parvulos, qui in[e] annis[e] minoribus sunt, aut de actum[f] aut ad[g] quamlibet[h] causam[i] eos provocare aliquis voluerit, hoc antea, quamvis utilis[k] sint, agere non possint[l], nisi si ante curiales testes[m] etas illorum[n] plena fuerit, qui illorum causam respondeat. Nam feminas sub[o] patrui[p], hoc est frater patris, sub[o] ipsius tutilla[q] ipsas minores feminas esse debent[r].

[2]. Item[a] alia interpretatio[a]. Si quicumque homo[b] mortuus fuerit, si filius infra annis[d] dimiserit, seniores civitatis[e] ipsius una cum alios[f] iudices consilium inter se habere debent, quod[g] ad ipsos infantes tutores mittere debeant, qui ipsorum res gubernent[h].

[3]. Item alia interpretatio. Mulier, si post mortem mariti sui tutilla[a] de res filiorum suorum voluerit[b] recipere[c] ad gubernandum[d], si alterum[e] maritum prendere[f] noluerit[g], aut in iuvenilem[h] aetatem non fuerit, ipsa[i] tutilla recipere potest[1]. Quod si ipsa tutilla[k] reciperet[l], si alium maritum[m] duxerit, ille maritus[m], qui ipsam mulierem ducit ad uxorem, sciat se suas res alligatas[n] habere, et in omnibus paratus sit ad ipsas res da[o] ipsos[p] parvulos ad gubernandum, ut[q], si aliquid exinde damnatum fuerit, de suam[r] facultatem[s] sciat se hoc esse redditurum. Nam quod si illam mulierem seniores loci illius non[t] elegunt[u] ad ipsas[v] res gubernandum[w], postea ipsi seniores vel iudices talem[x] hominem[y] de ipsos heredes elegant[z], qui eorum propincus[a] est, qui et bonus sit et suas facultates habeat, ut nec per ipsius insipiencia[b] vel paupertatem res de ipsos[c] minores in damnum non ambulent[d]. Quod si nec tales[e] de eorum heredes[f] inventus non fuerit, postea ipsi seniores vel iudices alium[g] hominem de ipsa[h] provincia elegant[i], qui iustus et bonus sit et suas facultates habeat, quem[k] ad ipsos parvulos[l] tutorem[m] dent, qui eorum res gubernent[n].

---

XVII. De tutoribus et curatoribus creandis.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. IV. Id. Oct. . . . Interpretatio. Si pupillis actio inferatur, quamvis adulti videantur, ad litem venire non possunt, nisi forte aetas eorum curiae testificatione firmetur, aut certe provisus curator patrimonium pupilli vel negotium tueatur.

[1]. 2. In feminis tutelam legitimam et consanguineus patruus non recuset.

[2]. 3. Interpretatio. Quoties de pupillorum tutela tractatur, debent primi patriae cum iudice secundum aetates minorum aut tutorem aut curatorem eligere, ut ille, qui susceperit tutelam tali electione, possit esse securus.

[3]. 4. Interpretatio. Mulieres mortuis maritis, si ipsae voluerint tutelam suscipere filiorum, priusquam hoc assumant, actis profiteantur, se non esse nupturas. Sed hoc ipsum non extorquendum est; sed si maluerint, hoc voluntate propria fateantur. Nam si ad alias nuptias migrare voluerint, tutelam filiorum administrare non possunt. Sciant hoc etiam viri, qui sibi iungendas matres postulant parvulorum, quod, si mulieres tutelam administrare coeperint filiorum et postea nupserint, ille, qui in consortio recipitur maritali, bona sua noverit obligata et se ad rationem reddendam minoribus obnoxium esse futurum. Additur etiam illud, quod mulier, nisi maior aetate fuerit, tutelam suscipere prohibetur. De his vero, qui cum lege veniunt ad tutelam, si quis ex his videbitur aut deceptus facultatibus aut moribus vilis, admitti non poterit, ne minorum bona depereant; sed illi accedant in tutelam, qui integritate mentis et certa propinquitate iunguntur. Nam si defuerint personae, quas diximus, et mater tutelam suscipere noluerit, tunc, sicut prius constitutum est, electio iudicis vel provincialium tutores minoribus deputabit.

---

v) *B*; sua *A* 1. 2. w) probar̃ *A* 1. x) potuer̃ *A* 1; potuerint *rad. corr.* potuerit *A* 2. y) fuer̃ *A* 1.

XVII. a) Deturioribus *A* 2. b) actoribus *B*. c) Octб *A* 1. 2. d) qualescumque *A* 1. e) inanis *A* 1. f) actu *B*. g) *B*; *deest* *A* 1. 2. h) quemlibet *A* 2. i) causa *A* 2. k) utiles *B*. l) possĩnt *A* 1; possunt *A* 2. m) tš *A* 2. n) eorum plene *A* 2. o) sup *A* 1. p) *B*; patria *A* 1. 2. q) tutela *B*. r) *B*; debiãt *A* 1; debeatur *A* 2.

[2]. a) *deest* *B*. b) omo *A* 1. c) *corr.* filios *A* 2; filios *B*. d) annš *A* 1; añ *B*. e) civitates *A* 1. f) alius *A* 1. g) quem *B*. h) cobernent *A* 1.

[3]. a) tutelam *B*. b) rec. vol. *A* 2. c) reciperit, *sed* t *del.* *A* 1. d) cubernandum *A* 1; gubernanđ *B*. e) alium *B*. f) *B*; prehendere *A* 1. 2. g) *ita e corr.* *A* 1; voluerit *A* 2. *B*. h) iuvenilem aetate *A* 2; iuvenile etate *B*. i) ipsam tutelam *B*. k) tutela *B*. l) reciperet *corr.* reciperit *B*; recipere *A* 1. 2; potest *add.*, *sed eras.* *A* 1. m) virum d. i. vir *B*. n) *B*; alligatus *corr.* alligatas *A* 1; aligatus *A* 2. o) *B*; de *A* 1. 2. p) ipsus parvulus *A* 1. q) et *B*. r) *B*; sua *A* 1. 2. s) facultate *A* 2. t) nam *A* 2. u) eligunt *B*. v) *B*; ipsos *A* 1; ipsorum *A* 2. w) gobernandum *A* 1. x) tale *A* 2. y) *B*; olminem *e corr.* *A* 1; homine *A* 2. z) eligant *B*. a) propinquus *B*. b) insipienciam *B*. c) *B*; ipsius *A* 1. 2. d) ambulant *corr.* a. *A* 1. e) *corr.* talis *A* 2. f) heređ *A* 2. *B*. g) *B*; alterum *A* 1. 2. h) ipsam provinciam *B*. i) eligant *B*. k) *B*; quid *A* 1. 2. l) parvulus *A* 1. m) tutore *A* 2; tutores *B*. n) gobernent *A* 1.

1) De tutela matris, quam Raeti, sicut Visigothi (cf. Lex Vis. IV, 3, 3) et Burgundiones (cf. Lex Burg. 59. 85, 1) de Romanis receperunt, vide infra XXIII, 4, 3; 6, 2. XXIV, 9. Cf. Stobbe, diss. cit. p. 62 sq. et 'D. Privatrecht' IV, p. 434; Kraut, 'Vormundschaft' II, p. 670 sq.

### XVIII.[a] De qui pedant[b].

Imp. Constantinus. Data Id. Iul. Interpre[c]tatio. Quod si[c] avus[d] paternus[e] aut avus[f] maternus aut avia paterna[g] aut avia materna[g] ipsas res parvulorum noluerint recipere ad gubernandum, postea inquirant testamentariis, hoc sunt, qui cives[h] Romani liberti dimissi sunt[1], sic ipsos iurare faciant, quod ipsas res parvulorum[i] per[k] fidem gubernent[l]. Quod si et ipsi non fuerint, sciant se ipsi heredes, quod superius scriptum[m] est, ut si eis aliquid de illa facultatem[n] de illos parvulos venire debuerat, nihil[o] exinde habeant et insuper damnandi sint, si res de ipsos nepotes suos noluerint recipere ad gubernandum[p].

### XIX.[a] De administrationem[b] et periculum tutorum et curatorum[c].

[1]. Imp. Constantinus. Data VI. Kal. Apr.[d] Interpretatio. Quicumque homo res parvulorum reciperit[e] ad gubernandum, si exinde in omnibus eis salvum et integra[f] ratione[f] sine ipsorum damnum ad expletum[g] tempus tutilla[h] eis non reddediret[i], sciat se de sua[k] facultate[l], in quantum eis de ipsorum res damnum fecit, omnia[m] ad ipsos parvulos redditurum, aut tantum[n] eis de suas res in loco[o] pignori dimittat[p], quantum illum fuit, quod[q] per sua negligentia[r] de ipsorum parvulorum facultatem perdiderunt[s], usque dum ad ipsos parvulos[t] omnia[u] ab integritatem restituant[v].

[2]. Item alia interpretatio[a]. Si forsitan parentes de ipsos[b] parvulos aliquid per suo servicio a principem de fisco habuerunt[c] concessum, et hoc postea ipsi parvuli per negligenciam[d] de suos tutores perdiderint[e], sciant se ipsi tutores hoc totum de suo proprio ad ipsos parvulos reddeturi[f].

[3]. Item alia interpretatio[a]. Si ad illos parvulos[b], qui in[b] minore etate[c] sunt[d], aliquid de facultatem[d], aut quod eorum parentes habere debuerant[e], si hoc[b] per negligentiam[f] de suos tutores perdiderint, hoc totum sui tutores vel curatores de suo proprio ei reddant[g].

[4]. Item alia interpretatio[a]. Ubi tutores res[a] parvulorum recipent[b] ad gubernandum[c]

---

1. Imppp. Gratianus, Valentinianus *etc.* . . . Dat. VII. Kal. Mai. . . . Interpretatio. Quisquis rem alienam male possederit, si in iudicio fuerit superatus, quod rem sibi non debitam occupare praesumsit, sed et ille, qui conventus a certo domino reddere pervasa noluerit, non solum pro hac ipsa re reddenda, cum superatus fuerit, teneatur, sed fructus rei ipsius duplos ex eo tempore, quo res pervasa est, cogatur exsolvere, non quales se ipse dixerit collegisse, sed quales per diligentem culturam consequi proprii domini utilitas potuisset. Ille etiam, qui rem alienam scienter usurpare praesumserit, a die invasi loci usque ad consummatam litem simili ratione exigatur. Nam qui simpliciter sine praesumtione aliquam rem tenuerit, ex eo similiter solvat, ex quo, re in iudicium deducta, quod rem male possideat, conscientiam ipsius coeperit non latere. Heredes quoque eorum in his damnis, si victi fuerint, quibus auctor ipsorum, simili modo succumbant. Addimus quoque eiusmodi personis, ut et sumtus et expensas litis ex eo die, a quo de tali re coeperint litigare, usque dum finiatur, pulsantibus reddant; nam et ipsi, qui alios possidentes pulsare tentaverint, si ea in iudicio repetant, quae sua probare non possint, similiter sumtus et expensas litis pulsatis possessoribus reddant, quantum eos toto litis tempore perdidisse constiterit.

2. Interpretatio. Posteaquam inter partes fuerit definitum iudicio intercedente negotium, quaecumque actio propter repetendos sumtus vel expensas litis obtenta fuerit, nullam habeat firmitatem, quam iudicati forma non continet; quia quicumque, quod in iudicio adversario praesente non petiit, postea de eadem re litem aliam non poterit inchoare.

---

XIV. a) et *B*. b) recidandis *A* 2. c) Valentinus *A* 1; Vał̃e *A* 2; Vał *B*. d) XV *A* 2. e) Ianua *A* 1. f) debeant *B*. g) totam suam causam *B*. h) rectum *B*. i) quod *A* 2; quicquid *B*. k) causam *A* 1. l) *des.* *A* 2.

XV. a) litis *A* 2. b) *B*; spensis *A* 1. 2. c) Valentinus *A* 1; Vał̃en *A* 2; Vał *B*. d) Mai. *B*. e) rapuerit *add.* *A* 1. 2. f) *ita emendavi*; possidere *B*; *deest* *A* 1. 2. g) iudicium *A* 2. h) quod *B*. i) pro *A* 1. k) aññ *A* 1; aññs *A* 2. l) iudicium victus fuerit *A* 2. m) in — tales *B*; *des.* *A* 1. 2. n) colex̃ *A* 2. o) *B*; si *A* 1. 2. p) ante *A* 2. q) omines *A* 2 r) *A* 1; cū *A* 2; cuius *B*. s) habueȓ *B*. t) sumtu *B*. u) *B*; placitūs *A* 1; placitum *A* 2. v) suo *A* 1. w) victu *B*. x) expendideȓ *A* 1. *B*; spendideȓ *A* 2. y) a *A* 1. z) iud̃ *A* 2. a) conducendo *B*. b) *B*; iustia *A* 1; iustitiam *A* 2. c) omines *A* 1. d) ipsam causam *B*. e) allos *B*. f) sumtu *B*. g) expendiderunt *B*. h) *B*; ei *A* 1. 2. i) omo *A* 1. k) nesciendum *A* 1. l) tenuerint *A* 1. m) presentem *A* 1. n) amallatus *B*. o) *B*; redderet *A* 1; reddere *A* 2. p) iudicium *A* 2. q) *B*; solvant *A* 1. 2.

[2]. a) rectum *B*. b) iudicis fredum *B*. c) reditas *A* 1. d) nullus de ipsus *A* 1. e) potest *B*; r *add.* *A* 1.

1) I. e. *sibi*. 2) Cf. Stobbe, diss. cit. p. 60; Waitz, 'D. VG.' IV, p. 421, n. 3.

### XVI. De usuris rei iudicate.

Imp. Valentinianus[a]. Data XV. Kal. Iul.[b] Interpretatio. Quicumque homo[c] si ante iudicem pro qualecumque debitum[d] amallatus[e] fuerit, si ibidem convictus[f] fuerit, quod[g] ipsum debitum solvere debeat, si ipsum debitum in placitum iuxta legem infra duos menses[h], aut quomodo inter eos convenit, non[i] solserit, dubla centesima[k] partem[l] cum ipsum debitum solvat. Quod si ei iudicatum fuerit, quod de[m] ipso debito[m], quod contra rationem tenuit, ut exinde usuras reddere debeat, simpla[n] centesima[o] porcionem[p] cum ipsum debitum solvat. Quod si ille, qui debitor est, ipsam[q] rem, quam debet, in placitum[r] parata habuerint, ut eam reddere debeant[s], et quod si[t] ille, cui debitor est, recipere[u] noluerit propter cupiditatem[v] de illas usuras aut de illa centesima: sic[w] ipse, qui debitor est, bonos[x] homines in testimonio[y] suo[z] ducat, qui hoc adfirment, quod ipse debitor ipsam rem, quam debuerat, in placitum paratam[a] habuisset; si hoc fecerit[b], et postea ille debitor de illa[c] centesima[d] nihil solvat, nisi tantum illum debitum, quod debebat.

### XVII. Qui bonis[a] ex lege Iulia[b] cedere possunt.

Imp. Gratianus[c]. Data prid.[d] Id. Oct.[e] Roma[f]. Interpretatio. Nullus homo, qui aut fiscale aut privatum debitum, aut de aurum[g] aut de argentum[h] aut de qualecumque rem mobilem, habet[i] ad solvendum[k], pro[l] nulla occansionem dicat[m]: 'Si de res meas non fecero cessionem, non habeo unde[n] reddere'; per hoc[o] se[p] de ipsum debitum liberare non potest[q], ut eum non solvat, nisi si[r] eum aut incendium aut[s] ostes[t] aut latrocinium aut cuiuslibet maior violencia[u] potuerit se adprobare, ut de omnem rem suam ab integro fuisset devastatus[v]. Si istas[w] causas non potuerit adprobare, ipsum debitum ab integro[x] reddat.

### XVIII. Quorum bonorum*.

Imp. Archadius. Data VI. Kal. Ag.[a] Mediolano. Interpretatio. Hoc iustum esse dicimus,

*) *Cod. B rubricam praebet:* De res quibusque in morte sua tenet.

---

[XVI]. XVII. De usuris rei iudicatae.

1. Imppp. Gratianus, Valentinianus *etc.* . . . Dat. XV. Kal. Iul. . . . Interpretatio. Debitor, qui post emissum iudicium, a quo victus fuerit, debiti summam implere neglexerit, transactis duobus mensibus, duplam centesimam debiti ipsius usque in diem solutionis se noverit redditurum; ita tamen, ut medietatem rei iudicatae mox cogatur inferre: quia non immerito, sicut malae fidei possessor duplos fructus, ita et qui post iudicium tardior ad reddendum fuerit duplam centesimam reddat. Sed tamen et hoc contra creditorum malitiam, quibus debitores addicti fuerint, ordinamus, ut non velint pro spe duplicandae centesimae suo vitio tardius exsequi, quod fuerit iudicatum; unde debebit creditor ternis interiectis mensibus post datum iudicium contestari, ut sic duplam centesimam possit exigere. Nam si collectam pecuniam habuerit debitor et oblatam, et ille, qui vicit, noluerit pro lucro duplandarum centesimarum accipere, signatam eam debitor apud idoneas faciat sequestrari personas, ut damnum usurarum postea non possit incurrere.

[XVII]. XVIII. Qui bonis ex lege Iulia cedere possunt.

1. Imppp. Gratianus, Valentinianus *etc.* . . . PP. Romae prid. Id. Oct. . . . Interpretatio. Nullus, qui aut fiscali debito aut privato probatur obnoxius, si aurum, argentum vel mobile quodcumque debuerit, ob hoc se credat a debito excusandum, quod dicat, de rebus suis se facere cessionem, sed poenis afflictus quaecumque debuerit cogatur exsolvere; nisi forte eiusmodi persona sit, quae se probet omnem substantiam suam aut naufragio aut latrocinio aut incendio aut cuiuslibet maioris violentiae impetu perdidisse.

*(Huius tituli l. 2 lex Rom. Raet. Cur. infra titulo XVIII. insertam praebet).*

[XVIII]. XIX. Quorum bonorum.

Impp. Arcadius et Honorius. . . . Dat. VI. Kal. Aug. Mediolano. . . . Interpretatio. Iustum esse decernimus,

---

XVI. a) Valentinus *A* 1; Vał *A* 2. *B*. b) Iulias *A* 1. c) omo *A* 1. d) debito *A* 1. e) ammallatus *A* 2. f) convinctus *B*. g) quod si *A* 2. h) añn *corr.* m̃en *A* 1. i) dupla non solverit *A* 2. k) centisimam (ti *e corr.*) *A* 1. l) parte *B*. m) *B*; ipsum debitum *A* 1; si ipsum debitum *A* 2. n) simbla *B*. o) centessima *A* 1. p) porcione *B*. q) ipsa *B*. r) placito *A* 1. s) debeat *B*. t) *B*; *deest* *A* 1. 2. u) *B*; prendere *A* 1; prehendere *A* 2. v) *B*; cubititatem *corr.* cubiditatem *A* 1; dubitatem *A* 2. w) *B*; sic *scriptum videtur* *A* 1; si hoc *A* 2. x) bonus *A* 1. y) testimonium *A* 2. z) suum *A* 2; *deest* *B*. a) *B*; paratum *A* 1. 2. b) *B*; facer̃ *A* 1; fecer̃ *A* 2. c) qui illam *B*. d) centisima *A* 1.

XVII. a) bonus *corr.* bonis *A* 1. b) nullia *A* 2. c) Gratñ *A* 1; Graciã *A* 2; Grãt *B*. d) pri. *B*; II *A* 1. 2. e) Octb. *A* 1; Octub. *A* 2. f) Rom̃ *B*. g) auru *B*. h) argeñ *A* 1. i) abet *A* 1. k) dicat *add.* *A* 2. l) per nullam occasionem *B*. m) ut dicat *B*; dicat — cessionem *in marg. post suppl.* *A* 1. n) *deest* *A* 2. o) huc *A* 1. p) *B*; si *A* 2; sed *A* 1. q) *B*; possunt *A* 1. 2. r) *deest* *B*. s) *rad. corr.* ut *A* 1. t) hostes *A* 2. u) violentiam *A* 2. v) devastatas *corr.* -tus *A* 1. w) estas *A* 1. x) integrum *A* 2.

XVIII. a) Agũs Medialano *A* 1; Aug. M. *A* 2.

ut[b] quicumque homo omnia, que habuit[c] et usque in[d] die vite sue tenuerit[e], querentibus eum heredibus[f] suis, debeat eis consignare, et ille[g] postea, cui[h] adpertinet[i], teneat. Verum tamen uxoris[k] suae res, si sine infantes mortua fuerit, ad propincos[l] eius, qui lei[m] legitimi[n] sunt, eius res adsignare precipimus[o]; nam suus[p] maritus exinde[q] habere non potest.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Si quis homo ad alterum hominem aliquam[b] rem cesserit[c], videat, ut si per scriptura aut per testes, qualiter ipsam rem cedatur, ut illud[d], quod per voluntatem cesserat, legitime adfirmet[e].

## XIX. De vim iudicum*.

Imp. Constantinus. Data X.[a] Kal. Nov. Interpretatio[b]. Nullus iudex alienas res nec per forcia nec per nullo[c] malo ingenio[d], absente[e] illo, cuius res sunt, nullus homo[f] eas invadere non presumat, nisi si eas si[1] per[g] iudicium iudices[h] potuerit[i] vindicare, salvum iudices[h] fretum[k, 2]. Quod si ille ingenuus[l] homo, cui res sic invasas fuerint, forsitam in captivitatem ductus fuerit et res suas in patria dimiserit, liceat ipsas res ad suos parentes vel ad suos amicos[m] aut ad suos libertos vel ad suos servos[m] prosequere[n] et salvare. Quod si forsitam ad illos qualescumque homines[o] violentiam facere voluerint[p], ut ipsas res illi salvare non possint[q], si ipse homo, qui in captivitatem ductus fuit[r], si[s] post XXX annos[t] revertat, suas res, qui in ipsius potestatem erant[u], quando in illa captivitatem[v] ductus fuit, tam de illos, qui eos invaserat, quam et de illos rectores, si ipsas res reciperunt[w] ad salvandum, si forsitam exinde aliquid per neglegenciam[x] perdiderunt, sine omnem[y] dilatacionem[z] ille, qui de ipsa captivitatem reversus est, de presente[a] suas res ab[b] integro recipiat[c].

[2]. Item alia interpretatio. Quicumque homo[a] suam causam in absconso[b] per malo ingenio agere voluerit et ipsa[c] causa ante iudicem dicere noluerit[d], ut causatorem suum absconse noceat aut illum per[e] sua rixa conturbaverit[f], ille, qui sic fecit, si[g] in ipsa causa

*) *Cod. A 1 rubricam praebet:* Unde vi.

---

ut, quodcumque auctor usque in diem vitae suae tenuerit, petentibus heredibus debeat consignari, illi postea, cui competit, actione servata. Virum quoque intestatae uxoris suae facultatem, quae sine filiis recessit, consanguineis eius, qui legitimi sunt, tradere mox sine ulla dilatione praecipimus et maritum proponere minime prohibemus, si quas sibi competere putaverit actiones.

[2]. XVIII, 2. Interpretatio. Quaecumque aliquis alteri cesserit, profiteatur, se tantum rem cessisse vel causam, hoc est aut gestis aut scriptura aut testibus, et sola voluntatis illius professio pro omni firmitate sufficiat.

### XX. Unde vi.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. X. Kal. Nov. . . . Interpretatio. Omnes iudices specialiter admonemus, ut nullus, absentibus dominis, res eorum praesumat invadere, sed contra improbos homines omnia per personam iudicis vindicentur, salvo principali negotio. Quod si quis se adversus absentem negotium habere causatur, et si cui illi, qui peregrinantur, rem suam commiserint gubernandam, nec actor nec procurator eorum aut aliquis servorum ad dicendam causam, domino aut absente aut non iubente, cogatur; sed si quid eis fuerit sublatum, mox his, qui domino absente exclusi sunt, cum interpellaverint, reformetur. Ipse vero dominus, si forte per negligentiam servorum res recepta non fuerit, cum de peregrinis redierit, possessionem suam momenti beneficio, etiamsi annus excesserit, nullatenus recipere prohibetur, sed restitutis in integrum omnibus, quae eo absente sublata sunt, integra causae actio proponatur, inter legitimas dumtaxat et integra aetate personas; quia dignum est, ut contra malitiam eorum, qui praesentes sunt, taliter absentibus iubeamus esse consultum.

2. Interpretatio. Quicumque causam suam non ita agere voluerit, ut adversarium suum publice patefacta actione conveniat, et dominium possessoris illa ratione conturbaverit, ita negotio ipso careat, ut eam causam numquam valeat reparare, qui prius rem voluit auferre, quam sperare a iudice, ut deberet audiri. Similiter et ille omni causa privetur,

---

b) *B;* aut *corr.* ut *A* 1; aut *A* 2. c) *A* 2; abuit *rad. corr. ex* abuitur *A* 1; habetur *B.* d) diebus *pro* in die *B.* e) tenerit *A* 1. f) heretibus *A* 1. g) illi *A.* h) qui *A* 2. i) apertinet *A* 1. k) uxorem *corr.* uxores *A* 1. l) propinquos *B*; propintiis *A* 2. m) illi *A* 2. n) legitime *A* 1. o) precimus *A* 1. p) illius *A* 1. q) exin *A* 1.

[2]. a) *deest B.* b) *B;* aut qua *A* 1. 2. c) cessare *B.* d) illut *A* 1. e) adfirmetur *B.*

XIX. a) *post add. A* 1. b) *deest B.* c) ullo *B.* d) inienio *A* 2. e) apsente *B.* f) omo *A* 1. g) post *B.* h) iudicis *B.* i) *B;* potuerint *A* 1. 2. k) fredum *B.* l) inienuus *A* 2. m) amicus — libertus — suus servus *A* 1. n) prosequerem *A* 1. o) omines *A* 1; homo *B.* p) voluerit *B.* q) possent *A* 1. r) fuet *A* 1. s) nisi *corr.* si *A* 1; ñ *B.* t) añ, anñs *codd.* u) herrant *rad. corr.* erant *A* 1. v) captivitate *B.* w) receperunt *B.* x) *B;* neglienciam *A* 1; negligentiam *A* 2. y) omnem *A* 2. z) dilatacione *B*; dilatacionem *rad. corr.* dilacionem *A* 1; dalationem *corr.* dilationem *A* 2. a) presentem *A* 1. b) de ab *A* 2. c) precipiat *A* 2.

[2]. a) omo *A* 1. b) abscondito *B.* c) ipsam causam *A* 1. d) uoluerit *B.* e) per sua *B*; *des. A* 1. 2. f) *B*, turbaverit *A* 1. 2. g) nisi si *B.*

1) I. e. *sibi*, ut videtur. 2) Cf. supra II, 16, 2 et p. 321, n. 2.

iusticiam habere debuisset[h], totam[i] eam perdat. Similiter si parvuli, qui in minore aetate sunt, per tale[k] neglegentia[l] res suas perdiderint, cum ad legitimam[m] aetatem pervenerint, res suas ab integro recipiant; et si forsitam tutores vel curatores de ipsos parvulos[n] per sua[o] neglegentiam[p] ipsorum res deperitas[q] fuerint, de suam[r] facultatem aliud[s] tantum solvere debeant.

[3]. Item alia interpretatio. Quicumque homo aut fescalem[a] aut privatam rem malo ordine invaserit, si exinde in iudicio[b] convictus fuerit, ipsam rem, quam[c] male invasit, et aliud[d] tantum, ad eum, cui[e] ipsas res esse debuerant, reddat[f]. Et[g] quod si ille homo, cuius ipsas res fuerunt[h], per suam[i] presumptionem[k], antequam eas in iudicio convincere possit[l], presumpserit[m] preendere[n], ipsam[o] causam perdat.

[4]. Item alia interpretatio[a]. Propter absentes[b] legem[c] volumus iterare, ut, si alicui homini[d] ad quemlibet[e] hominem aliquid tultum fuerit, hoc totum ad amicis vel proximis aut ad suos[f] libertos vel servos[f], quem ille dominus[g] in suas res[h] misit[h], cum iudices noticia[i] sine omne[k] mora eis reddatur, ut, quando ille homo, qui aut in militia fuerit aut in qualecumque necessitatem[l] vel captivitatem ductus fuerit, cuius ipsa[m] res fuerunt[n], ut, quando reversus fuerit[o], omnia ab integro recipiat.

[5]. Item alia interpretatio[a]. Quicumque homo contra alterum hominem ante iudicem undecumque causa[b] miserit, nullus iudex presumat de nulla causa sine eius causatores[c] ad unum hominem iudicium dare; nisi illi, qui inter se causam habent, ambe partes ante iudicem[d] veniant[e], et ipse iudex inter eos diligenter inquirat[f]; et postquam[g] ipsos de[h] eorum[h] causas bene exquisitus[i] habuerit, sic[k] inter eos directum[l] iudicium iudicet.

## XX. Utrum vi[a].

Imp. Archadius[b]. Data V. Id. Iul.[c] Interpretatio. De causas momentaneas. Omnes causas momentaneas, tam de facultate et quam et de colonaria familia[d], qui exinde[e]

---

qui iudicis ordinatione suppressa, iudicium se habere dicens, alienam possessionem sua praesumtione pervaserit. Quod si tutores etiam vel curatores minorum colludio aliquo pro eorum negotiis alienam rem sub ea, qua diximus, temeritate pervaserint, ut minorum causa depereat, nullum minoribus praeiudicium fieri ex tutorum vel curatorum temeritate permittimus, sed proprietatem suam sine dilatione recipiant; curatores autem vel tutores, amissis rebus suis, perpetuo exsilio deputentur.

3. Interpretatio. Cognovimus, rem fisci nostri violenter aliquos invasisse, sed nos evidenti lege praecipimus, ut, si quis aut fiscalem rem aut privatam ante sententiam a iudice prolatam invaserit et noluerit exspectare litis eventum, perdat negotium, qui contemsit exspectare iudicium. Ille vero, qui hoc praesumsit invadere, quod per iustitiam apud iudicem non poterat obtinere, habita aestimatione, talem rem aliam illi domino restituat, qualem noscitur ante iudicium pervasisse.

4. Interpretatio. Propter absentes legem volumus iterare, ut, quicquid fuerit iis a qualibet persona sublatum, totum amicis eorum vel proximis vel servis, cum iudicem interpellaverint, sine dilatione reddatur, ut res, quam discedens dominus in sua proprietate dimisit, integra ab actoribus domini, quousque redeat, vindicetur. Quaecumque autem in militia constitutis vel absentibus pervasa fuerint, sine aliqua iubemus dilatione restitui.

5. Interpretatio. Nec per principis praeceptionem, si a litigatore fuerit obtenta, nec per responsum iudicis, si fuerit interpellatus, absente domino possessio ullius auferatur, quia prius conveniri debet ille, qui possidet, et nisi inter praesentes iudicium dari non potest, nec negotinm terminari. Nam quicumque alienam vel absentis rem crediderit occupandam, noverit, etiam heredes suos similiter pro hac auctoris praesumtione obnoxios esse mansuros.

[XX]. XXI. Utrubi (*Epitt.:* Utrum vi).

1. Impp. Arcadius et Honorius. . . . Dat. III. Kal. Iul. . . . Interpretatio. Si coloni rei alienae ad alios dominos forte confugerint. . . . . .

*Cf. Epit. monachi:* De momento. Si colonus. . . . Dat. Id. Iul. . . . . . .

*(Tit. XX, 6):* Interpretatio. Ad recipiendum momentum, id est infra anni spatium cuiuslibet persona agere potest.

---

h) debuisse *A* 1. i) tota *A* 1. 2. k) talem *A* 1. l) neglienciam *A* 1. m) legitima etate *B*. n) parvulus *A* 1. o) suam *B*. p) negligentia *A* 2. q) *B*; disperitas *A* 1; desperatas *A* 2. r) sua *A* 1. s) aliut *corr. ead. man.* aliud *B*; *deest* *A* 1. 2.

[3]. a) fiscalem aut privatam *A* 2. b) iudicium *A* 2. c) *A* 2; qui *A* 1; quem *B*. d) *B*; alium *A* 1. 2. e) cuius *B*. f) reddant *A* 1. g) *deest* *A* 2. h) fuer̃ *codd.* i) sua *A* 1. k) presumcione *B*. l) *B*; possat *A* 1. 2. m) presumpserat *A* 2; presumserit *B*. n) p̃endere *A* 1; prehendere *A* 2; prendere *B*. o) ipsa causa *A* 1

[4]. a) *deest* *B*. b) absconse *B*. c) lege *B*. d) omini *A* 1. e) *B*; quamlibet *A* 1. 2. f) suus libertus vel servus *A* 1. g) dum nos *B*. h) remisit *A* 1. i) notitiam *A* 2. k) omni morem *A* 1. l) necessitate *B*. m) ipsa *A* 2. *B*. n) fuer̃ *A* 1. *B*; fuerīt *A* 2. o) fuit *B*.

[5]. a) *deest* *B*. b) causam *B*. c) *rad. corr.* causatore *A* 2. d) idicem *A* 1. e) venient *B*. f) inqurant *A* 1. g) *B*; quam *A* 1. 2. h) deorum *A* 1. i) exquisitos *B*. k) sic̃ (= sicut) *A* 1. l) rectum *B*.

XX. a) vim *A* 2. b) Archad. *A* 1. *B*; Arhad. *A* 2. c) Iuli *A* 1. d) *B*; familiam *A* 1. 2. e) exsinde *A* 1.

causam[f] cum altero habuerit, infra annum[g] prosequat, cuius essere[h] debeat, et de presente[i], hoc est de momento, sit[k] revestitus[l]. Et sic postea, qui exinde ei aliquid dicere voluerit, sic cum eo ille, qui revestitus[m] est, causas suas agat[n].

EXPLICIT LIBER IV.

## INCIPIUNT[a] CAPITULA LIBRI V.


I. De legitimis hereditatibus.
II. De curiales.
III. De clericis[b] vel monachis.
IV. De bonis militum.
V. De post captivitatem[c] reversis[d].
VI. De ingenuis[e], qui tempore tyranni[f] servierunt[g].
VII. De expositis; hoc est, si quis homo infantem in plateis dimiserit[h] vel in ecclesia[i].
VIII. De is[k], qui sanguelentus[l] emptus[m] vel nutriendus acciperint[n].
IX. De fugitivis vel colonis vel inquilinis[o] et servis.
X. De inquilinis[p] et colonis.
XI. Ne colonus inscio domino suo alienet peculium vel litem[q] inferat civilem.
XII. De longa consuetudinem[r].


## INCIPIT LIBER V[s].

### I. De legitimis hereditatibus.

[1]. Imp. Constantinus. Data XIV. Kal. Iun.[a] Interpretatio. Si mater ius liberorum non habuerit — hoc est ius liberorum, si ingenua mulier tres partos non habuerit, et libertina quatuor, ius liberorum habere non possunt —, si quis[c] ingenua mulier post mortem mariti sui, si ius liberorum non habuerit, nisi unicum filium, et si[d] ipse filius emancipatus[e] fuerit mortuus, mater in eius porcione[f], quod ipse habere debuerat, in tercia[g] parte succedat, et illas duas partes heredes[h] legitimi[i] inter se dividant; hoc est, si fratres dimisit[k], inter ipsos dividant[l], si vero fratres[k] non habet, sui patrui, hoc sunt fratres patris, si unus aut plures sunt, ipsi[m] hoc recipiant; et[n] si patrui mortui fuerint, filii[o] patruorum[p] hoc re-

---

Si per obreptionem fuerit facta petitio, alterius parti praeiudicare non poterit. Praeterea cum legitima persona non sit, nihil valeat actio contra aetatem minorem, quae contra curatorem suum potius debuit iusta ratione proponi.

*Cf. Epit. cod. Par. Suppl. Lat.* 215 *(XX, 6):* Ad recipiendum momentum infra anni spatium cuiuslibet persona contra pervasorem agere potest. Hoc est, ut eius manus sit de possessione vestita, si docere potuerit, quod infra annum ei fuisset sublata et in hac parte non pulsatus, sed petitor praebeat sacramentum, quod antea in aliis legibus evidentius habetur expositum.

*Epit. mon. (XX, 6):* De momenti temporis. Ad recipiendum momentum. . . . . .

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER IV.

INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER V.

I. De legitimis hereditatibus.

1. Imp. Constantinus. . . . Data XIV. Kal. Iun. . . . Interpretatio. Si mater ius liberorum non habeat, hoc est, si ingenua tres partus vivos et libertina quatuor non ediderit, et unicum filium intestatum fortasse perdiderit, et filius moriens patruum unum vel plures aut certe patrui vel patruorum filios vel nepotes plures cum matre reliquerit, qui tamen emancipati non fuerint, mater in tertia portione in filii intestati hereditate succedat, et duas partes patruus, vel si plures patrui fuerint, aut filii vel nepotes sibimet vindicabunt. Quod si mater liberorum ius habeat, et patruus vel patrui cum

---

f) causa *A* 2. g) *B;* añ *A* 1; añs *A* 2. h) esse *B.* i) presentem *A* 1. k) *B;* sed *A* 1; sed, *ut videtur, corr.* sit *A* 2. l) reversus *B.* m) revertitus *B.* n) *B;* agatur, *ut videtur, rad. corr.* agat *A* 2; aget *A* 1.

Lib. V. a) De lib V *B.* b) clericorum *A* 2; cler et m. *B.* c) captivitate *A* 1. d) *deest A* 2. e) inienuis *A* 2. f) tiranni *B.* g) servier *A* 1. *B.* h) demiserit *A* 1. i) *B;* aeclesia *A* 1; ecclesiam *A* 2. k) his *A* 2. l) *ita infra rubr. in textu;* sangueltus *A* 1. 2; sanguelentis *B.* m) emptos vel nutritos *B.* n) accip (accipit) *A* 1. 2; acceperint *B.* o) inquilmis *A* 1. p) inquillinis *A* 1. q) et *add. A* 1. 2. r) consuetudine *B.* s) quintus *A* 1.

I. a) Roma *add. A* 1; Rom. *A* 2. b) quattuor *B;* IIII *A* 2. c) qua *A* 1; q̄ *A* 2. d) et *A* 2; si *B.* e) emancipiatus *A* 1; inmancipatus *corr.* emancipatus *B.* f) porcionem *A* 1. g) terciam partem *A* 1. h) eius *add. A* 2. i) legitima *A* 1. k) dimisit — fratres *des. A* 2; adimisit *A* 1. l) *B;* devitantur *A* 1. m) *B;* hoc ea *pro* ipsi hoc *A* 1. 2. n) *deest B.* o) fili *A* 1. p) *B;* patrui oms (= omnes) *A* 1. 2.

cipiant; si[q] filii patruorum mortui fuerint, si nepotes fuerint, ipsi nepotes hoc recipiant. Quod si mulier ius liberorum habuerit, et si unus aut toti mortui fuerint, duas[r] porciones de ipsorum hereditatem[s] mater eorum recipiat, et illam[t] terciam porcionem[u] suprascripti parentes inter se dividant.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Si aliquis mortuus fuerit et dimiserit matrem et fratrem consanguineum vel[b] adoptivum — consanguineum, hoc est, qui de uno patre nati sunt; adoptivum[c], hoc est, qui ante curiales vel plebe[d] gistis fuerit adfiliatus —, totum matrem[e] de mortui filii hereditatem[f] illi excludunt.

[3]. Item[a] alia. Si quis[b] femina[c] dotata aut inmancipata mortua fuerit et patrem aut matrem vivos[d] super se dimittit, et si filios[e] super suam[f] mortem dimiserit, ipsa mater suam porcionem non ad suos parentes, nisi[g] ad suos filios[e] dimittat[h].

[4]. Item alia interpretatio[a]. Si quis pater aut mater mortui fuerint et divisionem[b] non fecerint, si filios aut filias super se dimiserint, et[c] forsitam una filia eorum mortua fuerit, et de ipsa mortua filia nepotes dimiserit[d], filii, qui vivi sunt, suam porcionem in integro[e] succedant[f], nepotes de filia mortua de porcione[g] matris duas partes recipiant[h]; tercia vero fratres matris[i] sue recipiant[h]. Similiter si aliquis[k] sine divisione mortuus[l] fuerit et dimittit[m] ex filia nepotes et alios[n] filios non dimittit[m], et si forsitam fratres et[o] sorores super se vivos[p] dimiserit, tres partes hereditatis avi materni nepotes vel nepcias[q] ex filia sibi vindicabunt; quarta[r] vero frater[s] vel soror avi[t] defuncti recipiunt. Similiter si[u] mulier[u], materna[v] vel paterna[w] et[x] ata[x, 1], sine divisione[y] mortua[z] fuerit et dimittit[a] filios[b] vivos et[c] forsitam de alio mortuo filio vel[d] filia dimittit[a] nepotes, de patris[e] vel matris[f] ipsi nepotes vel nepcias terciam[g] perdunt[h]. Nam in atonis[i, 2] de patris hereditatem[k] nepotes vel neptias[l] de[m] sui patris porcionem[m] nihil perdunt.

[5]. Item alia interpretatio[a]. Haec lex similis est superiore[b]; sed hoc amplius habet,

---

matre superfuerint, etiamsi emancipati sunt, duas partes de bonis filii intestati morientis mater consequatur, quae ius liberorum habet, et tertiam patruus vel patrui, qui si defuerint, filii patruorum, quanti fuerint, aequales sibi per capita faciant portiones. Quod si filii patruorum defuerint, simili etiam nepotes patruorum divisione succedant. . . . . .

2. Interpretatio. Si moriatur quis et relinquat matrem et fratrem consanguineum, id est uno patre natum, vel etiam adoptivum, id est gestis ante curiam affiliatum, qui consanguinei loco habendus est, consanguineus frater vel adoptivus matrem in totum a successione mortui fratris excludunt. . . . . .

3. Interpretatio. Filia, quam fiduciatam nominavit, hoc est emancipata, si intestata moriatur et relinquat superstitem patrem, matrem et filios, excluso patre et matre, etiamsi ius liberorum defuncta non habeat, filii soli in eius hereditate succedunt. . . . . .

*Epit. Aeg.:* Si filia fiduciata, hoc est emancipata, intestata moriatur et filios habuerit, in eius hereditate succedant, excluso patre et matre.

4. Interpretatio. Si aliquis moriatur intestatus et filios vel filias superstites vel nepotes ex filia mortua derelinquat, filii in sua portione succedunt; nepotes ex filia de portione matris suae tertiam perdunt, quae superstitibus avunculis eius et materteris proficit. Si vero quis moriatur intestatus et relinquat ex filia nepotes et filios non dimittat, sed fratrem et sororem superstites derelinquat, tres partes hereditatis avi materni sibi nepotes vel neptes ex filia vindicabunt, quartam frater vel soror avi defuncti iuxta legis huius ordinem consequentur. Si vero mulier, id est paterna vel materna avia, intestata moriatur et relinquat filios et ex mortuo filio vel filia nepotes, aequaliter de patris vel matris portione nepotes vel neptes tertiam perdunt, quam patruis et amitis ex aviae paternae bonis, avunculis et materteris ex aviae maternae bonis, sicut et de avi materni conquirunt. Nam si patruus et amita vel avunculus et matertera fortasse defuerint, ad fratres vel sorores aviarum tres unciae et ad nepotes novem perveniant; nam in avi paterni hereditate nepotes vel neptes ex filio mortuo de patris sui portione nihil perdunt. . . . . .

---

q) et si *A* 2. r) II *A* 1. 2. s) ereditatem *A* 1. t) *B;* illa *A* 1. 2. u) porcione *A* 2.

[2]. a) *deest B.* b) vel adoptivum — consanguineum *B; des. A* 1. 2. c) adoptivus *B.* d) pleve *A* 1; plebem *B.* e) ad rem *pro* matrem *B.* f) hereditate *A* 2.

[3]. a) Intpr. *pro* I. a. *A* 2. b) q̃ *A* 2. c) feminam dotatam *A* 1. d) super se vivos *A* 2. e) filius *A* 1. f) sua *A* 1. g) sed *B.* h) *A* 2; demittat *A* 1; dimitat *B.*

[4]. a) *deest B.* b) divisi non fuerint *pro* d. n. fec. *A* 2. c) si *add. B.* d) dimiserint *A* 2; si *add. B.* e) integrum *A* 2. f) succedāt *A* 1; succedat *A* 2; succedt *B.* g) porcionē ad heres *pro* p. matris *A* 1. (*eadem, sed* porcione) 2. h) recipiunt *A* 1. i) matres *A* 1. k) *B;* aliqui *A* 1. 2. l) *B;* mortua *A* 1. 2. m) dimittet *B.* n) alius filius *A* 1. o) aut et *A* 2. p) vivus *A* 1. q) neptis *B;* et vel nepotiis *add. A* 1. 2. r) IIII *A* 2; quartam *B.* s) fraī *A* 1. *B;* frš (= fratres) *A* 2. t) a-ui defungti *A* 1. u) *B;* si m. *des. A* 1. 2. v) maternam *A* 2; m. vel *des. B.* w) paternam *A* 2. x) *ita A* 1. *B* (et *fortasse delendum*); et si ata *A* 2. y) divisiones *B.* z) mortua *corr.* mortuus *A* 2. a) dimittet *B.* b) filius vivus *A* 1. c) si *add. B.* d) aut *A* 2. e) patres *A* 1. f) de matris *A* 1. g) *B;* tercia *A* 1; III *A* 2. h) pdt *B.* i) attones *B.* k) hereditate *A* 2. l) *A* 2; neptis *A* 1; neptes *B.* m) de — porcionem *des. A* 2.

[5]. a) *deest B.* b) superiori *B.*

1) *Ata* = avia; cf. n. 2. 2) *Atto, ato* = avus; cf. Diez, 'Etym. WB.' I, s. v. 'tata'.

quod dotem[c] pro filia[d] in genero facta, vel quodquod[e] ipsa filia in tempore nupciarum accepit, postea post mortem attonis[f, 1] intestati ipsi nepotes[g] omnia insimul commiscere[h] iussimus, et de dotem in hereditatem mixta duas partes exinde, qui[i] matrem[k] eorum venire debuerunt[l], recipiant[m]; et si forsitam commiscere noluerint[n], sint ipsi nepotes cum illut[o] contenti[p], quod[q] mater eorum in tempore nupciarum accepit, vel cum hoc solum, quod in[g] eius dote[r] continet.

[6]. Item alia interpretatio[a]. Sicut superius iam in[b] superiorem legem inseruimus, ut, si mater ius liberorum habet, ut unus ex[c] filiis suis mortuus fuerit, de ipsi mortui filii porcionem duas[d] partes mater accipiat[e], et terciam sui filii, qui vivi sunt, inter se dividant. Sed in hac legem constitutum est, ut[f], si mater ius liberorum habens, et[g] unus ex filiis[h] suis aut filia[i] mortui[k] fuerint, de ipsius mortui filii vel filie hereditatem medietatem ex eo mater[l] recipiat[m], et illa alia medietatem suas filias inter se dividant; et si[n] ipsa mulier alium maritum non preserit[o], de ipsam[p] porcionem[q] potestatem[r] habeat facere, quod[s] voluerit. Si vero alium maritum acciperit[t], quodquod[u] filius vel filia mortua aliunde adquesierunt[v], mater eorum in perpetuo[w] vindicet[x]; nam de alia hereditate[y] prioris[z] mariti ipsam porcionem[a], quam ex mortuo filio vel filia fuerat consecuta, sorores de illos mortuos fratres post obitum matris[b] suae sibi vindicent[c]. Quod si filius aut[d] filia illi, qui moriuntur[e], dimiserint[f] et matrem[g] eorum ius liberorum habentem super se dimiserint et sorores, et si forsitam filios[h] habeant illi, qui moriuntur[i], ipsi filii eorum in integram[k] patris[l] vel matris suae facultatem succedunt[m]; et mater vel sorores mortuorum postea ab[n] ipsa facultate[o] habeantur extranei. Haec lex de nepotibus et pronepotibus filiorum constituit[p].

[7]. Item alia interpretatio[a]. Si quis homo ingenuus intestatus sine filios[b] mortuus fuerit, suam facultatem post mortem ipsius sui parentes recipiant[c]. Similiter et[d] mulier si intestata sine filios[b] mortua fuerit, suam hereditatem[e] sui parentes recipiant. Quod si nec maritus nec uxor nullum propinquum heredem non habuerint, tunc postea maritus et uxor sibi unus alteri[f] invicem[g] in hereditatem succedunt.

---

5. Interpretatio. Haec lex similis est superiori; sed hoc amplius habet, quod dotem pro filia in generum factam, vel quicquid ipsa filia accepit tempore nuptiarum, post mortem avi intestati nepotes confundere iubet, ita ut de dote in hereditatem confusa duas partes de eo, quod mater eorum erat habitura, percipiant, aut, si noluerint confundere nepotes, sint acceptis tempore nuptiarum rebus vel sola dote contenti. *Cf. ipsam legem:* . . . ut mixtis matrum suarum dotibus. . . . Si vero dotem matris miscere noluerint. . . . . . .

[6]. 7. Interpretatio. Similis est haec lex superiori; sed quia evidentior est, et istam inseruimus. . . . . . .

[6]. 8. Interpretatio. Mater ius liberorum habens, mortuo filio vel filia, si superstites alias filias habuerit et filium non habuerit, cum filiabus aequali sorte succedat, hoc est, ut mater mediam et filiae, quantae fuerint, mediam vindicent portionem, ita ut, si alium maritum non acceperit, portionem, quam consecuta est, faciendi de ea quod voluerit habeat potestatem. Si vero alium maritum acceperit, quicquid filius vel filia mortui aliunde acquisitum reliquerint, mater perpetuo iure vindicet; de bonis vero prioris mariti portionem, quam ex hereditate filii morientis fuerit consecuta, sorores mortuorum fratrum sibi post matris obitum vindicabunt. Quod si filius vel filia, qui moriuntur, matrem ius liberorum habentem superstitem dimiserint et sorores, sed tamen filios habeant, filii eorum in integra patris vel matris facultate succedunt, ita ut mater vel sorores ab hac successione habeantur extraneae. Hoc et de nepotibus et pronepotibus filiorum lex ista constituit.

[7]. 9. Interpretatio. Haec lex id constituit, ut omnes propinqui uxorem ab intestati mariti successione prohibeant et maritum similiter a successione intestatae uxoris excludant. Sed si propinqui omnino defuerint, tunc sibi invicem, excluso fisco, maritus vel uxor succedant.

---

c) dote *A* 2. d) filios *B.* e) quidquid *B.* f) atonis *A* 2. g) *deest B.* h) cummiscere *A* 1. i) *B*; qua *A* 1; quam *A* 2. k) mater *A* 2. l) debuer *B*; debuerat *A* 1. 2. m) precipiant *A* 2. n) volunt *B.* o) illud *B*; illa *A* 2. p) contempti *A* 2. q) quem *A* 2. r) dotem *A* 2.

[6]. a) *deest B.* b) *deest A* 2. c) de *A* 2. d) *B*; II *A* 1. 2. e) recipiat *A* 2. f) aut *B.* g) ut *A* 2. h) filius *A* 1. i) filias *A* 2. k) mortuas f. *A* 2; mortuus fuerit *B.* l) *tla A* 1; *deest B*; mater eorum *A* 2. m) recipiant *B.* n) *deest A* 1. 2. o) priserit *A* 1. p) ipsa *A* 2. q) *corr.* porcione *A* 2; porci *B.* r) potestē *A* 1. s) que *B.* t) aceperit *B.* u) quidquid *B.* v) adquesier *codd.* w) sibi *add. A* 2 *et alio atramento superscr. A* 1. x) vindicent *A* 2; vindicabit *B.* y) hereditatem *A* 2. z) priores *B.* a) porci *B.* b) matres *A* 1. c) vindicabunt *B.* d) vel *B.* e) moriētur *A* 2. f) demiserint *A* 1. g) mater *A* 2. h) filius *A* 1. i) molriuntur *A* 1. k) *B*; integra *A* 1. 2. l) facultatem p. vel m. suae succedunt *A* 2. m) succedt *B.* n) ad *B.* o) facultatem *A* 1. p) constituet *B.*

[7]. a) *deest B.* b) filius *A* 1. c) recipiunt *B.* d) *B*; *deest A* 1. 2. e) facultatem post mortem ipsius *B.* f) ali (alter) *A* 2; ad alterum *B.* g) sibi *B.*

1) Cf. p. 353, n. 2.

### II. Decurionum[a], id est curialium[b].

Imp. Constantinus. Data Kal. Decemb. Interpretatio. Si curiales — hoc[c] est curiales[d], qui fiscales[e] causas peragit[f] —, si forsitam intestatus mortuus fuerit et neque filios[g] neque[g] proximos[h] super se dimiserit[i], suam facultatem, quam ipse habuit, ad nullum alterum[k] hominem[k] prendere licet, nisi ad ipsos[l] curiales[d] de ipsa[m] linia[m], unde ille[n] fuit, qui ipsam curam[o], quam ille fecit, agere debeat. Nam curialibus[p] testamentum facere lex ista tribuit potestatem.

### III. De clericorum et monachorum[a].

Imp. Theudosius[b]. Data XVIII. Kal. Ian.[c] Interpretatio[d]. Si quis episcopus aut clericus[e] vel monachus aut quicumque religiosus[f] vel religiosa femina, si[g] isti suprascripti[g] suam facultatem habuerint[h] et intestati sine filios[i] aut sine uxores[k] mortui[l] fuerint et heredes[m] non dimiserint, quodquod[n] nec curie aliquid[o] debuerat, nec patronum quodquod relinquerint, postea ipsas ecclesias[p], cui servierunt[q], illorum facultatem adquirant. Et si testamentum facere voluerint, liberam[r] potestatem[s] habeant faciendi.

### IV. De bonis militum.

Imp. Constantinus. Data II.[a] Id. Mar.[b] Interpretatio. Si milites[c] intestati et sine heredes mortui fuerint et proximos[d] non habuerint, eorum[e] bona illi, qui in ipso officio[f] militant, sibi vindicabunt.

### V. De postliminio, id est de post[a] captivitatem reversi[b].

Imp. Valentinus[c]. Data XVII. Kal. Iul. Interpretatio. Quicumque ingenuus[d] homo in[e] captivitate sine sua voluntate aut per ostem[f] captivus ductus est, post quantumcumque tempore[g] in patria[h] sua reversus fuerit, liceat ei omnem[i] suam[k] facultatem, quod dimiserat[l], in[m] integro[n] recipere. Et si[m] forsitam eam[o] aut fiscus[p] aut privati[q] homines

---

II. De bonis decurionum (id est curialium *add. multi ipsius legis codd. et Epit. Aeg.; Epit. Guelferb.:* Decurionum, id est curilium; *Epit. monachi cod. alter in margine:* Decurione, id est curialium).

Imp. Constantinus. . . . Dat. Kal. Dec. . . . Interpretatio. Si curialis intestatus moriens neque filios neque proximos derelinquat, curia, cuius ordini subducitur, quicquid reliquerit vindicabit, ita ut nullus audeat ea quasi bona caduca a principibus postulare. Quod si fecerit, non valebit; nam testamentum faciendi curialibus lex ista tribuit potestatem.

III. De bonis clericorum et monachorum (*Epit. Aeg.:* De clericorum et monachorum bonis, *ubi* bonis *nonnulli codd. omittunt; Epit. Guelferb.:* De clericorum vel monachorum).

Imp. Theodosius. . . . Dat. XVIII. Kal. Ian. . . . Interpretatio. Si quis episcopus, vel quos lex ipsa commemorat, aut quilibet religiosi vel religiosae intestati sine filiis, propinquis vel uxore decesserint, qui tamen nec curiae quicquam debuerint nec patrono, quicquid dereliquerint, ad ecclesias vel monasteria, quibus obsecuti fuerint, pertinebit. Qui si testari voluerint, habebunt liberam potestatem.

IV. De bonis militum.

Imp. Constantinus. . . . Dat. V. Id. Mai. . . . Interpretatio. Si milites sine legitimo herede intestati decesserint et proximos non habuerint, eorum bona qui in eodem officio militant vindicabunt.

V. De postliminio (id est post captivitatem reversis *add. multi codd. ex explanatione titulorum*).

1. Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus. . . . Dat. XVI. Kal. Iul. . . . Interpretatio. Quicumque necessitate captivitatis ducti sunt et non sua voluntate, sed hostili depraedatione ad adversarios transierunt, quaecumque in agris vel mancipiis antea tenuerunt, sive a fisco possideantur, sive aliquid ex his per principem cuicumque donatum est,

---

II. a) *ita codd.* b) curalium *A* 2. c) hoc est curiales *des. A* 2. d) curiat *B.* e) fescales *A* 1. f) p t *A* 2, *ubi tamen nihil erasum est.* g) *B;* filius nec *A* 1; *des. A* 2. h) proximus *A* 1. i) *B;* dimiserint *A* 1; demiserit *A* 2. k) h. a. *B.* l) ipsus *A* 1. m) ipso genere *B.* n) *B; deest A* 1. 2. o) causam *B.* p) curalibus *A* 2; curiat *B.*

III. a) monaborum *A* 1. b) Theū, Theud *A* 1. 2; Teud *B.* c) Mar. *B.* d) *deest B.* e) cler *B.* f) relegiosus vel relegiosa *A* 1. g) si isti ēē *A* 1. 2; inter se ēē (= esse) si *B.* h) habuerit *B.* i) filius *A* 1. k) uxore *A* 1. l) mort *B.* m) haeredes *A* 1. n) quidquid *B.* o) aliquod *A* 1. p) aeclesias *A* 1. q) servier̄ *A* 1. 2; servi erunt *B.* r) libera *A* 2. s) h. p. *B.*

IV. a) pri. *B.* b) *deest A* 2. c) milit̄ *A* 1, d) proximus non abuerint *A* 1. e) illorum facult *pro* e. bona *B.* f) oficio *A* 1.

V. a) *deest A* 2; de *add. A* 1. b) *deest A* 2. c) Valen. *A* 2; Val. *B.* d) h. i. *A* 2. e) *B;* de captivitatem *A* 1. 2. f) hoste *A* 2. g) temp̄ *A* 2. h) patriam suam *A* 2. i) omnia *A* 2. k) f. s. *B.* l) *B;* dimiserit *A* 1. 2. m) *deest B.* n) integrum *A* 2; integra *B.* o) eum *A* 2; eos *B.* p) fiscus *A* 1. q) *B;* privatus *A* 1; privatus *corr.* privati *A* 2.

tenuerint, aut iudex eam[r] alicui dederit, omnia ab[s] integritatem ei ipsam facultatem reddant[t]. Et si forsitam ipse homo, qui eum captivum habuit, redemptionem[u] precii sui de eum[v] prendere voluerit, et si ille[w] ipsam[x] redempcionem non[y] habuerit[z] unde dare[a], pro ipsam[b] redempcionem V annos illi[c] serviat, qui eum captivum habuit, et post V annos sine omni[d] alia redempcionem[e] liber ad suam[f] provintia revertatur. Et si forsitam, quando revertere voluerit, aliquis eum pro suo[g] victu aut vestimentum, quod ei in sua necessitatem[h] dedisset, si pro hoc ei[i] exinde aliquid[k] quisierit[l], pro hoc ei exinde[k] licenciam[m] nullam[n] habeat requirendi. Et quod[o] cum[p] reversus fuerit, si aliquis homo ei de facultatem[q], quod habuit, aliquid contradicere voluerit, pro tale[r] presumpcionem[s] sciat se in exilio[t] missurum; si vero possessor homo fuerit[u], suam facultatem[v] fiscus[w] adquirat. Et iudices[x] vero publici[y], qui hac[z] lege neglexerint[a], vel si[b] ab integritatem ei suam[c] facultatem non restituerint, secundum legem sciant se X libras[d] auri fisci partibus[e] esse daturum.

## VI. De ingenuis, qui tempore tiranni[a] servierunt.

Imp. Constantinus[b]. Data VIII. Kal. Mad.[c] Interpretatio. Ingenui[d], qui tempore tiranni[a] servi facti[e] sunt, ad libertatem revertant. Similiter quicumque malus homo, si per potestatem aut per forcia[f] ingenuum hominem sciendo[g] ad servicium inclinaverit, sciat in[h] se legibus esse vindicandum; et ille homo de presentem[i] ad suam ingenuitatem revertat[k].

## VII. De expositis.

Imp. Constantinus. Data XV. Kal. Mad.[a] Interpretatio. Quicumque homo[b] expositum recenti partum[c] — hoc est infantem[d] parvulum, quod sui parentes aut in ecclesia[e] aut in platea ecclesiarum[f, 1] iactaverint —, si quis eum sciente[g] patre[h] aut matre[i] vel domino

---

sine ullius contradictione personae tempore, quo redierint, vindicent ac praesumant; si tamen cum adversariis non sua voluntate fuerint, sed captivitate se detentos esse probaverint.

2. Interpretatio. Hi, qui ab hostibus tempore captivitatis ducti sunt, si ab aliquibus vel ad victum vel ad vestitum aliquid acceperunt, cum redire ad propria voluerint, minime aliquid pro eorum requiratur expensis. Tamen si pretium pro captivo suo praedator acceperit, quod dedisse emtor probaverit, sine dubitatione recipiat. Quod si pretium non habuerit, quinquennio serviat captivus emtori et post quinquennium sine pretio ingenuitati reddatur, qui, cum ad propria redierit, omnia sua integra et salva recipiat. Si quis itaque huic tam iustae praeceptioni resistere tentaverit, noverit se in exsilio deputandum; si vero possessor fuerit, facultatem suam fisci viribus addicendam (*Epit. Aeg. et monachi:* fiscus adquirat). Sane Christianos, qui redemtioni studere debent, pro captivis volumus esse sollicitos. Ad curiales etiam ista sollicitudo pertineat, ita ut omnes iudices sciant, decem libras auri fisco se daturos, qui huius legis praecepta neglexerint.

VI. De ingenuis, qui tempore tiranni servierunt.

Imp. Constantinus. . . . Prop. VIII. Kal. Mai. . . . Interpretatio. Ingenui, qui tyranni temporibus addicti sunt servituti, ingenuitati reddantur. Quod si quis sciens hoc ordine addictum ingenuum in servitute tenuerit, noverit in se legibus vindicandum.

VII. De expositis.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. XV. Kal. Mai. . . . Interpretatio. Quicumque expositum recenti partu sciente patre vel matre vel domino collegerit ac suo labore educaverit, in illius, a quo collectus est, potestate consistat, seu in-

---

r) *deest A 2.* s) ad integritate *A 2.* t) reddat *A 2.* u) redemptione *A 2.* v) eo *A 1.* w) illae *A 1.* x) ipsa *A 2.* y) h̄d̄, *post quod signum infra in margine* non — ipsa redemptione *suppleta sunt A 2.* z) habuerint *A 1.* a) reddere *B.* b) ipsa redemptione *A 2.* c) *B; deest A 1. 2.* d) om̄ *A 2*; omnem *B, ubi* alia *deest.* e) redempcione *A 1.* f) sua *A 1.* g) *B;* suo victum *A 1*; suum victum *A 2.* h) necessitate *A 2.* i) exinde *(del.)* ei *(in loco raso)* exinde *A 1.* k) aliquid — exinde *des. B.* l) quesierit *A 2.* m) n. l. *B.* n) nulla *A 1.* o) *deest A 2.* p) *deest B.* q) sua facult *B.* r) tali *B.* s) presumpcione *B.* t) exilium *A 2.* u) fueret sua *A 1.* v) facult *B.* w) fiscos *A 1.* x) iudex *A 2.* y) puplici *A 2.* z) ac legem *B.* a) neglexerit *A 2.* b) se *A 2.* c) sua facultatatem *A 1*; suam facult *B.* d) lib̄ *B.* e) *B (quod etiam recte coniecit Canciani)*; parcire se *A 1*; parcere se *A 2.*

VI. a) tyranni *A 2.* b) Costantinus *A 2.* c) Mai. *B;* Mar. *A 2.* d) ingenuus *A 2.* e) fati *A 1.* f) fortiam *A 2.* g) sciendum *A 2*; sciendum *corr.* sciendo *B.* h) *B;* se in *A 1. 2.* i) presente *A 2.* k) revertant *A 1.*

VII. a) Mai. *B.* b) *deest A 2.* c) partu *B.* d) infanti *A 2*; infante *B.* e) aeclesia *A 1*; ecclesiam *A 2.* f) haeclesiarum *A 1.* g) scientem *B.* h) patrem *A 2. B;* autem *add. A 1.* i) matrem *A 2. B.*

1) De infantibus ante ecclesias expositis v. Concil. Vasens. I, c. 9. 10; Concil. Arelat. II, c. 51; Regino, De synodalibus causis II, 68 (ex Conc. Matiscens. c. 6); Wandalberti Vita S. Goari c. 20 (Mabillon., AA. SS. saec. II, p. 285); Form. Andec. 49, Form. Turon. 11 (LL. Form. p. 21. 141).

exinde eum collexerit[k] et suo labore eum nutricaverit[l], in illius potestatem permanebit, qui ipsum infantem[m] collexerat. Et quod si nec patrem nec matrem nec dominum[n] non saperet[o] et exinde ipsum[p] infantem collegere[q] voluerit, sic ante pontificem[r] vel ipsos clericos[s], qui ad ipsa ecclesia deserviunt, ipsum infantem presentet et exinde epistolam colleccionis[t, 1] de manus[u] ipsius episcopi vel clericorum firmata[v] accipiat; et postea ipsum infantem aut ingenuum[w] dimittere aut servum habere in perpetuum[x] exinde[y] habeat potestatem.

### VIII. De his[a], qui sanguilentus[b] emptus vel nutriendus acciperint.

Imp. Constantinus. Data XV. Kal. Sept.[c] Interpretatio. Si quis infantem parvulum[d] a partum[e] acciperit[f] ad[g] nutricandum[g], in ipsius dominio[h] permanebit, qui eum nutricaverit; et si postea de quo[i] nutritus[k] fuerit, si ipsum infantem aut dominus aut pater suus recipere voluerit, sic aut alterum talem[l] mancipium aut precium pro eo nutritori dent, et sic ipsum infantem recipiant.

### IX. De fugitivis et colonis inquilinis et servis.

[1]. Imp. Constantinus. Data VI. Kal. Nov.[a] Interpretatio. Si quis sciendum alienum colonum in sua[b] casa retenuerit, de presente[c] ipsum colonum, quando eum requisierit[d], domino suo reddat[e] et mercedes eius cum eo, de quamdiu[f] eum post[g] se habuit; et ipse colonus, qui noluit esse quod natus est, ad servicium revertatur.

[2]. Item alia interpretatio. Quicumque colonum aut mancipium alterius, sive fescalem[a] sive privatum, aut samardecaverit[b, 2] aut celaverit, pro privatum colonum VI uncias[c] auri solvat, pro fescale[d] vero libra auri solvatur.

### X. De inquilinis[a] et colonis.

Imp. Honorius[b]. Data V. Kal. Iul. Interpretatio. Si quis homo alienum colonum in

---

genuum seu servum, quem nutrivit, esse voluerit, et si adoptare voluerit in filium vel libertum aut in servitium permanere, propria utatur potestate.

2. Interpretatio. Qui expositum puerum vel puellam sciente domino vel patrono misericordiae causa collegerit, in eius dominio permanebit; si tamen contestationi de collectione eius episcopus clericique subscripserint, quem postea suum dicere quisquam non poterit, quem proiecisse probatur ad mortem.

VIII. De his, qui sanguinolentos emtos vel nutriendos acceperint.

Imp. Constantinus. . . . Dat. XV. Kal. Sept. . . . Interpretatio. Si quis infantem a sanguine emerit et nutrierit, habendi eum et possidendi liberam habeat potestatem. Sane si nutritum dominus vel pater recipere voluerit, aut eiusdem meriti mancipium nutritori dabit, aut pretium nutritor, quantum valuerit qui nutritus est, consequatur.

*Cf. Epit. cod. Par. Suppl. Lat.* 215: Quicumque parvulum acceperit nutriendum. . . . . .

IX. De fugitivis colonis et servis.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. III. Kal. Nov. . . . Interpretatio. Si quis alienum colonum sciens in domo sua retinuerit, ipsum prius domino restituat et tributa eius, quamdiu apud eum fuerit, cogatur exsolvere; ipse vero, qui noluit esse quod natus est, in servitium redigatur.

2. Interpretatio. Si quis colonum alienum aut sollicitaverit aut occultaverit, si privati hominem sua sollicitatione susceperit, sex auri uncias domino reddat; si fiscalem sollicitatum tenuit, libram auri cogatur implere.

---

k) *B*; collexerint *A* 1. 2. l) nutricaverint *A* 1. 2; nutrierit *B*. m) infante *A* 2. n) domino *B*. o) sauperet *B*. p) ipso infante *A* 2. q) colligere *A* 1. r) pontifice *B*. s) clericus *A* 1. t) colleccionea *A* 1. u) manu *A* 2. v) *B*; *deest A* 1. 2. w) inienuum *A* 2. x) perpetuo *B*. y) *deest A* 2.

VIII. a) is *A* 1. b) *A* 2; sanquilentus *A* 1; sanguelentos emptos vel nutriendos acceperint *B*. c) Sepb. *A* 1; Sep. *B*. d) parvolum *B*. e) partu *A* 2. f) acceperit *B*. g) annutricandum *B*. h) dominium *A* 2. i) co *B*. k) notritus *A* 1. l) tale *A* 2.

IX. a) Nobri *A* 1. b) suam casam *A* 2. c) presentem *A* 1. d) requiesierit *A* 1; requesierit *B*. e) redat *B*. f) quamdio *A* 1. g) avosse *pro* post se *B*.

[2]. a) fiscalem *B*. b) samardegaverit *B*. c) unč *B*. d) fiscale *B*.

X. a) inquillinis *A* 1. b) Coñs *B*.

1) *Epistola collectionis* superscripta est carta Form. Tur. 11; cf. Form. Andec. 49. 2) Verbum *samardecare*, pro *sollicitare* Interpretationis positum, cum voce 'samardacus' = impostor cohaerere videtur. Fortasse derivatum est ex eodem fonte ac verbum Italicum 'smarrire' = impedire, turbare, quod est Raeticum Cur.: 'smarir' = perdere; Got.: 'marzjan'. Cf. Diez, 'Etym. WB.' I, s. v. 'marrir'.

rem suam vel fugitivum vel per suam[c] voluntatem migrantem[d], si eum ille homo XXX annos aput[e] se habuerit, postea sicut suum proprium eum vindicavit[f]. Qui[g] si infra XXX annos inventus fuerit, a primarium dominum et cum filiis suis et cum omnem[h] suum debitum et cum suum peculium revocetur. Quod si ipse colonus mortuus fuerit, filii eius et cum suas mercedes[i] et cum sui[k] patris mercedes ad suum dominum revocetur. Colona vero, si XX[l] annos in alieno dominio[m] permanserit, ad priorem dominum non requiratur. Nam si infra XX annos inventa fuerit, si iam de alieno colono filios habuerit, cum agnitiones[n], hoc est cum tercia parte de ipsos filios[o], ad primarium dominum revocetur; quia colonum[p] due[q] partes agnicio[r] sequitur, et colona tercia[s]. Tamen, ne separacio coniugii fiat, ille, cuius colonus est, vegariam[t] mulierem det et pro illa tercia agnicionem[u], hoc est tercia de eius filios[o], aut[v] vegarius[v], aut in quale[w] rem potuerit, ad priorem dominum solvat. Nam si aliena colona aut ancilla ingenuum hominem maritum preserit[x], omnis[y] agnicio[z] mulieris ad eius dominum pertinebit.

### XI. Ne colonus inscio domino suo[a] alienet peculium vel litem et[b] inferat civilem.

Imp. Valens. Data VI. Kal. Febr.[c] Interpretatio. Coloni in tantum teneantur ad dominos[d] suos constrictus[e], ut nec de terra nec de peculio[f] suo sine voluntatem[g] dominorum suorum nec vendere[h] nec donare nullo modo non habeant[i] potestatem.

### XII. De longa consuetudinem[a].

Imp. Constantinus. Data IV. Id. Mar. Interpretatio. Longa consuetudo, qui utilitatibus publicis non inpedit[b], pro lege servetur.

EXPLICIT[c] THEODOSI LIBER V[c].

## INCIPIUNT[a] CAPITULA LIBRORUM[b].

VI.

I. Ut dignitatis ordo servetur[a].

De libro VII[c].

I. De re[d] militari[e].

---

X. De inquilinis et colonis.

Imp. Honorius. . . . Dat. VI. Kal. Iul. . . . Interpretatio. Si quis colonum alienum in re sua vel in fuga lapsum vel sua voluntate migrantem triginta annos habuerit, ac si suum vindicet. Qui si intra triginta annos inventus fuerit a domino, cum filiis secundum legem sibi debitis et omni peculio revocetur. Quod si forte mortuus fuerit, filii eius cum mercedibus suis vel patris mortui a domino revocentur. Colona etiam, si viginti annis in alieno domino et iure permanserit, a priore domino non requiratur; si tamen intra viginti annos inventa fuerit et de alieno colono filios susceperit, cum agnationis parte tertia revocetur: quia colonum duae partes agnationis sequuntur. Sane ne separatio coniugii fiat, illum, cuius colonus est, vicariam mulierem et pro tertia agnatione mulieris domino compensare praecipimus. Si vero mulier iuris alieni ingenuum maritum duxerit, omnis mulieris agnatio ad eius dominium pertinebit. . . . . . .

XI. Ne colonus inscio domino suum alienet peculium vel litem inferat ei civilem (ei *deest Epitt. cod. Par. Suppl. Lat.* 215, *Guelferb. et monachi*).

Impp. Valentinianus et Valens. . . . VI. Kal. Febr. . . . Interpretatio. In tantum dominis coloni in omnibus tenentur obnoxii, ut nescientibus dominis nihil colonus neque de terra neque de peculio suo alienare praesumat.

XII. De longa consuetudine.

Imp. Iulianus. . . . Dat. IV. Kal. Mart. . . . Interpretatio. Longa consuetudo, quae utilitatibus publicis non impedit, pro lege servabitur.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER V.

---

c) sua *A* 1. d) *B;* megrantem *A* 1; migrante *A* 2. e) aput se *B;* habuit se *A* 1; habuit si *A* 2. f) vendicavit *B*. g) quod *B*. h) om̄ *A* 2. *B*. i) mercededes *A* 1. k) patres sui *A* 2. l) XXX *A* 2. m) domino *B*. n) agnaciones *B*. o) filius *A* 1. p) colonus *A* 2. q) duae *A* 2; duas *B*. r) agnacio *B*. s) terciam *A* 1. t) vegaria *B*. u) agnacionem *A* 1. v) a. v. *des. B*. w) qualem *A* 1. x) priserit *A* 1. y) om̄s *A* 1; om *A* 2. *B*. z) agnacio *A* 1.

XI. a) *B;* in suo *A* 2; in sua (*rad. corr.* suo) *A* 1. b) *ita codd.* c) Fer. *B*. d) dn̄s suus *A* 1. e) constrictos *A* 2. f) peculium suum *A* 2. g) volumptate *A* 1. h) vindere *A* 1. i) habeat *A* 2.

XII. a) *A* 2; conssuetudinem *A* 1; constitucione *B*. b) inpendit *rad. corr.* inpedit *A* 2; inpendit *B*. c) Expl. Theodosi liber V *A* 2; Expl̄i Thod̄ lib̄ V *A* 1; *omnino des. B*.

Libb. VI. VII. VIII. a) Inc. — servetur *des. B*. b) *A* 2; libri *A* 1. c) *B;* VI *A* 1. 2. d) rem *A* 2. e) militare *B*.

De libro VIII.

I. De tabulariis loco cirograffis[f] censualibus, id[g] est scribis.
II. De curso[h] publico, angariis et[i] parangariis.
III. De[k] executoribus et exaccionibus[l].
IV. Ne quid[m] publice leticie[n] ex[o] descripcione[p] vel ab[q] invitis accipiant[r].
V. De donacionibus.
VI. De revocandis donacionibus.
VII. De revocandis liberis[s].
VIII. De his, qui amministrantibus[t] vel publicum officium gerentibus distracta[u] sunt vel donata.
IX. De[v] maternis[v] bonis et maternis generis.
X.[w] De bonis, qui[x] filiis familias ex matrimonio adquirantur[y].

## INCIPIT LIBER VI.

### I. Ut dignitates[a] ordo[b] servetur.

Imp. Valentinianus[c]. Data Kal. Ian.[d] Interpretatio. Si quis homo qualecumque honore[e] vel dignitatem sine principes ordinationem[f] per se ipsum presumpserit[g] prehendere ad regendum, sacrilegii[h] reus[h] habeatur; quia, sicut dignitas est illorum, qui per[i] beneficium principis[k] aliquid[l] habere merentur[1], ita et illorum sic est gravissima[m] confusio[n], qui per semetipsos aliquid presumpserit, aut per[o] principes non fuerint honorati[p]. Hii vero qui sic presumunt[q], et excomunicatus sed[r] inter homines[s] et de suas res exiat[t].

EXPLICIT[u] LIBER VI.

## INCIPIT LIBER VII.

### I. De[a] re[b] militari.

Imp. Constantinus. Data IV. Kal. Mad. Interpretatio. Si quis homo cum[c] qualescumque homines sine causa preda fecerit, tam ille, qui fecit, quam et ille, qui cum predonibus preda diviserit[d], incendium concremetur[e].

EXPLICIT[f] LIBER VII[f].

---

INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER VI.

I. Ut dignitatum ordo servetur.

1. Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius. . . . Data IV. Kal. Iun. . . . Interpretatio. Nemo sibi honores vel dignitatem, quam a principe ipse non meruerit, praesumat, quia, sicut eis, qui meruerunt, dignitas ornamentum est, ita nota maculandi sunt, qui praesumunt.

2. Interpretatio. Si quis praesumpserit, quam non meruerit a principe dignitatem, sacrilegii reus habeatur.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER VI.

INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER VII.

I. De re militari.

Imp. Constantinus. . . . Dat. IV. Kal. Mai. . . . Interpretatio. Si quis cum quibuslibet hostibus praedas egerit aut praedam cum praedonibus diviserit, incendio concremetur.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER VII.

---

f) cyrograffis *A* 2; cyrographis *B*. g) id est *des. A* 2. h) cursu *A* 2. i) *deest A* 2. k) Dexecutoribus *A* 1; De exsecutoribus *A* 2. l) exactoribus *B*. m) quod *B*. n) laetitiae *A* 2; leticię *B*. o) et *B*. p) discripcionibus *A* 1. 2, *ubi* vel — accipiant *desunt*. q) an *B*; *correxi ex rubrica textui inserta*. r) acipiant *B*. s) *B*; libris *A* 1. 2. t) amministracionibus *B*. u) districta *A* 2. v) *B*; Daternis *A* 1; De paternis *A* 2. w) decima *A* 2. x) *B*; *deest A* 1 2. y) adquirant *B*.

VI, I. a) dignitatis *A* 2. b) orde *A* 1. c) Valent. *A* 2. *B*. d) Ienur. *A* 1. e) honorem *A* 2. f) ordinacione *B*. g) presumpserit *A* 2; presumserit preendere *B*. h) sagrilegii reu *A* 1. i) *B*; *deest A* 1. 2. k) principes *A* 1. l) auquid *B*. m) grevissima *B*. n) confussio *A* 2. o) *deest B*. p) onorati *A* 1. q) presumu|nunt *A* 1. r) *ita codd.; legendum est* sit, *quod e corr. praebet A* 2. s) omines *A* 1. t) exiet *A* 2; exseat *B*. u) Expl. — VI *des. B*.

VII, I. a) Ne *B*. b) rem *A* 2; remilitarii *pro* re m. *A* 1. c) cumque *A* 1. d) diviserat *B*; et *add. A* 1. 2. e) concrementur *A* 2; congremetur *B*. f) Expl. — VII. *des. B*.

1) Lectione codicis *B*, ut videtur, optima, a prioribus neglecta, ex verbis codicum *A* 1. 2 collectum est, officium a legis nostrae auctore beneficii nomine appellari; v. Waitz, 'D. VG.' IV, p. 216, n. 2. Quod inferioris aevi argumentum nunc obtineri non potest. Cf. commentationem meam p. 44.

## INCIPIT LIBER VIII.

### I. De tabulariis, locografis[a], censualibus, id est scribis.

Imp. Honorius[b]. Data VIII.[c] Kal. Apr.[d] Interpretatio. Tam in provincia[e] quam et per singulas civitates tabularii[f] vel alios[g] iudices publicos[h] ad omnes[i] vel causas publicas tractandas[k] non colonos[l] nec servos, sed ingenuos[l] et cum[m] bona fide secundum legem constituant, qui hoc agere debeant. Nam quod si colonos[n] aut servos elegerint[n], qui ipsum actum faciant, et domini eorum hoc consenserint, in quantum ipse colonus vel servus decepta fecerit aut alicui sine causa damnum intulerint[o], omnia domini eorum de suo proprio conponant; et ipsi coloni vel servi flagellati ad fiscum perveniant[p].

### II.[a] De cursu[b] publico, angariis et parangariis[c].

Imp. Constantinus. Data XIII. Kal. Dec.[d] Interpretatio. Si quis homo vel actor[e] paraveretum[f] aut angaria non ostensa vectione[g] publica, qui per legem[h] facere debet, nam si superinpositam[i] per forcia[k] aut in sua[l] propria veccionem[m] menaverit, per singulos paraveretos[n] vel per singulas angarias singulas libras auri fisci viribus solvat. Quod si rector provinciae aut aliqui[p] de ipsius officium[q] alico[r] conludio[s] exinde prestare[t] voluerit, dublum[u] ex suis bonis noverit exigendum.

### III.[a] De exsecutoribus[b] et exactionibus[c].

Imp. Gratianus[d]. Data III.[e] Non. Nov.[f] Interpretatio. Die[g] dominico omnis homo[h] de omne[i] causatione requiem habeat[k], ut nec privatum debitum nec publicum nullus ausus[l] sit requirere; nec nulla indicta publica[m] nec[n] privata non indicetur. Qui hoc non observaverit[o], reus sacrilegii teneatur.

### IV.[a] Ne[b] quid publice laetitiae[c] ex discriptione vel ab invitis accipiant[d].

Imp. Gratianus[e]. Data IV. Kal. Mad. Interpretatio. Quando aliqua publica gaudia

---

#### INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER VIII.

##### I. De tabulariis, logographis et censualibus.

1. Impp. Arcadius et Honorius. . . . Dat. VIII. Kal. April. . . . Interpretatio. Sive in solida provincia sive per singulas civitates tabularii fuerint ordinati, hoc est, qui rationes publicas tractant, ingenui a provincialibus ordinentur; coloni vel servi ad hoc officium nullatenus admittantur, quia, quibus fides publica committenda est, tales eligi debebunt, de quibus querela esse non possit. Quod si dominus colonum vel servum suum tabularium esse consenserit, pro consensu dominus hac mulcta feriatur, ut, quicquid colonus ille vel servus detrimenti admiserit, hoc dominus sine mora restituat; colonus ille vel servus verberatus fisci viribus addicatur.

##### II. De cursu publico, angariis et parangariis.

1. Impp. Arcadius et Honorius AA. Messalae Pf. P. Si quispiam paraveredum aut parangariam non ostensa evectione, quae tamen pro publica facta sit necessitate, praesumserit, periculo curatoris sive defensoris et principalium civitatum ad ordinarium iudicem dirigatur, singulas libras auri per singulos paraveredos vel parangarias fisci viribus illaturus. Qua in parte si rector provinciae atque officium eius colludium praebere voluerit, duplum ex suis bonis noverit exigendum. Dat. XV. Kal. Dec. Stilicone et Aureliano Coss.

Haec lex interpretatione non indiget.

##### III. De exsecutoribus et exactionibus.

1. Imppp. Gratianus *etc.* . . . PP. III. Non. Nov. . . . Interpretatio. Die solis, qui dominicus merito dicitur, omnium hominum actio conquiescat, ut nec publicum nec privatum debitum requiratur, nulla iudicia neque publica neque privata fiant. Quod qui non observaverit, reus sacrilegii teneatur.

---

VIII, I. a) locograffis *A* 2; loco cyrographys *B*. b) Hono *A* 1; Honor *A* 2; Onor *B*. c) *B;* VII *A* 1; VI *A* 2. d) *A* 2; Apt *A* 1; Ap *B*. e) provintiam *A* 2. f) tabolarii *A* 1. g) alius *A* 1. h) plublicus *A* 1. i) om *A* 1; oms *A* 2. k) tratandas *A* 1. l) colonus nec servus sed ingenuus *A* 1. m) con bonam fidem *A* 1. n) colonus aut servus elegerent *A* 1. o) *B;* intullerint *A* 1; intulerit *A* 2. p) pervenient *B*.

II. a) III *B*. b) curso *B*. c) parancariis *A* 1. d) Decemb. *A* 1. e) actur *A* 1. f) palaveretum *A* 1; palauretum *corr.* palauaretum *A* 2; para uretum *B*. g) vectionem publicam *A* 2. h) lege *A* 1. i) superinposita *A* 2. k) fortiam *A* 2. l) suam propriam *A* 2. m) veccione *B*. n) *ita A* 1. *B; A* 2 *ut supra n.* f. o) lib *B*. p) aliquid, de *al. atram. post add. A* 1. q) officio *A* 2. r) alico *A* 1. s) conludium *B*. t) facere *A* 2. u) duplum *A* 2.

III. a) IIII *B*. b) executoribus *A* 1; excusatoribus *B*. c) accionibus *B*. d) Gratian *A* 1; Grat *A* 2; SECAN *B*. e) IIII *B*. f) Novem *A* 1; Nov *B*. g) *B;* De die *A* 1. 2. h) omo *B*. i) omni *A* 2. k) habeant *A* 2. l) sit ausus *B*. m) pobl *A* 2. n) neque *B*. o) observaberit *B*.

IV. a) V *B*. b) *B;* Nec quid *bis scr. A* 1; Nec quic *A* 2. c) leticie *B*. d) accipiat *A* 2. e) Gratian *A* 1; Grã *A* 2; Gras *B*.

nunciantur, hoc est aut elevatio regis[1], aut nuptias aut barbatoria[f.2] aut aliqua alia gaudia, quod ad iudices pertinet, nihil invidum ad populum[g], nec dona nec nulla expendia, exsequantur[h.3].

## V.[a] De donationibus.

[1]. Imp. Constantinus. Data VI. Non. Feb. Interpretatio. Donatio[b] aut directa[c] est, aut mortis causa conscribitur. Donatio directa est, ut res, quod[d] donat homo, de presente tradatur[e] cui donatur[f], et ab[g] ipsa die possideat[h]. Donatio mortis causa scripta est, si ille, qui donat, dum advivit[i], illam rem, quam donat, ipse possideat[h] et[k] scribat illi, cui donat: 'Si ego ante fuero mortuus quam[l] tu, istas res, que[m] tibi in donatione[n] scripsi, post meam[o] mortem ad te perveniant, nam non ad alios heredes meos'. Postea, si ille[p] antea fuerit mortuus, ipsas res ad illum perveniant[q], cui eas in donationem[r] scripsit[s]. Nam[t] si ille ante[u] fuerit mortuus, cui eas donavit, quam suus donator, ipsa donatio ad donatorem[v] revertat. Et[w] alia donatio[x] est, ubi donator[y] scribit[z] illi, cui donat, in[a] ipsa[b] donatione aliquas causas, qui[c] inpossibile est, quod ille postea nullum[d] modo facere potest[e]; si eas postea[a] facere non potuerit, talis[f] donatio vana est et[g] stare non potest[h]. Nam si ipsas conditiones, qui[i] dicta fuerant, cui donat adimplere potuerit, aut forsitam donatur[k] eas redimitere[l] voluerit, ut non fiant[m], donatio illa firma permaneat. Omnes donationes superius nominatas, si legitimos[n] testes non fuerint[o] firmatas, aut si Falsitia[p.4], hoc est quarta[q]

---

IV. Ne quid publicae laetitiae nuntii ex descriptione vel ab invitis accipiant.

Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius. . . . Dat. IV. Kal. Mai. . . . Interpretatio. Quando gaudia publica nuntiantur, nihil invitis provincialibus gratulationis nomine exigatur.

V. De donationibus.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. III. Non. Febr. . . . Interpretatio. Donatio aut directa est, aut mortis causa conscribitur. Directa donatio est, ubi in praesenti res donata traditur. Mortis causa donatio est, ubi donator, dum advivit, rem, quam donat, sibi reservat, scribens: 'Si prius mortuus fuero quam tu, res mea ad te perveniat', ut postea ad illum, cui donat, non ad heredes donatoris res donata perveniat. Quod si prius moriatur, cui res mortis causa donata est, res in iure permaneat donatoris. Est et alia donatio, ubi donator obligat illum, cui donat, ut aliquid faciat aut non faciat, id est, si aliquid iubeat fieri, quod impossibile iudicetur, aut quod honestati contrarium videatur; aut si id ordinet fieri, quod honestum est et possit impleri: quia tunc infirmatur donatio, quando conditiones honestatis possibilis impletae non fuerint. Nam si inhonestae et impossibiles conditiones ponantur, remotis conditionibus firma donatio est. Est item et alia, in qua sibi donator certum tempus possessionis reservat. Quae tamen omnes donationes superius comprehensae, si modum excesserint lege conscriptum, unde possint certae personae de immodica donatione proponere, hoc est, si quartam sibi facultatis suae donator non reservaverit, non valebunt. Sed praeterea illa donatio contra legem est, si quis rem in lite positam, quae repetitur, aut recto ordine donet aut conditionem contra bonos mores, hoc est causam cuiuslibet criminis, donator in donatione conscribat. Minoribus vero si quid fuerit per donationem a quocumque oblatum

---

f) barbatorias *B*. g) ppmt *A* 2; ptm *B*. h) exequantur *A* 2; excecantur *B*.

V. a) VI *B*. b) donatiō *A* 1. c) derecta *B*. d) qui *B*. e) tradentur *B*. f) *B*; donat *A* 1. 2. g) *B*; *deest* *A* 1. 2. h) possidet *B*. i) advivet *B*. k) et *deest* *A* 1; scribat et illi *A* 2; et scribet lui *B*. l) quantum *pro* q. tu *A* 2. m) *B*; quam tibi *A* 1; *des.* *A* 2. n) donationem *A* 2. o) mea morte *B*. p) alio *corr.* ille *A* 1. q) pervenient qui eas *B*. r) donatione *A* 1. s) *ita recte emendavit* *A* 2; scripsi *A* 1. *B*. t) *deest* *B*. u) antea *B*. v) donatore *B*. w) *deest* *A* 1. 2. x) donacionē *pro* d. est *B*. y) donatur *A* 1. z) scripsit illi *A* 2; scribet lui *B*. a) *deest* *A* 2. b) ipsam donationem *A* 2. c) quia *A* 2; que *B*. d) nullumodo *A* 1; nullo (*corr.* nullum) modo *A* 2. e) non potest *A* 2. f) et tales *A* 1. g) et *deest* *A* 2; estare *pro* et stare *B*. h) poduit *corr.* potuit *B*. i) que dicta *B*; doctas *pro* q. d. *A* 2. k) d. *corr.* donator *B*; donator *A* 2. l) redimittere *A* 2. m) *perperam corr.* fiat *A* 1; fiat *A* 2. n) legitimus *A* 1. o) *A* 2; fuer̄ *B*; fuerunt *A* 1. p) *ita* *A* 1; Falsicia *B*; Falcidia *A* 2. q) quartam partem *A* 2.

1) Auctor legis, hoc loco primo regis mentionem faciens, de Pippino rege a. 751. 'elevato', ut aliter ac de regibus Merowingis scriptores referunt, cogitasse videtur. Cf. commentationem meam p. 50 sq. De regum in clypeo elevatione cf. Waitz, 'D. VG.' II, 1, p. 166. 2) *Barbatoria* = barbae tonsio; de festivitate dicebatur, qua adolescentes primam barbam, solemni ritu ponebant. Eiusmodi etiam barbaturia illa fuisse videtur, de qua legimus in iudicio Pictavensi apud Gregorium Turon., Hist. Fr. X, 6. Cf. Ducange, s. v. barbator, barbatoria; Br. Krusch in SS. rer. Merov. I, p. 935; Stobbe, dissert. p. 28; Waitz, 'D. VG.' IV, p. 106, n. 3. 3) Conferendae sunt inferioris aevi exactiones a dominis propter filias dotandas vel filios gladio cingendos factae; v. Grimm, 'RA.' p. 298: *Si dominum de Valkenborg contingeret transire alpes seu tradere filiam suam nuptui sive sublimare filium suum in militem, petitionem potest facere*; cf. Eichhorn, 'D. Staats- u. RG.' II, p. 459; Zeumer, 'Deutsche Städtesteuern' p. 57. — Ceterum existimo auctorem legis nostrae non de nuptiis et barbatoriis **regis**, sed de huiusmodi gaudiis sive iudicum, sive privatorum agere. 4) De *Falsitia* Raetica cf. commentationem meam p. 20—33. et praefationem editionis huius supra p. 300 sq.

parte, donator[r] non reservaverit de res suas, ipsas donationes firmas non sunt. Nam si quarta reservata fuerit, et legitimos testes firmatas[s] fuerint, ipsas suprascriptas[t] donationes stabilis[u] sunt. Nam tamen omnem rem, qui[v] incontencionosa[w, 1] est, antequam eam[x] homo deliberet[y], nulla donationem exinde facere[z] non potest. Item[a] si ad parvulos[b], hoc[c] est, qui in[d] minore[e] etate sunt, si forsitam eis aliqua donatio facta fuerit, tutores eorum ipsam donationem[f] bene gubernent[g], ut per suas[h] negligentias ex ipsa[i] parvulorum donationem[k] nihil perdant[l]. Nam si[m] exinde per suas[n] neglegentias[n] aliquid perdiderint, sciant se ipsi tutores de suo proprio restaurandum. Nam, sicut superius diximus, in omnes donationes primis[o] nomen donatoris[p] scribat sic, postea ipsius, cui donat, postea[q] vero ipsam facultatem, quam donat, sive[r] in terris vel[s] domo sive[t] in mancipiis, qui[u] immobilia[v] sunt et gestis ligare debet; et de ipsam[w] rem tradicionem[x] faciat[y], non absconse[z], sed a[a] presente bonos homines; et ipsam[b] donationem aut in tabula aut in carta[c] scribat; et si donator[d] literas scit, ipse[e] donationem[f] suscribat[g]; et si literas non scit[h], presente plurimos[i] homines roget, qui pro eo suscribat[k]. De mobilem[l] rem, si donat homo[m], presente testes[n] tradicionem[o] faciat. Nam de illam[p] rem, quem[q] homo[m] movere[r] non potest[s], hoc est in terris vel casas, si homo[m] alicui donaverit, si usumfructum[t] reservatus non fuerit, gesta apud[u] bonos homines[v] vel curiales testes firmatas esse debent.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Qui alicui de res suas donationem[b] fecerit, aut in dotem[c] dederit, si usumfructum[d] reservaverit, si stipulatio[e] inserta non fuerit, pro traditione[f] teneatur.

## VI. De revocandis donacionibus.

[1]. Imp. Constantinus. Data XII. Kal. Oct. Interpretatio. Si pater ad filium suum, in inmancipatum, donationem fecerit, et ipse filius postea patri suo aliqua[c] grave iniuria intulerit[d], ipsa[e] donatio[e], si voluerit, pater suus potestatem habeat[f] ad se revocandi[g].

---

sive collatum, tutores vel curatores eorum debent studere, ne quid firmitati donationis desit. Quod si eorum negligentia donatio ad effectum perducta non fuerit, ad eorum dispendium pertinebit, ita ut quicquid minores de donatione perdiderint, curatores vel tutores illis de propria facultate restituant. In conscribendis autem donationibus hic ordo servandus est, ut donatio nomen prius contineat donatoris vel illius, cui donatur; deinde res, quae donantur, sive in agris sive in mancipiis sive in quibuslibet rebus atque corporibus, nominatim in donatione conscribendae sunt, non occulte, sed publice, non privatim vel secrete, sed aut in tabulis aut in cartis aut ubicumque legatur facta donatio. Quam tamen donationem, si literas novit, donator ipse subscribat; si vero ignorat, praesentibus plurimis eligat, qui pro ipso subscribat; et hanc ipsam donationem gestorum solennitas et corporalis traditio subsequatur, ita ut, si mobilia donantur, praesentibus plurimis tradantur; si vero ager vel domus donatur, quod moveri non potest, ut inde donator abscedat et novo domino pateat res donata, si tamen sibi de his rebus usumfructum donator non reservaverit. Gesta vero donationum aut apud iudicem aut apud curiam alleganda sunt.

[2]. Interpretatio. Quicumque de rebus propriis servato usufructu cuilibet aliquid quacumque donatione contulerit, vel in dotem dederit, et sibi usumfructum reservet, rem tradidisse cognoscitur; quia reservatio ususfructus, etiamsi stipulatio inserta non fuerit, pro traditione habetur.

### VI. De revocandis donationibus.

1. Impp. Constantius et Constans. . . . Dat. XII. Kal. Oct. . . . Interpretatio. Donatio in emancipatum filium a patre facta, si laesum pater se esse probaverit, revocatur.

r) donatur non resevaverit *A 1*. s) firmata fuerit *A 2*; firmati fuerint *B*. t) s̄s̄ *A 1*; suas *B*; *deest A 2*. u) stabiles sunt *B 1*; f i r m a s p e r m a n e a n t *A 2*. v) quae *A 2*. w) c o n t e n c i o s a *B*. x) ea *B*. y) et *add. A 1*. z) facare non potuit *B*. a) ITEM ALIA *B*. b) parvulus *A 1*. c) id *A 1*. d) *deest A 2*. e) minorem etatem *B*. f) donatione *A 1*. g) cobernent *A 1*. h) s. neglientias *A 1*; sua neglegencia *B*. i) ipsas *B*. k) donatione *A 2*. l) perdat *A 2*. m) *deest A 1*. n) suas neglientias *A 1*; suas n. *A 2*; sua neglegenciā *B*. o) primus *corr.* primis *B*. p) donatores *A 1*. q) p. vero *B*; posteũo (= poste vero) *A 1*; vero *deest A 2*. r) si *A 2*. s) aut *A 2*. t) *B*; aut *A 1*; vel *A 2*. u) quia *A 2*. v) inmobilia *A 2*; m o v i l i a *B*. w) ipsa re *A 2*; ipsa rem *B*. x) tradiccionem *B*. y) faciant *A 1*. z) abscons ę *A 2*. a) ad *B*; *deest A 2*. b) ipsam donotionem *A 1*; ipsa d. *B*. c) cartas *B*. d) donatur *A 1*. e) ipsam *A 2*; et ipse *B*. f) donaciones *B*. g) s̄s̄ *B* (*cf. infra n.* k); scribat *A 1. 2*. h) sciet *B*. i) plurimus *A 1*. k) *B*; scribat *A 1. 2*. l) mobile rem (*corr.* re) *A 2*; movilie rem *B*. m) omo *A 1*. n) t̄t̄ *et ita saepius A 2*. o) tradiccionem *B*; d o n a t i o n e m *A 2*. p) illa re *A 2*; illa rem *B*. q) quam *A 2*. r) novere *B*. s) potuit *B*. t) ususfructus *A 2*. u) aput *B*. v) omines *A 1*.

[2]. a) *deest B*. b) donationes *A 2*. c) dote *B*. d) usufructum *A 2*. e) stibulatio *A 1*; estipulacio *B*. f) traditionem *A 1*; tradiccione *B*.

VI. a) VII *B*. b) hoctb *A 1*. c) aliquam gravem iniuriam *A 2*. d) *B*; intollerit *A 1*; f e c e r i t *A 2*. e) ipsam doñ *A 2*. f) habet *B*. g) revocare *B*.

1) *Incontencionosa*, si haec lectio, ut existimo, praeferenda est lectioni *contenciosa* codicis B, adiectivum barbarice ex *in contentione* formatum significat rem, quae 'in contentione' est.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Si quicumque ingenuus homo filios[b] non habuerit[c] et forsitam ad[d] suos[e] libertos de suas res donationem fecerit, si postea forsitam filios[f] habuerit, donatio ad libertos[g] facta in[d] omnibus vacua[h] permanebunt.

[3]. Item alia interpretatio[a]. Si mater filio suo donacionem fecerit, si postea ipse filius matri sue graves iniurias intulerit[b], si ipsas[c] iniurias mater in iudicio[d] probare[e] potuerit, si voluerit, ipsa mater potestatem habet ipsam donationem[f] ad se revocandi. Et si post mortem mariti sui ad secundas nuptias venerit, per[g] nulla occansione[h] donacionem[i] filio facta non[k] poterit rumpere, servatis suprascriptis[l] legibus, qui[m] sub[n] titulo Secundis nuptiis continetur[1].

[4]. Item[a] alia interpretatio. Si quis homo filio[b] aut filiae aut nepoti[c] ex filio vel pronepoti[d] ex neptiae, si ei aliquid in tempore emancipacionis[e] donaverit, nisi probatas in iudicio[f] graves iniurias, quod ei ille, cui donavit, factas habeat[g], nam pro alia causa ipsa donatio iterum[h] rumpere non potest[i].

## VII. De revocandis liberis.

Imp. Valentinianus[a]. Data XI. Kal. Sep.[b] Interpretatio[c]. Si pater filium suum mancipaverit, et ipse filius patri suo postea graves iniurias intulerit[d], si exinde in iudicio[e] convictus a patre suo fuerit, amissa mancipatione in familia[f] revertatur[g].

## VIII.[a] De his[b], qui aministrantibus[c] vel publicum officium gerentibus destracta[d] sunt vel[e] donata.

Imp. Constantinus. Data XIV.[f] Kal. Iul.[g] Interpretatio. Si quis homo[h], qui iudicem vel actorem publicum obsecunt[i], si forsitam aut per forciam aut per sua[l] tima[2] qualemcumque[m] hominem[n] sibi aut strumenta aut aliqua[o] alia carta preciperit facere, tales cartas, si factas fuerint, vacuas permaneant; similiter et male vindutas[q] res ad vinditorem[q] revertant, et precium non recipiat[r], si iustum non dederit.

---

2. Interpretatio. Si quis filios non habens bona sua vel partem bonorum libertis donaverit, et is, qui donaverat, filios postea habuerit, donationes in libertis factae ad integrum vacuantur.

3. Interpretatio. Si quis filius donatione matris aliquid fuerit consecutus et eam postmodum laeserit, probatis in iudicio laesionis causis, donationem mater, si voluerit, in integrum revocabit. Quod si mater haec, quae filio donavit, ad secundas nuptias transierit, contra donationem per quamcumque occasionem veniendi nullam habeat potestatem, servatis de reliquo legibus, quae sub titulo De secundis nuptiis continentur.

4. Interpretatio. Si quis filio, filiae, nepoti ex filio vel pronepoti ex nepote emancipationis tempore aliquid donaverit, id nisi probatis in iudicio manifestis offensarum causis revocare non poterit.

### VII. De ingratis liberis.

Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus. . . . Dat. V. Kal. Sept. (*Epit. monachi:* XV. Kal. Sept.) . . . Interpretatio. Filii emancipati, si iniuriam patri gravem, quae probari possit, intulerint et convicti fuerint hoc fecisse, rescissa emancipatione in familiam revocentur.

### VIII. De iis, quae administrantibus vel publicum officium gerentibus distracta sunt vel donata.

Imp. Constantinus A. ad Veronicianum vicarium Asiae. Post alia: Damus provincialibus facultatem, ut, quicumque sibi a numerariis, qui diversis rectoribus obsequuntur, conquesti fuerint aliquas venditiones extortas, irritas inanesque efficiant, et male vendita ad venditoris dominium revertantur, amissione etiam pretii illicitis ac detestandis emtoribus puniendis. Dat. XIV. Kal. Iun. Optato et Paulino Coss.

---

[2]. a) *deest B.* b) filius *A* 1. c) habuerint *A* 1. d) *deest A* 2. e) suus libertus *A* 1. f) *A* 2; filius *A* 1; illos *B.* g) *B*; libertum *A* 1. 2. h) vacuas *B.*

[3]. a) *deest B.* b) intullerit *A* 1. c) ipsa *A* 1. d) iudicium *A* 2. e) provocare *A* 1. f) donāc *A* 2. g) *B*; pro *A* 1. 2. h) *A* 2; ocansionem *A* 1; occasione *B.* i) donatione *A* 1; donāc *A* 2. k) rumpere non potuit *B*. l) s̄s̄ *B*; scriptis *A* 1. 2. m) que *B*; cui *A* 2. n) sup *A* 1.

[4]. a) I. a. i. *des. A* 2; interpr. *deest B.* b) filium *A* 1. c) *A* 2; nepotes *A* 1; nepote *B.* d) pronepote *B.* e) *B*; emancipationes *A* 1; inmancipacionis *A* 2. f) iudicium *A* 2. g) habeantur *B.* h) rumpere n. p. iterum *A* 2. i) podest *B.*

VII. a) Valen. *A* 1; Valent. *A* 2; Valt. *B.* b) Sepm̄b *A* 1. c) *deest B.* d) intullerit *A* 1. e) iudicium *A* 2. f) familiam *A* 2. g) revereantur *B.*

VIII. a) VIIII *B.* b) is *A* 1. c) administrantibus *A* 2. d) *B*; detracta *A* 1. 2. e) *des. B.* f) XIIII *A* 1; XIII *A* 2; XVIII *B.* g) Iuti *A* 1. h) omo *A* 1. i) obsequnt *A* 1. k) forcia *B.* l) sua thima *A* 1; suam timam *A* 2; sua tema *B.* m) qualecumque *A* 1. n) ominem *A* 1. o) aliquam aliam cartam p. *A* 2; aliqua alia car̄ preciperet *B.* p) vendutas *A* 2; venditas *B.* q) venditorem *A* 2; venditore *B.* r) *B*; recipiant *A* 1. 2.

1) Cf. supra III, 8. 2) *Tima* = timor; cf. Ital.: 'tema', Francogall. ant.: 'temie', Hispan.: 'tema'.

## IX.[a] De maternis bonis et maternis[b] generis et crecione[c] sublata.

[1]. Imp. Constantinus. Data V. Kal. Agus.[d] Interpretatio. Patres, qui res filiorum suorum iussi sunt gubernare[e], in quantum melius possunt[f], sic eas gubernent[g]. Nam nec vindere[h] nec donare alteri homini[i] licenciam non habeat; quod si fecerit, videat ille, cui vindiderit[k] aut donaverit, non filiorum res accipissent[l], aut scientes aut nescientes; sed interrogent patrem et filios[m], si[n] filiorum res in suam[o] retinet[p] potestatem, ut probet[q] suum esse, quod tradidit, ut postea filii exinde suspicionem[r] non habeant; et ad[s] patrem fidiiussorem[t] vindrtorem[u] percipiant, ut[v] patre vivo[w] damnum emptori non faciant. Quia si[x] hoc non fecerit[y], mortuo patre licet filiis[z] res[a] suas de qualecumque homine, si vinditas[b] aut donatas a patre[c] fuerint, ipsis[d] filiis in suo dominio revocare.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Matres[b] res, quem filii[c] debent habere, mortua uxore[d], lex novella constituit, quantum aut quamdiu pater usufructum exinde habere debeat[e]. Nam nec vindere[f] nec donare pater non habeat potestatem; nisi in tantum, si mortua matre[g] et pater postea filium suum emancipaverit, ipse filius terciam[h] partem de res matris suae[h], quod ei advenerit, patri suo exinde[i] pro dono dare debet ipsius gratia[k] querendum.

[3]. Item alia interpretatio[a]. Pater uxore[b] mortua si filios[c] habuerit, et unus de filiis[d] emancipatus mortuus fuerit, omnem porcionem eius, quod de matre[e] sua[e] habere debuerat, omnia sua porcionem pater suus recipiat. Si forsitam ipse pater aliam[f] uxorem[f] duxerit, ipsa filii mortui porcionem ad fratres[g] mortui reddat; nisi in tantum, si aliquid ipse mortuus filius de foras[h] adquesivit, hoc pater in perpetuo[i] sibi vindicavit.

[4]. Item alia interpretatio[a]. Uxore mortua, si maritum super se dimiserit, et omnes[b] filius[c] in potestate[d] patris reliquerit[e], pater de filiorum res, quod mater eorum dimisit,

---

IX. De maternis bonis et materni generis et cretione sublata.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. XV. Kal. . . . Interpretatio. . . . ut patres, qui filiorum res gubernare iussi sunt, negotia eorum summo studio et integritate agere procurent, ut [illegible]ligentiam eorum filiis pereat. . . . Res filiorum patribus alienare non liceat, hoc est nec vendere nec donare. Quod si fortasse praesumserint, emtor, vel qui donator accesserit, grandi se sollicitudine et cura custodiant, ne filiorum res a patre venditas aut donatas accipiant, aut scientes aut etiam nescientes; sed compellant patrem, qui venditor vel donator fuerit, et filiorum res in sua retinet potestate, ut probet suum esse, quod tradidit. Etiam ut suspicionem suam possit abstergere, fideiussorem a patre venditore percipiat, qui obligatione rerum suarum damnum emtori non faciat: quia defuncto patre licet filiis res suas a quibuscumque personis, sive venditae sive donatae a patre fuerint, in suum dominium revocare.

2. Interpretatio. Materna bona filiorum defuncta uxore pater ita possideat, ut usumfructum de his habeat; sed quantum aut quam diu habeat, lex novella constituit; distrahendi tamen aut donandi ex his nullam pater habeat potestatem. Sane si filium mortua matre emancipaverit, de bonis maternis, id est de emancipati filii portione, ipse filius muneris causa de maternis bonis tertiam offerat portionem, quae tamen in ipsius proprietate mansura est, ita ut eam pater bonis viris dividentibus consequatur. Si tamen tantum patris nomen ad hoc adduci potuerit, ut rem filiorum impia cupiditate suscipiat aut aliis derelinquat, studere tamen filios decet, ut id, quod parentibus causa emancipationis obtulerint, servitio et pietate recipiant.

3. Interpretatio. Pater uxore mortua filiorum bona ita possideat, ut ex his ei nec vendere aliquid liceat nec donare nec quolibet alio ordine alienare. . . . Sane si quae extraneorum donatione vel munere filiis in familia positis facultates accesserint, vel alii parentes, quam qui supra nominati sunt, contulerint, id totum patribus acquiratur, ut faciendi ex hoc quod voluerint habeant potestatem.

[3]. 6. Interpretatio. Si amissa matre, patre superstite unus vel una de filiis, sive emancipatus sive non emancipatus, sine filiis moriatur, pater mortuo filio in totam illius portionem iure succedit. Quod si aliam uxorem duxerit, haec, quae de maternis bonis mortuus filius derelinquit, pater usufructuario tantum ordine possidebit; post eius obitum ad fratres mortui ex eodem matrimonio natos, quod ille de maternis bonis habuit, revertatur. Aliunde vero filio, qui moritur, acquisita in proprietate patria residebunt. . . . . . .

[4]. 5. Interpretatio. Uxor si superstite marito defecerit et omnes filios in patris potestate dimiserit, pater de maternis filiorum bonis usumfructum habeat usque ad illud tempus, quod lex novella constituit. Quod si post matris

---

IX. a) X *B*. b) paternis *A* 2. c) *B;* creacionis *A* 1. 2. d) Aug. *A* 2; Ag. *B*. e) *B;* gobernari *A* 1; gubernari *A* 2. f) podunt *B*. g) *A* 2; gobernent *A* 1; gubernant *B*. h) vendere *A* 2. *B*. i) omini *A* 1. k) vendiderat *A* 2; vendiderit *B*. l) accepissent *B*. m) filius *A* 1. n) *deest* *B*. o) sua *A* 2. p) reteneant *B*. q) provet *A* 1. r) suspicione *B*. s) a patre *B*. t) fideiussorem *A* 2; filios (*corr.* filius) sororem *B*. u) venditore *A* 2. *B*. v) et *B*. w) vivum *A* 1. x) sic *A* 1. y) fecerint *A* 2. z) filios *A* 2. a) re *B*. b) venditas *A* 2. *B*. c) patrę *B*. d) ipsi filii *A* 2.

[2]. a) *deest* *B*. b) matris *B*. c) filiis *A* 1. d) uxorem *A* 2. e) debeant *A* 1. f) vindere *corr.* vendere *A* 2; vendere *B*. g) *B;* matrem *A* 1; mater *A* 2. h) de res patris suae tercia parte *A* 2; tercia porcionem de r. m. sue *B*. i) pro dono exinde *A* 2. k) grām *A* 2; gracia *B*.

[3]. a) *deest* *B*. b) uxorem mortuam *A* 2. c) filius *A* 1. d) filios *A* 2. e) *ita* *A* 1. *B;* matrem suam *A* 2. f) alia uxorem *A* 2; alteram mulierem *B*. g) fratri *B*. h) foris *B*. i) perpetuum *A* 2.

[4]. a) *deest* *B*. b) om̄ *A* 1; omnis *B*. c) filios *A* 2. d) potestatem *A* 2. e) relinquerit *A* 2.

usumfructum[f] exinde[g] habeat usque ad illum tempus, quod lex novella constituit. Quod si post matris[h] obitum aut plures[i] aut unum filium pater emancipaverit[k], de illorum porcionem triantem accipiat[l] pater eorum et in perpetuo habeat. Quod si viva matre[m] pater unum vel plures filios[n] inmancipaverit aut filias, quia non potest matre[o] viva filiorum porcionem pater vindicare; nam post matris mortem, si pater supervixerit, terciam[p] partem vindicavit; id est per singulos[q] filios de matris hereditatem de ipsi[r] emancipati filii, de unum[s] medium, de duos[t] tercia, de tres quartam[u] porcionem[v], duminter[1] vixerit pater, in usumfructum[w] possideat. Quod si alteri filii viva[x] matre ad[y] patrem emancipati[z] fuerint et alteri non emancipati, tam de[a] emancipatis vel non de[b] emancipatis[b], sicut superius scriptum est, a patre servetur. Quod si[c] mortua uxore[d] filii[e] non fuerint, et nepotes vel neptes[f] ex filiis avos paternos[g] habuerint, qui[h] omnes in avi potestatem consistunt. Si vero ex ipsis nepotibus avus[i] eorum emancipare voluerit, tercia similiter sicut[k] et pater de filiorum similiter portionem accipiat. Hoc vero et pronepotibus[l] lex ista constituit[m].

### X.[a] De bonis, que[b] filiis familias ex matrimonium[c] adquirantur.

Imp. Theudosius[d]. Data VI. Id. Novemb.[e] Interpretatio. Quidquid[f] attus[g, 2] vel avus[h] vel atta[i, 2] aut amita materna[k] ad nepotes vel pronepotes suos per testamentum aut per qualecumque causam[l] firmum eis[m] donaverint[n], hoc patri non adquirunt[o], sed[p] omnia in eorum maneat[q] dominationem, ut exinde libera habeant potestatem[r] facere quod[s] voluerint[t]

EXPLICIT THEODOSI[u] LIBER VIII.

## INCIPIUNT[a] CAPITULA DE LIBRO IX.

I. De acusationibus[b] et subscriptionibus[c].

II. De custodia[d] reorum.

III. Ne preter crimen magestatis[e] servus dominum vel[a] patronum libertus[f] seu familiares[g] acusit[h].

---

obitum filios vel filium pater emancipaverit, de eorum portionibus, quos liberos facit, trientem a filiis pro collata libertate percipiat iuri suo perpetuo vindicandum. Quod si superstite matre pater filium vel filios emancipaverit, quia non potest matre viva de filiorum portionibus vindicare tertiam portionem, necesse erit, ut post matris obitum, si superstes pater fuerit, a singulis emancipatis filiis virilem, id est de uno mediam, de duobus tertiam, de tribus quartam percipiat portionem in usumfructum, quoad usque vixerit, possidendam. Quod si aliqui filii viva matre a patre emancipati fuerint, et aliqui fortasse non fuerint, circa emancipatos vel non emancipatos eadem, quae superius comprehensa est, a patre forma servetur. Quod si mortua uxore filii non fuerint, et nepotes vel neptes ex filiis avus paternus habuerit, qui omnes in avi potestate consistunt, eadem, quae de filiis, et circa nepotes in omnibus forma servetur. At vero si aliquos ex ipsis nepotibus avus emancipare voluerit, tertiam similiter, sicut et de filiorum partibus, accipiat portionem. Nam et de pronepotibus similiter observari lex ista constituit.

### X. De bonis, quae filiis familias ex matrimonio acquiruntur.

Impp. Theodosius et Valentinianus. . . . Dat. VIII. Id. Nov. . . . Interpretatio. Sicut id, quod avus vel avia materna nepotibus, pronepotibus positis in patris potestate donaverint, patri non acquiritur, ita et quicquid maritus uxori vel uxor marito in patris potestate positis donaverint aut testamento dimiserint, id ad patris dominium minime pertinebit, sed hoc sibi filii ad integrum vindicabunt.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER VIII.

---

f) usufructum *A* 2. g) sibi *add.* *A* 2. h) patris *B.* i) sunt *add.* *B.* k) inmancipaverit *B.* l) *B;* accipiant *A* 1. 2. m) matrem *A* 2; maī (= mater) *B.* n) filius *A* 1. o) *B*; maī viva *A* 1; mater vivam *A* 2. p) tertiam *A* 2. q) singulus filius *A* 1; filios *deest* *B.* r) ipsius *B.* s) uno *B.* t) duus *A* 1. u) *B*; quarta *A* 1. 2. v) porcione *A* 2. w) usufructu *A* 2. x) vivam matrem *A* 2. y) aut *A* 2; ad p. *des.* *B.* z) *B;* mancipati *A* 1. 2. a) demancipatis *A* 2; de mancipato *B.* b) demancipatis *A* 1. 2; de emancipato *B.* c) *deest* *B.* d) uxorem *A* 2. e) fili *B.* f) *B;* nepte *A* 1; neptiae *A* 2. g) paternus *A* 1. h) *B;* quia *pro* qui omnes *A* 1. 2. i) avos *A* 1. k) sicut — similiter *des.* *B.* l) protepotibus *B.* m) constitui *A* 2.

X. a) XI *B.* b) q: *B;* qui *A* 1. 2. c) matrimonio *A* 1. d) Thod̄o *A* 1; Theud̄ *A* 2; Teudos *B.* e) Novb̄r *A* 1; Novb̄ *A* 2; Nō *B.* f) Quicquid *A* 2. g) adtus *A* 1. h) avos *A* 1. i) ata *A* 2. k) maternam *A* 2. l) causa *B.* m) ei *B.* n) donaveri· *(sic)* *B.* o) aquirunt *B.* p) set *A* 2. q) maneatur *B.* r) potestate *A* 2. s) que *B.* t) *B;* voluerit *A* 1. 2. u) Theod̄ lib̄ VIII *A* 1; Theudosī lib̄ VIII *A* 2; lib̄ Teodosī VIII *B.*

Lib. IX. a) *deest* *B.* b) accusacionibus *B.* c) suscriptionibus *B.* d) custodiam *A* 2. e) magistatis *A* 1. f) livertus *A* 1. g) familiaris *B.* h) *corr.* acuset *A* 2; accusat *B.*

1) Cf. supra p. 345, n. 1. 2) Cf. supra p. 353, n. 1. 2.

IV. De adulteris.
V. Si quis eam, cuius tutor fuerit, corruperit[i].
VI. De muliere[k] ingenua[l], qui suum servum maritum duxerit[m].
VII. De via[n] publica vel privata.
VIII. De privati carcere[o] custodia[p].
IX. De emendacione[q] servorum.
X. De emendacione[q] propincorum[r].
XI. De infantibus oppressis[s] vel de[t] se ipsis defendentibus[u].
XII. De parricidio[v].
XIII. De malificis[w].
XIV. De eo, qui filios[x] involat alienos.
XV. De falso.
XVI. De eo, qui alium[y] hominem per violenciam[z] de sua facultate[a] excutit[b].
XVII. De falsa moneta.
XVIII. Quicumque[c] solidum minorem[d] fecerit.
XIX. De raptum[e] virginum vel viduarum.
XX. De rapto[f] vel matrimonio sanctaemoniales[g].
XXI. De iudicibus, qui alios[h] per vim opprimunt[i] vel tollunt.
XXII. De[k] his[k], qui latrones vel in[l] aliis criminibus reus[m] occultaverit[n].
XXIII. De[k] his[k], qui plebem audent contra publicum colligere[o] disciplina.
XXIV. De famosis[p] libellis.
XXV. De questionibus[q].
XXVI. Ut intra[r] annum criminales[s] accio terminetur[t].
XXVII. De ablucionibus.
XXVIII. De indulgentiis criminum.
XXIX.[u] De calumniatoribus, id[v] est, cuius[w] causa non est.
XXX. De poenis[x].
XXXI. Ne sine[y] iusso[z] principis certis iudicibus[a] liceat confescari[b].
XXXII. De bonis perscriptorum[c] seu damnatorum.
XXXIII. De sentenciis[d] passis et exiliatis et liberis eorum.
XXXIV. De[k] his[k], qui ad ecclesiam[e] confugiunt.

## INCIPIT LIBER TEODOSI[f] IX.

### I. De accusationibus[a] et subscriptionibus.

[1]. Imp.[b] Constantinus. Data[c] prid.[d] Non.[e] Decemb. Interpretatio[f]. In qualecumque provincia, si homo capitanium[g] crimen, aut unde homo mori debeat, super[h] alicum miserit, ab ipsos iudices, qui in ea provincia aut in illo loco sunt, iudicetur, ubi ipsum crimen admissum est; nam non aput[i] eos, ubi[k] ipse homo[l] inhabitat, qui illum crimen fecit.

---

### INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER IX.

#### I. De accusationibus et inscriptionibus.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. prid. Non. Dec. . . . Interpretatio. Quicumque damnabile vel puniendum legibus crimen admiserit, non se dicat in foro suo, id est in loco, ubi habitat, debere pulsari; sed ubi crimen admissum est, ab eius loci iudicibus vindicetur, nec de eius persona ad principem referatur.

---

i) corruper *A* 1. 2. k) *A* 2; mulie *A* 1; mulierem *B*. l) inicnua *A* 2. m) privata *add.* *A* 1. n) *ita codd.* o) carceris *A* 2. p) custodiam *A* 2; *deest B.* q) emendationem *A* 2. r) propinquorum *B*. s) opressis *A* 1. t) *B*; *deest A* 1. 2. u) defend̄ *A* 1. 2. v) patricidio *B*. w) malificiis *corr.* m. *A* 2; maleficis *B*. x) filius i. alienus *A* 1; filios involant alienis *B*. y) halium *B*. z) violencia *B*. a) facultatem *A* 2. b) excusserit *B*. c) De his quicumque *A* 2. d) minore *A* 2. e) *B*; raptam *A* 1; rapta *A* 2. f) raptu *B*. g) sanctimoniales *A* 2; sanctemoniāl *B*. h) alius *A* 1. i) *B*; op̄munt *A* 1; opp̄munt *A* 2. k) Deis *A* 1. l) *B*; malis *pro* in aliis *A* 1. 2. m) reos *B*. n) occulcaver̄ *B*. o) collegere *A* 1; disciplinam colligere *A* 2. p) fanosis *A* 2. q) quescionibus *B*. r) infra *B*. s) crimināl *B*. t) l i b e r e t u r *B*. u) XXIIIIIIII *A* 1. v) id est — est *post* criminum *(c. XXVIII) inserunt A* 1. 2. w) cuiis *A* 1. x) penis *B*. y) sire *B*. z) iussu *corr.* iusso *A* 2. a) iudib. *A* 1. b) *B*; conf. *A* 1; coñsta *A* 2. c) *ita A* 1. 2 *pro* proscriptorum; per se scripto *B*. d) sentencis pasis *A* 1. e) acclesiam *A* 1. f) Teodosī *B*; *deest A* 1. 2.

I. *(Deest tit. inde a voce* homo *in fine cap.* 1. *B).* a) acus. *A* 1. b) Cons. imp. *A* 1. c) Danda *B*. d) *B*; II *A* 1. 2. e) ñn̄ *A* 1; nō *B*. f) Interpretatur *B*. g) capitania *B*. h) su *B*. i) apud *A* 2. k) non ubi *A* 1. 2. l) *abhinc deest B.*

[2]. Item alia interpretatio. Femina sua propria causa agere potest; nam extranea[a] causa nullo[b] modo agere potest[c].

[3]. Item alia interpretatio. Quicumque[1] homo ad alterum hominem iratus alico[a] crimen inposuerit, habeat spacium post crimen dictum post tres dies, si ille in ipsa causa perduraverit, ut dicat: 'Ego qui[b] dixi, hoc probare possum', ut ipsum crimen super illum homine[c] alium vencat[d, 2]. Si postea ipsum crimen, quod[e] dixit[e], probare non potuerit[f], reus criminis adesse debeat, et talem[g] penam habeat, quales ille debuerat[h], super quem ipsum[i] crimen dixit. Quod si forsitam se ipsum penetuerit[k], et dixerit[l]: 'Hanc crimen iratus dixi, nam hoc eum[m] probare non possum', exinde det sacramentum. Si hoc fecerit, postea pro hoc non teneatur in culpa.

[4]. Item alia interpretatio. Quicumque homo ad[a] alterum hominem de homicidio[b] aut de capitaneo[c] crimine repotaverit, si ingenuus[d] est et ad alium ingenuum talem causam reputat, si ei[e] per sacramentum non crediderit, iudex non eum ante discuciat, nisi prius subscribat[f] se ipsum ille, qui eum acusat[g], aut de sua[h] facultate aut capitale[i] pena sustenea[k], qualem voluerit ei facere, quem[l] acusat. Sic postea iudex illum, qui acusatur[m], in trebalio[n, 3] mittat; si ibidem[o] ipsum crimen non fuerit confessus, postea ille, qui eum acusavit[p], sciat, se aut suam facultatem amittere aut pena[q], quam[r] posuerat, solvidurum aut in ipso trebalio[s] dubla[t] pena sustinere. Similiter si quicumque homo alienum servum de capitale crimine amallaverit[u], et ei ad sacramentum non crediderit, nisi[v] subscribere[w, 4] eum vult, de presente plebat[5], hoc est subscribat[x] suum servum[6] alterum talem, quales[y] ille est, cui reputat: sic iudex illum, cui de ipsa culpa reputat, in trebalio[z] mittatur; si in ipso trebalio ipsa culpa confessus non fuerit et illum flagellatum servum dominus suus recipiat, et illum alium servum, qui contra illum subscriptus[a] est, habeat.

[5]. Item alia interpretatio. Ubi homines culpabiles in carcere missi fuerint, non

2. Interpretatio. Feminis nisi in sua suorumque causa quemquam accusare non liceat, quia susceptione alienarum causarum legibus prohibentur.

3. Interpretatio. Si quis iratus crimen aliquod temere cuilibet obiecerit, convicium non est pro accusatione habendum, sed permisso tractandi spatio, id quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur. Quod si fortasse resipiscens post iracundiam, quae dixit, iterare aut scribere fortasse noluerit, non ut reus criminis teneatur.

[4]. 8. Interpretatio. Quicumque alium de homicidii crimine periculosa vel capitali obiectione pulsaverit, non prius a iudicibus audiatur, quam se similem poenam, quam reo intendit, conscripserit subiturum: et si servos alienos accusandos esse crediderit, se simili inscriptione constringat, futurum, ut supplicia innocentum servorum aut poena capitis sui aut facultatum amissione compenset.

[5]. 10. Interpretatio. Rei non multo tempore in carcere vel in custodia teneantur, sed celeriter aut innocentes absolvantur, aut si convicti fuerint criminosi, sententia puniantur.

[2]. a) extraneam causam *A* 2. b) *A* 2; nullu *A* 1. c) *A* 2; possunt *A* 1.

[3]. a) aliquo *A* 2. b) *corr.* quae *A* 2. c) hominem *A* 2. d) vincat *A* 2. e) *ita correxi*; codix *A* 1 *pro* cod (= quod) dix; cui dix *A* 2, *ubi* cui *post superscr.* f) poterit *A* 2. g) tale poena *A* 2. h) habere *add. A* 2. i) ipse *A* 2, *ubi* ips *in loco raso.* k) penituerit *A* 2. l) dixrit *A* 1. m) *ita A* 1. 2.

[4]. a) adulterum *pro* ad a. *A* 1. b) homicidium *A* 2. c) capitaneum crimine reputaverit *A* 2. d) in- ienuus *A* 2. e) per ei *A* 2. f) suscribat *A* 1. g) accus. *hic et infra A* 2. h) suam facultatem *A* 2. i) *ita emendavi*; qui tale *A* 1. 2. k) *corr.* sustineat *A* 2; *expectaveris:* sustinere. l) *ita emendavi*; quam *A* 1. 2. m) *ita correxit Canc.*; acusat *A* 1. 2. n) traballio *corr.* treballio *A* 2. o) ubidem *A* 1. p) acusavet *A* 1. q) poenam *A* 2. r) quē *A* 1. s) treballio *A* 2. t) dupla *A* 2. u) ammallaverit *A* 2. v) = sed. w) *A* 2; supcribere *A* 1. x) subscriba *A* 1. y) qualem *corr.* quales ille *A* 1. z) treballio *A* 2. a) supcriptus *A* 1.

1) Cf. Capit. Remedii c. 11. et infra tit. 27. 2) I. q. convincat; cf. Ducange s. v. vincere. 3) *Trebalium*, al. *trepalium*, *treballium*, *trabalium* = tormenta, 'Pein'. Cf. infra tit. 10. et Concil. Autissiodor. c. 33: *Non licet presbytero nec diacono ad trepalium, ubi rei torquentur, stare.* V. Ducange s. v. trepalium; Diez, 'Etym. WB.' I, s. v. 'travaglio'. De vapulando auctor legis nostrae cogitavit. Cf. infra *in ipso trebalio dubla pena sustinere* et *flagellatum servum* et tit. 10, ubi pro *verberibus corrigere* dicit *in trabalio mittere*. 4) *Subscribere* hoc loco significat se subscribendo obligare, scilicet eodem modo ac supra scriptum est de accusando ingenuo. 5) *Plebat* = *plebiat*, a plebire, plevire = fideiubere, securitatem vel fidem facere, Francogallis et Provintialibus: 'plevir'; cf. *plebium* = plegium, securitas, fideiussio, vadimonium, ut intelligendum est in Pacto pro tenore pacis, c. 11: *si (servus) a quocumque inculpatur ad sortem, aut ad plebium promoveatur, aut ipse precius domino reformetur.* Cf. Ducange s. vv. plegius (plivium, plivire, plevire), plebeium, plebium; Diez, 'Etym. WB.' II c, s. v. 'plevir'. 6) *Subscribere servum* hic et infra intelligendum est: subscribendo (sc. cautionem) servum vadimonio constituere.

multum tempore eos ibidem tenere debent; nisi[a] de presente expellantur foras; et si culpabiles sunt, secundum suam culpam eos iudicentur; et si culpa non habuerint, liberi abscedant[b].

### II. De custodia[a] reorum.

[1]. Imp. Constantinus. Data Non. April.[b] Interpretatio[c]. Barones hac mulieres, si crimen equale habunt, non in una carcere mittatur.

[2]. Item[a] alia interpretatio. Qualequumque[b] culpa vel hominem, si iudex eum in carcere mittere iusserit, si exinde[c] reus per neglegentiam[d] de ipso custode fugiret, sciat se[e] ipse[e] custor[f], ut ipsum reum presentare debeat; et si eum presentare non potuerit, tale pena sustenẹat[g], sicut ille reus patire debuerat[h].

[3]. Item alia interpretatio. Omnes dominicis diebus, qui in carceribus sunt constricti[a], iudex eos foras sub costodia[b] expellere faciat; et forsitam[c] aliquis christianus pro reverencia[d] Christi aliquod[e] substancia[f] eis porrigunt[g], et iusta[h] comodo[i] eis oportit[k], iudex eos sub custodia[l] in balneo lavare faciat. Si quis iudex hoc non fecerit, pena, qui lex ipsa constituit, solvat.

### III. Ne preter crimen magistatis[a] servus dominum[b] vel patronum libertus seu familiares acuset.

Imp. Valentinus[c]. Data Id. Mar. Interpretatio. Si quis servus dominum suum aut libertus patronum suum acusare voluerit[d], nisi forsitam probare potuerit[e], quid ipse dominus aut ipse patronus contra Deum blasfemasset[f], aut paganus[g] eos probare potuerit, de tale acusatione[h] licenciam habeant. Et si vero dixerint[i], ipse libertus aut servus sine omne[k] iniuria liberi abscedant; nam si de hoc mentierint, aut si forsitam de alia qualecumque causa libertus patronum aut servus dominum suum ad qualecumque iudice[l] accusaverint, de presentem[m] in ipsa ora[n] acusationis iudex eos capite punire faciat.

### IV. Ad legem[a] Iulia de adulteris.

[1]. Imp. Constantinus. Data III. Non. Febr. Interpretatio. Si quacumque[a] femina habuerit taberna in domo[b] sua, si sua ancilla miserit, qui ipsum vinum vindere[c] debeat, si

---

II. De custodia reorum.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. Non. Apr. . . . Interpretatio. Viri et mulieres, etiamsi criminis aequalitate iungantur, non tamen in unius carceris custodia teneantur.

2. Interpretatio. Si de carcere reus fugerit, ab eo, cui est traditus, requiratur; qui si eum non potuerit praesentare, noverit negligens custos, illius se aut damnum aut poenam, qui fugerit, subiturum.

3. Interpretatio. Omnibus dominicis diebus iudices sub fida custodia de carceribus reos educant, ut eis a christianis vel a sacerdotibus substantia vel alimonia praebeatur, et ad balneum praedictis diebus sub fida custodia religionis contemplatione ducantur. Si qui iudices hoc implere neglexerint, poenam, quam lex ipsa constituit, cogantur implere.

III. Ne praeter crimen maiestatis servus dominum vel patronum libertus seu familiaris accuset.

1. Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus. . . . Dat. Id. Mart. . . . Interpretatio. Servus dominum accusans, non solum audiendus non est, verum etiam puniendus, nisi forte dominum de crimine maiestatis tractasse probaverit.

2. Interpretatio. Si servus dominum aut amicus vel domesticus sive libertus patronum accusaverit vel detulerit cuiuslibet criminis reum, statim in ipso initio accusationis gladio puniatur: quia vocem talem exstingui volumus, non audiri, nisi forte dominum aut patronum de crimine maiestatis tractasse probaverit.

IV. Ad legem Iuliam de adulteriis.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. Non. Febr. . . . Interpretatio. Tabernae domina, hoc est uxor tabernarii, si in-

---

[5]. a) = sed *(ut saepius).* b) *sequuntur in utroque codice:* Item alia interpretatio. Barones — mittatur, *sequenti ex titulo perperam a scriptoribus huc transposita.*

II. *(Tit. deest B).* a) custodiam *A* 2. b) Apl *A* 2. c) Item alia interpretatio. Barones — mittatur *in codicibus hoc loco des.; cf. supra n.* b *ad tit. praecedentem.*

[2]. a) Item alia *in codd. des. hoc loco; cf. not. praeced.* b) Qualecumque culpam *A* 2. c) exind *A* 1. d) glienciam *A* 1. e) sipse *A* 1. f) custur *A* 1. g) sustineat *A* 2. h) depuerat *corr.* d. *A* 1.

[3]. a) constrictricta *A* 1. b) custodiam *A* 2. c) si *add. A* 2. d) reverentiam *A* 2. e) aliqua *A* 2. f) substantia *A* 2. g) porrigant *A* 2. h) *i. e.* iuxta. i) quomodo *A* 2. k) oportet *A* 2. l) custodiam *A* 2.

III. *(Tit. deest B).* a) magestatis *A* 2. b) suum *add. A* 2. c) Valeñ *A* 1. d) voluerint *A* 1. e) potuerint *A* 1. f) blasphemasset *A* 2. g) *corr.* paganos *A* 2. h) accusationem *A* 2. i) dixerit *A* 2. k) omnem iniuriam *A* 2. l) iudicem *A* 2. m) presente *A* 2. n) hora *A* 2.

IV. *(Tit. deest B).* a) *A* 2; quicuque *A* 1. b) domum suam *A* 2. c) *corr.* vendere *A* 2.

ipsa domina sua in adulterio[d] fuerit deprehensa, maritus suus exinde eam acusare non[e] potest. Nam si ipsa ancilla, qui ipsum vinum vindit[f], in adulterio[d] fuerit deprehensa, pro hoc eam dominus suus eam acusare non potest. Nam quod si ipsa domina mulier, cuius vinus[g] est, illa taberna[g] per se ipsa vindederet[h] et in adulterio[d] fuerit deprehensa, pro hoc exinde eam acusare non potest maritus suus.

[2]. Item alia interpretatio. De adulterio extranea mulierem[a] nullus acuset, nisi propinqui, ad quem pertinet, hoc est frater germanus et frater patruelis, patervos et consubrinus[b]; et tamen, si, antequam eam homo acusat, criminaverit, potest ei veniam inpetrare. Nam alteri, qui ante supscripcionem[c] non criminaverit, veniam non accipiant. Nam maritus ex suspicionem[d] uxorem suam acusare licit[e].

[3]. Item alia interpretatio. Si contigerit, ut per suspicionem homo ad suam mulierem de adulterio[a] repotet[b] vel de tale acusat, quod suum maritum occidere voluisset, similiter si maritus suam mulierem sine culpa occidere voluerit aut forsitam fecerit: pro tale causam[c] debet iudex cotidiana familia[d], qui semper in casa cum ipsus[e] suus dominus[e] conversant, districtus[f] discutere, ut, quodquod exinde sciunt, verum dicere debeant, pro quale causam aut uxor maritum aut maritus uxorem occidisset.

[4]. Item alia interpretatio. Nec[a] Iudeus[b] christiana, nec[a] christianus Iudea ducat uxorem; quod si duxerit, quicumque homo potest exinde acusare, et sicut de adulterio[c], sic de eos vindicetur.

[5]. Item alia interpretatio. Quicumque masculus cum masculo concubuerit, ignibus conburantur[b].

[6]. Item alia interpretatio. Qui in adulterio acusati sunt, si propinqui aut amici eos excusaverint, si postea forsitam post alico[a] tempore ipsa[b] causa, qui ante celata aut excusata fuerat, foras proierit, velut manifestus adulterus[c] ponire[c] placuit.

### V. Si quis eam[a], cuius tutor fuerit, corruperit.

Imp. Constantinus. Data II. Kal. Aprl. Interpretatio. Ubi primum puella annus

---

venta fuerit in adulterio, accusari potest; si vero eius ancilla vel quae ministerium tabernae praebuit, in adulterio fuerit deprehensa, pro vilitate dimittetur. Sed et ipsa tabernarii uxor, si tam vilis ministerii officium egerit et in adulterio fuerit deprehensa, accusari non potest a marito.

2. Interpretatio. In adulterio extraneam mulierem nullus accuset, sed propinqui, ad quorum notam pertinet, hoc est frater germanus, frater patruelis, patruus et consobrinus, qui tamen ante inscriptionem, si accusata acquieverit, possunt per satisfactionem veniam promereri. Reliqui ab accusatione prohibentur. Maritis sane etiam ex suspicione accusare permissum est.

3. Interpretatio. De adulterio uxorum mariti per tormenta familiae utriusque, hoc est suae et uxoris, quaerere permittuntur; si tamen illo tempore, quo admissum dicitur, haec ipsa mancipia praesentia aut in eadem domo fuisse probantur. Similiter et si mortem sibi ab uxore adultera maritus paratam fuisse conqueratur, utriusque familiae discussione quaeri licet. Similiter etiam familiae utriusque poena quaerendum est, si maritus mortem uxori qualibet ratione paraverit.

4. Interpretatio. Nec Iudaeus christianam, nec christianus Iudaeam ducat uxorem. Quod si fecerit, cuiuslibet accusatione velut in adulteros vindicetur.

5. Omnes, quibus flagitii usus est, virile corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia (nihil enim discretum videntur habere cum feminis), huiusmodi scelus spectante populo flammis vindicibus expiabunt. . . . Haec lex interpretatione non indiget.

*Cf. Epit. cod. Par. Suppl. Lat.* 215: Si flagitiosissimum scelus masculus in masculum perpetraverit, coram populo huiusmodi facinus flammis vindicibus expiabunt.

[6]. 7. Interpretatio. Qui in adulterio accusantur et se propinquitatis aut amicitiarum excusatione defenderint, si fortasse quolibet tempore secretum crimen publica coniunctione prodiderint, eos velut manifestos adulteros puniri placet.

V. Si quis eam, cuius tutor fuerit, corruperit.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. II. Non. April. . . . Interpretatio. Ubi primum puellae sub tutore viventes ad

---

d) adulterium *A* 2. e) *delendum videtur.* f) vendit *A* 2. g) *aut:* illa taberna est, vinum, *aut:* cuius viri est illa taberna, *legendum videtur.* h) vendiderit *A* 2.

[2]. a) muliere *A* 2. b) consubrinos *A* 2. c) subscriptionem *A* 2. d) suspictionem *A* 2. e) licet *A* 2.

[3]. a) adulterium *A* 2. b) reputat *A* 2. c) causa *A* 2. d) familiam *A* 2. e) ipsos suos dominos *A* 2. f) districtos *A* 2.

[4]. a) ne *A* 2. b) Iudeos *A* 1. c) aulterio *A* 1.

[5]. a) masculum *A* 2. b) conburentur *A* 2.

[6]. a) aliquo *A* 2. b) ipsam causam *A* 2. c) adulterius punire *A* 2.

V. *(Tit. deest B).* a) ea *A* 2.

nuptiales[b] venerit, qui maritum prehendere possat, si patrem aut matrem non habuerit, nisi sub[c] tutore viventem[c] fuerit, si[d] aliquis[e] eam in coniugio[f] prendere voluerit, non antea se ad illa coniungat, quam eius virginitas[g] ab ipso tutore fuerit adprobata. Nam si ab ipso[h] tutore eius virginitas[i] violata fuerit, ipse tutor[k] in exilio mittatur[l], et eius facultates fiscus[m] adquirat.

VI.

Item[a] alia interpretatio. Quicumque mulier ingenua suum servum ad maritum priserit[b], ipsa mulier occidatur, et illum servum ignibus concremetur[c]. Licet ad familiam de tale crimine sua domina acusare; si hoc probare ipsa familia potuerint, libertatem accipiant; nam si hoc probare non potuerint, puniantur. Et ipsa mulier si hoc fecerit, eius facultas, si de alio legitimo marito[d] infantes habuerit, ad[e] ipsos infantes perveniant; et si infantes non fuerint[f], ad propincos[g] revertant.

VII.[a] Ad lege Iulia de vii[b] publica et privata.

[1]. Imp. Constantinus. Data XV. Kal. Mad. Interpretatio. Si ingenuus homo convictus fuerit ante iudicem, quod alicui evidenter[c] violenciam[d] sine culpa intullisset[e], capite puniatur. Et quod si ibidem ambe partes homicidium[f] factum fuerit, in illum vindicetur, qui ipsam violenciam intulit.

[2]. Similiter si aliquis super alium[a] violentiam dicit, si hoc ante iudicem probare non potuerit[b] super eum, quod ei aliqua violencia[c] fecisset, tale[d] pena susteneat, quale ille debuerat sustinere, quem[e] violentum esse dixit.

[3]. Item alia interpretatio. Servi, si nescientibus dominis suis alicui violentiam fecerint, puniantur; et si domini eorum hoc consenserint, dignitatem suam amissa notati infamiae deputentur; servi vero, qui talem causam ad suus[a] dominus consentierint, in metallo deputentur.

VIII. De privati carcere custodia[a].

Imp. Theodosius[b]. Data II. Id. Mad. Interpretatio. Si quis iudex, qui violentis[c]

---

annos pervenerint nuptiales, et quicumque petitor accesserit, non prius puella iungatur, nisi virginitas illius, quod a tutore servata sit, fuerit approbata. Nam si ab ipso tutore convincitur eius violata virginitas, statim exsilio deputetur, et res illius omnes fiscus usurpet.

VI. De mulieribus, quae se servis propriis iunxerint.

Interpretatio. Si qua ingenua mulier servo proprio se occulte miscuerit, capitaliter puniatur. Servus etiam, qui in adulterio dominae convictus fuerit, ignibus exuratur. In potestate habeat huiusmodi crimen quicumque voluerit accusare. Servi etiam aut ancillae, si de hoc crimine accusationem detulerint, audiantur; ea tamen ratione, ut, si probaverint, libertatem consequantur, si fefellerint, puniantur. Hereditas mulieris, quae se tali crimine maculaverit, vel filiis, si sunt ex marito suscepti, vel propinquis ex lege venientibus tribuatur.

VII. Ad legem Iuliam de vi publica et privata.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. XV. Kal. Mai. . . . Interpretatio. Convictus in iudicio de evidenti violentiae crimine capite puniatur, nec sententiam iudicis qui damnatus est qualibet appellatione suspendat; et si fortasse homicidia ab utraque parte commissa fuerint, in illum vindicetur, qui, ut alium per caedem expelleret, violenter ingressus est.

2. Interpretatio. Si quis adversarium suum ita apud iudicem crediderit accusandum, ut se asserat violentiam pertulisse, ad probationem rei eum convenit attineri; quod si probare non potuerit, quem dixerat violentum, eandem poenam suscipiat, quam ille, quem impetit, convictus potuisset excipere. . . . . . .

3. Interpretatio. Si servi inscio domino confessi vel convicti fuerint violentiam commisisse, addicti tormentis gravibus puniuntur. Si vero iubentibus dominis violentiae crimen admiserint, domini, qui illicita praeceperunt, notantur infamia et nobilitatis vel honoris sui dignitatem tenere non possunt. Servi autem, qui talibus dominorum furoribus paruerunt, in metallum detruduntur. . . . . . .

---

b) *corr.* nuptialis *A* 2. c) *A* 2; sup tua reviventem *A* 1. d) et si *A* 2. e) aliq (= aliqui) *A* 1. f) *corr.* coniugium *A* 2. g) *ita emendavi;* ingenitas *corr.* ingenuitas *A* 1; ingenuitas *A* 2. h) ipsa *A* 2. i) ūrginitas *A* 1. k) ipsi tutores *A* 1. l) mittantur *A* 1. m) fiscos *A* 1.

VI. (*Tit. deest B*). a) I. a. *des.* *A* 2. b) preserit *A* 2. c) congremetur *corr.* c. *A* 2. d) maritum *A* 2. e) ab *A* 2. f) habuerit *A* 2. g) propinquos revertat *A* 2.

VII. (*Tit. deest B*). a) VI *A* 2. b) via *A* 2. c) evident̄ *codd.* d) violentia *A* 2. e) intulisset *A* 2. f) omicidium *A* 1.

[2]. a) alterum *A* 2. b) potuerint *A* 1. c) violentiam *A* 2. d) talem poenam sustineat *A* 2. e) *A* 2; qui *A* 1.

[3]. a) suus (*corr.* suos) dominos *A* 2.

VIII. (*Tit. deest B*). a) costodia *A* 1. b) Theodo *A* 1; Theud *A* 2. c) violentes *A* 2.

homines scienter aut de carcere aut sic loco dimittunt, ut ipsa causa diligenter non inquirant, tale pena exinde habeant ipsi iudices, sicut in superiore legem[d] scriptum est.

IX. De emendacionem servorum.

Imp. Constantinus. Data X. Kal. Mad. Interpretatio. Si quis homo, dum suum servum pro homicidii[a] culpa in custodiam habuerit, et ipse servus ibidem mortuus fuerit, dominus eius pro ipsa culpa homicidii[b] non teneatur obnoxius.

X. De emendacione propincorum[a].

Imp. Valentinus. Data II. Kal. Novemb. Interpretatio. Si aduliscentes infantes aliquid minutas culpas fecerint, dimittant eos in potestatem dominorum suorum vel ad patrem suum aut ad propinquos[b], ut ipsi[c] eos in private per verbum discuciant, ut forsitam per blanda verba eis veritatem dicunt[d]. Quod si per verba non potuerint, mittant eos in trabalio[1]; quod nec sic per hoc non potuerint veritatem cognuscere[e], postea, si gravis[f] culpa fuerit[f], ad discussionem iudicis tradatur.

XI. Ad lege Cornilia de sicariis.

[1]. Imp. Valentinianus[a]. Data V. Kal. Feb.[b] Interpretatio. Si vir aut mulier[c] sua voluntate infantem[d] negaverit[e], rei homicidii[f] teneatur.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Si quicumque[b] homo aut nocturnis horis[c] aut diurnis armatus forsitam alius[d] homines aut de terra ambulantes aut in sua casa asalire voluerit, et si ipsi homines suas causas[2] aut se ipsos defendendos, illum, qui eum adsalierit, occiserint, nulla[e] mala exinde habeant, et illum, qui ivi[f] occisus est, pro hei latronis[g] mortem habeantur.

XII. De parricidio.

Imp. Constantinus. Data XVII. Kal. Decemb. Interpretatio[a]. Si aliquis patrem aut

---

VIII. De privati carceris custodia.

Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius. . . . Dat. prid. Kal. Mai. . . . Ista lex interpretatione non indiget. *Textus legis ex interpretatione VII, 3 sumptus est, ubi post* detruduntur *leguntur:* Ceterum non liceat iudicibus discussionem violentiae differre vel dimittere vel donare; qui si probaverint violentiam et non statim vindicaverint, noverint se periculum subituros. Viles autem personae, quae bis aut frequenter admisisse violentiam comprobantur, constituta legibus poena supra scripta omnimodis feriantur.

IX. De emendatione servorum.

Imp. Constantinus. . . . Dat. XIV. Kal. Mai. . . . Interpretatio. Si servus, dum culpam dominus vindicat, mortuus fuerit, dominus culpa homicidii non tenetur.

X. De emendatione propinquorum.

Impp. Valentinianus et Valens. . . . Dat. prid. Kal. Dec. . . . Interpretatio. Propinquis senioribus lege permittitur errorem vel culpas adolescentium propinquorum patria districtione corrigere, id est, ut, si verbis vel verecundia emendari non possint, privata districtione verberibus corrigantur. Quod si gravior culpa fuerit adolescentis, quae privatim emendari non possit, in notitiam iudicis deferatur.

XI. Ad legem Corneliam de sicariis.

1. Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus. . . . PP. VII. Id. Febr. . . . Interpretatio. Sive vir, sive mulier infantem necaverit, rei homicidii teneantur.

2. Interpretatio. Quoties ad faciendam rapinam aliquis aut iter agentem aut domum cuiuslibet nocturnus expoliator aggreditur, huiusmodi personis, quae vim sustinent, damus etiam cum armis licentiam resistendi, et si pro temeritate sua occisus (*Epit. monachi:* ibidem occisus) fuerit ille, qui venerit, mors latronis ipsius a nemine requiratur.

*Cf. Epitt. Aeg. et monachi:* Si quis ad faciendam *etc.*

---

d) lege *A* 2.

IX. *(Tit. deest B).* a) omicidii *A* 1. b) homecidii *A* 1.

X. *(Tit. deest B).* a) propinquorum *A* 2. b) provincos *A* 1. c) ipse *A* 1. d) *corr.* dicant *A* 2. e) cognoscere *A* 2. f) graves culpas fuerint *A* 2.

XI. *(Tit. deest B).* a) Valent. *A* 1; Valentin. *A* 2. b) Febri *A* 1. c) muliēr *A* 1. d) infante *A* 1. e) *i. e.* necaverit. f) omicidii *A* 1.

[2]. a) *deest A* 2. b) quiscumque *A* 2. c) oris *A* 1. d) alios *A* 2. e) nullam malam *A* 2. f) *ita emendavi* (= ibi); uli *A* 1; *deest A* 2. g) latrone morte *A* 2.

XII. *(Tit. deest B).* a) *deest A* 2.

1) Cf. supra IX, 1, 4. 2) *Causae* = res.

matrem aut fratrem aut sororem aut filium aut filiam aut alium suum propinquum[b] occiserit, factum de corio saccum, quod colleus dicitur, et ibidem ipsum homicidam[c] mittatur[d], et cum ipso serpentes includantur, et, si prope est mare, in ipso[e] mare eum dimergatur[f]; si mare prope non est, in laco aut in profundo gurgo dimergantur, ut nullo tempore eius corpore non obtineat sepultura.

### XIII. De malificis et mathimaticis et ceteris similibus.

[1]. Imp. Constantinus. Data XV. Kal. Iul.[a] Interpretatio. Malefici[b] vel incantatores vel missores tempestatum vel hiis[c], qui per invocationem demonum mentes hominum turbant, hii vero omne penarum genere[d] puniantur.

[2]. Item alia interpretatio. Quicumque sacrificia demonum celebraverint vel incantacionum demones invocaverint, capite puniantur. Similiter quicumque in invocationem demonum vel in divinus[a], ariolus appellant, vel in aruspices, qui aguria cablant[1], crediderint, capite puniantur.

### XIV. A lege Favia, hoc est, qui filius[a] involant alienus.

Imp. Constantinus. Data Kal. Aug.[b] Interpretatio. Quicumque homo filium alienum involaverit[c] —.

### XV. Ad lege[a] Cornilia, de falso.

Imp. Constantinus. Data IV. Kal. Feb.[b] Interpretatio. Si curiales[c] de alicuius morientis voluntatem[d] aliquid scripserit aut quaelibet[e] de publico[f] documentum scripserit, si falsum fecerit et accusatus fuerit, prius ipsa[g] culpa conponat. Et si postea convictus fuerit, honorem[h] perdat; nam de curia sua non exeat.

---

XII. De parricidio.

Imp. Constantinus. . . . Dat. XVI. Kal. Dec. . . . Interpretatio. Si quis patrem, matrem, fratrem, sororem, filium, filiam aut alios propinquos occiderit, remoto omnium aliorum genere tormentorum, facto de coriis sacco, qui culeus nominatur, in quo cum missus fuerit, cum ipso etiam serpentes claudantur; et si mare vicinum non fuerit, in quolibet gurgite proiiciatur, ut tali poena damnatus nullo tempore obtineat sepulturam.

XIII. De maleficis et mathematicis et ceteris similibus.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. X. Kal. Iun. . . . Interpretatio. Malefici vel incantatores vel immissores tempestatum vel ii, qui per invocationem daemonum mentes hominum turbant, omni poenarum genere puniantur.

[2]. 3. Interpretatio. Quicumque nocturna sacrificia daemonum celebraverit vel incantationibus daemones invocaverit, capite puniatur.

[2]. 2. Interpretatio. Quicumque pro curiositate futurorum vel invocatorem daemonum vel divinos, quos hariolos appellant, vel haruspicem, qui auguria colligit, consuluerit, capite punietur.

XIV. Ad legem Fabiam, hoc est, qui filios involat alienos.

Imp. Constantinus. . . . Dat. Kal. Aug. . . . Interpretatio. Hi, qui filios alienos furto abstulerint et ubicumque transduxerint, sive ingenui, sive servi sint, morte puniantur.

XV. Ad legem Corneliam de falso.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. III. Kal. Febr. . . . Interpretatio. Si quis curialis voluntatem morientis aut quodlibet publicum documentum scripserit et de falsitate accusatur, seposita primitus dignitate, si necesse fuerit, subdatur examini; qui, si convincitur, a curia non expelletur, sed curiae dignitate privabitur, id est, ut honoratus esse non possit. . . . . . .

---

b) propinqū *A* 2. c) omicidam *A* 1. d) mittantur *A* 2. e) ipsum *A* 2. f) dimergantur *A* 2.
XIII. *(Tit. deest B).* a) Iuti *A* 1. b) Malifici *A* 2. c) his *A* 2. d) generi *A* 1.
[2]. a) divinitus *A* 1; divinos *A* 2; *supplendum videtur:* quos.
XIV. *(Tit. deest B).* a) filios i. alienos *A* 2. b) Agus. *A* 1. c) *omissa ex ipsa interpretatione supplenda sunt.*
XV. *(Tit. deest B).* a) legem *A* 2. b) Febri *A* 1. c) curialis *A* 2. d) voluntate *A* 2. e) quelibe *A* 1. f) puplico documento *A* 2. g) ipsam culpam *A* 2. h) onorem *A* 1.

1) Haud satis certum esse videtur, utrum *cablant* pro veri verbi cuiusdam forma habendum, an ex corruptela ortum sit. Schupfer I, p. 26 et III, p. 18, verba Italica: *cabalare, cabaloni* et *cabalisti* conferenda existimat; quibus tamen similia verba etiam in aliis linguis Romanicis inveniuntur; v. Diez, 'Etym. WB.' I, s. v. Cabala. Conferendum fortasse est *auguria (vel aguria) colunt*, quod in librorum poenitentialium locis ex eadem lege Romana Visigothorum sumptis legitur. V. Ducange ed. Favre I, p. 150; Wasserschleben, 'Die Bussordnungen der abendländischen Kirche' p. 393. 481.

[2]. Item alia interpretatio. Si aliquis homo in cuiuslibet[a] scripturis, tam in civile quam in criminali, non falso[b] crimen dixisset, si[c] ipsa carta vera esse dicatur, si ante iudicem venerint, et ille, qui acusat, falso crimen in carta dixerit, det iudex acusatori espatium, ut deliberet. Si postea revenire voluerit[d] ad iudicem et causa[e], que[f] dixit, recausare voluerit, in potestatem iudicis erit, aut de eum suscriptionem[g] facere, aut si loco[h] discutere, ut probet ille, qui querit. Et si probare non potuerit, talem[i] damnum susteneat, qualem[i] ille, si convictus fuisset, debuerat sustinere.

### XVI. Victum[a] civiliter agere et criminaliter possit.

Imp. Valentinus. Data prid. Kal. Iun.[b] Interpretatio. Sunt cause permixte[c], civiles pariter[d] et criminales, et possunt ipsas causas dividere, ut primus[e] civiles et postea criminales agatur[f]. Quicumque homo de rem[g] suam per violenciam fuerit eiectus[h] et rem[i] tultam[i] habuerit, si primis voluerit de ipsa causa ante iudicem acusare, de presente[k] eum[l] de ipsam[m] rem revestire faciat, et postea secundum legem inter eos derectum[n] iudicium det, ut suam rem, quam perdiderat, per legem per ipsius beneficium habeat; et si forsitam ipse acusator aliena[o] re malo ordine tullerit[p], cum lege reddatur.

### XVII. De falsa moneta.

Imp. Constantinus. Data XII. Kal. Mart.[a] Interpretatio[b]. Quicumque adulterum monetarium protullerit, si ipse monetarius[c], qui acusatus est de ipsa moneta, convictus fuerit, ut eam adulterasset, igne incendatur.

### [XVIII[a]].

Item alia interpretatio[b]. Quicumque soldum minorem fecerit aut circinnaverit[c] aut adultera[d] moneta fecerit, capite puniatur.

### XIX.[a] De raptu[b] virginum vel viduarum.

[1]. Imp. Constantinus. Data II. Kal. April. Interpretatio. Si quiquumque[c] homo

---

[2]. Interpretatio. De falso potest et criminaliter et civiliter agi: civiliter, cum aliquis quibuslibet scripturis non falsi crimen obiecerit, sed veritatem scripturae se velle quaerere dicit. Nam si ad iudicem venerit accusator et falsi crimen intenderit, iudex tribuat accusatori spatium, ut deliberet, utrum criminaliter agere an civiliter velit. Qui si reversus ad iudicem in obiecto falsitatis crimine perseveraverit, in potestate iudicis erit, utrum inscriptionem celebrari velit, an obiectum crimen sine inscriptione discutere. Quod cum iudex de obiectione falsitatis audierit, seu inscriptione habita, seu omissa, aut in accusatum, si falsitas approbatur, aut in accusatorem, si falso obiecerit, proferatur ex lege sententia.

XVI. Victum civiliter agere aut criminaliter posse.

Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus. . . . Dat. prid. Id. Ian. . . . Interpretatio. Sunt causae permixtae, civiles pariter et criminales, et possunt hae causae ita dividi, ut prius civilis, deinde criminalis agatur, si voluerit accusator, ita ut, si quis de re sua fuerit violenter expulsus et rem ablatam civili primitus maluerit actione repetere, momentum sibi restitui petat, et si de eius proprietate is, qui expulsus est, civiliter fuerit superatus, criminali postmodum actione servata, recepto primitus momento, potest postmodum impetere violentum. De testamento etiam, si quis commendatum a testatore testamentum in fraudem heredis fortasse suppresserit, et id heres scriptus iudicio restitui petit, testamento per iudicium momenti beneficio restituto, potest postmodum de suppresso testamento criminalem proponere actionem. Et reliquis similibus causis similis actio tribuatur.

XVII. De falsa moneta.

Imp. Constantinus. . . . Dat. XII. Kal. Mart. . . . Interpretatio. Praemium accipiat quicumque adulterum monetarium prodiderit, et is, qui proditus est, si de monetae adulteratione convictus fuerit, ignibus concremetur.

XVIII.

Interpretatio. Quicumque solidum circumciderit aut adulterum supposuerit aut falsam monetam fecerit, capite puniatur.

XIX. De raptu virginum vel viduarum.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. Kal. April. . . . Interpretatio. Si cum parentibus puellae nihil quisquam ante

---

[2]. a) cuiuslibe *A 1*. b) falsum *A 2*. c) nisi *rad. corr.* si *A 1*. d) volueř *A 1*. e) causam *A 2*. f) q: dix̄ *A 1*; quem d. *A 2*. g) subscriptionem *A 2*. h) locum *A 2*. i) tale d. sustineat quale *A 2*.

XVI. *(Tit. deest B)*. a) Victu *A 2*. b) Iuni. *A 1*. c) premixte *A 1*. d) *deest A 2*. e) *corr.* primos *A 2*. f) agantur *A 2*. g) re sua *A 2*. h) deiectus *A 2*. i) totam *A 1*. k) presenti *A 2*. l) cum *A 1*. m) ipsa re *A 2*. n) decretum *corr.* derectum *A 1*. o) alienam rem *A 2*. p) tulerit *A 2*.

XVII. *(Tit. deest B)*. a) Mař *A 1*. b) *deest A 2*. c) monatarius *A 1*.

XVIII. *(Tit. deest B)*. a) *deest codd.* b) *deest A 2*. c) circinaverit *A 2*. d) adulteram monetam *A 2*.

XIX. *(Tit. deest B)*. a) XVIII *codd.* b) rātū *A 1*. c) quiscumque *A 2*.

cum parentibus puelle de eius coniugio nihil firmaverit, et si forsitam aliquis[d] presumserit[e] et cuiusquumque[f] filia vel vidua ad[g] raptum traxerit, si ei ipsa puella consenserit, ambo pariter puniantur. Si vero aliquis de amicis vel familia aut de vicinos[h] ipsorum vel nutrices eius ad hoc raptum consilium dederunt[i] aut locum ad rapiendum fecerint aut oportunitatem necessariae eis dederint, remissum plumbum in buccas eorum mittatur. Si vero puella invita tracta fuerit, et si vocem[k] non fecerit aut non clamaverit, ut vicini aut parentes eam liberare possint, ipsa puella de parentorum[l] facultate nihil habeat, et raptore convicto[m] iudex eum occidere faciat; et quod si raptor cum parentes puelle absconse pagaverit[n][1], aut conposicionem acciperint[o], si quicumque[p] de ipsorum familia[q] hoc ad iudices[r] dixerit, si servus est, Latina accipiat libertatem, et si Latinus est, civemque[s] Romana[t] accipiat libertatem. Parentes vero puelle, qui raptori in tale[u] causa consenserint, in exilio deputentur; alii vero, qui raptori consenserint aut solacium prebuerint, sive viri, sive femine sint, si exinde convicti fuerint, ignibus concrementur.

[2]. Item alia interpretatio. Si acusacionem de raptum[a] ante V annos[b] nemo fecerit[c], si[c] V anni quida[d] ordinem transierint, post V annos[e] exinde acusandi non habeat[f] causam, et postea[g] ipse coniugius[h] firmus permaneat, et filii ex eis[i] legitimi[k] sint[k].

XX. De raptum[a] vel matrimonium[b] sanctimonialis[c] et virginum vel viduarum.

Imp. Constantinus. Data XII. Kal. Sep.[d] Interpretatio. Si quicumque[e] homo sacrata[f] Deo aut virginem vel vidua forsitam rapuerit, si postea eos convenerit, ut in coniugio[h] coniuncti sint, ambo pariter puniantur. Nam si aliquis ad sacrata[f] Deo de matrimonio vel dicere ausus fuerit aut ea[i] in coniugio[h] prehendat[k], capitale[l] sentencia feriatur[m].

XXI. A lege Iulia de repetendorum[a].

Imp. Gracianus. Data XVIII. Kal. Febr. Interpretatio. Omnes iudices sciant, ut, quid-

---

definiat, ut eam suo debeat coniugio sociare, et eam vel invitam rapuerit vel volentem, si raptori puella consentiat, pariter puniantur. Si quis vero ex amicis aut familia aut fortasse nutrices puellae consilium raptus dederint aut opportunitatem praebuerint rapiendi, liquefactum plumbum in ore et in faucibus suscipiant, ut merito illa pars corporis concludatur, de qua hortamenta sceleris ministrata noscuntur. Illae vero, quae rapiuntur invitae, quae non vocibus suis de raptore clamaverint, ut vicinorum vel parentum solatio adiutae liberari possent, parentum suorum eis successio denegetur. Raptori convicto appellare non liceat, sed statim inter ipsa discussionis initia a iudice puniatur. Quod si fortasse raptor cum parentibus puellae paciscatur, et raptus ultio parentum silentio fuerit praetermissa, si servus ista detulerit, Latinam percipiat libertatem, si Latinus fuerit, civis fiat Romanus. Parentes vero, qui raptori in ea parte consenserint, exsilio deputentur. Qui vero raptori solatia praebuerint, sive viri, sive feminae sint, ignibus concrementur.

2. Interpretatio. Si accusationem raptus vel per metum vel per voluntatem per quinquennium quisquam distulerit, a die raptus expleto quinquennio, accusandi ultra non habeat potestatem, sed post quinquennium nec de tali coniunctione raptoribus aliquid opponatur, et filii omnes legitimi habeantur.

XX. De raptu vel matrimonio sanctimonialium virginum vel viduarum.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. XI. Kal. Sept. . . . Interpretatio. Quicumque vel sacratam Deo virginem vel viduam fortasse rapuerit, si postea eis de coniunctione convenerit, pariter puniantur.

2. Imp. Iovianus A. ad Secundum Pf. P. Si quis non dicam rapere, sed vel attentare matrimonii iungendi causa sacratas virgines vel viduas, volentes vel invitas, ausus fuerit, capitali sententia ferietur. . . . . .

XXI. Ad legem Iuliam repetundarum.

1. Imppp. Gratianus. . . . Data XVIII. Kal. Febr. . . . . .

2. Interpretatio. Omnes iudices sciant, quicquid male rapuerint, si ipsi non reddiderint, a suis heredibus esse reddendum.

---

d) aliquid *A* 1. e) presumpserit *A* 2. f) cuiuscumque filiam vel viduam *A* 2. g) a *A* 1. h) vicinis *A* 2. i) dedeř *A* 2. k) *corr.* voces *A* 1. l) parentum *A* 2. m) convictum *A* 1. n) peccaverit *A* 2. o) acceperint *A* 1. p) quiscumque *A* 2. q) familiam *A* 2. r) iuď *A* 2. s) civemq; *A* 2; civemquo *A* 1. t) Romanum *A* 2. u) tali *A* 2.

[2]. a) raptu *A* 2. b) an̄n̄ *A* 1; an̄n̄s *A* 2. c) faceret se *A* 1. d) quedam *A* 2; *lege:* quieto; *cf. infra p.* 400, *n.* 1. e) an̄n̄ *A* 1. 2. f) habeant *A* 2. g) postea *A* 1. h) coniuiugius *A* 1. i) eas *A* 1. k) licite misent *A* 1.

XX. *(Tit. deest B).* a) raptu *A* 2. b) *ita emend. Canc.;* patrimonium *A* 1; patrimonio *A* 2. c) sāecmuniales *A* 1. d) Septb̄r *A* 1. e) quiscumque *A* 2. f) sacratam *A* 2. g) viduam *A* 2. h) coniugium *A* 2. i) eam *A* 2. k) prehendere voluerit *A* 2. l) capitali *A* 2. m) feriantur *A* 1.

XXI. *(Tit. deest B).* a) repentendorum *A* 2.

1) *Pagare* = pacare, Francogall.: 'payer', quod verbum proprie significat: pacisci, deinde: compositionem solvendo pacisci, tunc: componere, solvere. Cf. Diez, 'Etym. WB.' I, s. v. Pagare.

quid[b] alicui malo ordinem tullerint, si ipsi[c] hoc non reddiderint, ipsorum heredes hoc reddere debeant[d].

### XXII. De his[a], qui latrones vel in[b] aliis criminibus reos[c] occultaverint.

Imp. Constantinus. Data III. Kal. Mar. Interpretatio. Quicumque homo sciendum in domo[d] sua latrones aut furones[e] susciperit aut celare voluerit, et si hoc iudici dicere neglexerit: si ingenuus aut pauper homo est, fustigetur; si vero melior homo est, ad arbitrium iudices[f] damnetur; si[g] vero[g] publicus aut privatus actor[h] nesciente dominum suum hoc fecerit, incendio[i] concremetur[k].

### XXIII. De his, qui plebem[a] audent contra publicum[b] collegere disciplina[c].

Imp. Constantinus. Data III. Kal. Ian.[d] Interpretatio[e]. Si quis populum ad sidicionem[f] concitaverit, damnis gravissimis subdetur[g] turmentis.

### XXIV. De famosis levellis[a].

Imp. Constantinus. Data IV. Kal. April. Interpretatio. Si quis homo falsa[b] carta aut qualecumque scriptura ad cuiuscumque damnum in secreto scripserit, si eam in publico[c] aut ante iudice[d] adduxerit[e], illum[f] vero, contra quam scripta est, non nocebit. Et si eum invenire potuerit, qui tale[g] carta fecit, si ipsa causa probare non potuerit, quod scripserat[h], fustigetur.

### XXV. De questionibus.

Imp. Gratianus[a]. Data VI. Kal. April. Interpretatio. In diebus quadraginsime[b] pro reverentia relegionis[c] omnes criminales causas conquiescant.

### XXVI. Ut intra annum criminalis[a] actio terminetur.

Imp. Archadius[b]. Data III. Kal. Iul. Interpretatio. Omnes criminales causas, qui per scripta[c] amallantur, infra anni spacium finiantur[d]. Et quod si inter ipsos causatores ante

---

XXII. De his, qui latronibus vel aliis criminibus reos occultaverint.

Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius. . . . Dat. III. Kal. Mart. . . . Interpretatio. Si quis sciens in domo sua latronem susceperit aut eum occultare voluerit aut eum iudici tradere fortasse neglexerit, si ingenua et vilior persona est, fustigetur, si vero melior, damno ad arbitrium iudicis feriatur; si vero actor aut procurator inscio domino hoc fecerit, incendio concremetur.

XXIII. De his, qui plebem audent contra publicam colligere disciplinam.

Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius. . . . Dat. XIII. Kal. Ian. . . . Interpretatio. Si quis populum ad seditionem concitaverit, damnis gravissimis subiacebit.

XXIV. De famosis libellis.

1. Imp. Constantinus. . . . PP. IV. Kal. April. . . . Interpretatio. Qui famosam cartam ad cuiuscumque iniuriam et maculam conscripserit, in secreto aut in publico affixerit inveniendamque proiecerit, illi, contra quem proposita est cartula, non nocebit nec famae eius aliquid derogabit. Sed si inveniri potuerit, qui huiusmodi cartulam fecit, constringatur, ut probet, quae conscripsit; qui si etiam quae scripsit probare potuerit, fustigetur qui infamare maluit quam accusare.

XXV. De quaestionibus.

Imppp. Gratianus *etc.* . . . Dat. VI. Kal. April. . . . Interpretatio. Diebus quadragesimae pro reverentia religionis omnis criminalis actio conquiescat.

XXVI. Ut intra annum criminalis actio terminetur.

1. Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius. . . . Dat. IV. Id. Iul. . . . Interpretatio. Quicumque inscriptione praemissa cuiuscumque criminis reum accusare voluerit, ab eo die, quo inscripsit, intra annum peragat propositam actionem. Qui si distulerit, infamis effectus, bonorum suorum quarta parte mulctabitur.

---

b) quidquod *A* 2. c) ips *A* 1. d) debeunt *A* 2.

XXII. *(Tit. deest B).* a) is *A* 1. b) malis *pro* in aliis *A* 2. c) reus *corr.* reos *A* 2. d) domum suam *A* 2. e) forones *A* 1. f) iudicis *A* 2. g) sive *codd.* h) actur *A* 1. i) incendium *A* 2. k) congremetur *A* 1; concrementur *A* 2.

XXIII. *(Tit. deest B).* a) plebe *A* 2. b) puplicum *A* 1. c) disciplinam *A* 2. d) Ianur. *A* 1. e) *deest* *A* 2. f) s. *corr.* sedicionem *A* 2. g) subdantur tormentis *A* 2.

XXIV. *(Tit. deest B).* a) *ita* *A* 1. 2; *sed corr.* libellos *A* 2. b) falsam cartam a. q. scripturam *A* 2. c) publicum *A* 2. d) iudicem *A* 2. e) aduxerit *A* 2. f) illo *corr.* illu *A* 2. g) talem cartam *A* 2. h) scripserit *A* 1.

XXV. *(Tit. deest B).* a) Grā *codd.* b) quadragesime *A* 2. c) religionis *A* 2.

XXVI. *(Tit. deest B).* a) criminales *A* 2. b) Archadī *A* 1; Archad̄ *A* 2. c) scriptam *A* 2. d) finiatur *A* 1.

iudicem convenerint, ut ipsa causa prolongare debeant, hoc facere per iussionem iudicis[e] possunt. Nam secundum legem non possunt, ut[f] infra annum[g] ipsa causa non terminetur[h]. Et si forsitan ille, qui querit, ipsa causa vel crimen infra anni spacium, qui[i] dixit, si probare non potuerit, ille absolutus est, quem appellavit; et ille, qui ipsam accusavit, in infamia deputetur[k], ut[l] quarta parte bonorum suorum amittat. Et si talis persona est, quem[m] infamare aut notare non possint, in exilio mittatur.

### XXVII.[a] De ablucionibus.

Imp. Constantinus. Data VI. Kal. Sep.[b] Interpretatio. Si quicumque[c] homo alterum hominem[d] de qualecumque causa ad iudicem acusaverit, si exinde se postea penituerit ille, qui acusavit, et dixerat: 'Ego scripcionem feci nec illa causa, qui[e] super eum dixi, probare non possum', si ipsa causa dimittere voluerit[f], hoc facere potest. Si forsitam postea iudex illum hominem, qui acusatus fuit, de ipsam causam culpabilem invenerit, si criminales[g] causa est, si exinde convictus fuerit, iudex eum licenciam exinde[h] habeat[h] persequendi.

### XXVIII. De indulgenciis criminum.

Imp. Archadius[a]. Data V. Kal. Mar. Mediolano. Interpretatio. Sacrilegus, adulter monete[b], reus raptor, sepulcri[c] violator, adulter[d] incesti, venificus, malificus, homicida[e] diebus Pascae[f] nullatinus[g] absolvantur. Alii, qui in[h] minore crimine[i] fuerint detenti, venerabiles[k] dies Pascae[l] in omnibus absolvantur.

### XXIX. De calumniatoribus.

Imp. Gracianus[a]. Data III. Kal. Ian.[b] Interpretatio. Calumniatores sunt, qui[c] causas a se non pertinentes sine mandato causare presumunt. Calumniatores sunt, qui cum iusto iudicio de quacumque causa ante iudice[d] convictus fuerit et ipsam causam iterum recausare temptaverit[e]. Calumniatores sunt, quod ad illos non pertinet, et petunt aut in iudicio proponunt. Calumniatores sunt, qui sub[f] nomine fisci facultates querent[g] alienas et innocentes quietus[h] esse non permittunt. Calumniatores sunt, qui falsa deferentes contra cuius-

---

[2]. Interpretatio. Iudices, qui inscriptione praemissa criminalia negotia audire coeperint, a die inscriptionis, si inducias aut accusator aut reus petierit, intra annum praestare debebunt, ut haec actio intra anni curriculum finiatur. Quod si accusator intra annum, quae proposuit, probare distulerit, absoluto reo, poenam suscipiat lege superiori comprehensam. Quod si talis persona sit, ad cuius deformitatem infamia non pertineat, exsilio deputetur. Tamen si inter accusatorem et reum ita iudice praesente convenerit, ut pro instructione utriusque partis anni integri induciae tribuantur, debet a iudice non negari, futurum ut pars, quae post inducias fuerit superata, districtiori sententia feriatur.

XXVII. De abolitionibus.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. VI. Kal. Dec. . . . Interpretatio. Si quem poenituerit accusare criminaliter et inscriptionem fecisse de eo, quod probare non potuerit, si ei cum accusato innocente convenerit, invicem se absolvant. Si vero iudex eum, qui accusatus est, criminosum esse cognoverit, et inter reum et accusatorem per corruptionem de absolutione reatus convenerit, is, qui reus probatur, remoto colludio, poenam excipiat legibus constitutam.

XXVIII. De indulgentiis criminum.

Imppp. Gratianus *etc.* . . . Dat. V. Kal. Mart. Mediolano Arcadio A. I. et Bautone Coss. Interpretatio. Sacrilegus, adulter, incesti reus, raptor, sepulcrorum violator, veneficus, maleficus, adulterator monetae, homicida diebus Paschae nullatenus absolvantur. Reliqui omnes, quos minorum causarum culpa constringit, diebus venerabilibus Paschae specialiter absolvantur.

XXIX. De calumniatoribus.

1. Imppp. Gratianus *etc.* . . . Dat. III. Kal. Ian. . . . Interpretatio. Calumniatores sunt, quicumque causas ad se non pertinentes sine mandato alterius proposuerunt. Calumniatores sunt, quicumque iusto iudicio victi causam iterare tentaverint. Calumniatores sunt, quicumque quod ad illos non pertinet petunt aut in iudicio proponunt. Calumniatores sunt, qui sub nomine fisci facultates appetunt alienas et innocentes quietos esse non permittunt. Calumniatores etiam

---

e) iudices *A* 2. f) *in corr.* ut *A* 1, *ubi* in *add.* g) annō *A* 2. h) terminentur *A* 2. i) quae *A* 2. k) deputentur *A* 2. l) *ita codd.*; *Canc. emend.* et. m) quae *corr.* quem *A* 2.

XXVII. *(Tit. deest B).* a) XXXVIII *A* 1. b) Sepmbr. *A* 1. c) quiscumque *A* 2. d) ominem *A* 1. e) quae *A* 2. f) voluerint *A* 2. g) criminalis *A* 2. h) h. e. *A* 2.

XXVIII. *(Tit. deest B).* a) Arcħd *A* 1. b) monetę *A* 1. c) sepulchri *A* 2. d) adult. ingesti *A* 1. e) omicida *A* 1. f) Pasci *A* 1; Paschę *A* 2. g) nullatenus *A* 2. h) *deest* *A* 1. i) crimina *A* 1. k) venerabilis *A* 2. l) Pasche *A* 2.

XXIX. *(Tit. deest B).* a) Graciā *A* 1; Grā *A* 2. b) Ianuār *A* 1. c) qua *A* 1. d) iudicem *A* 2. e) temptaverint *A* 1. f) *ita emend. Canc.*; suo *codd.* g) querent *A* 2. h) q. *corr.* quietos *A* 2.

quumque[i] innocentes personas principum animus ad iracundia[k] commovere presumunt[l]. Hii omnes, qui tales causas minant, infames[m] vel notati in exilio deputentur.

XXX. De penis[a].

[1]. Imp. Constantinus. Data V. Non. Novembr. Interpretatio. Cum iudex qualecumque hominem de qualecumque crimine discutere voluerit, non antea iudicium det, quam omni veritate[b], aut de homicidio[c] aut de adulterio aut de malificium[d], de ipso malefactore si commississet[e], cognuscat.

[2]. Item alia interpretatio. Cum iudex qualecumque hominem in culpa invenerit, non antea eum iudicet, quam hoc ad suum domino[a] vel ad suo seniore nunciet.

[3]. Item alia interpretatio. Si princeps[a] aut qualecumque hominem pro quacumque culpa morire[b] aut occidere preciperet, illi, qui facere debent, non statim hoc faciant, quod irati domini ordinant, sed XXX dies ipsum hominem in occulto reservent; forsitam supvenit[c] pietas domini sui vel iustissima amica.

[4]. Item alia interpretatio. Si aliquis[a] qualecumque hominem ad iudicem de qualecumque crimine acusaverit, si ille, qui acusatus est, convictus fuerit, secundum legem ipsum iudicetur. Nam heredes ipsius, qui culpabilis[b] exinde non sunt, nulla calumnia pro illo crimine non[c] incurrant.

XXXI. Ne sine iusso principis certis iudicibus liceat confiscari.

Imp. Theodosius[a]. Data X. Kal. Febr. Interpretatio. Nullus iudex presumat de qualecumque privato[b] hominem suas res pro fiscale nomine[c] scribere aut occupare; sed secundum quale[d] culpa ipse homo habuit, det super eum iudicium[e]. Nam ex[f] fiscale occasionem[g] eum damnare non debet.

XXXII. De bonis perscriptorum[a] seu damnatorum.

[1]. Imp. Valentinianus[b]. Data VII. Kal. Decemb. Interpretatio. Si quis homo pro qualecumque crimine damnatus fuerit, bona ipsius, quod habuit, sui filii accipiant, nisi tan-

---

sunt, qui falsa deferentes contra cuiuscumque innocentis personam principum animos ad iracundiam commovere praesumunt. Qui omnes infames effecti in exsilium detrudentur (*Epit. Guelferb.*: infames effecti exilio depotandi).

XXX. De poenis.

1. Imp. Constantinus. . . . Data III. Non. Nov. . . . Interpretatio. Iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reus ipse fateatur, aut convictus aut per innocentes testes vel per conscios criminis sui aut homicidium aut adulterium aut maleficium commisisse manifestius convincatur.

2. Interpretatio. Si quando aliquae maiores personae aut alicuius dignitatis viri vocantur in crimen, iudex ad rerum dominos referat, ut de huiusmodi personis quid fieri debeat dominorum praeceptio iusta constituat.

3. Interpretatio. Si princeps cuiuscumque gravi accusatione commotus quemquam occidi praeceperit, non statim a iudicibus, quae ab irato principe iussa sunt, compleantur, sed triginta diebus, qui puniri iussus est, reservetur, donec pietas dominorum, iustitiae amica, subveniat.

4. Interpretatio. Poena illum tantum sequatur, qui crimen admisit. Propinqui vero, affines vel amici, familiares vel noti, si conscii criminis non sunt, non teneantur obnoxii. Nemo de propinquitate criminosi aut de amicitiis timeat, nisi qui scelus admiserit.

XXXI. Ne sine iussu principis certis iudicibus liceat confiscare.

Imp. Theodosius. . . . Dat. X. Kal. Febr. . . . Interpretatio. Nullus iudicum privatas facultates fisci nomine proscribere aut occupare praesumat, sed ad rerum dominos referat causam, pro qua hoc aliquis mereatur, et quod iussum fuerit, observetur.

XXXII. De bonis proscriptorum seu damnatorum.

1. Impp. Valentinianus et Valens. . . . Dat. VII. Kal. Dec. . . . Interpretatio. Si quis pro crimine suo occidi

---

i) cuiuscumque *A* 2. k) iracundiam *A* 2. l) pressūmunt *radendo corr.* p. *A* 1. m) infamnes *A* 1; infamines *A* 2.

XXX. *(Tit. deest B).* a) poenis *A* 2. b) veritatem *A* 2. c) omicidio *A* 1. d) maleficium *A* 2. e) commisisset cognoscat *A* 2.

[2]. a) dominum vel ad suum seniorem *A* 2.

[3]. a) principa *A* 1. b) moriret *A* 1. c) subvenit *A* 2.

[4]. a) aliqui *A* 1. b) culpabiles *A* 2. c) nulla non *A* 1.

XXXI. *(Tit. deest B).* a) Thodo *A* 1; The *A* 2. b) privatum *A* 2. c) hominem *A* 2. d) culpa quale *A* 2. e) iudiciium *A* 1. f) n̄ *(eras.)* ex *A* 1; et *A* 2. g) occansione *rad. corr.* occasione *A* 2.

XXXII. *(Tit. deest B).* a) *ita ex indice titulorum emendavi;* ps rescriptorum *A* 1, (*corr.* p̄s r.) 2. b) Valen. *A* 1; Valent. *A* 2.

tum si de crimen[c] magistatis acusatus fuerit et convictus, postea sui filii ipsius facultatem habere non possunt.

[2]. Item alia interpretatio. Si quicumque homo per sua culpa de alico[a] crimine damnatus fuerit aut occisus, si uxorem prignantem[b] dimiserit, ipsa mulier de presente ad iudices vel ad[c] curiales de suo concepto dicat, ut postea hereditates patris damnati ipse infans recipere possit.

[3]. Item alia interpretatio. Si quicumque homo ingenuus[a] pro sua culpa damnatus fuerit, uxor eius sua[b] facultatem da sui mariti facultatem[c] separet et dotem, quam[d] ei suus maritus vel eius parentes dederunt[e, 1], et quod ei ante nupcias in donatione[f] pro coniunctionem[g] dedit, ipsa[h] sibi vindicet, nec in mariti crimine uxor non oblicetur.

## XXXIII. De sententiis[a] passis et prestitutis et liberis eorum[b].

Imp. Constantinus. Data XVIII. Kal. Octubr. Interpretatio. Si quicumque[c] homo ingenuus[d] in exilio per suam culpam missus fuerit, et si filium mancipatum in plena[e] etate ad domum suam dimiserit, liceat ad ipsum filium res patris sui gobernare[f]. Quod si exinde ipse filius aut per testamentum aut per alia cartam per qualecumque necessitatem aliquid expendiderit de ipsa facultate[g], secundum sentenciam Papiani hoc pater, si reversus fuerit, requirere ei non potest; nam alias suas res, si reversus fuerit, in integro recipiat. Nam quod si parvulos infantes, qui infra annis sunt, ad domum dimiserit, quando in exilio missus fuit[h], si postea exinde reversus fuerit, omnem[i] facultatem suam ab integritatem recipiat. Et quod si ipsi filii parvuli cuicumque exinde aliquid dederint, ipse pater omnia in suo dominio revocetur. Et quod si pater aut prodicus, hoc est sine sua[k] mente, aut neglegens[l] aut eversor[m] aut libidinosus esse convincitur et per hoc res filiorum devastare debet[n], postea ipsi filii, tamquam mortuo patre, sub tutorem vel curatorem cum res suas regantur[o].

## XXXIV. De his[a], qui ad ecclesiam[b] confugiunt.

Imp. Constantinus. Data X. Kal. Apr.[c] Interpretatio. Quicumque culpabilis[d] ad eccle-

---

vel damnari meruerit, crimen cum auctore deficiat, bona vero eius ad filios vel ad heredes legitimos pertinebunt; nisi forte maiestatis crimine damnatus sit aliquis, quorum etiam filios de bonis damnati patris fieri iubemus alienos.

2. Interpretatio. Si quicumque damnatus praegnantem reliquerit uxorem, statim mulier de conceptu suo iudicem vel curiales contestetur, ut, cum pepererit, in bonis damnati posthumus, id est post mortem patris natus, succedat.

3. Interpretatio. Quicumque damnari proscribique meruerit, ab eius facultatibus bona uxoria sequestrentur, ita ut et dotem, quam marito uxor aut eius parentes obtulerunt, et donationem, quam ante nuptias pro coniunctione susceperat, uxor retineat, sibique vindicet a bonis proscriptae facultatis aliena, quia mariti crimine uxor non potest obligari.

*Cf. Epitt. Aeg. et cod. Par. Suppl. Lat.* 215: Mulier vero defuncti dotem vel donationem in se factam vindicet *etc.* — *Epit. Lugd.*: ... dotem, quam illi (*sc.* uxori) aut parentibus obtulit proscriptus, donationem ante nuptias etiam retineat sibique vindicet.

### XXXIII. De sententiam passis et restitutis et liberis eorum.

Imp. Constantinus. ... Dat. XVIII. Kal. Oct. ... Interpretatio. Si quis pater in exsilium missus filium in maiore aetate reliquerit, quaecumque de bonis propriis gessit filius, iuxta sententiam Papiniani rata et firma permaneant, nec contra aut testamentum aut transactionem filii reversus pater venire permittitur. Sane cum redierit pater, si filium vivum invenerit, filium in ius suum paterna potestate recipiet. Ceterum quod de rebus propriis absente patre filius gessit, reversus pater revocare non poterit. Quicquid vero filii in annis minoribns constitui fecerint, penitus non valebit; qui tamen si pro aetate vel absentia patris aut tutores aut curatores acceperint, reversus pater filios, repulsis curatoribus vel tutoribu , cum omni facultate recipiet; ea tamen conditione, ut rem filiorum ita administret ac regat, ut non solum detrimenta non sentiant, sed studio patris res et facultas proficiat filiorum. Quod si pater aut prodigus aut negligens aut eversor aut libidini deditus esse convincetur et filiorum res impie ac dementer vastare ac dilapidare cognoscetur, filii talis patris, tamquam eo mortuo, sub tutore aut curatore consistant. ......

### XXXIV. De his, qui ad ecclesias confugiunt.

Impp. Theodosius et Valentinianus. ... Dat. X. Kal. April. ... Interpretatio. Ecclesiae ac loca Deo dicata

---

c) crim̄ *A* 1.

[2]. a) aliquo *A* 2. b) pregnante *A* 2. c) a *A* 1.

[3]. a) inienuus *A* 2. b) suam *A* 2. c) facultate *A* 2. d) quem *A* 1. e) dederint *A* 1. f) donationem *A* 2. g) coniugntionem *A* 1. h) ipsa l *A* 1.

XXXIII. *(Tit. deest B).* a) sentia *A* 1. b) *deest A* 2. c) quiscumque *A* 2. d) inienuus per suam culpam in exilio *A* 2. e) plenam aetatem *A* 2. f) gubernare *A* 2. g) facultatem *A* 2. h) *ita codd.* i) omnia *A* 2. k) suam mentem *A* 2. l) negligens *A* 2. m) eversur *A* 1. n) *in loco raso A* 1. o) regatur *A* 1; reḡtur *A* 2.

XXXIV. *(Tit. deest B).* a) is *A* 1. b) aecl. *pro* eccl. *hic et infra A* 1. c) Aprls *A* 1. d) culpavit *A* 2.

1) Auctorem legis dotem Germanicam pro Romana interpretationis posuisse monendum est.

siam confugium fecerit, liceat[d] ei, sive in ecclesia[e], sive in portica ecclesiae, sive per tota atria, salvi esse debeant; et nullus presumat per sua[f] forcia, quomodo de ecclesiam nec trahere[g] non debet, sic nec de ipsa atria, ut ne forsitam per timorem in ipsas ecclesias non faciunt causas inlicitas aut sordidas[h]; sed liceat eis ipsa atria pro suas[i] necessitates securus ambulare, ut nulla arma secum habere non debeant. Et quod si[k] se in sua[l] arma confidere voluerint ad[m] defensare et ipsa arma ad ipsos custodes non conmendaverint[n], sed super se ipsa arma habere voluerint, liceat ab aliis armatis eos de ipsa ecclesia[e] foras extrahere. Nam si simpliciter sine sua arma secum non habuerint et juxta altare manere voluerint, si quis eos postea per sua forcia de ipsa ecclesia trahere[o] voluerit, sciat se capitale suplicium[p] esse damnandus.

## EXPLICIT THEODIS.[q] LIBER IX.

## INCIPIUNT[a] CAPITULA DE LIBRO X.

I. De iure fisci.
II. De conlocationem[b] fundorum.
III. De actoribus[c], procuratoribus vel conductoribus[d] rei publice[e].
IV. De peticionibus[f] et ultro datis et dilatoribus, et qui in[g] crimen[h] magistatis[i] inventus fuerit.
V. Si peticiones[k] socius sine hereditatem[l] defecerit[m].
VI. De avocato[n] fisci.
VII. De fisci[o] debitoribus.
VIII. De debitum non habentibus unde reddere.
IX.[p] De tesauris[q].
X. De quirendis[r] tesauris[s].

## INCIPIT[t] LIBER X.

### I. De iuris fisci[a].

Imp. Constantinus. Data XV. Kal. Iul.[b] Interpretatio. Agros vel mancipia, aut quodquod de fescale causa per verbum regis[c, 1] ad qualecumque hominem donatum fuerit, liceat ei in perpetuum possidere ipsam rem.

---

reos, qui ibidem compulsi timore confugerint, ita tueantur, ut nulli locis sanctis ad direptionem reorum vim ac manus afferre praesumant; sed quicquid spatii vel in porticibus vel in atriis vel in domibus vel in areis ad ecclesiam adiacentibus pertinet, velut interiora templi praecipimus custodiri, ut reos timoris necessitas non constringat circa altaria manere et loca veneratione digna polluere. Sane si qui ad loca sancta confugerint, arma, si qua secum portaverint, mox deponant, nec se existiment magis armorum praesidio quam sanctorum locorum veneratione defendi. Quod si deponere arma noluerint et sacerdoti vel clericis non crediderint, sciant se armatorum viribus extrahendos. Si vero extrahere de locis sanctis quemlibet reum quacumque ratione quis tentaverit, noverit se capitali supplicio esse damnandum.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER IX.

INCIPIT LIBER X.

I. De iure fisci.

Imp. Constantinus. . . . PP. XVI. Kal. Ian. . . . Interpretatio. Quicumque agri atque mancipia quibuscumque personis de fisci nostri iure donantur, apud eos, quibus donata sunt, sine suspicione aliqua volumus permanere, contra ordinatores domorum dominicarum poena proposita, si contra praeceptionem facere cognoscuntur.

---

d) licead *A* 1. e) ecclesiam *A* 2. f) suam fortiam *A* 2. g) tragere *A* 1. h) sorditas *A* 1. i) sua necessitatem *A* 2. k) ei *A* 2. l) sā *A* 1. m) aut *A* 2. n) comendaverit *A* 2. o) traere *A* 1. p) supplicium *A* 2. q) The *A* 2.

Lib. X. a) I. c. *des. B.* b) conlocation̄ f. *A* 1; conlacione fundarum *B.* c) autoribus *B.* d) conducatoribus *A* 2. e) pū *A* 1. 2; publ̄i *B.* f) pdicionibus *corr.* pedicionibus *A* 1. g) in *deest A* 2. h) crim̄ *codd.* i) maiestatis *A* 2. *B.* k) peticionis *B.* l) ereditatem *A* 1; hered̄ *B.* m) *B;* def. *A* 1. 2. n) avocatus fesci *A* 1. (*corr.* fisci) 2. o) fesci *corr.* fisci *A* 2. p) X *A* 1. q) thesauris *A* 2. *B.* r) querendis *B.* s) thesauris *A* 2. t) *rubrica cum ipso libro deest B.*

I. (*Tit. deest B*). a) fici *A* 1. b) Iulias *A* 1. c) reḡ *A* 2.

1) Cf. infra X, 5 et supra III, 19, 2. De 'verbo regis'; cf. Waitz, 'D. VG.' IV, p. 189, n. 2.

### II. De conlocationem fundorum iures enfetivoce[a] et rei publice et templorum[b].

Imp. Valentinianus. Data V. Kal. Iul.[c] Interpretatio. Omnes curiales hoc sciant, ut nullus presumat de extraneas civitates aut de altera[d] loca terra prehendere[e] aut conducere, ut forsitam pro[f] illa occansionem[g] servicia vel publicum[h] non faciant; nam qui per qualecumque modo sic priserit[i] aut conduxerit, non valebit.

### III. De actoribus, procuratoribus vel conductoribus rei publice.

[1]. Imp. Constantinus. Data III. Non. Feb.[a] Interpretatio. Si quis iudex vel actor[b] alicum[c] hominem res per forcia[d] aut per malo ingenio tullerit[e], aut eum[f] aliquis sine culpa predaverit[g], si[h] ille homo[i] hoc ad principem sugesserit, princeps[k] postea illum, qui talem[l] ordinem ipsum hominem condamnavit[m], ignibus congremetur[n].

[2]. Item alia interpretatio. Hoc constitutum est, ut actores de domos dominicis[a] nullis necessitatibus turbetur nec nullis iniuribus fatigentur ab eos, qui ante publicum actum fecerunt[b], in tanto[c], ut racionabilem aut necessarium est; nam alio modo rectores provinciarum opremere[d] eos non presumant.

### IV.[a] De peticionibus ut[b] ultro datis et dilatoribus.

[1]. Imp. Constantinus. Data Kal. Sept.[c] Interpretatio. Dilatores sunt, qui absconse ad principem de aliorum facultates male favellant, ut ipsi homines[d] sine legem suas res perdant; dilatores sunt, qui absconse a[e] principem de alteros homines[f] tales causas supermitent[g], ut ipsi homines[f], qui culpas non habent, penas habeant. Princeps[h] a tales dilatores[i], qui hoc faciunt, secundum legem linguas[k] ipsorum per secutores[l] capullentur; et si exinde convicti fuerint, capite puniantur.

[2]. Item alia interpretatio. Si quis homo in crimen[a] magistatis inventus fuerit, se-

II. De locatione fundorum iuris emphytheutici et rei publicae et templorum.

Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus. . . . Dat. VI. Kal. Iul. . . . Interpretatio. Omnibus curialibus conducendorum rei publicae agrorum ac saltuum licentia denegetur, illo specialiter observando, ut nullus curialis vel de extraneis civitatibus agros ac loca supra scripta sub qualibet conductione suscipiat, ne sub hac occasione servitia curiae debita non impendat.

III. De actoribus et procuratoribus et conductoribus rei privatae (*Epit. cod. Par. Suppl. Lat.* 215: rei publicae et privatae; *Epitt. Guelf., Lugd., monachi:* rei publicae *pro* rei priv.).

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. III. Non. Mart. . . . Interpretatio. Quicumque ab actore dominico vel procuratore fuerit alicuius iniuriae improbitate vexatus, de eorum calumniis vel depraedationibus ad principem convolare debebit. Quae res si potuerit approbari, eos, qui circa provinciales talia facere ausi sunt, placuit incendio concremari, quia graviorem poenam principes constitui voluerunt in eos, qui sui iuris sunt et sua debent custodire mandata.

2. Interpretatio. Iulianum principem bene ac salubriter statuisse certissimum est, ut actores domus dominicae nullis necessitatibus turbarentur aut fatigarentur iniuriis, quas eis frequenter rectores provinciarum per suggestiones principalium facere consuessent. Cuius facti constitutionem in tantum rationabilem et necessariam iudicamus, ut firmam permanere iubeamus.

[IV]. V. De petitionibus et ultro datis et delatoribus.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. et PP. in foro Traiani Kal. Dec. . . . Interpretatio. Delatores dicuntur (*Epit. mon.:* sunt), qui aut facultates prodiderint alienas aut caput impetierint alienum. Quicumque delator cuiuslibet rei exstiterit, in ipso proditionis initio a iudice loci correptus continuo stranguletur, et ei incisa radicitus lingua tollatur, ut si quis proditor futurus est, nec calumnia nec vox illius audiatur.

[1]. 2. Interpretatio. Custodientes iustitiam nomen persequimur delatorum, ita ut, cum agniti et convicti fuerint delatores, gladio puniantur.

[2]. 4. Interpretatio. Quisquis in crimine maiestatis inventus fuerit et punitus, bona eius fiscus acquirat, ita ut

II. *(Tit. deest B).* a) enfeci voce *A* 2; *lege:* enfiteutici. b) temporum *A* 1. 2; *sed* templorum *corr. al. m. A* 1. c) Iuti *A* 1. d) altare *corr.* altera *A* 2. e) prendere *A* 2. f) per *A* 2. g) *ita, sed* n *eras. A* 2; hocansionem *A* 1. h) publ. *A* 2. i) preserit *A* 2.

III. *(Tit. deest B).* a) Februa. *A* 1. b) auctur *A* 1. c) alicū h. *A* 1; alicui homini *A* 2. d) fortiam *A* 2. e) tulerit *A* 2. f) eus *corr.* eum *A* 1. g) pretaverit *A* 1. h) sile *corr.* si ile *A* 1. i) omo *A* 1. k) princips *A* 1. l) tale *A* 2. m) condemnavit *A* 2. n) concrementur *A* 2.

[2]. a) dominici *A* 1. b) fecer̄ *A* 1. 2. c) tantum *A* 2. d) oppremere *A* 2.

IV. *(Tit. deest B).* a) V, *et ita in titt. seqq.* VI *pro* V, VII *pro* VI *etc. A* 1. b) *ita uterque codex pro* et. c) Septembris *A* 1; Sep. *A* 2. d) omilnes *A* 1. e) ad *A* 2, *quod etiam intelligendum est.* f) omines *A* 1. g) superminţent *A* 1. h) princips *A* 1. i) delatores *A* 2. k) linguā *A* 1. l) sequitores *A* 1.

[2]. a) criū *A* 1. 2.

cundum legem puniantur, et eius facultatem fiscus adquirat; et nemo presumat de ipsam[b] facultatem a principem[b] querere. Quod si postulaverit, nihil accipiat et violator[c] legis teneatur. Nam tamen si[d] princeps[d] nullum petentem[e] de ipsam facultatem aliquid cui donaverit, in perpetuo ipsa donatio firmam[f] obteneat[g] firmitatem.

### V. Si peticiones socius sine hereditatem[a] defecerint.

Imp. Constantinus. Data XII. Kal. April. Interpretatio. Si ad quicumque[b] duo homines rex unam rem ad ambos commune de fesco[c] dederit, si unus de ipsis mortuus fuerit, nec filius[d] nec proximus[d] non dimiserit, nec testamentum fecerit, postea ille, qui cum eo in commune fescale beneficium habuit[e], porcionem mortui de ipsam[f] rem sibi recipiat[g].

### VI. De avocato[a] fisci.

Imp. Constantinus. Data Id. Nov.[b] Interpretatio. Illi[c], qui fiscum regis exigunt[d], tales esse debent, ut per sua[e] negliencia de ipso fisco[f] minus non exigant[g], nisi quod iustum est, nec plus exigere non presumant, nisi quod iustum est.

### VII. De fesci[a] debitoribus.

Imp. Valen. Data II. Non. Iul. Interpretatio. Si quis homo mortuus fuerit et brevis scriptus aut de fisco aut alius[b] debitores suos dimiserit, si testes non fuerint, qui de hoc ipsus[c] debitores convincant, aut cautiones[d] scriptas de hoc inventas non fuerint: per illos breves, qui sic loco fecit, ipsa debita nec sui[e] heredes nec nullus homo inquirere non potest.

### VIII. De fidem[a] et iure aste.

Imp. Valentinianus[b]. Data III. Kal. Iul.[c] Interpretatio. Si quis homo ad alterum[d] hominem aut de fisco aut alico[e] alium debitum[f] debet, et forsitam alia pecunia non habet[g], unde[g] ipsum debitum reddat, nisi terram[h] suam vindiderit, pro[i] talem occansionem ille,

---

nullus aliquid ex eius facultatibus sibi velut munificentiae iure audeat postulare. Et si aliquis contra leges crediderit postulandum, nec id, quod petiit, accipiat et violator legis habeatur. Si quid tamen nullo petente, proprio arbitrio de talibus bonis cuiquam dederimus, donatio huiusmodi firma permaneat.

[V]. VI. Si petitionis socius sine herede defecerit.

Imp. Constantinus. . . . Dat. XII. Kal. April. . . . Interpretatio. Si aliquis ex iis mortuus fuerit, ad quos nominatim munificentia nostra processit, et nec testamentum fecisse, nec filios reliquisse cognoscitur, placet, ut portionem eius is, cum quo pariter defunctus accepit, id est socius eius, acquirat; merito enim socius praefertur, ubi filii nulla persona intervenisse cognoscitur. *Epit. Aeg. et cod. Par. Suppl. Lat.* 215: Si duo competierint rem fiscalem, et unus sine filiis vel testamento moriatur. . . . . .

[VI]. VII. De advocato fisci.

Imp. Constantinus. . . . Dat. VI. Id. Nov. . . . Interpretatio. Hi, qui fisci nostri commoda vel utilitatem tuentur, hanc debent custodire mensuram, ne negligentes circa ea, quae nobis iure debentur, exsistant, et ne provincialibus calumniatores, dum aliquid ab iis iniuste fisci nomine repetunt, approbentur.

[VII]. VIII. De fisci debitoribus.

Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus. . . . Dat. prid. Non. Iul. . . . Interpretatio. Si prolati breves vel a quocumque dimissi inveniantur, in quibus sibi quicumque aliquos faciat debitores, nullis cautionibus prolatis neque aliis evidentibus documentis, nullam adscripti breves obtineant firmitatem.

[VIII]. IX. De fide et iure hastae.

Imppp. Valentinianus *etc.* . . . Dat. XIII. Kal. Iul. . . . Interpretatio. Si quicumque publici debiti enormitate constringitur, ut non possit hoc ipsum debitum, nisi vendita propria facultate, dissolvere, in eiusmodi debito hanc ex-

---

b) ipsa facultate a principe *A* 2. c) violatur *A* 1. d) sprinceps *A* 1. e) poetentem *A* 2. f) firma *A* 2. g) obteat *A* 1.

V. *(Tit. deest B).* a) herreditatem *A* 1. b) qcumque *A* 1; quemcumque *A* 2. c) fisco *A* 2. d) *corr.* filios nec proximos *A* 2. e) habuerit *rad. corr.* habuit *A* 1. f) ipsa *A* 2. g) *ita uterque codex.*

VI. *(Tit. deest B).* a) avoto *uterque codex.* b) Novbri *A* 1. c) Ille *A* 2. d) *ita emendavit Canc.*; exibunt *uterque codex.* e) suam negligentiam *A* 2. f) fiscum *corr.* fisco *A* 2. g) exigunt, *ut videtur, corr.* exigant *A* 1.

VII. *(Tit. deest B).* a) fisci *A* 2. b) aut alius *bis scr., sed del.* *A* 1; aut alios *A* 2. c) ipsos debitos (*corr.* debitores) *A* 1. d) cationes *A* 1. e) suis *uterque codex.*

VIII. *(Tit. deest B).* a) fidem *A* 2. b) Valen. *A* 1; Valentinus *A* 2. c) Iuli *A* 1. d) adulterum *A* 2. e) aliquo *A* 2. f) debito *A* 2. g) habeunt de *A* 1. h) terra sua vendiderit *A* 2. i) per tale occansionem (*rad. corr.* occasionem) *A* 2.

cui debitor est, ipsa terra a minore precium non presumat recipere, nisi quantum ipsa terra valet, nec per tale ingenium ille, qui alteri[k] debet, damnum de facultatem suam habeat.

### IX. De tensauris[a].

Imp. Gracianus[b]. Data VI. Kal. Feb.[c] Interpretatio. Si quis homo[d] aut aurum aut aliqua[e] alia rebustura[f,1] in sua propria terra invenerit, ad nullum hominem exinde dare non debet, nisi ipse sibi in integro vindicetur. Nam si quis homo in alterius terra aut aurum aut aliqua rebustura[g] invenerit, quartam[h] portionem illi, cuius[i] terra[i] est, exinde reddat.

### X.[a] De metallis et metallariis[b].

Hoc est, ut nullus presumat[c] sub alterius fundamentum, ubi ipse homo edificium[d] habet, nec aurum nec nulla rebustura querere, nisi per eius convenientia, cuius edificium[e] est, nec propter ipsam[f] reposturam[f] illum edificium alterius distruat[g,2].

EXPLICIT THEUDOSIANUS[h] LIBER X.

## INCIPIUNT[a] CAPITULA DE LIBRO XI.

I. De anona[b] et tributis.
II. Sine censum[c] vel reliqui terra conparare non possit[d].
III. De exactionibus.
IV. Ne damna provincialibus infligantur[e].
V. De exactores iudices.
VI. De apellationibus[f] et penis eorum et consolacione[g].
VII. Si petentem apellacionem mors intervenerit.
VIII. Quorum apellaciones[h] non recipiantur.
IX. De publica causa.
X. De eo, qui iudicium rennuit[i].
XI. De eo, qui contra testamentum[k] recausat[l].
XII. De fide testium et cartarum, id est strumentorum[m].
XIII. De sacramenta danda.
XIV. Item alia eiusdem.
XV. De causacione[n] absconse.

---

actores formam servare debebunt, ut non ita rem praecipitent, ut res minore, quam valeat, pretio distrahatur, nec tales sub quolibet colludio provideant emtores, ut et debitor proprietatem perdat, et parum fiscus acquirat.

[IX]. X. De thesauris.

Imppp. Gratianus *etc.* . . . Dat. VII. Kal. Febr. . . . Interpretatio. Si quicumque thesaurum in sua terra invenerit, ei ex integro quod inventum est acquiratur, et nullam calumniam pertimescat. Si vero in loco alieno thesaurum casu invenerit, eum, qui loci dominus est, in quartam inventarum rerum debet admittere. . . . . .

[X]. XI. De metallis et metallariis.

Interpretatio. Quicumque metallum dicentes latere sub alienis aedificiis quaelibet saxa vel marmora effodienda crediderint, ut per eos fundamentorum firmitas incipiat vacillare, his inquisitionis huius licentiam denegamus, ne, dum nobiliores lapides se quaerere asserunt, aut vendere aut subvertere aliena fundamenta praesumant.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER X.

---

k) alterum *A* 2.

IX. *(Tit. deest B).* a) thesauris *A* 2. b) Gratin. *A* 1; Grac. *A* 2. c) Febru *A* 1. d) omo *A* 1. e) alqua *A* 1. f) *ita infra;* robustura *A* 1; robusta ré *A* 2. g) robustura *A* 2. h) quarta *A* 2. i) cuius-tera *A* 1.

X. *(Tit. deest B).* a) *num. deest A* 1, *ubi inseruntur:* Item alia interpretatio. b) metellariis *A* 2. c) presum|mat *A* 2. d) ędificium *A* 2. e) hedificium *A* 2. f) ipsa rebustura *A* 2. g) destruat *A* 2. h) Thudosianus *A* 1; Theudosi *A* 2.

Lib. XI. a) I. c. *des. B.* b) annona *B.* c) sensu *A* 2. d) poss̄ *B.* e) inflicantur *B.* f) apellacione *corr. fortasse ex* apellacionibus *B.* g) *B;* consalatiō *A* 1; consol *A* 2. h) *B;* appellationem *A* 1. 2. i) renuit *B.* k) testamento *B.* l) recusat *B.* m) trumentorum *A* 2. n) *B;* causationes *A* 1. 2.

1) *Rebustura* i. q. *repostura.* Ita id quod reponitur dicitur, i. e. thesaurus; Ital. 'repostura'. Cf. repostarius = thesaurarius, Ducange s. v. Repositum 1.

2) Apparet auctorem nostrum aliter atque antiquam legem, etiam hic non de metallis, sed de thesauris agere.

## INCIPIT[o] LIBER XI.

### I. De annona[a] et tributis.

Imp. Valen. Data VI. Kal. Iul.[b] Interpretatio. Si quis homo de facultatem suam, quam habet, si forsitan exinde aut fiscum aut aliut[c] publicum aut laboratum[1] a parentes reddere debet, si ipse tributus ei graves[d] est ad solvendum, ipsam[e] facultatem, unde illum tributum reddere debuit, dimittat ad alius[f] suus heredes, qui ipsum tributum de ipsa facultatem reddere debeant[g].

### II. Sine censum vel reliqui fondu[a] conparare non possint[b].

[1]. Imp. Iulianus. Data XIV. Kal. Mar. Interpretatio. Si quis homo de alterum[c] hominem fundum, hoc est terra, conparaverat[d], aut ei donatum fuerit, nullo modo eam sine censum, quod de ipsa terra exire debet, conparare potest[2].

[2]. Item alia interpretatio. Si quis homo per alico[a] tenore terram adquesierit, de presente de hoc exactores fiscales noticia faciat et promittat se, ut omnem tributum de ipsa terra reddere debeat, sicut et ille, qui eam antea[b] tenuit. Si hoc fecerit, illum, qui eam[c] antea tenuit, ipsum tributum non requiratur.

### III. De exactionibus.

[1]. Imp. Constantinus. Data XV. Kal. Iun. Interpretatio[a]. Quicumque homo terra habuerit, unde fiscum solvere debeat, si ipsum censum dare non potuerit, ille exactor[b], qui ipsum fiscum tollere debet, ipsa terra, unde ipse census exire debet, vindat[c], et ille, qui ipsam[d] terram conparaverat, in perpetuo firma possideat.

[2]. Item alia interpretatio. Si exactores publici a populo acusati fuerint, ut eorum aliquid capitanea mala fecissent aut aliquid[a] de publico plus quam debuerant exegissent; si exinde convicti fuerint, in eorum loco alius[b] meliores mittantur, et secundum legem illi moriantur, et de eorum res quadruplum ad ipsos, cui male fecerunt[c], reddantur. Iudices

---

INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER XI.

I. De annona et tributis.

2. Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus. . . . Dat. IV. Id. Iul. . . . Interpretatio. Hi, qui heredes testamento scripti sunt, hereditariorum agrorum onus, id est tributum, cogantur agnoscere. Quod si hereditatem sibi damnosam credunt, cedant his omnibus rebus, quae eis de hac ipsa hereditate poterunt provenire.

II. Sine censu vel reliquis fundum comparari non posse.

1. Imp. Iulianus. . . . Dat. XIV. Kal. Mart. . . . Interpretatio. Fundum nullus audeat comparare, sed omnes pro his agris, qui ad eos quoquo modo pervenerint, publici canonis impleant functiones. Nec de solutione tributi cuicumque liberum sit pacisci, sed sive donetur ager, sive vendatur, factus dominus integra rei tributa suscipiat.

2. Interpretatio. Quicumque cuiuslibet rei dominium quolibet ordine acquisierit, continuo pro ea parte, qua possessor effectus est, publicis libris nomen suum petat adscribi, ac se promittat tributum agri, cuius possessor est, soluturum, ut, remota de auctore, id est de priore domino, inquietudine, in praesentem dominum solutio transferatur.

[III]. IV. De exactionibus.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. XV. Kal. Iun. . . . Interpretatio. Quicumque agrorum suorum tributa implere contemnent, agri eius, qui tributa sua contemnet exsolvere, ab exactore vendantur, et qui comparaverint, firmissimo iure hoc ordine emta possideant.

2. Interpretatio. Haec lex hoc praecipit, exactores ad exigendas tributarias functiones idoneos esse mittendos, ita ut, si de his populi accusatio ulla processerit, id est querela deposita fuerit, in eorum locum alii dirigantur, ut habita diligenti inquisitione, si in dispendia provincialium de superexactionis crimine convinci potuerint, et capitali periculo

---

o) *rubrica cum ipso libro deest B.*

I. *(Tit. deest B).* a) anona *A* 2. b) Iuli *A* 1. c) alium *A* 2. d) gravis *A* 2. e) ipsa *A* 2. f) alios suos *A* 2. g) debeat *A* 2.

II. *(Tit. deest B).* a) fonducunt parare *corr.* fondu conparare *A* 1; terra conparare *A* 2. b) possent *corr.* possint *A* 1. c) altero *A* 2. d) conparaverint *corr.* –verit *A* 2.

[2]. a) aliquo *A* 2. b) ante *A* 1, *ubi* ea *post add.* c) ea *A* 2.

III. *(Tit. deest B).* a) *deest A* 2. b) exactur *A* 1. c) vendat *A* 2. d) ipsa terra *A* 2.

[2]. a) aliqui *A* 1. b) alius *corr.* alios *A* 2. c) fecer *codd.*

1) Dubitare possis, quid sit *laboratum a (= ad?) parentes reddendum.* Fortasse ad reditus parentibus, facultate filio tradita, ad vitae tempus ex 'laborato' solvendos spectat ('Altentheil, Leibzucht'). 2) Cf. supra III, 1, 2 et infra XVIII, 9.

vero provinciarum, si hoc sapuerunt[d] et ipsos exactores bene non inquisierunt[e], ut de eos, sicut iussum est, iusticia[f] faciant, XXX libras auri illi solvantur[g].

### IV. Ne damna provincialibus infligantur.

Imp. Valentinianus[a]. Data II. Kal. Oct.[b] Interpretatio. Si quicumque[c] homo in qualecumque iudiciaria[d] positus est, similiter et illi, qui iudices provinciarum obsecunt aut illorum actuum[e] agunt, nisi forsitan rusticius[f] homines per qualecumque malum ingenium contra rationem damnaverit, aut si eorum mancipium aut caballum aut bovem in sua propria utilitatem per[g] forcia minaverit aut[h] aliqua exenia eos sine culpa sibi dare extorserit, si ipse iudex hoc fecerit et ipsa exenia preserit, obtimo[i] exilio deputetur; et si hoc non reddiderit, facultatem rerum suarum amissionem damnabitur.

### V.

Item alia interpretatio. Nullus iudex vel exactor[a] a provintiales[b] homines plus exactare non debent, nisi quantum ipsi per rationem dare debent, aut quod in pollitico[c] scriptum habent. Nam si plus exigerint[d], pena superiore supiaceat[e], et hoc, quod super tullit[f], in quadruplum conponat.

### VI. De apellationem[a] et penis eorum et consolationem[b].

[1]. Imp. Constantinus. Data IV. Non. Nov.[c] Interpretatio. Quicumque homo alterum hominem de capitale culpa a iudice[d] acusaverit[e], iudex vero et[f] illum, qui[g] acusat[e], et illum, quem[g] acusavit[e], ambus[h] sub custodia[i] mittantur, dum ante iudicem ambo pariter veniant, ut diligenter inquiratur[k], si ipse, qui acusatus[e] est, culpam[l] habeat, aut non habeat. Quod si de ipsa culpa convictus fuerit, quale iudicium iudex ei dare voluerit secundum legem, talem adtendat. Et si[m] de ipsa culpa convictus non fuerit, ille, qui eum ad iudicem acusavit, similem[n] penam accipiat. Nam hoc observandum est, ut, antequam iudex veritatem cognuscat[o], quod ipse homo[p], qui acusatus est, dum eum culpabilem non invenerit[q], sub

---

subiaceant, et ex eorum facultatibus in quadruplum quae sunt superexacta reddantur. Iudices vero provinciarum triginta librarum auri se poena noverint feriendos, si haec, quae statuta sunt, implere neglexerint.

[IV]. V. Ne damna provincialibus infligantur.

Impp. Valentinianus et Valens. . . . Dat. prid. Kal. Oct. . . . Interpretatio. Si quicumque ex his, qui provinciarum rectoribus coniunguntur aut militant, vel qui agunt in diversis officiis principatus, vel quicumque sub occasione publici actus videntur esse terribiles, rusticano alicui necessitatem servitii, velut sui iuris mancipio imposuerint, aut servum ipsius aut bovem in sui operis utilitatem transtulerint, sive xenia aut quaelibet munera crediderint exigenda, vel si oblata non recusaverint, ultimo exitio deputantur et rerum suarum amissione damnantur.

[V]. VI.

Interpretatio. Haec lex hoc praecipit, nihil debere a provincialibus de superindicticiis titulis peti, nisi ea tantum, quae a rerum dominis indicta constiterit. Et hoc iubet, ut quicumque aliquid superexigendum crediderit, quadrupli redhibitione componat. Sed et ad ordinarios iudices hanc inquisitionem iubet excurrere, ut etiam, si quid in provinciis eorum a quibuscumque personis aut curialibus factum est, etiam eos similis damni poena castiget.

[VI]. VIII. De appellationibus et poenis earum et consultationibus (*Epitt. Guelferb., Lugd., monachi et multi codices Epit. Aeg.:* consolationibus).

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. III. Non. Nov. . . . Interpretatio. Ista lex hoc praecipit, non debere appellantem aut carceris custodia aut cuiuslibet iniuriae afflictione constringi, exceptis tamen criminalibus causis, in quibus similis accusantem et accusatum conditio poenae custodiaeque constringit, et eorum appellationes dicit debere recipi, sed ita, ut qui appellaverit, in custodia teneatur, quousque ad alium iudicem crimina obiecta perveniant, ut discussis ad integrum omnibus, aut de absolutione aut de damnatione accipiat sententiam finitivam.

[1]. 2. Interpretatio. Lex ista hoc iubet, non debere iudices provinciarum assertiones appellantium ad suam iniuriam revocare, quia hoc nec novum nec alienum a iudiciis esse cognoscitur; et ideo hoc iubet, ut liceat litigatori

---

d) sapuer̄ *codd.* e) inquisier̄ *codd.* f) iustitiam *A 2.* g) solvatur *A 2.*

IV. *(Tit. deest B).* a) Valenti. *A 1*; Valen. *A 2.* b) Octub. *A 1.* c) quiscumque *A 2.* d) iudiciariam *A 2.* e) *ita uterque codex.* f) rusticiis *A 2.* g) pro *A 2.* h) ut *A 2.* i) optimo *A 2.*

V. *(Tit. deest B).* a) exactur *A 1.* b) probintiales *A 1.* c) *i. e.* polyptico. d) exeger̄ *A 2.* e) subiaciat *A 2.* f) tulit *A 2.*

VI. *(Tit. deest B).* a) appellationem *A 2.* b) conlationem *A 2.* c) Novbr *A 1.* d) iudicem *A 2.* e) accus. *pro* acus. *A 2.* f) et — acusat *in marg. post add. A 1.* g) qui *A 1*; quem *A 2.* h) ambos *A 2.* i) custodiam *A 2.* k) inquirat *A 2.* l) culpa *A 2.* m) *deest A 1.* n) simile *A 2.* o) cognoscat *A 2.* p) omo *A 1.* q) invennerit *A 1.*

liberam custodiam ambulet, ut nec in carcere nec in custodia[r] mittatur, sed ad agendam causam suam liber observet.

[2]. Item alia interpretatio. Lex ista hoc precepet[a], ut qui in criminalibus[b] causis, ubi[c] vita[c] ambe partes[d] in dubio devocatur, licet unum alterum apellare[1], nec apellandi vox non denegetur, et[e] quem in suplicii[f] sentenciae advenerit, eum teneatur obnoxius.

[3]. Item alia interpretatio. Si alicui homini[a] videtur, ut de sua causa iniuste[b] convictus fuisset, de ipsa causa iterum ante tercium mensem adversario suo noticiam[c] faciat, et infra ipsos tres menses ante iudicem ipsam causam deliberent. Nam si tres menses tacuerit[d], penam[e], qua[e] in lege ei data[f] fuerit, adimpleat.

### VII. Si pendente apellatione[a] mors intervenerit[b].

Imp. Constantinus: Data XIII. Kal. Iun. Interpretatio. Si quis homo ad alterum hominem[c] de aliqua iure causam[d] amallaverit[e], et ille, qui amallatus[e] est, mortuus fuerit, si postea ipsius heredes exinde acusati fuerint, quatuor[f] menses ad ipsam[g] causam inquirendum spacium ei detur, ut ne forte per neglegenciam[h] damnum[i] patiatur.

### VIII. Quorum apellationes non recipiantur[a].

Imp. Constantinus. Data XV. Kal. Mad. Interpretatio. Si quicumque persona de criminale causa acusatus fuerit, aut de homicidio[b] aut de magnis criminibus, de ipso crimine a principem[c] dicendum[d] est, ut bonorum personarum iudicia[e] ante principem[f] finiantur[2].

### IX.

Item alia interpretatio. De publicas[a] causas, qui fescales[b] sunt, ubi exinde causacio orta fuerit, nulla dilatacio exinde non proponatur, quia dominicas causas sine omne dilatacione[c] fenitas esse debent.

---

vitiatam causam appellationis remedio sublevare. Hoc etiam specialiter praecepit, ut appellator nec in carcerem nec in quamcumque custodiam redigatur, sed agendum negotium suum liber observet.

[2]. 3. Interpretatio. Lex ista hoc praecipit, ut etiam in criminalibus causis, ubi vita utriusque partis in dubium devocatur, liceat appellari, nec appellandi vox denegetur ei, quem in supplicium sententia destinarit.

[3]. IX, 1. Interpretatio. Lex ista hoc praecipit, ut, si quis videtur iniuste in causa sua victus, reparatis ante tertium mensem temporibus, quae appellationi videntur fuisse concessa, statim hoc ipsum in adversarii sui notitiam deducere procuret, et intra tempora, quae appellationi constituta sunt, de hoc ipso negotio is, qui appellavit, ut sibi credit competere, agere non moretur. Quod si facere neglexerit, sententia, quae adversus eum lata fuerat, perseveret, et data exsecutione in omnibus compleatur.

[VII]. X. Si pendente appellatione mors intervenerit.

Imp. Constantinus. ... Dat. XIII. Kal. Iun. ... Interpretatio. Si pendente adhuc appellatione mors intervenerit litigatoris appellantis, heredibus eius, qui appellavit, quatuor menses ei, cuius auctor mortuus est, ad tractandum negotium debere praestari, nec eum debere ad dicendam causam praecipitari, ne per ignorantiam litis, quam non ad integrum tractavit, damnum videatur incurrere.

[VIII]. XI. Quorum appellationes non recipiantur.

1. Imp. Constantinus. ... Dat. Non. Nov. Treviris, Acc. XV. Kal. Mai. ... Interpretatio. In civilibus causis vel levioribus criminibus, quae legibus non tenentur inserta, appellationi constituta legibus dilatio praestanda est, et suspendenda est per appellationem sententia iudicantis. At vero homicidis, adulteris et reliquis, quos lex ista comprehendit, si convicti confessique fuerint et appellare voluerint, dilatio denegetur, sed statim in manifestis criminibus convicti iudicis est sententia proferenda, aut certe de magnis criminibus et maioribus personis ad principis est notitiam deferendum.

[IX]. XI, 2. Interpretatio. In manifestis fiscalibus debitis nulli penitus appellationem debere praestari, quia non oportet publicae rei commodum qualibet dilatione suspendi.

---

r) custodiam *A* 2.

[2]. a) precepit *A* 2. b) crimineatibus *A* 1. c) *ita emendavi;* ob de victa *uterque codex.* d) partis *A* 2. e) *corruptum ex* ei *interpretationis.* f) supplicii *A* 2.

[3]. a) omini *A* 1. b) iniustae *A* 2. c) noticia *A* 2. d) taaguerit *corr.* taguerit *A* 1. e) poena quam *A* 2. f) dada *A* 1.

VII. *(Tit. deest B).* a) appellationem *A* 2. b) intervennerint *A* 1. c) homonem. *A* 1. d) causa *A* 2. e) ammall. *pro* amall. *A* 2. f) quattuor *A* 2. g) ipsa causa *A* 2. h) negligentiā *corr.* neglegentia *A* 2. i) damnu *A* 2.

VIII. *(Tit. deest B).* a) recipiatur *A* 1; decipiantur *A* 2. b) omicidio *A* 1. c) principe *A* 1. d) licendum *A* 2. e) iudicis *corr.* iudicia *A* 1. f) principe finiatur *A* 2.

IX. *(Tit. deest B).* a) pliblicas *A* 1. b) fiscales *A* 2. c) dilatationem finitas *A* 2.

1) Verbum 'appellare' pro 'interpellare' accipiendum est; cf. H. Brunner, 'Zeugen- u. Inquis.-Beweis' p. 58.
2) Cf. supra II, 1, 12 et commentationem meam p. 40.

## X.

Item alia interpretatio. Si quis homo ad unum iudicem de sua causa iudicium acciperit, et si postea de ipsam[a] causam ad alium iudicem simile iudicium reciperit, si ipsum iudicium aptare noluerint, si iterum ante tercium iudicem[b] ipsa causa[c] prosequere voluerit: ipsa causa ammittat[d], et ille suus adversarius ipsam[e] rem, unde ipsa causa agitur, recipiat.

## XI.

Item alia interpretatio. Si aliquis[a] contra hunc factum testamentum apellare[b], vedare[c] voluerit, ut non debeat scriptum heredem ad ereditatem[d] venire, si in tale parte iudex apellatoribus[b] consentire voluerit, si[e] hoc fecerit, tam ipse iudex, quam ipse, qui apellaverit[b], XX libras auri in fisco exsolvat[f].

## XII. De fide[a] testium et cartarum, id est strumentorum.

Imp. Constantinus. Data IV. Non.[b] Mai. Interpretatio. De unam[c] rem hec lex vetat, ut nullus homo presumat de unam rem plures cartas facere, aut vindicionem aut donationem aut censionem[d]; sed de unam rem una carta homo facere debet. Nam si de una rem plures cartas factas fuerint, omnia rumpuntur, quia inpugnantes cartulas[e] hec lex vetat.

## XIII.

Item[a] alia interpretatio[a]. Quicumque homines ad sacramenta danda[b] ante iudicem[c] venerint, antequam de ipsa causa eos[d] interrogentur[e], iurati dicant, ut in nullam[f] falsitatem non iurent, sed quod rectum sciunt dicant. Sic postea iudex, quem honestiores et meliores et plus iustas personas viderit, nisi si minor numerus sit, ipsa pars iurare[d] debet[1]. Nam si unius homines[g] sacramentum, quamvis alta persona[h] sit, non ei credatur.

## XIV.

Item alia interpretatio. Si quis homo qualecumque carta in iudicio presentaverit, si ei iudicatum fuerit, ipse eam per sacramentum firmare debet, que legitima carta sit[2]. Quod si eam firmare non potuerit, ipsa carta pro falsitatem teneatur.

---

[X]. XIII. Interpretatio. Si quicumque in una causa duobus iudiciis fuerit superatus et adhuc eandem agendi pertinaciam voluerit retinere et iterum appellandum esse putaverit, in adversarium eius continuo possessio transferatur.

[XI]. XI, 5. Interpretatio. Haec lex specialiter praecipit, ut, si quis a quocumque conditum testamentum per appellationem differre voluerit, ut non debeat reserari, et scriptum heredem ab adeunda hereditate suspendere, et in hac parte iudex appellatori voluerit praebere consensum, ut quo minus scriptam voluntatem non sequatur effectus: tam ipse iudex quam is, qui appellaverit, viginti libras auri fisco cogatur exsolvere.

[XII]. XIV. De fide testium et instrumentorum.

1. Imp. Constantinus. . . . Data IV. Non. Mai. . . . Interpretatio. Si quis multiplici scriptura contractum suum munire cupiens de una re venditionem et donationem proferat vel quaecumque alia documenta, omnia rescindantur, quia impugnantes se cartulas lex haec vetat admitti.

[XIII]. XIV, 2. Interpretatio. Testes, priusquam de causa interrogentur, sacramento debere constringi, ut iurent, se nihil falsi esse dicturos. Hoc etiam dicit, ut honestioribus magis quam vilioribus testibus fides potius admittatur. Unius autem testimonium, quamlibet splendida et idonea videatur esse persona, nullatenus audiendum.

[XIV]. XIV, 3. Interpretatio. Quicumque scripturam in audientiam protulerit, veritatem eius probare iubeatur, quia hoc in omnibus causis statutum est, ut scripturam prolator affirmet. Nam si is, qui scripturam protulit, eius non adstruxerit veritatem, ut falsitatis reum esse retinendum.

---

X. *(Tit. deest B).* a) ipsa *A 2.* b) iudice *A 2.* c) causam *A 2.* d) amittat *A 2.* e) ipsa *A 2.*
XI. *(Tit. deest B).* a) quis *(eras.)* aliqui *A 1.* b) appell. *pro* apell. *A 2.* c) vedare *codd. pro* vetare, *ante quod verbum* et *supplendum videtur.* d) hereditatem *A 2.* e) sic *A 1.* f) exolvat *A 2.*
XII. *(Tit. deest B).* a) fidem *A 2.* b) NOS *A 2.* c) una rem haec *A 2.* d) *ita codd.; fortasse:* cessionem. e) cartolas *A 2.*
XIII. *(Tit. deest B).* a) Item — int. *des. A 2.* b) dandam *A 1.* c) iudices *A 2.* d) *ita codd.* e) interrogetur *A 2.* f) nulla *A 1.* g) hominis *A 2.* h) personasset *(rad. corr.* persona set) *pro* p. sit *A 1.*
XIV. *(Tit deest B).*

1) Cf. H. Brunner, 'Zeugen- u. Inquis.-Beweis' p. 43.
2) Ipse, qui cartam obtulit, eam sacramento suo cum duodecim sacramentalibus probare debuit secundum capitula legis Salicae extravag. B, c. 3 (ed. Behrend p. 122). Cf. H. Brunner, 'Schwurgerichte' p. 65; 'Carta und Notitia' p. 16 (Commentt. in hon. Mommseni p. 583); H. Bresslau, 'Urkundenbeweis u. Urkundenschreiber' in 'Forsch. z. D. Gesch.' XXVI, p. 6 sq.

XV.

[1]. Item[a] alia interpretatio. Si aliquis[b] homo[c] alterum hominem[e] ad[d] iudicem de qualecumque causa[e] absconse accusaveret[f], ad illum solum non credatur; nisi ambe partes inter se conprobationem[g] faciant.

[2]. Item alia interpretatio. Si contra presbiterum maior[a] crimen dictum fuerit, ad ipsum presbiterum sine alico[b] soplicio corpores[b] credatur; nam si[c] postea, cum ei creditum fuerit, super[d] ipsa causa fuerit conprovata[e], pro ipso mendatio reus[f] criminis teneatur. Nam alii clereci[g], si[h] de qualecumque maiore causam[i] accusati fuerint et convicti, sicut alii[k] seculares iudicentur[1].

[3]. Item alia interpretatio. Lex hoc precepet[a], ut provacio[b] non a possessore[c], qui rem possedit[d], sed ad illum, qui querit, ille[e] debet probacionem optinere[f]; nisi tantum interrogare[g] debet antea possidentem[h], si ex sua persona[i] aut ex[k] successionem[k] ceperit[l] possidere.

[4]. Item alia interpretatio. Omnis homo in iudicio pro causam[a] suam tales testes presentare debet, cui fide[b] reprovata non est; sed idonias[c] personas[d] in sua[e] causam[f] quilibet homo[g] presentare debet.

EXPLICIT THEOD.[h] LIBER XI.

INCIPIUNT[a] CAPITULA DE LIBRO XII.

I. Decorionibus[b] et arcariis.
II. De susceptores prepositis.

INCIPIT[c] LIBER XII.

I. Decurionibus.

[1]. Imp. Constantinus. Data Id. Mar. Interpretatio. Iudices publici alios curiales, que[a] sub se habent, non eos dimittant per malo ingenio in alias operas vacare, nisi suam[b]

---

[XV, 1]. XIV, 4. Interpretatio. Quoties quilibet accusator aliquid de adversario suo eo absente suggesserit, ei ante discussionem utriusque partis penitus non credatur.

[2]. XIV, 5. Interpretatio. Presbyteri citra iniuriam quaestionis, id est sine supplicio corporali, possunt testimonium dicere. Alii vero clerici, qui eorum ordinem sequuntur, si ad testimonium dicendum adhibiti fuerint, sicut leges praecipiunt, audiantur; ita ut salva sit contra presbyteros falsi actio, si in aliquo docebuntur fuisse mentiti; quia magis poena digni sunt, quibus cum lex reverentiam praestet, suae professionis immemores in mendacii crimine deteguntur.

[3]. XIV, 6. Interpretatio. Lex ista hoc praecipit, ut probatio non a possessore, sed a petitoris partibus requiratur, quia omnem probationem ab eo quaeri debere dicit, qui petitam rem desiderat obtinere, non ab illo, qui se iuste tenere contendit; praeter illum tantum casum, ubi interrogari necesse est possidentem, utrum ex sua persona, an ex successione coeperit possidere.

[4]. XIV, 7. Interpretatio. Quicumque testes necessarios habet, dummodo idoneos, qui non sint causae aut culpae participes, studeat, qualiter eos suo sumtu, ubi causa dicenda est, debeat exhibere.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER XI.

INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER XII.

I. De decurionibus.

1. Imp. Constantinus. . . . PP. Id. Mart. . . . Interpretatio. Nullus iudex vacationem indebitam tribuat curiali, nec eum de suo officio studeat liberare. Nam si ita tenuis cuiuscumque curialis et exhausta facultas est, ut ei publici oneris necessitas non credatur, ad principis iussit referri notitiam. *Cf. Epit. cod. Par. Suppl. Lat.* 215: Nullus iudex curialem ab officio dimittere praesumat immunem.

---

XV. *(Tit. deest B).* a) I. a. *des.* *A* 2. b) aliqui *A* 1. c) om. *pro* hom. *A* 1. d) ad iudicem *deest* *A* 2; *cf. n.* e. e) ante iudicem *add.* *A* 2. f) accusaverit *A* 2. g) conprobationes *A* 2.
[2]. a) maiur *A* 1. b) aliquo suplicium corporis *A* 2. c) *post add.* *A* 1. d) si, *ut videtur, erasum* *A* 1. e) conprobata *A* 2. f) reos *A* 1. g) clerici *A* 2. h) se *corr.* si *A* 2. i) causa acusati *A* 2. k) aliis *A* 1.
[3]. a) precepit *A* 2. b) probatio *A* 2. c) possesore *e corr.* *A* 1. d) posse det *e corr.* *A* 1. e) *aliquid, forlasse* q (= qui) *add., sed eras.* *A* 1. f) optinere *corr.* obtinere *A* 2. g) interogare *A* 1. h) posidente *A* 1. i) p̄sona *A* 1. k) exocessione *A* 1. l) coeperit *A* 2.
[4]. a) causa sua *A* 1. b) fidere provata *A* 1; fidem reprobata *A* 2. c) idoneas *e corr.* *A* 2. d) presonas *A* 1. e) *tit. add., sed eras.* *A* 1. f) causa *A* 2. g) omo *corr.* homo *A* 1. h) Theud. *A* 2.
Lib. XII. a) *deest* *A* 1. b) *corr.* Decurionibus *A* 2. c) Incipit — potuerint *(in fine §. 1. tit. I) des. B.*
I. a) quae *A* 2. b) sua *A* 2.

1) Cf. R. Sohm, 'Die geistl. Gerichtsbarkeit im fränk. Reiche', in 'Z. f. Kirchenr.' IX, p. 265, n. 226.

curam faciant. Nam si facultatem parvam[c] habuerint[d] et illam[e] curam agere non potuerint, a[f] principem[g] suum exinde noticiam[h] faciant.

[2]. Item[a] alia interpretatio. A[b] curialem hominem non licet suam civitatem dimittere, in qua natus est, et[c] in alia civitatem[d] habitare aut curam agere[a]; nam si hoc fecerit, in ambas civitates serviat[e], in una[f] pro curie[g] sue debitum et in alia[h] pro qua re ibidem habitet aut pro qualecumque honore[i], quod[k] ibi recepit[l].

[3]. Item alia interpretatio. Minores[a] etates, hoc sunt pupilli, qui infra annis[b] sunt, ante XVIII annos[c] in cura publica nullus[d] presumat[e] eos mittere, nisi[f] si necessitas fuerit, pro ea causa utilitatem publicam[h] facere debeant.

[4]. Item alia interpretatio. Si curiales[a] in culpa inventus fuerit, iudices super eum paciencian debent[b] habere[b], ne in ipsa tormenta[c] deficiant. Quod si sic ipsi iudices non fecerint, pro illo curiale[d] ipse iudex V libras auri solvat[e] et pro illa curia, quam ipse agebat, X libras auri in fisco conponat.

[5]. Item[a] alia interpretatio. Curiales[b] homo[c], qui duodecim[d] filios[e] legitimos habuerit, et ipse pater fuerit tredecimus[f], omnem curiam ei vel publicum ei concedatur, ut non eam[g] agat, et insuper coram bonos[h] homines honoratus[i] esse debeat.

[6]. Item alia interpretatio. Si quis homo, qui filia curiales[a] a coniugium preserit[b], si de eius facultatem aliquid aut per testamentum aut per qualecumque carta[c] habuerit, post mortem[d] uxoris sue ad ipsa curia agendi[e] teneatur obnoxius.

[7]. Item alia interpretatio. Gesta[a], hoc est omnis[b] carta, sic firma esse potest[b], si cum aliis testes III curiales eo[c] firmaverint.

## II.[a] De susceptores, prepositis et arcariis.

[1]. Imp. Gratianus[b]. Data VI. Kal. Sep.[c] Interpretatio[d]. Curiales, qui fiscum aut

---

2. Interpretatio. Si quicumque curialis de ea, in qua natus est, civitate ad aliam transire voluerit, conditionem curiae debitam nullatenus possit evadere, nec si hoc ipsum mereri interposita supplicatione tentaverit, nec ullo argumento necessitates aut servitia civitatis suae pro eo, quod habitationem mutare voluit, possit evadere. Nam quicumque hoc fecerit et se in aliam civitatem transtulerit, hoc iubet, ut in utraque serviat civitate, id est in una pro conditione nascendi et in alia pro habitandi voluntate deserviat.

3. Interpretatio. Minores decem et octo annorum aetate curiales nec nominari a quibuscumque nec ad servitia applicari debere; quia hoc lex sufficere credit, ut a decem et octo annis necessitati publicae, si necesse fuerit, applicentur, ita ut, si qui infra hanc aetatem ante nominati iam fuerint, absolvantur.

[4]. 5. Interpretatio. In correctione curialium certam patientiam iudices debent retinere, ut in corpore vel in sanguine curialium non facile audeant desaevire. Nam si qui contra hoc fecerit, ipse quidem iudex quinque libras auri et officium eius decem auri libras fisco inferre cogantur.

[5]. 6. Interpretatio. Haec lex hoc praecipit, eum, qui pater probatur esse tredecim filiorum, non solum ad curiae servitia non tenendum, verum etiam, si curialis sit, honoratissima quiete donandum.

[6]. 7. Interpretatio. Si quis filiam curialis acceperit uxorem, et haec ipsa in coniugio eius mortua fuerit, et omnia ad maritum, quaecumque supra dicta videbatur possidere, testamenti voluntate pervenerint, omnibus curiae necessitatibus maritus ille, qui heres est, teneatur obnoxius.

[7]. 8. Municipalia gesta non aliter fieri volumus quam trium curialium praesentia, excepto magistratu et exceptore publico, semperque hic numerus in eadem actorum testificatione servetur. Sic enim et fraudi non patebit occasio et veritati maior crescit auctoritas. . . . Interpretatione non indiget.

II. De susceptoribus, praepositis et arcariis.

1. Imppp. Gratianus *etc.* . . . Dat. VI. Kal. Nov. . . . Interpretatio. Exactores et susceptores publicae functionis

---

c) parva *A* 2. d) habuerīt *A* 2. e) illa cura *A* 2. f) ad *B*; a pr. s. *bis scr., sed del.* *A* 1. g) principe *A* 2. h) noticia *A* 2.

[2]. a) *deest B.* b) Ad *B.* c) *B;* ei *A* 1. 2. d) civitate *B.* e) *corr.* serviat *A* 2. f) *post superscr.* *A* 1. g) curiae suę *A* 2; curię sue *B.* h) c *add., sed del.* *A* 1. i) honorem *A* 2. k) que *B.* l) recep̄ *B*; recebit *A* 1; recipit *A* 2.

[3]. a) Minoris *A* 1. b) ann. *A* 1. 2. c) annis *A* 1; an. *A* 2. d) nullos *A* 1. e) eos p. *A* 1. 2. f) *deest* *A* 2. g) publica *A* 2.

[4]. a) *corr.* curialis *A* 2. b) habeant *pro* d. h. *A* 1. 2. c) turmenta *A* 1. d) curialem *A* 1. e) conponat *A* 2.

[5]. a) *deest B.* b) curialis *B.* c) omo *A* 1. d) *B;* XII *A* 1; X *B.* e) filius legitimus *A* 1. f) *B;* XIII *A* 1. 2. g) ea *A* 2. h) bonus *A* 1. i) onoratus *A* 1.

[6]. a) curialis *B*; c. *corr.* curialis *A* 2. b) *A* 2; presserit *A* 1; se conprenderint *B.* c) cartam *B.* d) morte *A* 2. e) agendo *A* 2.

[7]. a) Iesta *B.* b) omnes (om̄s) cartas sic firmas esse debent *pro* omnis — potest *B.* c) eas *B.*

II. a) *numerus deest,* Item alia interpretatio *add.* *A* 1. 2. b) Grans. *B.* c) Sepbr. *A* 1. d) *deest hoc loco* *A* 1. 2; *cf. n.* a.

publicum actum exigent, non in occulto eos elegantur[e], sed ad eleccionem[f] multorum bonorum hominum vel de alios[g] curiales ipsum ministerium accipiant. Quod si[h] infideles exinde inventi[i] fuerint, ad eorum dispendio[k] pertinebit, qui eos ante iudicem elegerunt[l].

[2]. Item alia interpretatio[a]. Quicumque curiales non facta servicia[b] officii, quam debeant, si se[c] ab[d] ipso officio declinaverint[e], a[f] civitatem[g], unde discesserunt[h], in suis[i] officiis revocentur[k].

[3]. Item[a] alia interpretatio. Iudices publicos, qui fescales[b] causas iudicant vel exigunt[c], per singulos[d] annos eos mutentur[e], excepto si in tale civitate sunt, ut per consuetudinem aut per necessitatem duos annos[f] ipsa iudiciaria vel cura[g] agant. Et postea in altero[h] anno[i] alteros iudices vel actores[k] mittantur. Nam si iudex hoc non inpleverit, et ipsum iudicem et officium suum graves penas constringantur[l].

EXPLICIT THEODOSIANI[m] LIBER XII.

## CAPITULA[a] DE LIBRO XIII.

I.[b] De lustrali conlacione[c].
II.[d] De censu[e] sive adscriptionem[f].

## INCIPIT LIBER XIII[g].

### I. De lustrali[a] conlatione[b].

Imp. Gracianus[c]. Data Kal. Nov.[d] Interpretatio. Si aliquis[e] quicumque rem, qui[f] non est donata, aut qui[f] non emit[g], et vindet[h], ad solucionem auri non teneatur; si vero empta aut[i] vindita[k] probabitur[l] hoc illucque discurrere[m], solutione[m] auri teneatur.

### II. De censu[a] sibi[b] adscriptionem.

[1]. Imp. Constantinus. Data XV. Kal. Febr. Interpretatio. Si tabularii[c] aut alii, cui

---

non secretim, sed publice praesentibus aliis curialibus vel populo necessitates agendas expediendasque suscipiant; et qui nominati vel electi fuerint, iudicibus innotescant, scituris his, qui de electione talium fuerint apud acta professi, quod, si quid everterint, ad eorum, a quibus electi sunt, dispendium pertinebit.

*Cf. Epitt. Aeg. et cod. Par. Suppl. Lat.* 215: Ut exactores alii curiales eligant. Qui si inventi fuerint extra rationem egisse, ad eorum, qui eos elegerint, dispendium pertinebit.

[2]. I, 9. Interpretatio. Quicumque curialis, non actis servitiis, quae debebat, a debito officio declinavit, ad civitatis, unde discessit, servitia revocetur.

[3]. II, 2. Interpretatio. Lex ista hoc iubet, non debere exactores, qui uno anno exegerint, secundi anni exactionem suscipere et possessores superflua exactione vexare; sed hoc observari debere, ut annis singulis iudiciaria electione mutentur, nisi forte aut consuetudo civitatis aut raritas curialium per biennium eos exactores esse compellat. Aliter enim si factum fuerit, et iudicem et officium suum mulcta pariter et gravis poena constringat.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER XII.

INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER XIII.

I. De lustrali collatione.

Imppp. Gratianus *etc.* . . . Dat. VI. Id. Nov. . . . Interpretatio. Si quicumqne rem, quae ei nata est, aut quam non emit, vendat, ad solutionem aurariam minime teneatur; si vero emendi vendendique studio probabitur huc illucque discurrere, etiamsi militans est, ad solutionem teneatur aurariam.

*Cf. Epit. monachi:* Si quicumque rem, quae ei data est, aut quam non emit *etc.*

II. De censu sive adscriptione.

1. Imp. Constantinus. . . . PP. XV. Kal. Febr. . . . Interpretatio. Si tabularii aut hi, quibus exactionis libri

---

e) eligantur *B.* f) elacionē *B.* g) alius *A* 1. h) *A* 2; *superscr. A* 1; *deest B.* i) *B; deest A* 1. 2. k) *B;* dispensacionem *A* 1. 2. l) elegeř *codd.*

[2]. a) *deest B.* b) servia *corr.* serviciis *A* 1. c) ipsos *add. B.* d) *B;* ad *A* 1. 2. e) *B;* declinaverit *A* 1. 2. f) *B;* ac *A* 1. 2. g) civitate *A* 2. h) discesseř *B;* discesset *A* 1; discessit *A* 2. i) *B;* suo officio *A* 1. 2. k) *B;* ore vocetur *A* 1; ire vocetur *A* 2.

[3]. a) *deest B.* b) fiscales *B.* c) sicut *corr., ut videtur,* xicunt *A* 1. d) singulus annus *A* 1. e) *B;* mudentur *A* 1. 2. f) annus *A* 1. g) curam *A* 1. h) altro *A* 1. i) annu alteros *bis scr., sed del. A* 1. k) *B;* actoribus *A* 1. 2. l) constringitur *B.* m) Theudosiani *A* 2; *deest B.*

Lib. XIII. a) *deest B.* b) I. Decurioribus et cartariis. II. *B (cf. supra lib. XII. tit. 1).* c) conlationem *A* 2; conlaciō *B.* d) III. *B.* e) censum *A* 2. f) *A* 2; adcriptionem *A* 1; scripcione *B.* g) terciodecimus *B.*

I. a) lustra:::::li *(5—6 litt. eras., li e corr.) A* 1. b) conlationem *A* 2. c) Gratianus *A* 2; Gras. *B.* d) Novb *A* 1; Noveb *A* 2; Nō *B.* e) *B;* aliqui *A* 1. 2. f) que *B.* g) emet *B.* h) vendet *B.* i) ait *A* 2. k) vendita *A* 2. *B.* l) probabit *A* 2. m) discurreret solucionem *B.*

II. a) censum *A* 1. b) *ita codd. pro* sive. c) tabolarii *B.*

acciones publicas traduntur, si forsitan[d] potentes homines voluerint excusare[e] et ad minores[f] homines alico[g] publico[h] superinponere, ipsi pauperes non amplius solvant, nisi quantum per legem[i] censitum habent.

[2]. Item[a] alia interpretatio. Si aliquis[b] homo in causa publica occupatus fuerit et non fuerit ad presente, quando fiscus[c] exigitur, si aliquis[d] gravatus fuerit, infra annum exinde ad[e] iudicem reclamet[f]. Nam si a[g] presente fuit et sic[h] fuerit gravatus, infra V menses de[i] ipsa causa reclamet, unde gravatus est. Nam si infra V menses de ipsa causa non reclamaverit, postea ea[k] retinere non potest.

EXPLICIT LIBER THEOD.[l] XIII.

CAPITULA[a] DE LIBRO XIV.

I. De[b] collegiatos[c].

INCIPIT[d] LIBER XIV.

I. De collegiatos[a].

Imp. Archadius[b]. Data VIII. Kal. Ian.[c] Interpretatio. Si collegiatus[d] de civitatem suam cum rebus suis ad aliam civitatem ambulaverit et ibidem de colonam aut de ancillam[e] filios[f] habuerit, totos[g] ipsos infantes mater ad sua[h] parte vindicet. Nam si collegiatus[i] de ingenua[k] muliere infantes habuerit, toti ipsi infantes collegiati[l] nascuntur.

EXPLICIT THEUD.[m] LIBER XIV.

INCIPIUNT[a] CAPITULA[b] DE LIBRO XV.

I.[c] De operibus publicis. Item alia eiusdem.

II. De infirmandis his, qui sub tyrannis[d] aut barbaris gesta sunt.

INCIPIT LIBER XV.

I. De operibus publicis.

[1]. Imp. Constantinus. Data IV. Non. Dec.[a] Interpretatio. Illi[b], qui in civitatem in-

---

traduntur, potentiores voluerint relevare et, quod relevaverint, inferioribus addiderint, is, qui gravatum se probaverit, non amplius dissolvat, quam secundum censum se ostenderit suscepisse.

*Cf. Epitt. Aeg. et cod. Par. Suppl. Lat.* 215: Non amplius unicuique, quam censitus est, exigatur.

2. Interpretatio. Si aliquis in causa publica occupatus, cum descriptio agitaretur, per absentiam suam se esse gravatum queratur, intra anni spatium apud iudicem loci querelas suas allegare debebit. Nam si praesentem fuisse constat, non plus quam quinque menses ad exsequendas querelas suas sibi noverit fuisse concessum, quibus transactis agendi copia denegetur.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER XIII.

INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER XIV.

I. De collegiatis.

Impp. Arcadius et Honorius. . . . Dat. IX. Kal. Iun. . . . Interpretatio. Collegiati, si de civitatibus suis forte discesserint, ad civitatis suae officia cum rebus suis vel ad loca, unde discesserunt, revocentur; de quorum filiis haec servanda conditio est, ut, si de colona vel ancilla nascuntur, matrem sequatur agnatio; si vero de ingenua et collegiato, collegiati nascuntur.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER XIV.

---

d) forsitant *B.* e) scusare *A* 2. f) iuniores *B.* g) aliquo *A* 2. *B.* h) publi *A* 2. i) lege *A* 2.

[2]. a) I. a. i. *des. B.* b) *A* 2; aliqui *A* 1; quis *B.* c) fescos *A* 1. d) *B;* aliqui *A* 1. 2. e) ad i. *des. B.* f) proclamet *B.* g) ad *A* 2. h) *B;* si *A* 1. 2. i) *B; deest A* 1. 2. k) requirere *pro* ea r. *B.* l) Theud. *A* 2; *deest B.*

Lib. XIV. a) *deest B.* b) D. c. *des. A* 2. c) collegiatus *A* 1. d) Incip lib quatuor decimus *B; des. A* 1. 2.

I. a) *B;* colliatus *A* 1; collegatos *A* 2. b) Arcads *B.* c) Gennar. *A* 1. d) *B;* colligatus *A* 1. 2. e) ancilla *B.* f) filius *A* 1. g) totus ipsus *A* 1. h) suam partem *A* 1. i) *B;* colliagiatus *A* 1; colligatus *A* 2. k) inienua *A* 2. l) *B;* colligiati *A* 1; colligati *A* 2. m) Theđ *A* 1; *deest B.*

Lib. XV. a) *deest A* 1. *B.* b) capitũ *A* 1; cap̄ *A* 2; *deest B.* c) *Indicem capitulorum ita recepi emendatum, ut codex A* 2 *eum praebet; archetypi enim lectio, quam cognovimus ex codd. A* 1. *B, minus cum ipso textu legis concordat. Ita exhibent A* 1. *B:* I. De operibus publicis. II. Item alia eiusdem. III. De infirmandis. IV. De infirmandis hiis (hii *B*), qui sub tyrannis (tirannis *B*) aut barbaris gesta sunt. d) tyrrannis *A* 2.

I. a) *B;* Dembr *A* 1; Decemb̄ *A* 2. b) Illis *B.*

habitant, licet ei[c] in terra publica sibi[d] domum edificare[e] et postea in perpetuo securus[f] possidere.

[2]. Item[a] alia interpretatio. Si aliquis[b] iudex antiqua publica[c] habitacione[d] in civitatem[e] renovare voluerit, terciam[f] partem cum adiutorio[g] fisci ipsum edificium renovet.

II. De infirmandis[a] his[b], qui sub tirannis[c] aut barbaris gesta[d] sunt.

Imp. Cons.[e] Data Kal. Mar. Interpretatio. Quicumque[f] homo, dum hostes in qualecumque patria[g] ad depredandum[h] vadit, si cum eos ipse homo pro sua morte timendo[i] et pro salvandum[k] vitam suam coniunxerit et aliqua preda ipse[l] homo priserit[l], proinde eum non teneatur[m] in culpa; et si forsitan[n] ad reddere ipsa causa venerit[o], ille homo[p] non plus reddat, nisi simpliciter in quantum veritatem cognoscitur[q], qui[r] de ipsa preda apud[s] eum[s] venisset[t].

EXPLICIT THEUD.[u] LIBER XV.

INCIPIUNT[a] CAPITULA DE LIBRO XVI.

I. De episcopis[b], ecclesiis[c] et clericis[d].
II. De apostatis[e].
III. Ne christianum mancipium Iudeus[f] habeat.
IV. De relegione[g].

INCIPIT[h] LIBER XVI.

I. De episcopis[a], ecclesia[b] et clericis[c].

[1]. Imp. Constantinus. Data XII. Kal. Dec.[d] Interpretatio. Clerici nullam[e] aliam curam officii agere non debent, nisi tantum ecclesiasticas[f] causas agant, ut non per alias vagationes[g] ecclesias[f] suas derelinquant[h].

[2]. Item alia interpretatio. Nullus homo presumat episcopum pro[a] nulla causa ad

---

INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER XV.

I. De operibus publicis.

1. Imp. Iulianus. . . . IV. Non. Dec. . . . Interpretatio. Si quis in civitate consistens in locis publicis sibi domos forte construxerit, eas sine inquietudine aliqua possideat.

2. Interpretatio. Quoties aedificia vetustate consumta necesse fuerit reparari, ad ipsam reparationem tertiam partem de proprio fiscus impendat.

[II]. III. De infirmandis his, quae sub tyrannis aut barbaris gesta sunt.

1. Impp. Honorius et Theodosius AA. Constantio. . . . Dat. Kal. Mart. . . . Interpretatio. Quicumque hostium terrore compulsus, dum mortem timet excipere, ad depraedandum se cum hostibus fortasse coniunxerit, non propter hoc vocetur ad crimen, quod pro conservanda vita fecit invitus. Sane si quid apud eum de praeda resederit et residuum invenitur, quod evidenter agnoscitur, hoc solum reddere domino sine calumnia compellatur.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER XV.

INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER XVI.

I. De episcopis, ecclesiis et clericis.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. XII. Kal. Nov. . . . Interpretatio. Lex haec speciali ordinatione praecipit, ut de clericis non exactores, non allectos facere quicumque sacrilega ordinatione praesumat, quos liberos ab omni munere, id est ab omni officio omnique servitio, iubet ecclesiae deservire.

2. Interpretatio. Specialiter prohibetur, ne quis audeat apud iudices publicos episcopum accusare, sed in episco-

---

c) eis *B.* d) semet ipsos *B.* e) hedificare *A 2.* f) securi *B.*

[2]. a) *deest B.* b) aliqui *A 1.* c) publi *A 2*; puplica *B.* d) habitationem *A 2.* e) civitate *A 1.* f) tercia parte *A 2.* g) *B*; adiutoro *A 1*; adiutoro *al. atram. corr.* adiutore *A 2.*

II. a) firmandis *B.* b) hiis *A 1.* c) tyrrannis *A 2.* d) iesta *B.* e) Costañ *A 2.* f) Quicumque *A 1.* g) patri *A 1.* h) depredando *B.* i) timiendo *A 1.* k) salvando *A 2*; salvando *corr.* salvandum *B.* l) ipse homo preserit *A 2*; ipse homo conprehenderit *B.* m) teneat *B.* n) forsitant *B.* o) *corr.* venerint *B.* p) omo *A 1.* q) cognuscitur *A 1.* r) quin *A 2*; que *B.* s) *B*; aboptinum *A 1*; adobtivum *A 2.* t) venisse *A 1.* u) *A 2*; Thodsin *A 1*; *deest B.*

Lib. XVI. a) I. c. *des. B.* b) ēp̄s *al. atr. corr.* ēp̄os (= episcopos) *A 2.* c) eclīs *B*; aeclesia *A 1*; ecclesiae *A 2.* d) *ita A 1. B*; cl̄er *A 2.* e) apustatis *A 1.* f) *A 2*; Iudeos h. *A 1*; Iud habē *B.* g) religionem *A 2*; religione *B.* h) *deest B.*

I. a) episcopos *e corr., ut supra A 2.* b) *B*; eclesie *A 1*; ecclesiae *A 2.* c) cl̄er *A 2.* d) *B*; Decembr *A 1*; Decēbr *A 2.* e) nulla alia cura *A 2.* f) ecl. *pro* eccl. *A 1.* g) vacationes *A 2.* h) derelinquat *A 1.*

[2]. a) per *A 2.*

alium iudicem acusare[b], nisi tantum ad alios[c] episcopos; et ipsi eum iudicare debent[d,1]. Et[2] postea, ubi ipsum episcopum emendatum conspexerint, auxiliante Domino recuperare eum[e] debent[d].

[3]. Item alia interpretatio[a]. Omnes causas privatas, hoc sunt minores, qui inter clericos[b] aguntur, ab[c] episcopo cum aliis presbiteris[d] iudicentur. Nam si criminales causas clerici commiserint[e], ante provinciales iudices finiantur[3].

[4]. Item alia interpretatio[a]. Si quis episcopus clericum suum, qui ingenuus[b] est, si ipsum clericum in seculares causas conversare viderit et eum[c] de ipsa malicia emendare non potuerit, et si eum pro malicia sua de grado[d] suo eiecerit[e], et si ipse clericus pro[f] sua voluntate officium clericati dimiserit[g], si taliter aliquis[h] clericus fecerit, a fescales[i] iudices ipsi coniungantur; et si ipse clericus de bona gente est vel suas[k] res habuerit, aut idoneus apparuerit, inter ipsos curiales officium publicum faciat. Si autem ipse clericus inferior persona est, inter collegiatos[l] officium faciat. Ad[m] tales clericos[n] fiscales[o] actio non negetur[p]. Si quicumque iudex hoc eis denegare voluerit, duas libras auri in fisco solvat.

[5]. Item alia interpretatio[a]. Clerici vel presbiteri, qui[b] ad ecclesias[b] deserviunt, in domo[c] sua non debent[d] alias mulieres habere, nisi matrem suam et filiam suam et germanam[e] sororis suae et mulierem[f], quam ante[g] in matrimonio habuit, quam honorem[h] recepisset ecclesiastice[i].

## II. De apostatis[a].

[1]. Imp. Gracianus[b]. Data XII. Kal. Iun.[c] Interpretatio[d]. Christiani, si ad idola[e] sacrificia offerunt, testamentum facere non possunt[f] et ipsi puniendi sunt.

---

porum audientiam perferre non differat, quicquid sibi pro qualitate negotii putat posse competere, ut in episcoporum aliorum iudicio, quae asserit contra episcopum, debeant definiri.

3. Interpretatio. Quoties ex qualibet re ad religionem pertinente inter clericos fuerit nata contentio, id specialiter observetur, ut, convocatis ab episcopo dioecesanis presbyteris, quae in contentionem venerint iudicio terminentur. Sane si quid opponitur criminale, ad notitiam iudicis in civitate, qua agitur, deducatur, ut ipsius sententia vindicetur, quod probatur criminaliter fuisse commissum.

[4]. 5. Imppp. Arcadius *etc.* . . . Quemcumque clericum indignum officio suo episcopus iudicaverit *etc.* . . . Interpretatio. Quemcumque clericum episcopus suus malae vitae esse probaverit et eum de gradu suo pro morum pravitate deiecerit, vel si ipse clericus sua voluntate professionem reliquerit clericatus, continuo a iudice curialibus adiungatur, ut, si ita et natalibus et facultatibus est idoneus, eum inter ipsos curiales officium suum implere compellat. Si autem infima persona est, inter collegiatos eum observare, vel ad quae aptus fuerit, in publico servire lex ista constituit, ita ut huiusmodi personae a curialibus quolibet colludio nullatenus excusentur. Quod si factum fuerit, pro singulis personis curiales binas libras auri fisco a se noverint inferendas.

*Cf. Epit. Aeg.:* Si quemcumque clericum ingenuum episcopus suus *etc.*

[5]. 6. Interpretatio. Quicumque clericatus utuntur officio, extranearum mulierum familiaritatem habere prohibentur; matrum, sororum vel filiarum sibi solatia intra domum suam noverint tantum esse concessa, quia nihil turpe in talibus personis fieri vel cogitari lex naturae permittit. Illae vero mulieres sunt in solatio retinendae, quae in coniugio fuerint ante officium clericatus.

II. De apostatis.

1. Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hypatium Pf. P. Christianorum ad aras et templa migrantium negata testandi licentia vindicamus admissum. Eorum quoque flagitia puniantur, qui, christianae religionis et nominis dignitate neglecta, Iudaicis semet polluere contagiis. Dat. XII. Kal. Iun.

*Cf. Epit. Guelf.:* Cristianis idolis sacrificia oferentibus negata testandi licenciam admissa eorum flagitia poniantur.

---

b) accusare *A* 1. c) alius ēp̄s *A* 1. d) *B;* debeant *A* 1. 2. e) *deest B.*

[3]. a) *deest B.* b) clericus *A* 1; cl̄er *A* 2. c) *B;* ad episcopum *A* 1. 2. d) presbiteriis *corr.* p. *A* 2. e) comiserint *A* 2.

[4]. a) *deest B.* b) iniennus *A* 2. c) cum *A* 1. d) gradum suum *A* 2; gradu suo *B.* e) egecerit *A* 1. f) per suam voluntatem *B.* g) demiserit *A* 1. h) *B;* aliqui *A* 1. 2. i) fiscales *B.* k) sua *A* 2. l) collegiatus *A* 1. m) *A* 2; a tales *A* 1; attales *B.* n) clericus *A* 1; cl̄er *A* 2. o) fescales *A* 2. p) *B;* necetur *A* 2; nocetur *corr.* necetur *A* 1.

[5]. a) *deest B.* b) quia de eclesias *A* 1. c) domu *A* 2. d) *B;* debeant *A* 1. 2. e) *B;* gemanam *(ita!)* *A* 1; germana *A* 2. f) muliere *A* 2. g) antea *B.* h) *B;* honore recepisse *A* 1. 2. i) eclaesiastice *A* 1; ecclesiastice *A* 2.

II. a) apostaticis *B.* b) Gratianus *A* 2; Gras. *B.* c) Iunias *A* 1. d) *deest B.* e) idolas *A* 1. f) *B;* potest *A* 1. 2.

1) Cf. R. Sohm, ‘Die geistl. Gerichtsbarkeit im fränk. Reich’ in ‘Z. f. Kirchenrecht’ IX, p. 204. Certe non de causis civilibus proprie dictis hoc loco agitur. Ex iis autem, quae sequuntur, colligi potest, de culpis levioribus, quae substantia componendae erant, quas lex nostra privatas vel minores appellat, neque vero de criminalibus proprie dictis agi. Cf. infra §. 3. et n. 2. 2) Haec addidit auctor noster. 3) Cf. Sohm, l. c. p. 204; E. Loening, ‘Gesch. d. D. Kirchenr.’ II, p. 531; A. Nissl, ‘Der Gerichtsstand des Clerus im fränk. Reich’ p. 186 sq. 211, n. 1. 229, n. 1; Waitz, ‘D. VG.’ IV, p. 447; supra §. 2. et p. 313, n. 1.

[2]. Item[a] alia interpretatio. Si de Iudeo christianus factus fuerit, postea non licet ad alios[b] Iudeos ipsum inquietare.

[3]. Item[a] alia interpretatio[a]. Si ex[b] christianis aliquis[c] Iudeus factus fuerit, facultatem[d] ipsius fiscus[e] adquirat.

III.[a] Ne christianum mancipium Iudeus[b] habeat.

Imp. Constantinus[c]. Data VIII.[d] Id. Mad. Interpretatio. Si Iudeus[b] christianum mancipium habuerit et eum forsitam[e] circumciderit[f], ille Iudeus[b] ipsum mancipium perdat, et postea ipse mancipius libertus permaneat.

IV.[a] De religione[b].

[1]. Imp. Archadius[c]. Data IV. Kal. Sept.[d] Interpretatio[e]. Omnis[f] causa, quod ad religionem[b] ecclesiasticam[g] pertinet, episcopus[h] debet[i] iudicare. Nam omnes causas criminales ante publicos[k] iudices finiantur.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Principes terrarum omnes antiquas leges eorum clemencia roboravit, id est confirmavit. Et novellas vero tituli[b] legum per omnia sacratissime[c] custodire precipimus.

EXPLICIT THEODOSIANI[d] LIBER XVI.

INCIPIUNT[a] CAPITULA DE LIBRO XVII.

I. Tituli[b] legum novellarum[1].
II. De confirmacione[c] legum novellarum.
III. De Iudeis, Samaritanis, hereticis[d] et paganis[d].
IV. Ne curiales[e] precium alterius conducat nec fideiussor conductores[f] exiat[g].
V. De[h] tutoribus[h].
VI. Contra sentencia[i] prefectorum[k].
VII. De paternis sive maternis bonis.

---

[2]. III, 1. Post alia: Eum, qui ex Iudaeo christianus factus est, inquietare Iudaeos non liceat vel aliqua pulsare iniuria: pro qualitate commissi istius modi contumelia punienda etc. . . . Haec lex interpretatione non eget.

*Cf. Eptt. Guelf.*: Qui ex Iudaeo factus est christianus inquietare ad Iudaeis non licere.

[3]. III, 2. Si quis, lege venerabili constituta, ex christiano Iudaeus effectus sacrilegis coetibus aggregetur, cum accusatio fuerit comprobata, facultates eius dominio fisci iussimus vindicari. . . . Ista lex interpretatione non eget.

*Cf. Eptt. Guelf.*: Qui ex christiano Iudeus factus est, facultatem eius fiscus vindicari.

[III]. IV. Ne christianum mancipium Iudaeus habeat.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat XII. Kal. Nov . . . Interpretatio. Si quis Iudaeorum servum christianum vel cuiuslibet alterius sectae emerit et circumciderit, a Iudaei ipsius potestate sublatus in libertate permaneat.

[IV]. V. De religione.

1. Impp. Arcadius et Honorius AA. Apollodoro Proconsuli Africae. Quoties de religione agitur, episcopos convenit agitare; ceteras vero causas, quae ad ordinarios cognitores vel ad usum publici iuris pertinent, legibus oportet audiri. Dat. XIII. Kal. Sept. . . . Haec lex interpretatione non indiget.

[2]. V, 3. Impp. Honorius et Theodosius AA. Marcellino suo salutem. Ea, quae circa catholicam legem vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel nostra serenitas roboravit, novella superstitione summota, integra et inviolata custodiri praecipimus. . . . Haec lex interpretatione non indiget.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER XVI.

---

[2]. *(Hoc caput legitur post caput 3. in cod. A 2).* a) *deest B.* b) alius *A* 1.

[3]. a) *deest B.* b) *B; deest A* 1; de (d *e corr.*) *A* 2. c) *B*; I. a. *A* 2; aliqui Iudaeos *A* 1. d) facultate *A* 2. e) fiscos *A* 1.

III. a) IIII *A* 1. b) Iudeos *A* 1. c) Cons. *B*; *deest A* 1. 2. d) VIIII *B*. e) forsitam tam *A* 1. 2; forsitant *B*. f) *B*; circumcidere et *A* 1. 2.

IV. a) *deest A* 1. b) relegionem *A* 1. c) Arcads *B*. d) Sepbr *A* 1; Septemb. *A* 2; Sep. *B*. e) *deest B*. f) omnis causas *A* 2; omnem causam *B*. g) eclesiastica *A* 2. h) *B*; ei sic *pro* eps *A* 1; ei sic *corr.* eps eas *A* 2. i) dibit *A* 1. k) publicus *A* 1.

[2]. a) *deest B.* b) titulum *A* 2. c) sacratissimae *A* 2. d) Theud *A* 1; Thod *A* 2; Teodosiani *B*.

Lib. XVII. a) I. c. *des. B.* b) *B*; Detuli *A* 1; De tuli *corr.* De tituli *A* 2. c) confirmacionem *A* 1. d) heredici set pacanis *A* 1. e) curial *B*. f) conductoris *A* 2. g) exiat *corr.* exeat. *A* 2; exeat *B*. h) Deutoribus *B*. i) sentenciam *A* 1. k) perfectorum *A* 2, *B*.

1) Auctor legis per errorem rubricam libri novellarum Theodosii pro rubrica tituli primi habuit.

VIII. Ne[l] decurio ad[m] senatoria dignitatem[n] vel aliquid honore adsperet[o].

IX. De testamento[p].

X. De alluvionibus[q] vel palutibus[r].

XI. De bonis decurionum[s] et de naturalibus filiis eorum in curia mittendis heretibusqui[t] adscribendis.

## INCIPIUNT TITULI[u] LEGUM[v] NOVELLARUM DIVI[w] THEODOSII[w] AG.

I.[a]

Imp. Theudosius[b]. Data XVI.[c] Kal. Mar. Interpretatio. Haec lex omnem legem Theudosiani[d] libros XVI[e] confirmat.

II.[a] De confirmacionem[b] legum novellarum divi[c] Theodosii[d].

Data Kal. Octobr. Interpretatio. Haec lex novellarum libros omnes firmiter precipimus recipere.

III.[a] De Iudeis, Samaritanis, hereticis[b] et[c] paganis.

Imp. Theodosius[d]. Data[e] prid.[e] Kal. Febr.[f] Interpretatio. Nullus christianus presumat Iudeum vel Samaritanum nec iudicem[g] nec actore[h] mittere, nec causas christianorum Iudeos[i] iudicare[k] nullo modo debeat. Quod si aliquis fecerit, ille, qui eum actore[h] mittere presumserit[l], L[m] pondus auri conponat[n]. Similiter nullus Iudeos[o] christianum servum ad sua[p] legem[q] ducere non[r] presumat; nam si hoc[s] fecerit, capite puniatur.

IV.[a] Ne[b] curiales[c] precium alterius conducat nec fideiussor conductores exiat[d].

Imp. Theodosius[e]. Data IV. Id. Apr.[f] Interpretatio[g]. Nullus curiales[h] presumat de fiscale[i] vel de privatum agrum conducere nec pro[k] alterum conductore[l] fideiussor exire;

---

INCIPIT LIBER LEGUM NOVELLARUM D. TEODOSII A.

(*Epit. Aeg.*: INCIPIUNT TITULI NOVELLARUM LEGUM DIVI THEODOSII. *Similiter Epit. cod. Par. Suppl. Lat.* 215).

I. De Theodosiani codicis auctoritate.

Impp. Theodosius *etc.* . . . Dat. XV. (*Epit. monachi:* XVI) Kal. Mart. . . . Interpretatio. Haec lex dicit, ut Theodosiani codicis auctoritas omni firmitate subsistat.

II. De confirmatione legum novellarum divi Theodosii.

. . . Dat. Kal. Oct. . . . Interpretatio. Haec lex novellarum legum constitutiones praecipit observari.

III. De Iudaeis, Samaritanis, haereticis et paganis.

Impp. Theodosius *etc.* . . . Dat. prid. Kal. Febr. . . . Interpretatio. Haec lex specialiter iubet, ut nullus Iudaeus, nullus Samaritanus ad nullum militiae aut administrationis honorem possit accedere neque defensoris officium ulla ratione suscipere neque carceris esse custodes; ne forsitan sub specie cuiuslibet officii christianos vel etiam sacerdotes sub quacumque occasione iniuriis audeant fatigare, ne supra scripti, qui inimici legis nostrae sunt, legibus nostris aliquos aut condemnare aut iudicare praesumant. Nullam denuo audeant construere synagogam. Nam si fecerint, noverint, hanc fabricam ecclesiae catholicae profuturam, et quinquaginta pondo auri auctores fabricae esse mulctandos. . . . Hoc etiam specialiter in hac lege comprehensum est, ut nullus Iudaeus servum aut ingenuum christianum audeat quacumque persuasione in suam legem transferre. Quod si fecerit, amissis facultatibus, capite puniatur. . . . . . .

IV. Ne curialis praedium alterius conducat aut fideiussor conductoris exsistat.

Impp. Theodosius *etc.* . . . Dat. VII. Id. April. . . . Interpretatio. Nullus curialium in fiscali vel in privato

---

l) De *B.* m) *B;* a *A* 1. 2. n) dignitate *A* 2. o) disperet *B.* p) testameto *A* 1. q) alluvionibus *corr.* alluvinionibus *A* 2; aluvionibus *B.* r) paludibus *B.* s) decurionu *A* 1. t) heredibusqui *B.* u) teodoli *A* 1; teudoli *A* 2. v) *deest B.* w) divii Theodosii *A* 1; DI (DA *corr.* DI) IIII Theudosii *A* 2; duo Tedosi *B.*

I. a) *B; deest A* 1. 2. b) Theođ *A* 1; Theudosius *A* 2; Tedosi *B.* c) *B;* VI *A* 1. 2. d) Tehodosianum *A* 1; Theudosianum *A* 2; Teudosiani *B.* e) XV *B.*

II. a) I *A* 1. 2; II *infra post* Interpretatio *praebet B.* b) confirmatione legem *A* 2. c) DIVII *A* 1; DI·VII· *A* 2; DIU *B.* d) Tħo dnī *A* 1; Tħe: dnī *A* 2; Teodosiani *B.*

III. a) *B;* II *A* 1. 2. b) heredicis *A* 1. c) *deest A* 2. d) Theods. *A* 1; Theudosius *A* 2; Teodosi. *B.* e) Dā prid *B;* Datavi *A* 1; Data XII *A* 2. f) Febru. *B.* g) iudice *A* 1. h) actorem *A* 1. i) Iudeus *A* 1. k) iudica nullum *B.* l) presumpserit *A* 2. m) quinquaginta *B.* n) conpō *A* 2. o) Iudeus *A* 2; christianus *B.* p) suam *A* 1. q) lege *A* 2. r) *B; deest A* 1. 2. s) oc *A* 1.

IV. a) *B;* III *A* 1. 2. b) *B;* Nec *A* 1. 2. c) curiale *B.* d) exeat *B.* e) Tehods. *A* 1; Theuds. *A* 2; Teods. *B.* f) Aprl. *A* 1. g) *deest B.* h) curialis *A* 2. i) fescale *A* 2. k) per *A* 2. l) conductorem fideiussur *A* 1.

nam quod si aliquis[m] in agro suo curialem[n] reciperit conductore, aut[o] si pro alterum conductore[o] curiale[p] fidemiussorem[q] acciperit, sciat se ipse curiales[b] accionem suam esse vacuata, et ipsum agrum, quem[r] conduxit, fisci viribus[s] vendicetur[t].

## V. De tutoribus.

Imp. Theodosius[a]. Data VI. Id. Iul. Interpretatio. Si mater tutilla[b] de res filiorum suorum[c] post mortem[d] mariti sui recipere voluerit ad gubernandum[e], promissione[e] pro sacramentum faciat, ut alium[f] maritum prehendere[g] non debeat. Quod si postea suum sacramentum[h] non custodierit et ad secundas nupcias venerit antea quam alium[i] maritum prehendat[k], ad suos[l] filios reddat omnia[m], quod[n] de facultates[o] patris eorum ad gubernandum[p] recepit. Quod si antea ab integritate eis non reddiderit et alium maritum preserit[q], sciat se ipse maritus, qui eam in coniugio[r] preset[s], res suas ad ipsos parvulos[t] inpignorare[u] debeat, donec ipsorum res de suo[v] patre, que[w] habuerunt[x], ab integritate[y] restituat.

## VI. Contra sentencia[a] prefectorum[b] preter[c] iniustos[d] successiones intra biennium supplicandum[e].

Imp. Valentinianus[f]. Data VI.[g] Id. Ag.[h] Interpretatio[i]. Si quis homo aliqua[k] iudiciaria habuerit, et si forsitan[l] alicui contra legem vel[m] rationem aliquid fecerit, si postea[n] alius iudex[n] in eius loco[o] introierit, et ille iudex, qui antea fuit, qui[p] ipsum damnum[q] ad ipsum parvulum fecit: ille pauper postea infra duos annos[r] ante illum alium iudicem, qui in eius loco[o] intravit, sua causa prosequere[s] debeat; nam si infra duos[t] annos sua causa non quisierit[u], postea ea[t] requirere non potest[v].

## VII. De paternis sive maternis bonis.

Imp. Theodosius[a]. Data IV. Id. Sep.[b] Interpretatio. Quicumque homo post mortem

---

agro conductor accedat nec pro aliquo conductore fideiussor exsistat. Quod si quis curialem in agro suo susceperit conductorem aut pro alio conductore fideiussorem acceperit curialem, actionem suam noverit in omnibus vacuari; nam et ager ipse, qui a possessore curiali conductus est, fisci viribus vindicetur. . . . . .

V. De tutoribus.

Impp. Theodosius *etc.* . . . Dat. VI. Id. Iul. . . . Interpretatio. . . . si mater tutelam filiorum gerendam legitime susceperit et se iurisiurandi interpositione constrinxerit, si ad alias nuptias contra promissa transierit et alium tutorem filiis deducta ratione non dederit aut, quae eam constiterit debere, non ante persolverit, contra legis huius ordinationem veniens, non solum eius bona, si debitrix exstiterit, filiis teneantur obnoxia, verum etiam secundi mariti, qui obligatae personae coniunctus est, facultas, in eo, quod debitum processerit, loco pignoris teneatur, donec omne debitum, quod ratio tutelae invenerit, suppleatur. . . . . . .

VI. Contra sententias praefectorum praetorio iniustas post successionem intra biennium supplicandum.

Impp. Theodosius et Valentinianus. . . . Dat. III. Id. Aug. . . . Interpretatio. Contra iudicem, adversus cuius potentiam non licuerit appellare, iubet haec lex, ut, cum privatus effectus fuerit, intra biennium liceat cuicumque, qui iniuste oppressus est, rerum dominis supplicare, ut illis iterum audientia deputetur. Quod si intra biennium post successionem illius non supplicaverint, quae contra eos fuerant iudicata, serventur et perpetuam teneant firmitatem.

*Cf. Epit. monachi:* Iudicem, adversus cuius potentiam non licuit appellari, amisso iudiciario ministerio, intra biennium *etc.*

VII. De paternis sive maternis bonis.

Impp. Theodosius et Valentinianus. . . . Dat. IV. Id. Sept. . . . Interpretatio. Haec lex confirmat, ut, sicut

---

m) *B;* aliqui *A* 1; aliquid *A* 2. n) curiale *A* 2; curilem *B.* o) aut — conductore *B*; *des. A* 1. 2. p) curialem *A* 2; curiales *B.* q) fides iussores (*rad. corr.* iussore) accceperit *B.* r) que *A* 2. *B.* s) verbus *B.* t) *B*; vindicentur *A* 1; conducetur *A* 2.

V. a) Theods. *A* 1. *B*; Thud. *corr.* Thed. *A* 2. b) tutilli *corr.* tutilla *A* 2; tutillam *A* 1; tutella *B.* c) *deest B.* d) morte *A* 2. e) gobernandum promissionem *A* 1. f) ad alium *B.* g) adprehendere *B.* h) sacram̄ *B.* i) *deest A* 2. k) adprehendat *B.* l) suus filius *A* 1. m) hom̄a (= homnia) reddat *B.* n) quo *B.* o) facultatem *B.* p) gobernandum *A* 1. q) adprehenderit *B.* r) coniugium *A* 2. s) prisit *A* 2; adprehenderit *B.* t) parvulus *A* 1. u) inpugnar̄ *e corr. B.* v) *B*; sui patris *A* 1. 2. w) q: (= que) *A* 1; quę *A* 2; quod *B.* x) habuer̄ *A* 1. *B*; habuerint *A* 2. y) integritatem *A* 1.

VI. a) sentenciam *A* 1. b) perfectorum *A* 2. c) prat̄ *B.* d) iniustus succesiones *A* 1. e) suplicandum *A* 1. f) Valent̄ *A* 1. 2; Valents. *B.* g) IIII *B.* h) Agū *A* 1; Aug̃ *A* 2; Ag̃ *B.* i) interpretatur *B.* k) si aliqua *B.* l) forsitant *B.* m) aut *A* 2. n) iudex postea alius *B.* o) locum *A* 2. p) *deest B.* q) ad annum ad unum *pro* damnum *B.* r) annus *A* 1. s) *B*; prosequer *A* 1; pro se querere *corr.* prosequere *A* 2. t) *deest A* 2. u) requisierit *A* 2; quesierit *B.* v) pote ē *A* 1.

VII. a) Thod. *A* 1; Theud. *A* 2; Teods. *B.* b) Sepmbr. *A* 1.

uxoris suae si filios[c] habuerit, quodquod[d] de uxoris[e] sue facultatem[e] habuerit[f], post mortem suam omnia ad filios[c] suos dimittat. Nam si exinde aliquid[g] donare[g] voluerit, hoc facere non habeat potestatem[h]; sed ipsam[h] facultatem sui filii in sua[i] potestate ab integritatem recipiant. Et quod si facultatem[k] uxoris sue inter se et filios suos devisam[l] habuerit, si forsitan[m] aliqui[n] de filios[o] suos ante patris obitum mortuus fuerit, ipsam porcionem[p] filii mortui pater suus recipere[q] debet[q]. Nam tamen ipsam porcionem[r] alienare nullo modo potest[s]; nisi ad filios suos post suam[t] mortem ipsam[u] porcionem[v] revertat. Similiter et mulier post mortem[w] mariti sui ad filios[o] suos ipsa condicione[x] agere[y] debeat[y].

## VIII. Ne[a] decurio a senatoria dignitatem vel aliquid honorem[b] adsperet.

Imp. Theodosius[c]. Data prid.[d] Id. Sep.[e] Interpretatio. Quicumque curiales, qui fiscales[f] est constitutus, ad nulla alia[g] causa suus senior eum non debet promovere ad agendum; nisi tantum in sola fiscale[h] vel curiale causa permanere debet[i].

## IX. De testamento.

Imp. Theodosius[a]. Data prid.[b] Id. Sept.[c] Interpretatio. Quicumque homo testamentum[d] facere voluerit, oportet[e] ei, ut[f] septem[g] personas eum subscribere[h] debeant, et[i] ipse[k], qui illum testamentum facit, si literas[l] scit[m], octavum se subscribat; et si literas[l] nescit, roget alium, qui pro se subscribat, et ipse signum † faciat[1].

## X. De alluvionibus[a] et palutibus[b].

Imp. Theodosius[c]. Data XI. Kal. Oct.[d] Interpretatio. Si flumen[e] de[f] alveo[f] suo exierit

---

mulier post mortem mariti omnia, quae ad eam de rebus mariti quolibet ordine pervenerunt, totum filiis profuturum debeat conservare, hoc etiam et patres de rebus maternis simili observatione custodiant (excepto, quod eis fuerit filiorum morte quaesitum, ea ratione, sicut lex Theodosiani in octavo libro declarat), si ad secunda vota venerint aut forte non venerint; post quorum obitum si alienatae vel obligatae quoquo pacto fuerint res, quae filiis iussae sunt reservari, ubicumque eas potuerint invenire, ad suum dominium filios praecipit revocare. . . . Causas vero filiorum patres agere utiliter, cum summa strenuitate constituit, et ut dividere aequaliter inter filios facultates maternas aut per se, aut per quos elegerint, habeant potestatem. Sane de omnibus rebus uxoris, quae ad proprietatem mariti quolibet titulo vel nomine, seu donatione seu testamento seu morte filii, pervenerint, etiamsi ad alias nuptias non transierit, si mortuo eo hereditatem eius filii adire noluerint, omnia, quae de maternis bonis maritus quocumque ordine habuit acquisita, filii sibi, sicut reliquas maternas facultates, apud quoscumque invenerint, vindicabunt. Simili ratione, si et mater marito mortuo, etiamsi ad secundas nuptias non venerit, si hereditatem eius filii adire noluerint, omnia, quae de paternis facultatibus mater eorum quoquo modo, ut superius dictum est, acquisivit, filii post mortem matris, cuius hereditatem repudiaverint, ad integrum sibi vindicent et defendant. . . . . .

VIII. Ne curialis (*Epitt.:* decurio) ad senatoriam dignitatem vel ad aliquem honorem adspiret.

Impp. Theodosius *etc.* . . . Dat. prid. Id. Sept. . . . Interpretatio. Haec lex hoc praecepit, ut nullus curialis natus ad aliquos honores adspiret nec dignitatem aliquam supplicando tentet assumere, nisi tantum officia curiae debitae se noverit subiturum.

IX. De testamentis.

Impp. Theodosius *etc.* . . . Dat. prid. Id. Sept. . . . Interpretatio. Haec lex multa confirmat, quae de testamentis in Theodosiani corporis auctoritate conscripta sunt. Sed hoc amplius continet, ut, si aliquis iure praetorio condiderit testamentum, id est, quod septem testium subscriptionibus confirmatur, auctor testamenti, si literas scit, octavus ipse subscribat; sin autem aut subscribere non potest aut literas nescit, tunc octavum pro se adhibeat subscriptorem. . . . . . .

X. De alluvionibus et paludibus (*ita Epitt.;* et pascuis *add. Nov. Theod.*).

Impp. Theodosius *etc.* . . . Dat. XI. Kal. Oct. . . . Interpretatio. Hac lege sancitum est, ut, si fluvius alveum

---

c) filius *A* 1. d) quidquod *B.* e) facultate uxoris suae *A* 2. f) it *add. B.* g) alicui dare *A* 2. h) potestate sed ipsa *A* 2. i) suam potestatem *A* 2. k) facultate *A* 2. l) divisa *A* 2; divisam *B.* m) forsitant *B.* n) aliquas *corr.* aliquis *B.* o) filius suus *A* 1. p) *deest B.* q) recipiat *B.* r) nullus *add. B.* s) pote ē *A* 1. t) m. s. *B*; sua morte *A* 2. u) *B*; ipsa *A* 1. 2. v) portio *A* 2. w) morte *A* 2. x) *B*; condicionem *A* 1. 2. y) *B*; exigere debeant *A* 1. 2.

VIII. a) De *A* 1. 2. b) *B*; onorem *A* 1; honore *A* 2. c) Thod. *A* 1; Thed. *A* 2; Teods. *B.* d) *B*; II *A* 1. 2. e) Sepmb̃r *A* 1; Septb̃ *B.* f) fescales *A* 1. g) ali *A* 1. h) fescale *A* 1. i) debit *A* 1.

IX. a) Theod. *A* 1; Thed. *A* 2; Teods. *B.* b) *B*; II *A* 1. 2. c) Sepmb̃r *A* 1; Sep̃ *B.* d) *A* 2; testam *A* 1; testamento *corr.* -tum *B.* e) oportit *A* 1. f) *deest A* 2. g) *B*; VII *A* 1. 2. h) susscr. *vel* suscr. *hic et infra pro* subscr. *A* 1. i) ut *B.* k) ipsum *A* 2. l) litteras *A* 2. m) sciit octavo *A* 1.

X. a) *B*; aluvionibus *A* 1. 2. b) paludibus *B.* c) Thod. *A* 1; Theud. *A* 2; Teodo. *B.* d) *B*; Octub. Octubr. *A* 1. 2. e) flum *codd.* f) *B*; de aluio *A* 1; deluuio *corr.* de aluuio *A* 2.

1) Cf. H. Brunner, 'RG. d. Urkunde' I, p. 231.

in alia parte[g] aut propter palutem[h] aut sic loco[i] ambulaverit, terram[k] illi adquirit[l], de[m] cuius finis cessat; nec postea de ipsa terra, qui de talem adquisitionem est, nec fiscus nec tributus[n] exinde non exeat[o]. Similiter et qui palutem[p] potuerit exsiccare[q] et exinde aut agrum aut pradum[r] aut qualecumque profectum[s] ibidem sibi facere[t] potuerit, et illum vero[u] sine omne[v] censum in perpetuum[w] possidere precipimus.

### XI. De bonis decurionum[a] et de[b] naturalibus filiis eorum in curiam[c] mittendis heretibusqui[d] adscribendis.

Imp. Theodosius[e]. Data VI. Kal. Ian.[f] Interpretatio. Si quis homo habuerit legitimos[g] filios et naturales, si voluerit, de facultatem[h] suam octavam porcionem[i] ad naturales filios[k] dare potest. Et si[l] forsitan legitimos[g] filios non habuerit, nisi tantum naturales, si forsitan eos curiales aut in fiscale actione mittere voluerit, totam[m] facultatem suam, si voluerit, eis dare potest[n]; nam quartam[o] ad alios heredes suos reservare debet[p].

EXPLICIT[q] NOVELLA TEODOSII.

## DE LIBRO XVIII.

I. De fructibus[a] inter maritum[b] et[c] uxoris[d] spensis[e].
II. De omicidiis[f] casu[g] an voluntate factis.
III. De testamentis de[h] marito et muliere sine filiis.
[IV.[i] Hoc de testamento[i]].
V. De sepulcris[k] violatoribus.
VI. De libertis et successionibus[l] eorum.
VII. De triginta[m] annorum perscripcionibus[n] omnibus[o] causis opponenda[p].
VIII. De colonis vagis[q] et vagatione[r] eorum et de[s] advenas[s].
IX. De confirmandis his[t], qui administrantibus vel publicum officium gerentibus distracte sunt vel donata, et de advocatis[u] vel ceteris negociis[v].
X. De parentibus, qui filios suos per necessitatem distraunt[w], et ne[x] ingenui[y] barbaris venundentur[z] neque [trans[a]] mare vendantur[b].
XI. De episcopale[c] iudicio vel de diversis negociis.

---

suum paulatim in aliam partem contulerit, terram ille acquirat, cuius finibus spatium terrae dignoscitur contulisse. Quam rem beneficio aquae possessoribus acquisitam nullus velut fiscalem audeat vindicare; cui rei tributum nullus adiiciat. Si quis etiam paludes suo studio derivaverit et ad usum fertilitatis adduxerit, similiter hoc is, qui excoluit, sine censu perpetuo iure possideat, neque quisquam hoc audeat a nostra munificentia postulare.

*Cf. Epit. Aeg.:* Hoc est, si fluvius alveum mutaverit, terram ille acquiret sine ullo censu, cuius finibus spatium terrae dignoscitur contulisse. Si quis paludes suo labore derivaverit, potest hoc sine censu publico possidere. . . . . . .

XI. De bonis decurionum et de naturalibus filiis eorum in curiam mittendis heredibusque scribendis.

1. Impp. Theodosius *etc.* . . . Dat. Kal. Ian. . . . Interpretatio. Si quis habuerit legitimos filios et naturales, id lex ista constituit, ut id observetur, quod est in Theodosiani corpore constitutum, hoc est, ut, exstantibus legitimis filiis, octavam hereditatis naturalibus vel eorum matribus pater, si voluerit, derelinquat. Si vero legitimos filios non habuerit et naturales habuerit et eos heredes fortasse facere voluerit, non aliter poterit, nisi ut primitus eos corpori curiae sub gestorum testificatione coniungat, et sic, si voluerit, integras ad eos sive donatione sive testamento heredes scribendo transferre poterit facultates; quarta vero patri vel matri, avo aviae, quibus de inofficioso testamento actio suppetit, specialiter servata. . . . . . .

EXPLICIT [LIBER *om. nonnulli codd.*] NOVELLARUM DIVI THEODOSII.

---

g) pāte *A 1.* h) paludem *B.* i) locum *A 2.* k) terra *A 2.* l) adquirant *A 2*; aquirit *B.* m) de cuius fines c. *A 2*; da cuius parte cessavit *B.* n) *B;* treutus *A 1*; triuutus *corr.* tributus *A 2.* o) exibit *B.* p) palute *A 2.* q) *B;* exicare *A 1*; exsicare *A 2.* r) pratum *B.* s) *B;* perfectum *A 1. 2.* t) u *add. B.* u) verum *A 2.* v) omnem *A 1*; omne censu *B.* w) perpetuo p. precepimus *B.*

XI. a) curionum *B.* b) *B; deest A 1. 2.* c) *B;* curia *A 1. 2.* d) heredibusqui *B.* e) Thod. *A 1*; Theud. *A 2*; Teodos. *B.* f) *B;* Genurs. *A 1*; Ien. *corr.* Ian. *A 2.* g) legitimus filius *A 1.* h) facultem *B.* i) porcione *B.* k) filius *A 1.* l) *B; deest A 1.* m) *B;* tottam *A 1*; tota *A 2.* n) poteē *A 1.* o) quarta *A 2.* p) *B;* debeat *A 1. 2.* q) EXPLICIT NOV̄L·TEODOSI·I· *B; des. A 1. 2.*

Lib. XVIII. a) *B;* f. inter *des. A 1. 2.* b) maritu *A 1.* c) ex *B.* d) uxores *A 2*; uxore *B.* e) sponsis *B.* f) homicidiis *A 2*; omicidis *B.* g) casu an *B*; causan *A 1*; causam *A 2.* h) IIII. De viro et uxore sine filiis *B.* i) *Auctor codicis A 2 uncis inclusa, quae desunt A 1. B, addidisse videtur, ut numerorum ordinem suppleret.* k) sepulchris *A 2. B.* l) successoribus *B.* m) XXX *A 2. B.* n) perscripcioñ *B.* o) *B; deest A 1. 2.* p) *B;* oponenda *A 1*; obponenda *A 2.* q) *B;* vagiis *A 1. 2.* r) de vagationem *A 2.* s) *B;* avenas *A 1*; aienas *A 2.* t) hiis *A 1.* u) avocatis *B.* v) negotiš *B.* w) destraunt *A 2.* x) *deest B.* y) *B;* ingenibus *A 1*; inienibus *A 2.* z) venundantur *B.* a) *deest codd.* b) *B;* vindant *A 1*; vendant *A 2.* c) episcopali *B.*

## INCIPIT[d] NOVELLA[e] DIVI[f] VALENTINIANI[g].

### I. De fructibus inter maritum et uxorem spensis[a].

Data IV.[b] Id. Sept.[c] Interpretatio. Quicumque homo ingenuus[d], si uxorem suam supervixerit, aut uxor maritum, quodquod[e] de mobilia habuerint et commune[f] voluntate[g] expendiderunt[h], excepto[i] de terra aut de mancipia anteponimus; nam de movilia[k] fructibus liberam[l] habeant potestatem, nec hoc sui heredes postea requirere non debeant.

### II. De omicidiis[a] casu an voluntate factis[b].

Imp. Theodosius[c]. Data prid.[d] Id. Dec.[e] Interpretatio. Quicumque homo homicidium sine sua voluntate fecerit, et ipse homo, qui hoc fecit, ad[f] principem[g] suggesserit, quod per sua voluntate[h] hoc non fecisset, si probatum fuerit, quod verum dicat, veniam consequatur. Nam si vero sine alterius culpa homicidium fecerit, taliter exinde paciatur, sicut reliqui homicidas[i], quod in superiorem[k] legem conscriptum est[1].

### III. De testamentis.

Imp. Theodosius[a]. Data XII. Kal. Nov.[b] Interpretatio. Si quis homo ingenuus[c], habens uxorem, et filios[d] non habuerint, si maritus uxorem suam per cartam[e] voluerit heredem dimittere, aut uxor maritum, ambo unus alii pariter[f] cartas faciant inter se, salva Falsicia[g, 2] ad alios[h] heredes suos, hoc est quartam[i] porcionem, nam de alia facultate[k] sua liberam habeant[l] potestatem faciendi inter se, sicut voluerint.

### IV.[a]

Item alia interpretatio[a]. Si quis homo testamentum, carta alicui facere voluerit[b], si testes non fuerint, ille, qui[c] ipsam[d] cartam facere rogavit[d], propria manu[e] sua ipsa[f] carta

---

INCIPIT (INCIPIUNT *nonnulli codd.*) NOVELLARUM (NOVELLAE *nonn. codd.*) DIVI VALENTINIANI A.

I. De fructibus inter maritum et uxorem expensis filiis vel heredibus minime imputandis.

Impp. Theodosius *etc.* . . . Dat. III. Id. Sept. . . . Interpretatio. Si vir uxore superstite moriatur, fructus, quos stante coniugio constat expensos, nullam postea a communibus filiis seu ab heredibus mater repetendi habeat facultatem. Quod et si uxor vivo marito decesserit, maritum praecipit eadem lege constringi, ut et ipse a filiis vel heredibus uxoris de ipsis fructibus, qui in commune expensi sunt, penitus nihil requirat.

[II]. III. De homicidiis casu an voluntate factis.

Impp. Theodosius *etc.* . . . Dat. VI. Id. Dec. . . . PP. prid. Id. Dec. . . . Interpretatio. Lex ista praecipit, ut, si quis ad principem convolaverit, asserens se casu homicidium perpetrasse, non voluntarie a se homicidium fuisse commissum, et si per supplicationem a rerum dominis veniam potuerit impetrare, a rectore provinciae, ubi casus iste commissus est, id specialiter debet inquiri, et si certa fuerit suggestio supplicantis, veniam mereatur obtentam. Ceterum si voluntarie habita discussione convictus fuerit homicidium commisisse, eandem poenam excipiat, quae de homicidiis legibus habetur expressa; impetrata non valeant, et capitali sententia feriatur.

[III]. IV. De testamentis.

1. Impp. Theodosius *etc.* . . . Dat. XII. Kal. Nov. . . . Interpretatio. Haec lex de aliis titulis testamentorum id amplius habet, ut in coniugio positi, si filios non habeant, seu maritus uxorem, seu uxor maritum voluerit, relinquant heredem, quod ius dicitur liberorum; quia, etiamsi una carta suam condere maluerint voluntatem, ut invicem se heredes scribant, qui alteri superstes exstiterit, dimissam rem iuxta legis huius ordinem vindicabit; si tamen, ut his personis, quibus lex concedit, si fuerit de inofficioso querela, actio reservetur.

IV, 2. Interpretatio. Haec lex, licet alia replicet, quae in aliis legibus habentur exposita, tamen hoc amplius observandum esse praecipit, ut, si cui fuerit testandi voluntas, et testes forsitan defuerint, voluntatem suam propria manu perscribat, quae prolata post defuncti obitum plenam obtineat firmitatem.

---

d) Incip̄ *A* 2. *B*. e) nou͞t *A* 1. f) *B*; Divi͞l *A* 1; Di·vii· *A* 2. g) *B*; Valentin. *A* 1. 2.

I. a) espensis *B*. b) IIII *A* 1. *B*; VIII *A* 2. c) Sepm͞br *A* 1. d) inienuus *A* 2. e) quicquid *B*. f) cum munem *A* 1. g) voluntatem *A* 1. 2. h) expendide͞r *A* 1. 2; expende͞r *B*. i) execepto *A* 1. k) mobilia *B*. l) libera habeat *A* 2.

II. a) homicidiis *A* 2. b) factus *B*. c) Thod. *A* 1; Theud. *A* 2; Teod. *B*. d) *B*; II *A* 1. 2. e) *B*; Decemb. *A* 1. 2. f) *B*; a *A* 1. 2. g) principe *A* 2. h) voluntatem *B*. i) homicide *B*. k) superiore lege *A* 2.

III. a) Thod. *A* 1; Theud. *A* 2; Teodos. *B*. b) Novemb. *A* 1. c) inienuus *A* 2. d) filius *A* 1. e) carta *B*. f) pari͞i *B*; parii *A* 1. 2. g) Falcidia *A* 2. h) alius *A* 1. i) quarta *B*. k) facultatem suam *A* 1. l) habent *A* 1.

IV. a) *deest B*. b) volue͞r *A* 1. c) in *add., sed eras. A* 1. d) *B*; ipsa carta facere voluerit (volue͞r *A* 1) *A* 1. 2. e) *B*; manum suam *A* 1. 2. f) ipsam *A* 1.

1) Haud dubie de capitali sententia cogitandum est. Cf. supra IX, 1, 1. 4; 7, 1; 11, 1. et commentationem meam p. 48. 2) Cf. supra p. 298. 300 sqq.

subscribat. Qui hoc per suam voluntatem fecerit, hoc quod facit[g], integram[h] obtineat[i] firmitatem.

### V.[a] De sepulcris[b] violatoribus.

Imp. Theodosius[c]. Data III.[d] Id. Mar.[e] Interpretatio. Si quicumque[f] homo[g] tumbas[h] mortuorum de christianos[i] homines[k] per fraudem[l] expoliaverit, secundum[m] legem moriatur.

### VI. De libertis[a] et successionibus eorum.

Imp. Theodosius[b]. Data III. Non. Ian.[c] Interpretatio. Si liberti, qui cives Romani dimissi sunt, aliqua[d] leve culpa ad filios[e] patronorum suorum fecerint, pro hoc non cadant in servicio. Similiter vero si ipsi liberti, sive baro[f], sive mulier, mortui fuerint et[g] unum filium aut plures dimiserint[g], facultatem suam, quod habent ipsi liberti, liceat[h] ei ab integritatem[i] suam ad filios suos dimittere. Et quod si filios[e] non habuerint, terciam[k] partem facultatem suam[l] ad suos[m] patronos dimittant, id est ad masculos; nam ad feminas de tale[n] facultate venire non potest, nisi si[o] ipsi liberti sua[p] propria voluntate ad suas patronas exinde[q] condonare[q] voluerint[r]. Et quod si ipsi liberti nec filios[e] nec nepotes dimittunt, postea medietatem facultatis suae ad suos alios[t] heredes, si ingenui[u] fuerint, dimittere possunt[v] et medietatem ad suos[w] patronos dimittant. Et quod si illi ingenui[u], qui liberti dimissi sunt, vivo ipso homine, qui eos[x] libertavit[x], forsitam[y] cuicumque de sua facultatem[z] carta[a] facere voluerit[b], hoc sine permisso[c] patroni sui non habeant licenciam facere. Et quod si forsitam[d] ipse libertus contra filios[e] vel nepotes patroni sui forsitam[d] aliqua grave[f] culpa dicere voluerit, quod probare non potest, secundum legem[g] moriatur.

---

**V. De sepulcri violatoribus.**

Impp. Theodosius *etc.* . . . Diligenter quidem legum veterum conditores prospexerunt miseris et post fata mortalibus eorum, qui sepulcra violassent, capita persequendo. . . . §. 2. Quisquis igitur sepulcra, profundae violator quietis et lucis ipsius hostis, effoderit, quisquis ex his quaelibet marmora aut saxa sustulerit, poenae mox habeatur obnoxius. §. 3. Servos colonosque in hoc facinore deprehensos duci protinus ad tormenta conveniet. Si de sua tantum fuerint temeritate confessi, luant commissa sanguine suo. . . . §. 4. Ingenui quoque . . . si fortasse plebeii et nullarum fuerint facultatum, poenas morte persolvant; splendidiores autem vel dignitatibus noti, bonorum suorum medietate mulctati, perpetua notentur infamia. §. 5. Clericos vero . . .; quisquis igitur ex hoc numero sepulcrorum violator exstiterit, illico clerici nomen amittat et stilo proscriptionis addictus perpetua deportatione plectatur. . . . Dat. III. Id. Mart. . . . Ista lex interpretatione non indiget.

**VI. De libertis et successionibus eorum.**

Imp. Theodosius *etc.* . . . Dat. III. Non. Iun. . . . Interpretatio. Lex ista constituit, ut liberti, qui cives Romani effecti sunt, ab heredibus manumissorum, sive filii sint, sive extranei, proposita iniuriae actione, qua se dicant laesos, pro occasione istius ingratitudinis ad servitium nullatenus revocentur. Sed si talis casus emerserit, quasi contra alios ingenuos, sic de iniuriis apud iudicem actio proponatur. De successionibus vero libertorum, hoc est civium Romanorum, id censuit observandum, ut libertus sive liberta, si unum filium seu plures habuerint, ipsis facultatem suam morientes, si voluerint, integram derelinquant. Contra cuius voluntatem nec filii ex patrono nec nepotes ex filio ulla venire poterunt ratione. Quod si libertus libertave, qui defuncti fuerint, filios non habuerint et testari fortasse voluerint, tertiam facultatis suae manumissorum filiis vel nepotibus, qui ex masculis nati fuerint, derelinquant. Filias vero manumissoris earumque filios et nepotes ab hac hereditate, salva pagina testamenti, securi, si voluerint, praetermittant; quia feminae ad istas hereditates penitus non vocantur; nisi forte illi liberti de duabus partibus per gratiam aliqua filiabus vel nepotibus ex filia patronorum suo voluerint conferre iudicio. Si vero liberti nec filios dimiserint nec nepotes, si patrem, matrem, fratrem, sororem, et ipsos libertos civesque Romanos factos esse constiterit, quos superstites derelinquunt, tunc medietatem sibi patroni heredes vindicent, et medietatem supra scriptis personis de gradu defuncti liberti qui proximior invenitur. Nam si liberti, qui cives Romani fuerint, vivo manumissore decesserint, si sine voluntate patroni condere voluerint testamenta, penitus non valebunt; quia auctoritati manumissorum omnia lex ista servavit. Contra filios vero vel nepotes nec libertus nec liberta testimonium dicere in quacumque causa praesumant; quod si fecerint, licet recipi nulla liceat ratione, tamen quicumque liberti contra filios vel nepotes patroni contrarium testimonium dederint, puniantur.

---

g) fac *B.* h) intregam *A 1*; integra *B.* i) optineat *B.*

V. a) IIII *B.* b) sepulchris *A 2. B.* c) Thod. *A 1*; Theud. *A 2*; Teodos. *B.* d) IIII k *pro* III Id. *B.* e) Mars *A 1.* f) quiscumque *A 2.* g) omo *A 1.* h) sepulchra *B.* i) christianis *corr.* christianos *A 2.* k) hominis *A 1.* l) fraude *A 2.* m) secundo lego *B.*

VI. a) *B*; libertus *A 1*; libertos *A 2.* b) Tehod. *A 1*; Theud. *A 2*; Teodos. *B.* c) Ianuar. *A 1.* d) alique *corr.* aliqua *A 2.* e) filius *A 1.* f) vir *B.* g) et — dimiserint *des. B.* h) licet *B.* i) integritate *A 1.* k) tercia parte facultate *A 2.* l) sua *A 2*; sue *B.* m) p. s. *A 2.* n) *A 2*; talem facultatem *A 1*; tali facultate *B.* o) sipsi *pro* s. i. *A 1.* p) suam propria voluntatem *A 1*; suam propriam voluntatem *A 2.* q) dimittere exinde *pro* e. c. *A 2.* r) vol *A 2*; voluerit *B.* s) facultatem *B.* t) alius *A 1.* u) inienui *A 2.* v) *B*; potest *A 1. 2.* w) suus patronus *A 1.* x) eius libertatem habaet (habet) *A 1. 2.* y) forsitant *B.* z) facultate *A 2*, e *corr. B.* a) car *B.* b) *B*; voluerit *A 1. 2.* c) permissu patrini *B.* d) forsitant *B.* e) filius *A 1.* f) greve *A 1. 2.* g) lege *A 2.*

VII. De triginta[a] annorum perscriptione[b] omnibus causis opponenda.

Imp. Theodosius[c]. Data XV. Kal. Iul. Interpretatio. Omnes causas, preter qui de[d] postliminium, hoc est, qui de captivitatem[e] revertunt, vel de minorebus[f], qui infra annis sunt: nam omnes alias causas, quid[g] unus ad alterum requirere vult, infra XXX annos inter se deliberentur[h]; nam post XXX annos eas requirendi homines[i] non habeant[k] potestatem.

VIII.[a] De colonis vagis[b] et agnatione[c] eorum et de avenas[d].

Imp. Theodosius[e]. Data prid.[f] Kal. Feb. Interpretatio[g]. Si colonus dominum suum fugierit[h] aut per qualecumque modo ubicumque XXX annos quedo[i, 1] ordine[i] latuerit, postea post XXX annos[k] dominus suus eum requirere nec[l] vindicare non potest. Et quod si ipse colonus per ipsos XXX annos apud[m] duos vel[n] tres homines conversaverit, et unusquisque eum X[o] annos habuerit, ipse eum vindicet[p], qui posteriores annos[k] eum habuerit[q]. Et quod si unus de ipsus[r] homines[s] plures annos eum habuerit, quam illi alii, ille, qui eum[t] maiore[u] numerum[v] eum habuit, ipse eum[w] vindicet. Iterum de colona vero, qui per XXX[x] annos, ubicumque quedo[y] ordine[z] latere[a] potuerit[b], postea post XXX[c] annos[d] dominus suus eam requirere non potest. Et si ipse colonus[e] vel[f] colona filios[g] habuerit[h], quantoscumque[i] filios[g] ille colonus infra XXX annos[k] habuerit[l], si inventi[m] fuerint, ille suus prior dominus[n], quem ille colonus fugivit, ipsos infantes ille vindicet[o]. Similiter et illa colona quantoscumque[i] filios[g] infra XX annos ei nati fuerint, si inventi fuerint, similiter sicut et de colono, ille dominus, quem fugiit[p], ipsos infantes ille vindicet[q].

IX. De confirmandis[a] his, qui[b] administrantibus vel publicum officium gerentibus distracte sunt vel donata, et de avocatis[c] vel ceteris negociis[d].

Imp. Valentinianus[e]. Data prid.[f] Kal. Feb. Interpretatio. Anterior lex fuerat, ut qui miliciam[g] agebat vel[h] qualecumque officium publicum gerebat[h], ut, dum in ipsa milicia vel

---

[VII]. VIII. De triginta annorum praescriptione omnibus causis opponenda.

1. Impp. Theodosius *etc.* . . . Dat. XV. Kal. Iul. . . . Ista lex ideo interpretata non est, quia sequens sub titulo de episcopali iudicio et diversis negotiis et de tricennio loquitur, et omnia, quae hic comprehensa non sunt, evidenter habet expressa. *Cf. infra tit. XI.*

[VIII]. IX. De colonis vagis vel agnatione eorum et de advenis.

1. Imp. Valentinianus. . . . Dat. prid. Kal. Febr. . . . Interpretatio. Lex ista constituit, ut, si colonus proprium dominum fugerit et triginta annis per diversorum domos aut agros fortasse latuerit, et non nisi impletis triginta annis a die fugae suae praedictum colonum dominus potuerit invenire, ab eo, apud quem inventus fuerit, tricennali annorum praescriptione dominus, qui fugam coloni sequitur, excludatur. Secunda iterum conditione currente, ut, si forte apud tres personas denis annis colonus ipse habitaverit, ille eum vindicet, apud quem posteriori tempore invenitur. Tertia conditio est, ut, si inter eos, apud quos per tricennium habitaverit, fuerit orta contentio, ipsi praedictus colonus addicatur, apud quem per illos triginta annos maiori annorum numero dignoscitur habitasse. De colonae vero fuga, par, apud quoscumque habitaverit, forma servetur, ea tamen conditione servata, ut, sicut de coloni iure proprius dominus triginta annorum praescriptione excluditur, ita et impleto viginti annorum numero, de repetitione colonae domini petitio repellatur; ita tamen, ut filii, qui intra viginti annos nati fuerint, quando adhuc colona domino competebat, a domino, qui colonam praeiudicio temporis perdidit, secundum constitutionem, quae sub titulo 'De episcopali iudicio' processit, debeant revocari. Post vicesimum autem annum nati illius dominio acquiruntur, cui colonam tempus addixerit. . . . . . .

---

VII. a) XXX *A* 2. *B.* b) perscriptionem *A* 1. c) Theod. *A* 1; Theud. *A* 2; Teodos. *B.* d) de post liminum (!) *A* 1. 2; post de liminium *B.* e) captivitate *A* 2. f) minoribus *A* 2; melioribus *B.* g) qui de *B.* h) diiudicent *B.* i) omines *A* 1; homo *B.* k) habeat *B.*

VIII. a) VIIII *B.* b) *B;* vagiis *A* 1. 2. c) agnationem *A* 1. d) advenas *B.* e) Tehod. *A* 1; Theud. *A* 2; Teod. *B.* f) *B;* II *A* 1. 2. g) *deest B.* h) *B;* fugerit *A* 1. 2. i) *B;* quede ordinem *A* 1; quieto o. *A* 2. k) annus *A* 1. l) non potest nec v. *B.* m) aput *A* 1. n) aut *B.* o) decem *B.* p) vendicet *B.* q) habuit *B.* r) ipsos *A* 2; ipsis *B.* s) omines *A* 1. t) eum *corr.* cum *A* 2. u) maiorem *A* 1. v) munerum *A* 2. w) *deest B.* x) XXX *rad. corr.* XX *B.* y) *ita restitui quod supra extat;* quedū *B;* que de *A* 1; quieta *A* 2. z) hordinem *corr.* hordine *B.* a) latare *B.* b) *B;* potuit *A* 1. 2. c) XXX *rad. corr.* XX *B.* d) ann. *A* 1. 2; annis *B.* e) colonu *A* 1. f) aut *A* 2. g) filius *A* 1. h) *B;* habuerint *A* 1. 2. i) quantuscumque *A* 1. k) ann. *A* 1. 2. l) haberet *B.* m) infra ienti *B.* n) domnus *A* 1. o) vindicavit *B.* p) fugit *A* 2; fugivit *B.* q) vindicavͅ *B.*

IX. a) confiirmandis hiis *A* 1. b) que *e corr. B.* c) advocatis *A* 1. d) X *add. B.* e) Valen., Valent. *codd.* f) *B;* II *A* 1. 2. g) militia *A* 2. h) vel — gerebat *des. B.*

1) I. e. quieto, Hisp. 'quedo', Ital. 'cheto'; cf. Diez, 'Etym. WB.' I, s. v. 'cheto'. Cf. p. 374, l. 15. p. 419, l. 44.

officio erat[i], nec conparandi nec commotandi[k] nec donatum recipere de altero hominem[k*] licenciam[l] non habere. Sed in hoc presente[m] legem veraciter constituimus, ut[n] et conparare et commutare[o] et donativum[p] per qualecumque carta[q] reciperit, hoc quod legitimum est, liberam[r] habeat potestatem. Sed tamen cavere debeat, ut per nullum malum[s] ingenio[t] ad qualecumque[u] hominem[v] suam rem tollere non debeat[w]. Et quod[x] forsitan[y] de qualecumque hominem, dum in ipso officio est, de[z] qualecumque sua forcia aut per sua[a] tima[b], ut[c] ei alicum supplicium[d] faciat, aut per qualecumque malo[e] ingenio[e] si aliquam[f] facultatem per tam mala[g] fraude comparaverit[h] aut commutaverit aut donativum extorserit et carta reciperit[i] et precium non dederit, ipsa carta reddat et insuper ipsum[k] precium, quem pro illa facultatem placuit, det[l], et postea nec ipsum precium nec facultatem non habeat. Similiter curiales vero pro fescale[m] debita suam facultatem[n] vindere[o] possunt[p]; sed, sicut in superiore legem[p] scriptum est, terra[q] sine suo[r] censu conparare nullo[s] modo nullus homo debet[1].

X.[a] De parentibus, qui filios[b] suos per necessitate distraunt[c], et ne ingenui barbaris venundentur[d] neque trans[e] mare[e] vindantur[f].

Imp. Valentinianus[g]. Data prid.[h] Kal. Feb. Interpretatio. Quicumque ingenuus homo filios[b] suos aut per fame aut per[i] qualecumque necessitate vendiderit[k], si[l] V solidus[m] filium suum[n] vendiderit[k], quando eum redimere voluerit, VI solidos reddat et filium suum recipiat; et si X solidus[o] prisit[p], XII reddat; si vero amplius reciperit[q], secundum istum numerum pro filio suo reddat. Et quod si ille homo, qui eum conparavit[r], aut ultra mare aut in longa[s] regionem vendiderit[t], unde eum revocare non possit, VI uncias aurum in fisco solvat[u].

---

[IX]. X. De confirmandis his, quae administrantibus vel publicum officium gerentibus distracta sunt vel donata, et de advocatis vel de ceteris negotiis.

Imp. Valentinianus. . . . Dat. prid. Kal. Febr. . . . Interpretatio. Haec lex praecipit, ut, quia in administratione positis vel in quolibet officio militantibus leges anteriores id specialiter praescribebant, ut nihil aut comparare aut commutare aut donatum suscipere tempore militiae vel administrationis eis ulla ratione liceret. Sed nunc Valentiniani imperatoris hac lege praeceptum est, ut omnes administrantes vel militantes, aut in quocumque officio publico constituti sunt, et comparandi et commutandi et accipiendi donationis titulo habeant liberam potestatem. Solum est, ut nullus probet huiusmodi scripturas aut per metum aut per fraudem suppositae personae aut violenter extortas, id est aut in carcere constituto aut in quibuslibet vinculis posito aut aliquod se tormentorum genus suppliciorumque perpesso, aut forsitan pretium se, quod instrumentis inscriptum est, non docuerit percepisse. Tunc vero non solum instrumentum, si fuerit, vacuatur, sed talis emtor et possessionem reddat et pretium venditori, quod instrumentis continetur insertum, cogatur implere. . . . Curiales etiam, quibus hucusque sine decreti interpositione res suas vendere aut alienare a corpore curiae non licebat, si certa fuerint necessitate constricti, ut debitum, quod pro utilitate publica contraxit, dum creditorum poenas metuit, supplere festinet, quicquid sub tali necessitate vendiderit, omni firmitate subsistat. . . . Curiales vero, si ad advocationem venire voluerint aut aliquam militiam sperare, provideant huiusmodi personas, quae munia ipsorum debeant expedire, provisuri, ut nihil per eos rei publicae possit imminui. . . . . .

[X]. XI. De parentibus, qui filios suos per necessitatem distraxerunt, et ne ingenui barbaris venumdentur neque ad transmarina ducantur (*Epit. monachi:* aut trans mare vendantur *pro* neque *etc.*).

Imp. Valentinianus. . . . Dat. prid. Kal. Febr. . . . Interpretatio. Hoc praecepit haec lex: Quicumque ingenui filios suos in qualibet necessitate seu famis tempore vendiderint, ipsa necessitate compulsi, emtor si quinque solidis emit, sex recipiat, si decem, duodecim solidos similiter recipiat, aut si amplius, secundum suprascriptam rationem augmentum pretii consequatur. Nam si huiusmodi personas aliquis aut ad extraneas gentes aut transmarina loca transferre aut venumdare praesumserit, ipse, qui hoc contra statuta praesumserit, sex auri uncias fisco se noverit illaturum.

*Cf. Epit. Aeg.:* Quicumque ingenuus filios suos aut fame aut qualibet necessitate vendiderit *etc.*

---

i) herat *A 1.* k) ommo tandi *A 1*; commutandi *B.* k*) homine *B.* l) licentia *A 2.* m) presenti *B.* n) aut *B.* o) comodare *B.* p) donare *B.* q) cař *B.* r) libera *A 1. 2.* s) nullo *B*, *ubi* malum *deest.* t) inienium *A 2.* u) qualemcum *A 1.* v) homine *A 2.* w) debeant *rad. corr.* d. *A 1.* x) si *add. A 1.* y) forsitant *B.* z) per *B.* a) suam *A 2.* b) tema *A 2*; potestatem *B.* c) *B*; aut *A 1. 2.* d) suplicium *A 1.* e) *B*; i. m. *A 1*; inienio m. *A 2.* f) aliquo *corr.* aliqua *A 2*; aliqua *B.* g) malo fraude *B*; mala fraudem *A 2.* h) cump. *A 1*; conp. *B.* i) receperit *A 2.* k) ipso *A 1.* l) *B*; ut det *A 1. 2.* m) fiscale *B.* n) facultate *A 2.* o) vindere *corr.* vendere *A 2*; vendere *B.* p) lege *A 2.* q) terram *A 1.* r) suum censum *B.* s) nullum *B.*

X. a) *deest B*; *cf. infra n. f.* b) filius suus *A 1.* c) distrahunt *A 2.* d) venundetur *A 2*; venundentur *B.* e) transmarina *B.* f) vendantur *B*, *ubi* XI *add.* g) Valen., Valent. *codd.* h) *B*; II *A 1*; V *A 2.* i) pro q. necessitatem *B.* k) vindiderit *A 1.* l) si — vendiderit *des. B.* m) solid *A 2.* n) recipiat *add.*, *sed del. A 1.* o) solid, sol *A 2. B.* p) presit *A 2*; accepit XVI r. *B.* q) receperit *A 2.* r) conparaverit *B.* s) longam *A 1.* t) vindiderit *A 1.* u) conponat *A 2.*

1) Cf. supra III, 1, 2. XI, 2, 1.

### XI.[a] De episcopale[b] iudicio et de diversis negociis.

Imp. Valentinianus[c]. Data XVI.[d] Kal. Mar. Interpretatio. Clericus si[e] de criminalem[f] causam[g] ante[h] publicum iudicem accusatus[h*] fuerit, sine omnem[i] dilatationem ipsam causam respondeat. Episcopi vero vel presbiteri, si de criminali[k] causa accusati[h] fuerint, advocatos[l] rogent, qui pro se ipsa causa in iudicio respondere debeant[m, 1]; nam alii seculares homines per se ipsos in iudicio suas causas respondeant. Quod si forsitan terciam[n] vicem amallati[o] fuerint et ante iudicem venire noluerint, sicut alii contumaces pene feriundi[p] sunt. Similiter vero nullus inquillinus[q] nec colonus vel servus ad officium clericati vel monachatis[r] venire non debet[s]; nam clericus[t] vero nec negocia nec alias curas publicas[u] agere non debet[v]. Similiter nec curiales[w] publici[u], qui fescales acciones[x] habent, ipsas acciones[y] dimittere non possunt, ut ecclesiarum[z] causas agant. Diaconus[a] vero, qui ex curiales parentes natus est, aut ipse ipsas curias[b] agat, quod sui parentes agerunt[c], aut pro se vecarium[d] det, qui ipsas agere debeat; nam episcopum vel presbiterum non teneatur in tale legem[e] constricti. Originarii[f] vero vel servi, qui infra XXX annos in clericati officio inventi fuerint, ad[g] dominos[h] suos in servicio revertantur. Diaconus[i] vero aut pro se vecarium[k] det aut ipse ad dominum suum revertat. Similiter vero nullum clericum liceat[l] alias curas agere, nisi ecclesiarum. Nam seu clericorum seu diaconorum pecunia, qui urienarii[m] vel servi fuerint[n], si hoc infra XXX annos inventi fuerint, ad dominos[h] suos revertantur. Nam sicut in superiore tituli legum Constantini[o] scriptum est, omnes causas post

---

[XI]. XII. De episcopali iudicio et de diversis negotiis.

Imp. Valentinianus. . . . Dat. XVI. Kal. Mart. . . . Interpretatio. Lex ista de diversis rebus multa constituit; sed inprimis de clericis quod dictum est, ut nisi per compromissi vinculum iudicium episcopale non adeant, posteriori lege Maioriani abrogatum est. De reliquis praecepit, ut, si quis laicus clericum sive in civili seu in criminali negotio per auctoritatem iudicis ad publicum provocaverit, pulsatus sine dilatione respondeat. Episcopi etiam, sive pro pervasione rei alicuius, sive pro quibuscumque gravibus iniuriis ad iudicium fuerint provocati, licet in criminalibus causis per alium nulli liceat respondere, episcopis tamen et presbyteris hac lege praestatur, ut in talibus causis misso procuratore respondeant, sine dubio, ut ad eos redeat sententia iudicati. In reliquis vero criminalibus causis, ubi de scelere persona convincenda est, suam in iudicio praesentiam exhibere procurent. (*Cf. quae hucusque praebet Epit. monachi:* Si quis laicus clericos in civili vel in criminali negotio per auctoritatem iudicis ad publicum provocaverit, pulsatus sine dilatione respondeat. Episcopi et presbiteri in omnibus causis, etiam criminalibus, per advocatos respondeant, sine dubio, ut ad eos redeat sententia iudicati. Nulli alii licebit in criminali causa advocatum mittere nisi episcopo et presbitero). Quod si tertio conventi per exsecutorem ad iudicium venire noluerint, sententiam excipiant contumacis. . . . Nullum etiam originarium, inquilinum, servum sive colonum ad clericatus officium iubet accedere, neque in monasteriis recipi, ne per hanc occasionem debitam conditionem possint evadere. Nam nec corporatus civitatis alicuius, qui publicum servitium debet, nec curialis nec collegiatus clericus esse praesumat. Clericos quoque praecepit, ut negotiationes nullatenus exercere praesumant; quod si fecerint, velut alii negotiatores, a iudicibus emendentur. De corporibus namque publicis nullum fieri defensorem ecclesiae, lex ista constituit. Quod si quis ex curia acquieverit, ut fiat defensor ecclesiae, noverit, res suas omnes curiae aut illi corpori, unde discesserat, applicandas, et se ad servitium civitatis in suo corpore revocandum. Nam et iudicem et officium eius provinciae, si eos non revocaverint, gravi, sicut ipsa lex loquitur, dicit poena feriendos. Diaconis, qui ex curialibus vel ex quolibet corpore publico facti sunt, praecepit, ut pro se ad agenda, quae utilitati publicae debentur, suffectos dare debeant. Quod si non dederint, ipsi ad conditionem debitam revocentur. Nam episcopos atque presbyteros non iubet hac lege constringi, nisi tantum, ut de patrimoniis suis, quae sunt Maioriani lege constituta, evidenter observent. Originarios vero vel servos, qui ad honorem ecclesiasticum adspiraverint, debere intra triginta annos a dominis revocari. Ita tamen, ut diaconus pro se vicarium, si habuerit, reddat, et omne peculium suum dominus eius usurpet. Quod si vicarium non habuerit, unde reddat, ipse ad conditionem propriam revocetur. Nam omnes clericos iubet, ut nullas alias causas, nisi actus tantum ecclesiasticos agant, et ut publica loca pro ecclesiarum reparatione non destruant. De divortiis vero inter coniuges, sublata Novella lege, quae sunt a divo Constantio ordinata, praecepit observari. Tricennalem vero legem in omnibus negotiis ita iubet evidentius custodiri, ut omnia tempora, quae in infinitum negotia extendebant, quia diversi in quadraginta annos, diversi iurisconsultores de aliquibus rebus perpetuam fecerant actionem, specialiter commemoravit, ut omnia de omnibus causis intra triginta annorum curricula concludantur, praeter,

---

XI. a) XII *B.* b) *B;* epi *A* 1; epis *A* 2. c) Valen. *codd.* d) XV *B.* e) *deest* *A* 1. f) criminale *A* 2. *B.* g) causa *A* 2. h) *deest* *B.* h*) acus. *pro* accus. *A* 1. i) omne *A* 2. *B.* k) criminale *A* 2. l) advocatus *A* 1. m) debeat *B.* n) tercia *A* 2. o) amalati *A* 2. p) feriendi *B.* q) inquilinus *B.* r) *B;* monahatis *A* 1; monachati *A* 2. s) debent *A* 2. t) cler. *A* 2. u) publ. *A* 2. v) deb̃ *A* 2. w) cunales *A* 2. x) actionis *A* 1. y) actiones dimitere *A* 1. z) eclesiarum *A* 1. a) diadicianus *corr.* diaconus *A* 1. b) causas *B.* c) ager̃ *A* 2; eger̃ *B.* d) vegarium *A* 2; vicarium *B.* e) lege *B.* f) originaria *B.* g) *B;* a *A* 1. 2. h) dns suus *A* 1. i) diaconos *A* 1. k) vicarium *B.* l) licet *B.* m) *A* 2; uriae narii *A* 1; originaria *B.* n) fuer̃ *B.* o) *B;* Cosstan. *corr.* Constan. *A* 1; Costan. *A* 2.

1) Cf. Epit. monachi loc. supra l. 28 sqq. alleg. et Lex Rom. Burg. tit. 11: *Criminales actiones nullatenus posse mundari, nisi ab episcopis aut presbiteris;* v. E. Loening, 'Gesch. des D. Kirchenrechts' II, p. 533 sqq.

XXX annos eas homo requirere non potest, nisi tantum de postliminio, hoc est, qui[p] de captivitatem[q] reversi sunt, et de minoribus, qui infra annis sunt. Illi vero, qui de captivitatem revertent[r] super XXX annos, III annos causas suas inquirere[s] possunt. Minores vero parvuli[t] super XXX annos[u], V[v] annos causas suas inquirere possunt. Nam super istum numerum causas[w] nullo modo insequerere[x] non possunt. Similiter vero quicumque homo de sua causa iudicem in suspicionem[y] habuerit[z], ut ea per racionem non iudicasset, licet ipsui[a] homini ad[b] alium iudicem sua iusticia[c] inquirere[d]. Similiter vero de colono vel[e] colona dicendum est, quomodo filii eorum[f] inter dominos[g] suos dividantur[h]. Ille dominus, cuius colonus est, de filiis eius duas porciones recipiant[i]; et ille dominus, cuius colona est, de filiis eius terciam[k] recipiat porcionem.

EXPLICIT DIVI[l] VALENTINI.

## INCIPIUNT[a] CAPITULA DE[b] LIBRO XIX.

I. De eos, qui in duas provincias conversantur.
II. De indulgenciis relicorum[c] vel de preciis[d] civitatum omnium.
III. De matrimoniis senatorum.
IV. De testamentis[e] clericorum vel sanctaemoniales[f].

## INCIPIT[g] NOVELLI DIVI[h] MARCIANI.

### I. Neminem[a] exibere[b] de provincia a comitatum, nisi a relationem[c] iudicis, a quo fuerat appellatus[d].

Imp. Valentinianus[e]. Data prid.[f] Kal. Oct.[g] Interpretatio. Quicumque homo cum alio homine[h] causam habuerit, et unus de ipsos[i] homines fuerit[k] de una patria, et ille inter[l] eos alter de alia, in illa patria ipsa causa iudicetur[m], ubi ille homo inhabitat, quem de ipsa causa amallatur.

---

sicut de postliminio dictum est, ut illi anni salvo tricennio captivis imputari non debeant, in quibus hostium dominatione detenti sunt. Quae tamen lex tricennalis, sicut illa tempora ad triginta annos revocat, quae amplius lites fecerant propagari, ita reliqua, quae intra triginta annos suis quibusque locis evidenter iussa sunt observari, in omnibus praecipit custodiri. Nam etiam si lis intra tricennium inchoata fuerit et non definita, quasi nec coepta fuerit, habeatur exstincta; excepta pupillari causa, quibus pro aetatis fragilitate, sicut lex divi Theodosii continet, constat esse consultum; ut ea tempora in tricennio non imputentur, in quibus minores sub tutorum iubentur potestate consistere. A quibus tamen, si post vicesimum quintum annum, ex eo, quo competere actio coeperat, lis fuerit contestata, quintum tantum annum supra tricennium pupillis iubet augeri; ita ut completis triginta et quinque annis, sicut reliquorum causae intra triginta annos, ita et eorum intra triginta quinque annorum spatia concludantur. . . . Si quis iudicem pro quibuscumque causis adversum sibi esse senserit aut habuerit fortasse suspectum, vocem appellationis exhibeat, ut, cum ei successum fuerit, integro negotio apud alium iudicem amotis dilationibus possit audiri. . . . De colonarum vero agnatione id remota ambiguitate hac lege constat esse praeceptum, ut secundum legem, quae ad Palladium data est de colono et colona, inter duos dominos dividatur agnatio, id est, ut coloni dominus duas partes filiorum et tertiam colonae dominus sibi debeat vindicare. . . . . . .

EXPLICIT NOVELLARUM (EXPLICIUNT NOVELL. *nonnulli codd.*) DIVI VALENTINIANI A.

INCIPIUNT NOVELLAE DIVI MARTIANI (*Epit. Aeg.*).

I. Neminem exhiberi de provincia ad comitatum, nisi ad relationem iudicis, a quo fuerit appellatum.

Impp. Valentiniani et Martiani AA. Edictum. . . . Dat. V. Id. Oct. . . . Interpretatio. Si quis adversarium suum aut repetitione aut criminis obiectione pulsaverit, in provincia, in qua consistit ille, qui pulsatur, suas exserat actiones nec aestimet adversarium suum alibi aut longius ad iudicium pertrahendum; illi vero, qui pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare. Simili etiam et militantes ordine teneantur, ut et ipsi apud competentes iudices, quas competere sibi credunt, exserant actiones, quia omnibus legibus constitutum est, ut actor rei forum sequatur.

---

p) *deest A* 1. q) captivitate *A* 2. r) revertunt *corr.* r. *A* 2; reversi *B.* s) requirere *A* 1. t) parvoli *A* 1. u) ann. *A* 1; anns. *A* 2; annis *B.* v) V ann. *A* 1. 2; *des. B.* w) causa *A* 2. x) insequere (= insequi, *quod intelligendum est*) *A* 2. y) suspeccionem *B.* z) habuerint *A* 1. a) ipsi *B.* b) at *A* 1. c) iusticiam *A* 2. d) prosequere *B.* e) aut *B.* f) eius *B.* g) dnā suus *A* 1. h) devitentur *A* 1. i) *rad. corr.* recipiat *A* 2. k) *B;* tercia parte recipiat p. *A* 1. 2. l) DIVII *A* 1; DI·VII· *A* 2; D. — Val. *des. B.*

Lib. XIX. a) *deest A* 1; I. capitula *des. B.* b) XVIIII libro *A* 1. c) reliquorum *B.* d) pretiis *A* 2. e) testamento *B.* f) sanctemoniat *B.* g) I. Incip *A* 2, *ubi numerus tit. infra deest.* h) DIVII *A* 1. 2.

I. a) Nemine *A* 2. b) exhibere *B.* c) relatione *A* 2. d) apellatus *A* 2. e) Valentinis *A* 1; Valen. *A* 2. *B.* f) *B;* II *A* 1. 2. g) Octobr. *A* 1; Octub. *A* 2; Oc. *B.* h) ominem *A* 1. i) ipsus *A* 1. k) *B;* fuerint *A* 1; fuerint *corr.* fuerit *A* 2. l) i. eos *des. A* 1. m) *B;* iudicentur *A* 1. 2.

II. De indulgenciis reliquorum[a] vel[b] de preciis[c] civitatum omnium.

Imp. Valentinianus[d]. Data V. Kal. Feb. Interpretatio. Quicumque homo aut per comparacionem aut per qualecumque modo de fescale[e] causam aliqua facultatem habuerit, censum, quod exinde exire debet[f], reddat; et si ipsum redderit[g], tam ille, quam et sui heredes ipsa causa in perpetuo securi possideant[h].

III. De matrimoniis senatorum.

Imp. Valentinianus[a]. Data Non. Aprl. Interpretatio. Omnes senatores, excepto de vilioribus personas, vel qui infamia[b] deputati[c] sunt, uxorem[d] eis[e] de tales homines ducere non liceat. Nam quamvis de pauperes homines[f], si[g] ingenua[h] persona est et cum bona fama, senator[i] ad uxorem eam prendere[k] potest.

IV. De testamentis clericorum vel sanctaemuniales[a].

Imp. Marcianus[b]. Data X. Kal. Mad. Interpretatio. Haec lex precipit[c], ut sanctaemuniales[a] et viduas vel qualescumque religiosas[d] feminas, liceat eis per qualecumque[e] scriptura et ad episcopos[f] et ad presbiteros et ad qualescumque clericus[g], qui ad ecclesias[h] deserviunt, de res[i] suas qualescumque[k] cartas, si voluerint, facere eis[l] possunt.

EXPLICIT[m] DIVI[n] MARCIANI[n].

CAPITULA[a] DE LIBRO XX.

I. De curialibus et de actionibus preciorum eorum et de diversis negociis[b].
II. De episcopis clericis[c] iudicio[d], et ne quis invitus[e] clericus[f] ordinetur.

INCIPIUNT[g] NOVELLI DIVI[h] MAIORIANI[i].

I. De curialibus et de[a] agnationibus preciorum[a] eorum[a] et de diversis neguciis[b].

Imp. Leo[c]. Data VIII. Id. Novemb.[d] Interpretatio. Si quis curiales[e] filiam habuerit,

---

II. De indulgentiis reliquorum.

[II]. III. De praediis civitatum omnium.

Impp. Valentinianus *etc.* . . . Dat. XV. Kal. Febr. . . . Interpretatio. Si quid de fiscalibus agris vel aedificiis donatione principis vel venditione vel qualibet ratione ad privatos fortasse pervenerit, id lex ista constituit, ut soluto canone a possessoribus in perpetuum teneatur, et impletis fiscalibus debitis, illi, qui possident, heredibus suis relinquendi aut quibus voluerint donandi habeant potestatem.

[III]. IV. De matrimoniis senatorum.

Impp. Valentinianus *etc.* . . . Dat. prid. Non. April. . . . Interpretatio. Hac lege permissum est, ut exceptis vilibus infamibusque personis, quas lex ista commemorat, pauperes et sine ulla dignitate natalium, dummodo honestas et honestis parentibus procreatas, senatores, si voluerint, uxores eligendi et ducendi habeant potestatem. Quod et omnibus exemplo legis huius sine dubitatione permittitur.

[IV]. V. De testamentis clericorum.

Imp. Martianus. . . . Dat. X. Kal. Mad. . . . Interpretatio. Sanctimonialibus, viduis, diaconissis omnibusque religiosis matronis hac lege permittitur, ut seu testamento, seu fideicommisso, seu per nuncupationem, seu per codicillos vel quibuslibet aliis scripturis, quod voluerint, ecclesiae, episcopis, presbyteris vel diaconibus et omnibus clericis relinquendi habeant potestatem. Et si voluerint heredibus suis quoscumque post eorum obitum substituere, habeant potestatem.

EXPL. NOVELL. D. MARTIANI A.

---

II. a) relicorum *B.* b) *deest A 2.* c) pretii *A 2.* d) Valenš *A 1*; Valen. *A 2. B.* e) fiscale causa *B.* f) debit *A 1.* g) reddiderit *B.* h) posideant *A 1*; possidebunt *B.*

III. a) Vatnti *A 1*; Valent. *A 2*; Valen. *B.* b) in infamia *A 1.* c) depotati *A 1.* d) uxores *A 2.* e) ei *A 2*; illius atque eiusdem *pro* eis de *B.* f) parentes *A 2.* g) *ita legendum videtur;* sit *codd.* h) inienua *A 2.* i) senatur *A 1.* k) adprehendere *B.*

IV. a) sanctemoniales *A 2*; santemoniales (*post* sanctem.) *B.* b) Marciūs *A 1*; Marcī *B.* c) precepit *A 2.* d) *B;* sanctaemuniales *A 1*; sanctaemoniales *A 2.* e) quacumque scripturas *B.* f) ēps *A 1.* g) cler *A 2*; clericos *B.* h) ecclesiam *B.* i) *B; deest A 1. 2.* k) *B;* qualecūmque *A 1. 2.* l) ei *B.* m) *deest A 2.* n) Divii Marciani *A 1*; Di·VII· Mar *A 2*; *des. B.*

Lib. XX. a) De lib. XX *B.* b) negociorum *B.* c) *e. cl. corrupta ex* episcopali; cteris *B*; cte *A 1*; cler *A 2.* d) iud *A 2.* e) inviciis *A 2.* f) cler *A 1. B.* g) incip *A 1. 2*; incipit *B.* h) *B*; Divii *A 1*; Di·VII· *A 2.* i) Maiorani *A 2*; Marciani *B.*

I. a) *deest B.* b) negotiis *A 2*; *deest B.* c) Leō *A 1.* d) Novembris *A 1*; Nō *B.* e) curialis *B.*

ipsa[f] filia non habet potestatem se ad alium hominem in matrimonio iungere, nisi ad alium curialem. Et quod si in alia civitate[g] ad maritum ambulaverit, quartam porcionem de facultatem suam perdat. Nam clerici vero, omnes[h] clerici, qui de curiales nati sunt, si honorem[i] non habent[k], a curialem[l] officium revertantur; et si ad ecclesiam confugerint, archidiaconus[m] eos[n] ad iudices curie[1] presentet. Nam episcopus vero vel presbiter aut diaconus, si de curialibus[o] nati sunt, ipsorum res non licet de ipsa curia extraere[p], et si filios[q] habuerint, ad ipsam curialem actionem revertant.

II. De episcopali[a] iudicio[a], et ne quis invitus clericus ordinetur.

Imp. Leo[b]. Data II. Kal. Apr.[c]. Interpretatio. Nullus presumat ingenuum[d] hominem[e] sine sua[f] voluntatem[g] clericum facere.

EXPLICIT[h] DIVI[i] MAIORIANI.

CAPITULA[a] DE LIBRO XXI.

I.[b] De abrogatis capitibus[c] iniustis legis[d].

INCIPIT[e] NOVELLI DIVI[f] SEVERI.

I. De abrogatis capitibus iniustis.

Imp. Leo. Data X. Kal. Mar. Interpretatio. In hac lege similiter dicit[a], sicut in anteriorem[b] legem scripsimus. Mulier post mortem mariti sui nec de sua dote, quod ei suus

INCIPIUNT NOVELLAE DIVI MAIORIANI A.

I. De curialibus et agnatione vel distractione praediorum eorum et de diversis negotiis.

Impp. Leo *etc.* . . . Dat. VIII. Id. Nov. . . . Interpretatio. . . [1]. Filia vero curialis, si civitatis suae curialem accipere noluerit maritum et suam deserens ad aliam se contulerit civitatem, quartam portionis ordini curiae suae, quem despexit, de facultatibus suis cogatur inferre, ad illam civitatem sine dubio, in quam se transtulit, curiales filios, si curialem maritum acceperit, sine dubio paritura. Si autem curialis vel corporatus, nolentes esse quod nati sunt, clerici esse voluerint, et in quocumque officio ante diaconatum fuerint constituti, ad originis suae officium sine dilatione aliqua revocentur. Si vero iam diaconus aut presbyter aut certe episcopus fuerit ordinatus, sive munia sua solverit, sive non solverit, de patrimonio suo nihil alienare praesumat. Qui si masculini sexus filios vel propinquos habuerit, quibus tantum personis curiae necessitas ut observari possit imponitur, illis statim medietatem de facultatibus suis dare non differat, medietatem sibi ad usumfructum retineat. . . . Si quis vero de his, quos superius diximus sine excusatione honoris debere ad suum ordinem vel originem revocari, ad ecclesiae septa confugerit, archidiaconus teneatur, ut eum debeat praesentare. . . . Iubentur etiam curiales, ut praedia urbana vel rustica sine decreti interpositione non vendant, nisi potestatibus referatur, quia vendendi arcta necessitas imminet curiali. . . . . .

II. De episcopali iudicio, et ne quis invitus clericus ordinetur, vel de ceteris negotiis (et — negotiis *des. Epit. Aeg.*; vel — negotiis *des. Epit. monachi*).

Impp. Leo *etc.* . . . Ad suscipiendum clericatus officium unicuique nos optionem dedisse cognoscas, non legem, quia, quamlibet sanctum, onus ut volentibus patimur imponi, ita ab invitis iubemus arceri. . . . Interpretatio. Haec lex . . . hoc amplius habet, quod ad locum scribi fecimus de his, qui inviti clerici ordinantur, quod per se sine interpretatione intelligi potest.

EXPLICIUNT NOVELLAE DIVI MAIORIANI.

INCIPIUNT NOVELLAE DIVI SEVERI.

I. De abrogatis capitibus iniustis legis divi Maioriani A. Ad locum.

Impp. Leo *etc.* . . . Dat. X. Kal. Mart. . . . Interpretatio. Haec lex imperatorum Leonis et Severi ea, quae Maioriani lex de diversis rebus, quas ipsa testatur, observanda esse praeceperat, specialiter vacuavit, et id tantum,

f) *B*; ipsam filiam *A* 1; ipsam filiam *corr.* ipsa filia *A* 2. g) civitatem *A* 1. h) om̄ *A* 1; om̄s *A* 2. *B*. i) onorem *A* 1; honore *A* 2. k) abent *A* 1. l) curiale *A* 2. m) archidiacones *A* 2. n) eum *B*. o) curiales *A* 2. p) extrahere *A* 2. q) filius habuerent *A* 1.

II. a) ep̄i iudicio *B*; ep̄s vel iudicio (iud̄) *A* 1. 2. b) Leō *A* 1. c) Ap̄re *B*. d) inienuo *A* 2. e) omine *A* 1. f) suam *A* 2. g) voluntate *B*. h) *B*; Epli., Epl. *A* 1. 2. i) *B*; Divii *A* 1; Di·VII· *A* 2.

Lib. XXI. a) Cap̄ *A* 2; *deest B*. b) *deest codd.* c) capiti *B*. d) legi *A* 2; legitur *B*. e) Incip̄ *A* 2. *B*. f) *B*; Divii *A* 1; Di·VII· *A* 2.

I. a) dic̄ *codd.* b) anteriore *A* 2.

1) Ex iudicibus curiae, qui curialibus praesunt, memoratis collegimus, auctorem legis hoc loco de hominibus curiae dominicalis ('Hofleute'), neque vero de magistratibus egisse; cf. comment. meam p. 19, n. 1.

maritus fecit, nec de aliam[c] facultatem[d], quod ei suus maritus dimisit, nullam[e] licentiam[f] exinde non[g] habeat[h] alienare, nisi tantum usufructum[i] exinde habeat; et postea si ad[k] secundas nupcias venerit, aut si mortua fuerit, omnem facultatem mariti sui ad filios suos dimittat.

EXPLICIT[l] DIVI[m] SEVERI.

## CAPITULA[a] DE LIBRO XXII.

I. De generibus ingenuorum vel libertorum.
II. De numero servorum testamentum manumittendorum[b].
III. De iure personarum.
IV. De incestis matrimoniis[c].
V. De adoptionibus[d].
VI. Quibus modis exeunt filii de potestate patris[e].
VII. De[f] tutores[f], aut[g] legitimi sunt[g] aut testamentarii[h] legitimi[i] sunt[i].
VIII. De curationum[k], peractis pupellaribus[l] annis.
IX. De testamentis[m].
X. De exereacione[n] liberorum[o].
XI. De lege Falsicia[p].
XII. De fideiussore[q].
XIII. De quibus modis obligatio tollatur, id[r] est de furto[r].

## INCIPIT[s] LIBER GAII[t].

I.[a]

Interpretatio[b]. Ingenuorum statum[c] unum est; nam libertorum vero trea genera sunt. Ingenui[d] vero sunt, qui de ingenuos[e] parentes nascuntur. Liberti vero[f] sunt, sicut iam diximus, trea genera; hoc est: cive[g] Romanum[g] et Latini et divicicii[h].

[1]. Cives[a] Romani ingenui[b] per tres modis facere potest; id est per testamentum; alium vero in eclesiam[c] ante plebem; tercia vero ante principem[1].

[2]. Latino ingenuo[a] vero per tres modis facere potest; id est per minutas[b] cartas; alia est ante amicos[c]; tertia est, si eum in convivio[d] liberum[e] dimittit.

---

quod rationabile et pristinis legibus congruum fuit, credidit reservandum. . . . Itaque, ut post viri obitum relicta uxor usumfructum tantum sponsalitiae donationis habeat et nihil exinde alienare praesumat, sive ad alias nuptias venerit, seu certe non venerit, neque aliis, nisi tantum omnibus filiis suis ex eodem patre genitis, cuius donatio est, haec ipsa sponsalitia largitas aequaliter dimittatur. . . . . .

EXPLICIT [LEX] DIVI SEVERI.

INCIPIT LIBER GAII.

I.

Gaius Institutionum libro primo dicit, omnes homines aut liberos esse aut servos. Sed ex his ipsis, qui liberi sunt, alios esse ingenuos, alios libertinos; ingenuos, qui ingenui nati sunt; libertinos, qui pro iusta servitute manumissi liberi fiunt. Ingenuorum omnium unus status est. Libertorum vero ideo non unus est, quia tria sunt genera libertatum; quia liberti aut cives Romani sunt aut Latini aut dediticii. Tamen, qui cives Romani sint, qui Latini, qui dediticii, breviter explanandum est.

1. Cives Romani sunt, qui his tribus modis, id est testamento aut in ecclesia aut ante consulem fuerint manumissi.
2. Latini sunt, qui aut per epistolam aut inter amicos aut convivii adhibitione manumittuntur.

---

c) alia *A* 2. *B*. d) facultate *B*. e) nulla *A* 2; nullum *B*. f) licentia *A* 2. g) *B; deest A* 1. 2. h) *B*; abet *A* 1; habet *A* 2. i) usufructu *B*. k) a *A* 1. l) Expt *A* 2; Expli *B*. m) *B*; Divii *A* 1; Di·VII· *A* 2.

Lib. XXII. a) *deest B*. b) *B*; manuum mitendorum *A* 1; manuum mittendorum *A* 2. c) matremoniis *A* 2; matrimonio *B*. d) *B*; adopcionibus *A* 1; adobtionibus *A* 2. e) parentis *B*. f) De tutore *A* 2; Deutorestutores *B*. g) a. l. s. *des. B*. h) testamentariis *B*; testamentorum *A* 2. i) *hoc loco perperam ex textus initio recepta sunt.* k) curaciō *B*. l) pupillaribus *B*. m) et de re exereatione liberorum *add. A* 1; et de exereationem liberorum *add. A* 2. n) exereationem *A* 2. o) *B; deest A* 1. 2. p) *ita A* 1. *B*; falsicia *corr.* falcidia *A* 2; *cf. praefationem p.* 296 *et tabulam.* q) fide iussores *B*. r) id de fructo *B*. s) INCIPIT *A* 1. 2; INTPRC INCIP *B*. t) GAGII *A* 1. 2; GA·II· *B*.

I. a) *ante rubricam libri praebet A* 2. b) *deest B*. c) estatum *B*. d) inienui *A* 2. e) *B*; ingnus *A* 1; inienuos *A* 2. f) *B; deest A* 1. 2. g) civem Romani *B*. h) devicicii *A* 1.

[1]. a) *B*; Cive *A* 1. 2. b) inienui *A* 2. c) eclesia *B, ubi* ante *deest.*

[2]. a) ingenui *A* 1, *ubi* vero *deest.* b) minusta *A* 1. c) amicus *A* 1. d) suo *add. B*. e) libertum *A* 2.

1) De manumissione ante regem facta intelligendum videtur; cf. comment. meam p. 39.

[3]. Didicicius[a] vero libertus per tres modis facere potest; id est, si[b] cuicumque[b] servus in culpa ceciderit et pro ipsa culpa multas penas reciperit, postea vero pro ipsas penas dominus eius pro sua mercede ingenuum eum esse dimittere debet; alia est, si dominus suus ei de ferro callido[c] qualecumque nota in suo membro fecerit, quem[d] non posset[d] delere; tercia est, si per qualecumque[e] causam dominus suus ei[f] tale signum in suo corpore miserit, qui semper parere[g] possit.

[4]. Nam cives[a] Romanus libertus meliorem quam illi alii[b], quia[b] et testamentum facere potest[c] et omnia, quae[d] habet, per comiatum patroni sui cui voluerit condonare potest. Latinus vero libertus cum gracia domini sui potest ad hoc[e] pervenire, ut cives Romanus libertus fiat. Didicicius[f] vero libertus ad hoc pervenire nullo modo potest.

II. De numero servorum testamentum manummittendorum.

Interpretatio. Quantos servos[a] homo per suo[b] testamento liberos dimittere potest; id est, qui duos servos habet, ambos liberos dimittere potest; qui tres habet, duos dimittere potest; qui quatuor[c] habet, duos dimittere[c] potest[c]; qui VI[d] habet, III[d] dimittere[e] potest[e]; qui VIII[e] habet, IV, qui X habet, V[f], qui usque ad XVII habet, V dimittat; qui XIX habet, VI, qui plus habet usque ad XXX, terciam[g] partem dimittere potest; qui plus usque ad[h] C[i] servos[k] habet, quartam[l] partem liberos dimittere[m] potest[m]; postea vero quamvis[n] plures servus[o] habeat[p] homo, C ex ipsis[q] per testamentum libertare potest.

[1]. Per minutas vero cartas[a] et* ante principem[1] vel ante amicos[b] omnes[c] suos servos[c] vel ancillas libertare potest.

[2]. Quod si ipse homo in egritudinem[a] fuerit, qui ingenuos[b] dimittere volet[c], et prope fuerit ad mortem[d], per tale[e] ingenio per minutas cartas totos[f] suos servos et[g] ancillas liber-

*) *Pro* et — amicos omnes *praebet cod. A 2:* totos suos servos et ancillas libertare non potest; nisi si fuerit ante principe vel ante amicos suos omnes; *cod. B:* et ante iudicem vel principem nec non ante amicos et omnes.

---

3. Dediticii vero sunt, qui post admissa crimina suppliciis subditi et publice pro criminibus caesi sunt, aut in quorum facie vel corpore quaecumque indicia aut igne aut ferro impressa sunt et ita impressa sunt, ut deleri non possint; hi si manumissi fuerint, dediticii appellantur.

4. Sed inter haec tria genera libertorum ideo cives Romani meliorem statum habent, quia et testamenta facere et ex testamento quibuscumque personis succedere possunt; nam Latini et dediticii nec testamenta condere nec sibi ex testamento aliorum aliquid dimissum possunt ullatenus vindicare. Tamen Latini certis rebus privilegium civium Romanorum libertorum consequi possunt; dediticii vero nulla ratione possunt ad civium Romanorum libertatem ordinis beneficio pervenire. Nam Latini patronorum beneficio, id est, si iterum ab ipsis aut testamento, aut in ecclesia, aut ante consulem manumittantur, civium Romanorum privilegium consequuntur.

II. De numero servorum testamento manumittendorum.

Constitutum est, quantum servorum numerum testamento de quanta familia liceat manumitti, hoc ordine, ut, si quis duos servos habet, ambos manumittere possit; qui vero tres, duos testamento manumittat; qui quatuor, similiter duos; qui sex, tres; qui octo, quatuor; qui decem, quinque; qui undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sedecim, decem et septem, similiter quinque; qui decem et octo, sex; et ab hoc numero usque ad triginta tertiam partem manumittere liceat; qui amplius quam triginta habuerit, usque ad centum, quartam partem de numero servorum manumittere potest; qui vero plures quam centum habuerit, quintam partem manumittere potest. Sed hoc statutum est, ut de quamlibet grandi familia nulli amplius quam centum testamento manumittere liceat.

1. Nam qui voluerit aut in ecclesia aut ante consulem aut inter amicos aut per epistulam manumittere, potest his manumissionibus omnem familiam iugo servitutis absolvere.

[2]. 3. Nam si aliquis in aegritudine constitutus in fraudem huius legis facere noluerit testamentum, sed epistolis

---

[3]. a) Didicius *A 2.* b) *ita B;* sicumque *corr.* sicuicumque *A 1;* si quicumque *A 2.* c) caldo *B.* d) q. n. possat *A 1;* que non possit *B.* e) *A 2;* qualemcumque c. *A 1;* qualecumque causa *B.* f) et *A 2.* g) parare *B.*

[4]. a) *B;* civem Romanum *A 1. 2.* b) alii, qui *B;* aliqua *pro* a. q. *A 2.* c) poss *B.* d) que *B.* e) haec *A 2.* f) didicius *B.*

II. a) servus *A 1.* b) suum testamentum *B.* c) *deest B.* d) sex h. tres *A 2.* e) octo *A 1.* f) dimittere *corr.* dimittat *add. A 2.* g) tertia parte *A 2.* h) *deest A 1.* i) centum *B.* k) servus *A 1.* l) quarta parte *A 2.* m) *B;* dimittat *A 1. 2.* n) quam plus *corr.* quamvis *A 2.* o) *A 1;* servus *corr.* servos *A 2;* servos *B.* p) habet *A 2;* homo habet centum *B.* q) ipsi *A 2.*

[1]. a) causas *B.* b) amicus *A 1.* c) om̃ suus servus *A 1.*

[2]. a) egritudine *B.* b) ingenuus *A 1.* c) vult *B.* d) morte *A 2.* e) *B;* talem ingenium *A 1;* tale inienio *A 2.* f) totus suus servus *A 1.* g) vel *B.*

1) Cf. supra p. 406, n. 1.

tare non potest; nisi quantum[h] legitime superius per testamentum continet, illum numerum liberos[i] dimittere potest.

### III. De iure personarum.

[1]. Interpretatio[a]. Nullus ingenuus homo pro nulla culpa servum[b] suum per se occidere[c] non debeat; sed ipsum servum culpabilem ad iudicem tradat, qui ipsum[d] iusta[e] culpa sua ponire[f] debeat. Nisi si[g] eum antea suus[h] dominus pro ipsa[i] culpa in trabalio[k] miserit, et forsitan[l] occasio[m] evenerit, et ibidem ipse servus mortuus fuerit, pro hoc dominus[n] eius non teneatur in culpa.

[2]. Similiter filii personarum, qui legitimi sunt vel de legitimo matrimonio procreati, antequam mancipetur, in potestate[a] parentorum suorum permanebunt.

### IV. De incęstis matrimoniis.

[1]. Interpretatio. Haec lex specialiter[a] precepit[b], ut ad[c] nullum hominem liceat cum sua[d] propinqua[d] parente nec in adulterio se miscere nec in coniugio accipere, nec illa femina in matrimonio non liceat habere, quicumque[e] suus propincus antea habuit uxore[f]; nam si quis hoc fecerit, penas superiores[g] legis feriantur.

[2]. Similiter vero si ingenua[a] mulier in adulterio de servo conciperit[b], infans[c], qui ex ea de hoc natus fuerit, servus esse debet. Nam si liberta, antequam libertatem percipiat, pregnans fuerit, et dum ipsum partum infra se habuerit et sic fuerit libera dimissa, ille infans, qui tunc ex ea natus[d] fuerit, liber[d] permanebit.

### V. De adoptionibus[a].

Interpretatio. Quicumque ingenuus homo alienum filium adoptivum[b] collegere[c] vo-

---

aut quibuscumque aliis rebus servis suis pluribus, quam per testamentum licet, conferre voluerit libertates, et sub tempore mortis hoc fecerit, hi, qui prius manumissi fuerint, usque ad numerum superius constitutum liberi erunt; qui vero post statutum numerum manumissi fuerint, servi sine dubio permanebunt.

#### III. De iure personarum.

Aliquae personae sui iuris sunt, aliquae alieno iuri subiectae sunt. . . . . . .

1. In potestate itaque dominorum sunt servi, quam potestatem omnes gentes habere certum est; sed distringendi in servos dominis pro sua potestate permittitur; occidendi tamen servos suos domini licentiam non habebunt; nisi forte servus, dum pro culpae modo caeditur, casu moriatur. Nam si servus dignum morte crimen admiserit, iis iudicibus, quibus publici officii potestas commissa est, tradendus est, ut pro suo crimine puniatur.

2. In potestate etiam patrum sunt filii ex legitimo matrimonio procreati.

#### IV. De matrimoniis.

Legitimae sunt nuptiae, si Romanus Romanam nuptiis intervenientibus vel consensu ducat uxorem.

1. Sed non omnes personas uxores ducere licet, quia nec patri filiam, nec filio matrem, nec avo neptem, nec nepoti aviam *etc.* . . . . . .

[1]. 8. Quod si quis incestas vel nefarias, id est, quae sunt superius comprehensae, nuptias inierit, nec uxorem habere videtur nec filios; nam hi, qui ex huiusmodi conceptione nati fuerint, quamlibet matrem habere videantur, patrem vero nullatenus habere censentur et, tanquam si de adulterio concepti fuerint, computantur; qui spurii appellantur, hoc est sine patre filii.

[2]. 9. Regula iuris hoc continet, ut, qui legitime concipiuntur, tempore conceptionis statum sumant; qui vero non de legitimo matrimonio concipiuntur, statum sumant eo tempore, quo nascuntur. Ac proinde de legitima coniunctione conceptus, etiamsi mater eius statum mutet, id est, si ancilla fiat, ille, qui legitime conceptus est, ingenuus nascitur; nam qui non legitimo matrimonio concipitur, si mater eius ex ancilla, dum praegnans est, libera facta fuerit, liber nascetur; si vero ex ingenua ancilla praegnans facta fuerit, servus nascetur, quia non legitime, sed vulgo conceptus est.

#### V. De adoptionibus.

Adoptio naturae similitudo est, ut aliquis filium habere possit, quem non generaverit.

1. Et ipsa adoptio duobus modis fit: una, quae arrogatio dicitur; alia, quae adoptio. Arrogatio est, quando aliquis

---

h) *B;* quam *A* 1. 2. i) liberum *B.*

III. a) *ante rubricam praebet B.* b) *B;* suum servum *A* 1. 2. c) occidere *A* 1. d) ipsa *A* 1. e) *i. e.* iuxta; iuxta *B.* f) ponere *corr.* punire *A* 2; punire *B.* g) *B; deest A* 1. 2. h) suos *A* 1. i) sua *corr.* ipsa *A* 2. k) traballio *B.* l) forsitant *B.* m) hoc casio *A* 1. n) *B;* dominum *A* 1. 2.

[2]. a) potestatem *A* 1.

IV. a) expecialiter *A* 2. b) precoepit *A* 2. c) a nullo homine *B.* d) suam propriam *A* 2. e) *intellige:* quamcumque — uxorem; quicumque — habuit *B; des. A* 1. 2. f) uxorem *A* 2. g) superioris *B.*

[2]. a) inienua *A* 2. b) conceperit *A* 2. c) ille infans *B.* d) nutus est libertus *B.*

V. a) *B;* opcionibus *A* 1; obtionibus *A* 2. b) adobtivum *A* 2. c) colere *B.*

luerit, ut eum[d] pro filio[e] habeat, hoc facere potest. Nam duobus modis est ista[f] condicio: illum dicitur adoptivum[b], qui patrem habet vivum et ad alium patrem se commendare[g] voluerit[h]; et illum dicitur adrogatum[i], qui patrem vivum non habet et ad alium patrem se commendat, et adhuc, si ipse, qui eum recepit[k], rogat eum, ut secum pro filio conversare[l] debeat[l]. Similiter vero et de filias ipsa condicio agendum[m] est.

## VI. Quibus modis filii exeunt de potestate patris.

Interpretatio. Si pater eorum ab ostibus[a] in captivitatem ductus fuerit aut in exilio missus fuerit aut in peregrinationem[b] ambulaverit, dum ad proprium suum non revenerit, filii adulti in potestatem[c] suam remaneant[c]. Et alio modo filii[d] emancipantur[d]: hoc est emancipacio[e], si pater eorum eos per manum[f] dat ad alium seniorem et eos[g] ei[h] commendaverit[h], aut si ad ipsos[i] filios uxores dederint, ut in[g] sua ipsorum potestatem[k] eos vivere[l] dimittat[l]. Postea vero si duo fratres fuerint, et filios[m] habuerint, si ipsorum pater mortuus fuerit, ipsi infantes in avi[n] paterni potestatem remanebunt.

## VII. De tutores.

Tutores aut[a] legitimi sunt aut[b] testamentarii legitimi sunt. Interpretatio. Si ingenuus homo mortuus fuerit et filios parvulos[c], qui infra annis[d] sunt, dimiserit[e], si heredes[f] legitimos[g] non dimiserit aut testamentarius[h] libertus[h], qui res de ipsos parvulos[c] gubernare[i] debeant, tunc iudex[k] ipsius loci tales[l] homines iustos[m] inquirere debeat[n], qui eorum res sine omne damnum[o] de ipsos parvulos[c] gubernare debeant[p].

---

patrem non habens adoptatur, et ipse se in potestatem adoptivi patris dat. Et ideo arrogatio dicitur, quia et ille, qui adoptat, interrogatur, utrum illum, quem adoptat, filium habere velit; et ille, qui adoptatur, interrogatur, utrum id fieri velit. Illa vero alia adoptio est, ubi quis patrem habens ab alio patre adoptatur; et ita ille, qui adoptatur, de certi patris potestate discedit et in adoptivi patris incipit esse potestate.

2. Nam et feminae adoptari possunt, ut loco filiarum adoptivis patribus habeantur; feminae vero adoptare non possunt, quia nec filios ex se natos in potestate habent.

VI. Quibus modis filii exeunt de potestate patris.

. . . 1. Item de potestate patris exeunt filii, si pater eorum in exsilium missus fuerit; quia non potest filium civem Romanum in potestate habere homo peregrinae conditionis effectus. Item filius, si vivo patre in exsilium missus fuerit, in potestate patris civis Romani esse non potest, quia similiter peregrinae conditionis factus agnoscitur.

2. Item si ab hostibus pater captus sit, in potestate, quamdiu apud hostes fuerit, filios non habebit. Sed si de captivitate evaserit, iure postliminii omnem, sicut in aliis rebus, ita et in filiis recipit potestatem. . . . . . .

3. Item per emancipationem filii sui iuris efficiuntur. Sed filius masculus tribus emancipationibus de potestate patris exit et sui iuris efficitur.

Emancipatio autem, hoc est manus traditio, quaedam similitudo venditionis est; quia in emancipationibus praeter illum, hoc est certum patrem, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. . . . . . .

VII. De tutelis.

Tutores aut legitimi sunt aut testamentarii.

1. Legitimi sunt, qui pupillo per virilem sexum propinquitate coniunguntur; et qui proximior fuerit de agnatis, ad ipsum legitima tutela pertinet: quia is, qui proximus fuerit ad tutelam, ipse proximus est et ad hereditatem.

2. Testamentarii sunt, quos patres aut avi paterni in testamento suo tutores filiis aut nepotibus delegaverint. Quod si nec testamentarius tutor fuerit nec legitimus, tunc ex inquisitione iudicis pupillis tutores dantur.

---

d) eo *A* 2. e) filium *B*. f) ita *A* 2. g) *B;* commandare *A* 1. 2. h) vult *B*. i) arogatum *A* 1. k) recipit *A* 1. l) converset *B*. m) agenda *corr.* agendum *A* 1.

VI. a) hostibus *B*. b) perigrinationem *A* 1. c) potestate sua remanent *B*. d) *ita emendavi;* filie mancipantur *A* 1; filii mancipantur *A* 2; filię mancipantur *B*. e) *B;* inmancipatio *A* 1. 2. f) manus *B*. g) *deest B*. h) ille commutaverit *B*. i) ipsus filius *A* 1. k) potestate *B*. l) d. v. *A* 2. m) filius *A* 1. n) *B;* havi *A* 1; avii *A* 2.

VII. a) *B;* autem *A* 1; aũt *A* 2. b) *B; deest A* 1. 2. c) parvulus *A* 1. d) atiñ *A* 1. 2. e) demiserit *A* 1. f) hereditabunt *B*. g) legitimus *A* 1. h) testamentarios libertos *B*. i) gobernare *A* 1. k) iudices *A* 1; iud̃ *A* 2. l) teles *A* 2. m) iustus *A* 1. n) debeant *A* 2. o) damna *corr.* damnu *A* 1. p) debeat *A* 1.

1) Cf. infra XXIII, 7, 1. 2. XXIV, 8, 1. De patria potestate solvenda alia iuris Germanici documenta illorum saeculorum haud ita accurate exponunt. Cf. O. Stobbe, diss. cit. p. 67 sqq. et 'Beiträge z. Gesch. d. D. Rechts' p. 6 sqq.; R. Sohm, 'D. Reichs- u. Ger.-Verfassung' I, p. 342. 547; Heusler, 'Institutionen des D. Privatrechts' II, p. 435 sq.; L. de Salis in 'Z. d. Sav.-Stift. VII. Germ. Abth.' p. 194.

### VIII. De curatione[a], peractis pupillaribus[b] annis[c].

Interpretatio. Parvuli[d], hoc est, qui in minore etate sunt, post XXV[e] annos[f] etatis[g] suae de tutorum potestatem[h] exeunt. Et quod[i] si forsitam[k] aliquid ipsi parvuli talem[l] infirmitatem habuerint, ut suas res gubernare[m] non possint, diebus vite sue ipsi parvuli[d] in tutorum[n] potestate esse[o] debęant.

### IX. De testamentis.

Interpretatio. Hii sunt, qui testamentum facere non possunt: id est infans, qui infra annis[a] est, et adoptivus[b] filius nec[c] furiosus, hoc est furiosus, qui sanam[d] mentem[d] non habet; sed[e] iste[f], cum inter impetus ad[f] propria mente revenerit, testamentum facere potest.

### X. De exeredacione[a] liberorum.

Interpretatio. Si quis testamentum fecerit, si filium masculum habuerit, aut de presente illum in ipso testamento heredem scribat aut de presente illum exeredet[c]; nam si sic non fecerit, ipse[d] testamentus stare non potest[e]. Et quod si filias[f] habuerit et illas in suo[g] testamento heredes scribere noluerint, pro ipsas filias[f] testamentus[h] cadere non potest. Nam postomi vero duobus modis dicuntur[i]: hoc est infans, qui post[k] testamentum factum nascitur, et qui post mortem patris natus est. Ille homo, qui testamentum facit, in ipso testamento scribere debet et dicat: 'Si mihi filius aut filia nati fuerint, heredes[l] mei sint', aut dicat: 'exheredes'. Nam si sic non fecerit, illi infantes, qui postea nascuntur, rumpunt testamentum.

### XI. De lege[a] Falsicia[b].

Interpretatio. Nullus homo nec testamentum nec alia carta[c] de sua facultate facere non[d] potest, ubi Falsicia[b], hoc est quartam[e] partem, non reservaverit[f, 1].

---

VIII. De curatione.

Peractis pupillaribus annis, quibus tutores absolvuntur, ad curatores ratio minorum incipit pertinere. Sub curatore sunt minores aetate, maiores eversores, insani. Hi, qui minores sunt, usque ad viginti et quinque annos impletos sub curatore sunt. Qui vero eversores aut insani sunt, omni tempore vitae suae sub curatore esse iubentur; quia substantiam suam rationabiliter gubernare non possunt.

[IX]. LIB. II, II. (X). De testamentis.

. . . 1. Id quoque statutum est, quod non omnibus liceat facere testamentum, sicut sunt hi, qui sui iuris non sunt, sed alieno iuri subiecti sunt, hoc est filii, tam ex nobis nati, quam adoptivi.

2. Item testamenta facere non possunt impuberes, id est minores quatuordecim annorum, aut puellae duodecim.

3. Item et hi, qui furiosi, id est mente insani, fuerint, non possunt facere testamenta. Sed hi, qui insani sunt, per intervalla, quibus sani sunt, possunt facere testamenta.

[X]. III. (XI). De exheredatione liberorum.

Is, qui filium in potestate habet, curam gerere debet, ut testamentum faciens masculum filium aut nominatim heredem instituat aut nominatim exheredet, nam si masculum filium testamento praeterierit, non valebit testamentum.

1. Si vero filiam praeterierit, non rumpit testamentum filia praetermissa. . . . . . .

2. Posthumorum duo genera sunt; quia posthumi appellantur hi, qui post patris mortem de uxore nati fuerint, et illi, qui post testamentum factum nascuntur. Et ideo, nisi is, qui testamentum facit, in ipso testamento comprehenderit: 'Quicumque filius aut filia mihi natus natave fuerit, heres mihi sit', aut certe dicat: 'exheres sit', valere non potest eius testamentum. . . . . . .

*Cf. Epit. monachi:* Posthumi dicuntur, qui post mortem patris nascuntur, et qui post testamentum a patre facto nascuntur. Ideo nisi dicat in ipso testamento: 'Si filius aut filia mihi natus natave fuerit, heres mihi sit', aut dicat: 'non sit', valere eius testamentum non potest. . . . . . .

[XI]. VI. (XIII). De lege Falcidia.

Lege Falcidia constitutum est, ut, quicumque heres fuerit institutus, quartam partem totius hereditatis habeat. Quod

---

VIII. a) curationem *A 2*. b) pupellaribus *B*. c) ann̄ *A 1. 2*. d) parvoli *A 1*. e) XX et V *A 1*. f) annus *A 1*; ann̄ *A 2*. g) *B*; etate *A 1. 2*. h) potestate *B*. i) co *A 2*. k) forsitant *B*. l) tale infirmitate *A 2*. m) gobernare *A 1*. n) totorum *B*. o) *deest A 2*.

IX. a) ann̄ *A 1. 2*; annos *B*. b) adobtivus *A 2*. c) et *B*. d) sana mente *B*. e) *B*; si teste *A 1*; si testes *A 2*. f) a *A 2*.

X. a) *B*; exeretatione *A 1. 2*. b) presentem *A 1*. c) exheredem det *B*. d) ipsum testamentum *B*. e) poterit *B*. f) filia — et illa — heredem — ipsam filiam *B*. g) suo *fortasse corr.* sua *A 2*. h) *A 2*; testam̄ *A 1*; testamentum *B*. i) intelleguntur *B*. k) postei *B*. l) hered̄ *B*.

XI. a) legem *A 1*. b) Falcidia *A 2*. c) car̃ *B*. d) *deest A 2*. e) quarta parte *A 2*. f) reservaverint *A 1*.

1) Cf. supra p. 299 sqq.

### XII. De fidei commissis.

Interpretatio. Si quis homo pro qualecumque[a] causa fideiussorem[b] acciperit[c], si se ad ipsum fideiussorem[d] tenere[e] vult, fide, quod fecit, solvat. Et quod si illum fideiussorem[f] dimittere vult, ad suum debitorem se tenere potest[g], ut suum debitum ei reddat[1].

### XIII. De quibus modis obligacio tollatur.

Interpretatio. De furto. Furtuorum genera sunt quattuor[a], id est: manifesti[b] et ne manifesti[c] vel concepti et oblati. Manifestus furtus est, si quicumque[d] homo furtum fecerit et super ipsum furtum conprehensus[e] fuerit. Ne manifestus furtus est, si aliquis[f] furtum fecerit[g], et eum super ipsum furtum non[h] conprehenditur, sed tamen ipsum furtum factum habet. Concepti furtus est, qui rem, quod homo[i] involat, et aput[k] alium hominem[h] invenitur, et non aput[k] illum, qui ipsum furtum fecit[l]. Oblati[m] actio[n] furtus est, ut si aliqui homo alterius rem sine commiatum domini sui tetigerit[m]. Oblati[o] actio[p] furti[q] est, ut si aliquis[r] alterius[s] caballum super convenienciam ipsius longius minaverit, quam inter eos convenerit[t.*]. Oblati actio[u] furtus est, si quicumque homo alicui consilium dederit, ut[v] qualecumque[w] furtum faciat. Oblati actio[b] furtus[x] est, si quicumque homo rem suam in manu[y] sua tenet eam, ei[z] alter homo[a] ipsam rem de manu[b] excusserit[c], ut ea[d] perdere debeat. Istas tales causas omnis homo eas pro furtum[e] tenere potest.

*) *Cod. A 2 add.:* Oblati actio furti est, si quicumque furtum faciat.

EXPLICIT LIBER GAII[f] FELICITER.

---

si testator hereditatem suam legatis exinanierit, hoc statutum est, ut Falcidiam sibi de imminutione legatorum heres retineat, constante nihilominus testamento.

[XII]. VII. (XIV). De fideicommissis.

Potest aliquis recto iure heredem instituere et rogare eum, ut hereditatem suam aut omnem aut ex parte alii per fideicommissum reddat *etc., quae omnia ab eis, quae lex Raetica hoc loco continet, valde abhorrent.*

[XIII]. X. (XVII). Quibus modis obligatio tollitur.

Tollitur obligatio solutione debiti. . . . . . .

1. . . . Ex delicto nascuntur obligationes, si aliquis furtum fecerit vel bona aliena rapuerit vel damnum alteri dederit aut iniuriam fecerit. . . . . . .

2. Furtorum autem genera sunt quatuor: manifesti, nec manifesti, concepti et oblati. Manifestum furtum dicitur, si quando fur, cum cuiuscumque rem tollit, in ipso furto deprehenditur. Nec manifestum furtum appellatur, quod, quamlibet, dum fieret, inventum non est, tamen furtum factum fuisse probatur. Conceptum furtum dicitur, cum apud aliquem alterum res furata invenitur. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiva alicui ita a fure datur, ut apud ipsum furem inveniri non possit.

3. Praeterea qui rem alienam, invito aut nesciente domino, contingit vel tollit aut de loco movere praesumit, furtum facit.

4. Et si quis rem utendam acceperit aut commendatam apud se habuerit et ea aliter usus fuerit, quam accepit, furti actione tenetur.

5. Praeterea si quis iumentum alterius ad hoc accepit, ut eum quinque milibus duceret, si id decem milibus aut longius, quam ab illo, qui dedit, fuerit constitutum, abegerit, furti reus erit.

6. Et multa praeterea horum quoque similia sunt secundum legem. Nam furti tenetur etiam, qui ipse furtum non fecerit, sed ut fieret, opem aut consilium aut studium commodarit, velut, si quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excusserit, ut alii eam rapere possent.

EXPLICIT GAII LIBER FELICITER.

---

XII. a) q. causa *des. A* 2. b) fidemiussorem *A* 1. 2; fideiussore *B.* c) acceperit *A* 2; acc. — ipsum fideiussorem *des. B.* d) fidemiussorem *A* 2. e) *B; deest A* 1. 2. f) fidemiussorem *A* 2; fideiussore *B.* g) debet *A* 2.
XIII. a) IIIIor *A* 2. *B;* IIII *A* 1. b) *B;* manifesta *A* 1. 2. c) manefesti *A* 1. d) quicumquę *B.* e) compreensus *A* 1. f) aliqui *A* 1. g) facit *B.* h) *deest B.* i) omo *A* 1. k) apud *A* 2. l) facit *B.* m) Oblati — tetigerit *des. B.* n) atio *A* 1. o) Oblacti *A* 2; Oblacio *B.* p) atio *corr.* actio, *et ita post A* 1. q) furtis *A* 2. r) *B;* aliqui *A* 1. 2. s) ulterius *corr.* a. *A* 1. t) convenit *B.* u) accio *B;* est *add. A* 2. v) aut *B.* w) *B;* quicumque *A* 1. 2. x) furti *A* 1. y) manum suam tenit *A* 2; manu tenet *B.* z) *deest A* 2. a) si *add. A* 2. b) manum suam *A* 2. c) excoserit *A* 2. d) eam *B.* e) furtu *A* 2; furto *B.* f) Ga·II· *B;* Gagii *A* 1. 2.

1) Cf. infra XXIV, 17. De obligatione fideiussorum secundum ius Germanicum v. O. Stobbe, 'Zur Gesch. des D. Vertragsrechts' p. 122 sqq.; eiusdem 'D. Privatrecht' §. 191. III, p. 305 sqq.; Heusler, 'Institutionen d. D. Privatrechts' II, p. 252; Beseler, 'System des gem. D. Privatrechts' I, p. 522 sq. Cf. Specul. Suevorum, ed. de Lassberg c. 352: '*Wirt ein man des andern burge, jener habt sich an den burgen oder an den selbscholn, swelhen er wil, — und ist der ander ledic*'; Ius territoriale Westerwoldense XV, 16 (ed. de Richthofen, 'Fries. Rechtsquellen' p. 277): '*Wel schuldich is und settet enen borghe, sal men den borgen manen; manet men den schuldener, soe is die borge vry*'.

## CAPITULA[a]* DE LIBRO XXIII.

I. De omne[b] pactu, qui[c] inter duos homines agitur.
II. De qualecumque causa[d], unde inter duos homines agitur[e].
III. De ipsa causa.
IV. De procuratoribus et cognitoribus.
V. De omnem[f] rem, unde unus ad alterum debitor est.
VI. Qui res alienas recepit[g] ad usuras.
VII. De filiis familiae[h], hoc est sine uxore[i].
VIII. De calumniatoribus.
IX.[k] De minoris[l] etatibus[m].
X. De pignore[n] vel fiducia.
XI. De prestito.
XII. De satisdandum[o].
XIII. De falsariis.
XIV. De libertis[p] vel de[q] servis.
XV. De muliere prignantem[r].
XVI. De filio, antequam mancipetur[s].
XVII. De eo, qui carta frangat[t].
XVIII. De vendicionibus[u].
XIX. De consilio malo, qui dat alieno servo.
XX. De invasione[v] terre[w] alterius.
XXI. Si duo heredes terram[x] insimul habuerint.
XXII. De peculii[y] damno vel de[q] qualecumque damnu[z].
XXIII. De aqueducto[a] vel via privata.
XXIV. De duos heredes.
XXV.[b] De negatione debiti.
XXVI. De fideiussores.
XXVII. De sepellicione[c] mortuorum[d].

## INCIPIT PAULI SENTENCIARUM LIBER I.

### I. De omni[a] pactu, que[b] inter duos homines agitur.

Si primus pactus, que inter se fecerunt[c], et possessum[d] non fuerit, ille posterior pactus[e] valebit.

*) *Pro hoc indice capitulorum, qui cum ceteris in codice B in primis voluminis foliis scriptus est, in eodem codice hoc loco leguntur:*

DE LIBRO BREVIARIUM.

De qualecumque causa inter duos homines agitur, et ante iudicem[e] venerit. Hera I[f].
De omni rem, unde unus ad alterum hominem debet. Hera II[g].
Qui res alienas recepit ad usuras. Hera[h] III.
Si pater II filios habuerit unus ex illis habuerit uxorem hera[h] [IIII[i]].

EXPLICIT LIB. BREVIARIUS.

---

INCIPIT PAULI SENTENTIARUM LIBER I.

I. De pactis et conventis.

1. Interpretatio. Si de una re inter ipsas personas duae pactiones fiant, posterior valebit.

---

Lib. XXIII. a) *deest B.* b) omni *A* 1. c) quod *B.* d) caus *B.* e) *B;* agit *A* 1. 2. f) omne rem *A* 2; omne re *B.* g) recipit *A* 1. h) familię *A* 2. *B;* familie *A* 1. i) uxorem *A* 2; usuras *B.* k) X *pro* IX, *et infra* X *pro* XI *et ita reliqua B.* l) minoribus *A* 2; minores *B.* m) aetatibus *A* 1. n) *B;* pignora *A* 1. 2. o) satis dando (*corr.* dandu) *B.* p) libetis *B.* q) *deest B.* r) prignante *A* 2; pregnante *B.* s) *B;* mancipentur *A* 1. 2. t) fragat *A* 1; frāgat *A* 2; frangit *B.* u) vinditionibus *A* 2. v) ma missiō *corr.* manu missiō *B.* w) terrę *B.* x) terra *A* 2. y) *B;* peculio *A* 1. 2. z) damnǫ *A* 2; fera *B.* a) aquaeducto *B.* b) XXX *et infra* XXXI. XXXII *A* 1. c) sepellicioñ *B.* d) *B;* mortui *A* 1. 2. e) iudidicem *B.* f) hera I. *coniecì pro* herit *codicis.* g) hera II. *conieci pro* herunt duo *codicis.* h) hera *conieci pro* herunt *codicis.* i) *supplevi.*

I. a) om̄ *A* 2; omne *B.* b) quę *A* 2. c) *A* 2; fecer̄ *A* 1; fecerint *B.* d) *A* 2; possesum *A* 1; possessi non fuerint *B.* e) *B;* factus *A* 1; *deest A* 2.

II.

Item alia. De qualecumque causa[a], unde inter duos homines agitur, et ante iudicem venerint, et si[b] qualecumque carta ipse iudex per aliqua forcia aut per aliquas premias super eum, qui iusticiam[c] habuerit, ei iniuste fecerit, ipsa carta non optineat[d] firmitatem.

III. Sub[a] tutella de ipsa causa.

Interpretatio. Si ipse homo[a], qui de sua[b] causa iustitiam habet, qualecumque cartulam[c] exinde conscribere[d] voluerit, integra optineat[e] firmitatem.

IV.

[1]. Item alia interpretatio[a]. De procuratoribus et cognitoribus. Omnis[b] infamatus, hoc est omnis, qui in falso crimine inventus[c] fuerit, testimonium portare non potest; et iudex ipsum[d] inquirere faciat et sine nullum hominem accusantem[e] de omne[f] culpa discuciat.

[2]. Item alia interpretatio. Et[a] si eum aliquis accusaverit[b] et in falso crimine inventus fuerit, nec in sacramento nec in nullo testimonium[c] amittatur[d].

[3]. Item alia. Ad feminam de nullam[a] rem procurationem non licet recipere, nisi in proprias suas ipsius res, et illum ipsum, si ingenua[b] aut bona persona fuerit, in suas[c] ipsius res aut in filiorum suorum res sic recipiat procurationem[d] ad gubernandum illum[e].

[4]. Item[a] alia. Nullus servus in causa[b] domini sui nec[c] in sua propria causa procurator esse non[d] potest.

V.

[1]. Item[a] alia interpretatio[b]. De omnem[c] rem, unde unus ad alterum hominem debitor[e] est. Si[f] ipse debitor[e] mortuus fuerit aut forsitan de patria[g] migraverit, omnem ipsius debitum sui heredes, qui eius facultatem habuerint[h], solvantur.

[2]. Item[a] alia interpretatio[b]. Procurator illas res gubernare[c] aut defendere potest,

---

[II]. I, 2. Sententia. Neque contra leges neque contra bonos mores pacisci possumus.

Interpretatio. Si inter aliquos conveniat aut de admittendo crimine vel inferenda violentia vel faciendo, quod lex aut honestas prohibet, aut de rebus alienis, aut si de bonis viventis aliquid paciscantur, haec pacta valere non possunt.

[III]. I, 3. Interpretatio. Post rem iudicatam pactio inter eos, qui litigaverunt, tunc obtinet firmitatem, si de summa, quam iudicio constat addictam, ab eo, qui vicit, aliquid concedatur.

[IV]. II. De procuratoribus et cognitoribus.

[1. 2]. 1. Sententia. Omnes infames, qui postulare prohibentur, cognitores fieri non possunt, etiam volentibus adversariis.

Interpretatio. Infames sunt, qui propter aliquam culpam notantur infamia. Et ideo tales personae ad agendas causas nec mandatum dare nec suscipere ab altero possunt, etiamsi hoc eorum adversarii acquiescant.

[3]. 2. Interpretatio. Feminae, licet procurationem suscipere prohibeantur, tamen, si dominae et procuratrices fiant, pro re iam sua agere possunt.

[4]. 3. Interpretatio. Nec procurator in causa aliena nec procurator et dominus, ut pro re sua agat, infamis persona fieri potest.

[V, 1]. II, 4. Interpretatio. Actio de executione iudicatarum rerum non solum ipsi auctori, qui egit, competit, sed et heredi similiter datur. Nam et heres victi ab herede victoris ad solutionem iudicati nihilominus retinetur.

[2]. III. De procuratoribus.

1. Sententia. Mandari potest procuratio praesenti et nudis verbis et per literas et per nuncium et apud acta praesidis et magistratus.

---

II. a) caus *B.* b) *deest A 2.* c) iustitia *A 2.* d) obteneat *A 2.*

III. a) *ita B; pro* Sub — homo *praebent* De ipsa causa. Intpr. Subt't'l (*ita*) homo *A 1*; De i. c. I. Subtutor. *A 2*; tutella *fortasse corruptum ex* titulo. b) ipsa *B.* c) *A 2*; cartalam *A 1*; carta *ead. man. corr.* cartulam *B.* d) scribere *A 2.* e) obteneat *A 2.*

IV. a) *B; deest A 1. 2.* b) *B;* Om̄ *A 1*; Omnes *A 2.* c) *B;* detentus *A 1. 2.* d) illum *B.* e) adcusantem *A 1.* f) omni *B.*

[2]. a) *deest A 2.* b) acusaverit *A 1.* c) testimonio *A 2.* d) amitatur *B.*

[3]. a) nulla *B.* b) inienuam *A 2.* c) sua *B.* d) procurarationem ad gobernandum *A 1.* e) *deest B.*

[4]. a) *deest B.* b) causam *A 1.* c) *ita B;* sine censu (censum) ad propriam causam *A 1. 2.* d) debet *pro* n. p. *B.*

V. a) *deest B.* b) *deest A 1.* c) omni *B.* d) ominem *A 1.* e) debitur *A 1.* f) et si *A 2.* g) patriam *A 1.* h) *B;* habuerit *A 1. 2.*

[2]. a) *deest B.* b) *deest A 1. 2.* c) gobernare *A 1.*

vel[d] et quas ei ante testes commissas[e] fuerint[f]; nam in alias res procurator esse non potest, vel quas ei ante testes non fuerint consignatas, aut si per iussionem[g] principis aut[h] per scripta ei non fuerint consignatum.

[3]. Item alia interpretatio. Qui[a] negocia[b] aut qualecumque actum agit, per nullam rem nec per nullum[c] sportulum causa[c] alteri homini errare non debet, nisi directum[d] iudicium iudicare. Nam si hoc fecerit, quid[e] alterius causa[f] per hoc errare debeat[g], non valebit.

[4]. Item alia interpretatio[a]. De tutoribus. Hoc est, qui res orfanorum se promittit[b] gubernare[c], si[d] post finita[e] tutillam[f] legitimum annorum[g] conpletus[h], et ipse homo in ipsam[i] gubernationem ipse tutor stare[k] voluerit, ille homo[l], cuius res sunt, pro actorem[m] suum[m] ipsum tutorem[n] tenere potest.

## VI[a].

[1]. Item[b] alia[b]. Qui res alienas recepit[c] ad usuras, sicut inter ipsos convenerit[d], ad illum, cuius res sunt, solvat; si ille plus[b] quesierit, cuius res sunt, quod inter eos convenit, iuratus[e] dicat ille, qui ipsas res recepit[f]: quod[g] inde fraude nulla non fecisset, ut, sicut inter eos convenit, sic solvat.

[2]. Item alia interpretatio. Si mater filiorum res[a] patre[b] mortuo voluerit suscipere ad gubernandum[c], non ei necetur; et ipsa vero similem[d] exinde racionem datura[e] est, sicut et alter homo[f], qui res orfanorum recepit[g] ad gubernandum[c. 1].

## VII.

[1]. Item alia. De filios familiae. Hoc est, si[a] filius[b] sine uxorem[c] fuerit, aut si ad[d] regem[e] vel ad alterum patronum commendatum[f] non fuerit[2], nisi adhoc[g] in solam[h] potestatem patris permanserit, sic est ille filius, sicut et servus. Si talis[i] filius vel servus pecuniam aut qualecumque rem de altero homine[k] reciperint[l], nesciente[m] patre[n] aut domino suo, et ipsam[o] rem perdiderint, et postea ille, qui ad illos[p] ipsam rem commendavit, si

---

[V, 2]. III, 2. Interpretatio. Procurator eas tantum res agere potest, quas ei evidenter constiterit fuisse commissas.

[V, 3]. IV. De negotiis gestis.

1. Sententia. Qui negotia aliena gerit, et bonam fidem et exactam diligentiam rebus eius, pro quo intervenit, praestare debet.

[4]. 2. Interpretatio. Tutor, si peracta tutela, id est, impletis pupillaribus annis, voluerit in ipsa administratione persistere, de actis negotiis pupillo vel curatori eius non tutelae, sed negotiorum gestorum cogendus est reddere rationem.

[VI, 1]. IV, 3. Interpretatio. Qui pecuniam exercet alienam, usuras eius reformare cogendus est. Et si minus idoneis personis de hac ipsa pecunia fortasse crediderit, pro ipsorum personis, quae solvere non possunt, damnum ipse, qui talibus personis credidit, sustinebit.

[2]. 4. Sententia. Mater, quae filiorum suorum rebus intervenit, actione negotiorum gestorum et ipsis et eorum tutoribus tenebitur.

Interpretatio. Mater, quae se in retinendis rebus filiorum miscuerit, tam ipsis, quam tutoribus eorum negotiorum gestorum cogetur reddere rationem.

[VII, 1]. IV, 5. Interpretatio. Si filiusfamilias aut servus sine iussu patris aut domini negotia gesserint aliena et ex hoc inveniuntur obnoxii, tantum damni pater vel dominus sustinebit, quantum in eorum peculio potuerit inveniri.

---

d) vel et *des. B.* e) comissas *B;* non *add. A* 1. f) fuerit *A* 2. g) iussione *A* 2. h) *verba* aut — negocia (§. 3, *n.* b) *solus codex B praebet, des. A* 1. 2; *in A* 1 *spatium nonnullarum* ($4^1/_2$) *linearum vacuum relictum est.*

[3]. a) ui *B.* b) *cf. supra* §. 2, *n.* h. c) nullo isportulum causam *B.* d) rectum *B, ubi* iudicium *deest.* e) quod *B.* f) causam *A* 2. g) debet *B.*

[4]. a) *B; deest A* 1. 2. b) promittet *B.* c) gobernare *A* 1. d) sit *corr.* si *A* 2. e) finitam *A* 2. f) tutella *B.* g) sannorum *B.* h) conpletos *B.* i) ipsa g. *A* 2; ipsa gubernacione *B.* k) estare *B.* l) omo *A* 1. m) actore suo *B.* n) tutore *A* 2. *B.*

VI. a) *deest B.* b) *deest A* 2. c) recipit *A* 2. d) convenit *B.* e) iratus *B.* f) recipit *A* 1. g) *verba:* quod — res (§. 2, *n.* a) *solus codex B praebet, des. A* 1. 2; *in codice A* 1 *nonnullarum linearum spatium vacuum relictum est; in A* 2 *nova linea voce* Patrem *incipit.*

[2]. a) *cf. in supra* §. 1, *n.* g. b) *B;* patrem mortuum *A* 1. 2. c) gobernandum *A* 1. d) simile *B.* e) daturam *A* 2. f) omo *A* 1. g) recipit *A* 1.

VII. a) *deest B.* b) fili *B.* c) uxore *B.* d) a *B.* e) rege *A* 2. f) com *B.* g) adhuc *B.* h) sola potestate *B.* i) tales *A* 1. k) hominem *A* 1. l) reciperit *B.* m) nescientem *A* 1. n) patrem *A* 2. o) ipsa *A* 2. p) illam *B.*

1) Cf. supra p. 338, n. 1. 2) Cf. supra p. 409, n. 1.

eam[q] requirere voluerit, et ipsi non habuerint ei unde reddere, dominus vel pater eorum amplius ei non reddat, nisi quantum de ipsorum peculiare[r] invenire potuerit.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Si pater duos filios[b] habuerit, et unus de illos uxorem[c] habuerit aut ad regem vel ad[d] alterum patronum commendatum[e] fuerit[1], et pater eorum ad illum plus fecerit, quam legitimum est: ad illum, qui sine uxore[f] est aut ad regem aut ad patronum commendatum non est, pater eius de suum proprium[g] ad illum ipsas res adimpleatur[h], et ille, cui plus fecit, integra optineat[i] firmitatem.

VIII.

[1]. Item alia interpretatio[a]. De calumniatoribus. Ille non est calumniatur[b], qui inter duos homines[c] contendentes de qualecumque rem iusticiam dicit; sed ille est calumniatur[d], qui rogitus aut per primias[e] alterius causa desertat.

[2]. Item[a] alia. Si quis alterum hominem[b] per forciam[c] aut in domo aut in carcere aut in catenis miserit aut per qualecumque ingenio[d] illum extorserit, ut illi[e] de res suas qualecumque cartula[f] facere debeat, ipsa[g] cartula nullam optineat[h] firmitatem.

IX.

[1]. Item[a] alia interpretatio[b]. De minoris[c] etatibus. Si quis infra legitimis[d] annis sunt, si aliqua graviora culpa commiserit[e], sicut lex continet, solvat sicut[f] ille[g], qui in maiore[h] etate est.

[2]. Item[a] alia. Quicumque in minore etate sunt, rem suam alicui commendaverit, et exinde damnum evenerit, totum[b] requirere illum non potest, nisi si ipse propriam[c] suam voluntatem illi reddere[d] voluerit. Similiter et ille, qui in minore etate est, et ad alterum talem[e], qui in minore aetate est, sua negocia commendaverit, similiter, ut supra diximus, in[a] integro ei[f] requirere non potest, nisi si ipse minor propria sua voluntate[g] ei reddere voluerit.

[3]. Item[a] alia interpretatio[b]. Si duo parvuli[c] consubrini[d], qui infra annis sunt, et sine parentes remanserint, et unus de illos[e] mortuus fuerit, ille, qui vivit, amborum hereditatem[f] vindicet[g].

---

[VII, 2]. IV, 7. Sententia. Pater, si emancipati filii res sine ulla exceptione a se donatas administraverit, filio actione negotiorum gestorum tenebitur.

Interpretatio. Si pater ea, quae emancipato filio sine aliqua conditione donaverat, administrare praesumsit, filio emancipato pro his, quae in rebus eius gessit, negotiorum gestorum tenebitur actione.

[VIII, 1]. V. De calumniatoribus.

1. Sententia. Calumniosus est, qui sciens prudensque per fraudem negotium alicui comparat.

[2]. VII, 7. Interpretatio. Qui aliquem in domo sua clausum tenuerit, quascumque ei scripturas extorserit, non valebunt.

8. Sententia. Qui quem ferro vinxit, ut sibi aliquid traderet vel venderet, vim intulisse videtur.

9. Sententia. Qui in carcerem quem detrusit, ut aliquid ei extorqueret, quicquid ob hanc causam factum est, nullius est momenti.

*Epit. Aeg.:* Qui aliquem in domo sua clausum tenuit vel ferro vinxit vel in carcerem detrusit, ut sibi aliquid traderet, venderet vel promitteret, quicquid ob hanc causam factum est, vel quascumque ei scripturas extorserit, non valebit.

IX. De minoribus XXV annorum.

1. Interpretatio. Minores aetate, si crimina graviora commiserint, per aetatem se non poterunt excusàre.

2. Interpretatio. Si quis maior annis minori per mandatum negotia sua agenda commiserit, ex persona minoris integri restitutionem accipere non potest, nisi forsitan minor sine mandato voluntarie se causis miscuerit alienis.

[3]. 4. Interpretatio. Si minor minori successerit, non ex persona defuncti ille, qui heres est, sed ex sua agere

---

q) ea *A* 2. r) peculiarem *B.*

[2]. a) *B; deest A* 1. 2. b) filius *A* 1. c) non *add., sed eras. A* 2. d) *deest A* 2. e) commendatus *B.* f) uxorem *A* 2. g) probrium *A* 1. h) adimpliatur *A* 1. i) obtineat *A* 2.

VIII. a) *B; deest A* 1. 2. b) calumniat' *A* 1; calumniatos (*corr.* -tus) *A* 2; calumniator *B.* c) omines *A* 1. d) calumniatus *A* 2; calumniator *B.* e) premias *B.*

[2]. a) *deest B.* b) ominem *A* 1. c) forcia *B.* d) inienio *A* 2. e) ei *B.* f) *B;* cartula *A* 1. 2. g) ipsam cartolam *A* 1. h) *B;* opteneat *A* 1; obtineat *A* 2.

IX. a) *deest B.* b) *B; deest A* 1. 2. c) minores *B;* minoribus *A* 2. d) legitimos annos *B.* e) commiserit *A* 1. f) et *add. A* 2. g) illi *B.* h) minore *B.*

[2]. a) *deest B.* b) tutum *corr.* totum *B.* c) propria sua voluntate *B.* d) redde *A* 2. e) tale *A* 2. f) eum *B.* g) *B;* voluntatem *A* 1. 2.

[3]. a) *deest B.* b) *B; deest A* 1. 2. c) parvoli *A* 1. d) consobrini *B.* e) illus *A* 1. f) hereditate *B.* g) vindicavit *B.*

1) Cf. supra p. 409, n. 1.

[4]. Item alia interpretatio[a]. Si minor fuerit[b] infans, qui infra annis est, et fideiussor alicui accesserit, qualem fidem fecerit[c], solvat.

[5]. Item alia. Si aliquis[a] homo pro[b] alterum, qui[c] infra annis est, fideiussor[d] exierit, ille, qui ipsam fidem fecit[e], ille solvat, et ille, qui infra annis[f] est, illi nihil conponat.

[6]. Item[a] alia[a]. Quicumque homo, qui per alico[b] ingenio[b] pro parvulum[c], qui infra annis est, fideiussor exierit, ut illum parvulum[d] per malum ingenium[e] aliquid[f] ledere possit[g], ille, qui fideiussor exivit, de suo proprio[h] conponat et, sicut[i] superius diximus, illum parvulum, pro[k] quem fideiussor[l] exivit[m], nihil requirat.

[7]. Item alia. Si quicumque homo de illos, qui infra annis sunt, terra[a] conparaverit, et postea, ubi ipse parvulus ad legitima[b] etatem pervenerit, si voluerit precium reddere, illi, cui suam terram vindidit[c], precium reddat et terra[d] recipiat; et fructum de ipsa[e] terra illum[f], qui[g] eam tenuit, de illum, qui ibidem laborabat[h], ad[i] illum nihil requiratur.

X.

Item[a] alia. Quicumque homo ingenuus[b] mancipia aut terra sua inpignoraverit aut infiduciaverit[c], et ille mortuus fuerit, qui eam[d] inpignoravit[e], post suam[f] mortem liceat filium suum, quod pater eius placuit, dare et rem suam recipere.

XI.[a]

Item[b] alia. Quicumque homo ad alterum hominem rem suam prestaverit et ipsam[c] rem antea requisierit, quam[d] inter eos convenit, aut forte[e] meliore aut plus, quam ei dederat, ipsa[f] rem ille, qui querit, perdat.

XII.[a] De satisdandum[b].

Interpretatio. Quicumque homo ingenuus[c] de facultatem suam alicui cartam[d] fecerit et mortuus fuerit, ille, qui ipsam[e] cartam recepit[f], ad heredes mortui legitimam porcionem docere[g] debet[h]; et pro hoc ambe partes fideiussores dent, ut ante iudicem se presentare

---

potest; hoc est, si ille, qui defunctus est, duodeviginti annorum sit, et succedens viginti, ex istius, qui successit, aetate tempora computanda sunt.

[4]. 5. Interpretatio. Si minor maiorem fidedicat, licet ipse teneri non possit, tamen quem fidedixit, teneri potest.

[5. 6]. 6. Interpretatio. Qui sciens minorem hoc argumento pro eo fideiussor accessit, ut excusatione minoris aetatis fideiussionem suam in posterum liberaret, minor quidem aetatis beneficio liberatur; sed ad solvendum debitum fideiussor, qui hoc argumento usus est, retinetur.

7. Interpretatio. Si minor praedium, quod vendiderat, per integri restitutionem, reddito emtori pretio, receperit, fructus ab emtore perceptos recipere non potest; sed eos, quanti fuerint, in compensationem usurarum iussum est imputari.

[X]. 8. Interpretatio. Minor annis ea, quae pater eius oppignoraverat vel fiduciae causa posuerat, si viliore pretio, quam oportebat, a creditore distracta convicerit, potest soluto debito ad recipiendam rem suam integri restitutionis auxilium promereri.

[XI]. X. Interpretatio. Causam perdit, quicumque aut commendatum sive commodatum aliquid alibi, quam placuit, dari petierit; aut plus, quam datum est, reddi poposcerit; aut ante tempus, quam redhibitio promissa est, petierit reformari; aut meliorem speciem, quam dederat, postularit.

[XII, 1]. XI. De satisdando.

2. Interpretatio. Si quicumque hereditatem ex defuncti voluntate aut testamenti conditione possideat, quam alter sibi debitam esse contendit, petitor iure postulat, ut ei a possessore satisdatio detur, quae omnia hereditaria corpora salva

---

[4]. a) *B; deest* *A* 1. 2. b) *deest B.* c) feč *B.*

[5]. a) quis *B.* b) qui *B.* c) *deest B.* d) fidemiussor *A* 2. e) facit *B.* f) añn *et ita infra A* 1. 2.

[6]. a) *deest B.* b) aliquo inienio *A* 2. c) *A* 2; parvolum *A* 1; parvulo *B.* d) parvolum *A* 1. e) inienium *A* 2. f) aliquit *A* 1. g) possut *corr. videtur* possit *A* 1. h) propria *A* 1. i) *deest A* 1. k) per *B.* l) fidemiussor *A* 2. m) exierit *B.*

[7]. a) terram *A* 1. b) legitimam *B.* c) *corr.* vendidit *A* 2; vendidit *B.* d) *A* 2; terram *B;* tercia (cia *in loco raso) A* 1. e) ipsam terram *B.* f) *intellige:* ille. g) qui eam *B; des. A* 1. 2. h) laboravit *B.* i) *lege:* ab illo; *pro* ad — requiratur *scribi debuerunt:* nihil requirat.

X. a) I. a. *des. A* 2. b) inienuus *A* 2. c) infidutiaverit *A* 2. d) ea *A* 2. e) inpignoraverit *B.* f) sua *B.*

XI. a) *deest A* 1. 2. b) Alia interp. *B.* c) ipsa *A* 2. d) *ita correxi;* quem *B;* que *A* 1; quae *A* 2. e) fortem meliorem *B.* f) ipsam *A* 1.

XII. a) *B;* XI *A* 1. 2. b) *B;* satisdand. *A* 1; satisdandis *A* 2. c) inienuus *A* 2. d) carta *A* 2. e) ipsa carta *A* 2; ipsam car̃ *B.* f) recipit *A* 1. g) ducere *A* 2. h) debit *A* 1.

debeant[i]; et ille, qui illam cartam[k] habet, ante ipsum iudicem ad illos heredes legitimam porcionem consignet, quid[l] eis pater eorum pro ipsa carta dimississet[m]. Si ille[n], qui carta[o] habet, hoc consignare potest, sua[p] carta integra opteneat[q] firmitatem[1].

XIII.[a]

Item alia interpretatio[b]. De falsariis. Quicumque homo, qui sciendo[c] falsa carta in iudicio protulerit, iusta[d] lege[e] puniatur; et qui nesciendo in iudicio falsa carta[f] protulerit, excusandum[g] se dicat, ut ipsa carta[f] falsa[h] carta[h] non saupisset[i]. Si hoc excusare[g] potest, minime condamnetur.

XIV.[a]

Item alia. De libertis vel de servis. Interpretatio. Nec[b] libertus de patronum suum, nec servus dominum suum se[c] excutere[2] non potest[d], nisi si[e] illus[f] incredulus et paganus probare potuerit.

XV.[a]

[1]. Item alia. Nulla femina pregnantem[b] pro nulla causa nec torquere[c] nec in nullo[d] vinculum[e] mittere licenciam non damus, antequam ad partum veniat.

[2]. Item[a] alia. Ille homo[b], qui de qualecumque crimine convictus fuerit, et si iudex ei aliquas penas fecerit aut in trabalium[c] miserit, nec si de qualecumque hominem illa hora[d] male loquatur, credendum ei non est.

XVI.[a]

Item alia. Filius, antequam mancipetur, iussionem patris in omnibus adimpleatur; de[b] matres[c] vero iussionem[d] in omnibus non adimpleatur, nisi ea[e], que possibile est, faciat.

XVII.[a]

Item alia[b]. Si quis qualecumque cartam alterius per malo[c] animo, quod[d] ei ad damnum esse debeat, aut raserit aut incendiderit[e] aut per qualecumque modo fraudaverit, secundum legem puniatur.

---

futura esse promittat, usque in cognitionis eventum. Et si possessor ex hac re conventus huiusmodi satisdationem non providerit, dato a petitore fideiussore, ad eum hereditaria corpora transferuntur. . . . . .

[XIII]. XII, 1. Sententia. Hi, qui falsa rescriptione usi fuerint, lege Cornelia de falsis puniuntur. Interpretatio. Hi, qui in causis suis falsa principum rescripta detulerint, ut falsarii puniantur.

2. Sententia. Qui falsum nesciens allegavit, falsi poena non tenetur.

[XIV]. XII, 3. Sententia. In caput domini patronive nec servus nec libertus interrogari potest.

[XV, 1]. XII, 4. Sententia. Praegnantes neque torqueri neque damnari, nisi post editum partum, possunt.

[2]. XII, 5. Sententia. Qui de se confessus est, in alium torqueri non potest, ne alienam salutem in dubium deducat, qui de sua desperavit.

[XVI]. XIII, 2. Sententia. Filiusfamilias iussu patris manumittere potest, matris non potest.

[XVII]. XIII, 3. Sententia. Is, qui album raserit, corruperit, sustulerit, mutaverit, quidve aliud propositum edicendi causa turbaverit, extra ordinem punietur. Interpretatio. In eum, qui album curiae raserit, vitiaverit vel quodcumque aliud scripturae genus sua praesumtione turbaverit, capitaliter non exspectata ordinis sententia vindicatur.

---

i) *B*; debent *A* 1. 2. k) car *B*. l) quae *A* 2; quod *B*. m) *A* 2; demississet *A* 1; dimisit *B*. n) ilae *A* 1. o) cartam *B*. p) suam cartam *A* 1. q) obteneat *A* 2; obtineat *B*.

XIII. a) XII *A* 2; *numerum post* Item alia *ponunt A* 1. 2. b) *B*; *deest A* 1. 2. c) *B*; sciente *A* 2; sciente *corr. videtur* sciendo *A* 1. d) *intellige:* iuxta, *quod praebet B*. e) legem *A* 1. f) car *B*. g) scus. *pro* excus. *A* 2. h) falsa carta *des. B*. i) sapuisset *B*.

XIV. a) XIII *A* 2. b) haec *B*. c) sexcutere *A* 1. d) debet atque poterit *B*. e) *deest B*. f) illius *A* 2; illos incredulos et paganos probare potuerunt *B*.

XV. a) *num. deest codd.* b) pregnante *A* 2. c) torqueri *B*. d) nullum *A* 2. e) vinculo *corr.* vinculum *B*.

[2]. a) XV *B*. b) omo *A* 1. c) flagallatorium *B* (*ubi legitur:* infla gallatoriū). d) ora *A* 1.

XVI. a) XIIII *A* 2. b) de quo *A* 2. c) matris *B*. d) iussione *A* 2. e) eam *A* 1.

XVII. a) *B*; *deest A* 1. 2. b) interpretatio *add. B*. c) molo *A* 1. d) *B*; quid *A* 1. 2. e) incendaverit *A* 2; incenderit *B*.

1) In commentatione mea p. 29 sqq. exposui, hunc legis locum spectare ad eam portionis legitimae, quae erat quarta, 'Falsicia' dicta, in donationibus reservandae rationem, quam in cartis Raeticis invenimus. Cf. supra praefationem p. 300 sq. Vix monere oportet, legem nostram hoc loco de re prorsus aliena a 'satisdando', de quo Paulus egit, exponere.

2) Verba *se excutere* hoc loco pro 'se liberare' accipienda esse videntur. Cf. supra IX, 3, p. 368.

### XVIII.[a] De vindicionibus[b].

Interpretatio. Quicumque ad alterum hominem legitimam vinditionem fecerit et precium acceperit et ipsam[c] rem tradere noluerit, iudex eum invitum[d] ipsam rem tradere faciat.

### XIX.[a]

Item alia[b]. Quicumque homo alienum servum fugire docuerit aut furtum facere, aut alienam[c] ancillam per forciam[d] virginem corruperit[e], secundum legem Aquiliensem[f] iudicetur[g].

### XX.[a]

Item alia interpretatio[b]. Quicumque homo, qui alterius terram[c] malo ordine aut per forciam[d] tulerit[e], in quantum tempus eam tenuerit, omnia ab[f] integro[f] reddatur.

### XXI.[a]

Item[b] alia[b]. Si duo heredes facultatem aut terram[c] insimul habuerint, qui equale[d] dividere debeant, et unus de illos maiorem[e] porcionem habuerit[f], et si ille, qui minus habuerit[g], illum, qui plus habet[h], non requisierit: ille, qui amplius habet, nullum damnum exinde non[b] paciatur; nisi quando eum quesierit, de presente[i] per racionem[k] dividant[l]. Et si ille, qui minus habet[m], illum, qui plus habet, semper quesivit, et ille, qui plus tenet, denegaverit[n], si ante iudicem convictus[o] fuerit, per tempus ei reddatur.

### XXII.[a]

[1]. Item alia. Si quicumque peculium ad alterum hominem[b] damnum fecerit, si ipse homo[b], cuius peculius est, damnum, qui[c] fecit, conponere noluerit, ipsum peculium, qui ipsum damnum fecit, perdat. Similiter[d] si pecus alium pecus occiserit[e], aut si canes[f] qualecumque alterius peculium occiserit[g], dominus eius, cuius ipse peculius est[h] aut canis, qui illum alterum occisit, aut alterum talem[i] peculium reddat, quales[k] ille fuit, quem intrigavit[l], aut ipsum peculium, qui illum damnum fecit, reddat[h].

[2]. Item alia. Qualecumque fera, quod[a] homo habuerit, et eam in illo[b] loco ligaverit, ubi alicui de qualecumque rem damnum fecerit[c], ille qui eam[d] ibidem ligare iussit[e], ipsum damnum, que[f] ipsa fera fecit, conponat. Et si ipse homo, qui ipsa[g] fera custodire debet[h], et sine iussionem domini sui ibidem ea[i] ligaverat[k], ubi alicui damnum faciat, de suo proprio ille, qui eam[l] ibidem ligavit, damnum, quod ipsa fera[m] fecit, conponat.

---

[XVIII]. XIII, 4. Interpretatio. Si eam rem, quam aliquis accepto pretio facta venditione distraxit, tradere distulerit, ad traditionem rei, quam vendidit, omnibus modis compellendus est.

[XIX]. XIII, 5. Sententia. Deteriorem servum facit, qui fugam suaserit, et qui furtum, et qui mores eius corpusve corruperit.

[XIX]. XIII, 6. Sententia. Qui ancillam alienam virginem immaturam corruperit, poena legis Aquiliae tenebitur.

[XX]. XIII, 8. Sententia. Possessor hereditatis pretia earum rerum, quas dolo alienavit, cum usuris praestare cogendus est.

[XXI]. XIII, 9. Interpretatio. Si auctor de petitione hereditatis sibi debitae ita silentium gessit, ut nullam proponeret actionem, heres eius ab hereditatis ipsius petitione repellitur.

[XXII, 1]. XV, 1. Interpretatio. Si alienum animal cuicumque damnum intulerit aut alicuius fructus laeserit, dominus eius aut aestimationem damni reddat aut ipsum animal tradat. Quod etiam de cane similiter est statutum.

[2]. XV, 2. Interpretatio. Fera bestia in ea parte, qua populi transeunt vel frequentant, ligari vel custodiri prohibetur, ne aut ipsa aliquem noceat, aut terrore eius quolibet casu aliquis ab altero fortasse laedatur. Quod si factum fuerit, in dominum, si hoc praecepit, vel in custodem eius damni vel cuiuscumque laesionis actio, non exspectata ordinis sententia, revertetur.

---

XVIII. a) XVII *A* 1; XV *A* 2; XVIIII *B*. b) venditionibus *A* 2; vendicio *B*. c) ipsa *A* 2. d) invidum *B*.

XIX. a) XVIII *A* 1; XVI *A* 2; *deest B*. b) interpre. *add. A* 2. c) aliena ancilla *A* 2. d) forcia *B*. e) *B*; conruerit *A* 1. 2. f) aquileense *corr.* aquiliense *A* 2; aliquiliensem *B*. g) iudicentur *A* 2.

XX. a) *B*; XVIIII *A* 1; XVII *A* 2. b) *deest A* 1. c) terra *A* 2. d) forcia *B*. e) tullerit *A* 1. f) cum totu *B*.

XXI. a) *B*; XX *A* 1; XVIII *A* 2. b) *deest A* 2. c) terra *A* 1. d) equalem *B*. e) maiore *A* 2. f) habuerint *B*. g) abuerit *A* 1; habet *B*. h) abet *A* 1. i) presentem *A* 1. k) racione *B*. l) devidant *A* 1. m) *deest B*. n) negaverit *B*. o) coniunctus *A* 2.

XXII. a) XIX *A* 2. b) om. *pro* hom. *A* 1. c) que *B*. d) et *add. B*. e) octiserit *A* 1. f) canis *B*. g) occis|serit *A* 1. h) *deest B*. i) tale *A* 2. k) qualis *A* 2. l) ille occisit *B*.

[2]. a) quem *B*. b) illum locum *B*. c) faciat *B*. d) *corr.* ea *B*; *deest A* 2. e) fęcit *B*. f) quem *A* 2. g) ipsa fera costodire *A* 1. h) debuit *B*. i) eam *A* 2. k) ligaverit *B*. l) ibidem ea *A* 2; eam (*corr.* ea) ibidem *B*. m) *deest B*.

[3]. Item alia. Si quicumque homo aut fera[a] aut quadrupedem, si eam[b] per suam presumpcionem[c] inritaverit[d], ut ei aliquid nocere debeat, si hoc fecerit, nulla[e] compositionem exinde[f] non requiratur.

XXIII.[a]

Item[b] alia interpretatio[b]. De aqueducto et de[c] via[d] privata. Hoc est via privata, qui non est strata publica[e]. Ille, qui per[f] duos annos[g] aqueductum aut via[h] privata dimiserit, postea eos requirere non potest[i]. Et qui eos per duos annus[k] quieto[l] ordine possiderit[m], alter homo[n] ille[o] postea eos tollere[p] non potest.

XXIV.[a]

Item alia[a]. Si duo heredes ad dividendum res suas venerint et exinde aliqua intencione[b] inter se habuerint, iudex inter eos alterum hominem iustum arbitratorem[c] mittat, qui inter illos dividat[d]. Et si aliquid inter illos non divisum remanserit, ipsi heredes inter se illum, quod non divisum remansit, sine arbitratorem[e] dividant.

XXV.[a]

Item[b] alia. Quicumque[1] homo[c] alteri debitor[d] fuerit et ipsum debitum negare voluerit et postea exinde convictus fuerit, ipsum debitum in dublo[e] solvatur[f]. Similiter et ille quicumque homo, qui rem suam vendiderit[g] et exinde cartam fecerit, si minus dederit, quam in ipsa carta scriptum fuerit, in quantum exinde minus invenitur, in dublum[h] persolvat.

XXVI.[a]

Item[b] alia. De fideiussores. Si de una causa plures fideiussores[c] fuerint dati, et

---

[XXII, 3]. XV, 3. Interpretatio. Quicumque feram bestiam vel quamcumque quadrupedem provocando quocumque modo adversum se incitaverit, nec domino nec custodi eius poterit imputari; quia suo vitio incurrisse dignoscitur.

[XXIII]. XVII, 1. Interpretatio. Viam, qua eundo ad rem nostram uti solemus, vel iter, quo per rem alienam ad nostram pergimus, et actum, id est, qua pecora minare consuevimus, vel aquaeductum biennio non utendo, si quis usus non fuerit, perire ei certissimum est.

[XXIII]. XVII, 2. Interpretatio. Usus hauriendae vel ducendae aquae, si biennio destiterit, non utendo perit; et si iterum biennio in usum fuerit reducta, recipitur.

[XXIV]. XVIII. Interpretatio. Pro divisione bonorum communium, si quando inter fratres intentio vertitur, dividendae rei non plus quam semel arbiter deputatur, ut inter eos quae sunt communia, habita aequitate distribuat. Quod si deputatus a iudice arbiter indivisum aliquid dimiserit, communi consensu postea, qui sit divisionis medius, eligatur.

[XXV]. XIX, 1. Interpretatio. Aliqua, quae cum ab his, quibus sunt debita, repetuntur, si a debitoribus negata fuerint, dupli satisfactione redduntur, id est res iudicata, legati per damnationem relicti, id est, si quid heres legati titulo dare iussus est, et petitum negaverit, vel si damnum alicui per iniuriam factum quis sarcire noluerit, vel de modo agri, cum a venditore emtor fuerit circumscriptus, ut minus inveniatur, quam probatur scriptum. Quae omnia superius comprehensa secundum legem Aquiliam duplicantur.

[XXVI]. XX. De fideiussore et sponsore.

Interpretatio. Cum multi fideiussores exstiterint, etiamsi ad solvendum quae promiserunt probantur idonei, et possint omnes in solidum retineri, tamen restitutio debiti inter eos dividenda est, ut unusquisque id, quod eum pro portione sua contingit, exsolvat.

---

[3]. a) feram *A* 1. b) ea per sua *A* 2. c) neglegenciam aut presumcionem *B*. d) interridaverit (inī | ridaverit) *A*. e) nulla *B*. f) *deest B*.

XXIII. a) XX *A* 2. b) It. a intp. *B; des. A* 1. 2. c) *B; deest A* 1. 2. d) publica *add. A* 1. 2. e) pobł *A* 2. f) *deest B*. g) aññ *A* 1. 2. h) viam *A* 2. i) possunt *B*. k) aññ *A* 2; *deest B*. l) quedum *B; cf. p.* 400, n. 1. m) possideret *B*. n) omo *A* 1. o) *ita A* 1. 2 *pro* illi; ei eos tollere postea non *B*. p) requirere *A* 2.

XXIV. a) XXI *A* 2, *ubi* It. al. *des*. b) intentionem *A* 2; intencio *B*. c) arbitratore *A* 2. *B*. d) *B*; deliberet *A* 1. 2. e) arbitratore *B*.

XXV. *Cf. LL. Cap.* 168, *c.* 11. 12. *I, p.* 337. a) *B*; XXX *A* 1; XXII *A* 2. b) Alia interp. *B*. c) omo *A* 1. d) debitur *A* 1. e) duplo *A* 2. *B*; dublum *Cap*. f) solvat *B*; persolvat *Cap*. g) vindederit *A* 1. h) duplum p. *A* 2; duplo solvat *B*; *pro* in quantum — persolvat *Cap. praebet:* in dublo ei, qui acceperit, restituat.

XXVI. *Cf. LL. Cap.* 168, *c.* 13. *I, p.* 337. a) *B*; XXXI *A* 1; XXIII *A* 2. b) *B*; It. al. *des. A* 1. 2. c) feiiussores *B*.

1) Max. Conrat in 'Z. d. Sav.-Stift. X, Germ. Abth.' p. 239, optime monuit, tit. XXV. et XXVI. etiam in codice Mediol. Ambr. bibl. O. 55 inter capitula undique congesta, inscripta: *Incipiunt capitula secundum Lodoici impefris* (lege: *imperatoris) filius Lothari imphr.* exstare. Ediderunt capitula ista G. H. Pertz, LL. I, p. 523 sqq. (XXV = c. 20. 21; XXVI = c. 42), Boretius, LL. Cap. I, p. 336 sq. (XXV = c. 11. 12; XXVI = c. 13).

aliis quid[d] de ipsos fideiussores[e] mortuus fuerit, proinde causa non perdat[f], sed per[g] eos[g], qui de illos fideiussores vivit[h], quod promisit, solvat[i, 1].

XXVII.[a]

Item alia[b]. Quicumque homo alienum[c] mortuum[d] sepellierit[e], et si qualecumque causa de suum[f] proprium ibidem expendiderit, ille[g], qui illum sepellivit[h], parentes mortui, quantum ille[g] ausiret[i] iuratus[k] dicere, quid[l] ibidem de suo proprio expendidisset[m], de illius mortui facultatem ei reddantur[n].

EXPLICIT[o] PAULI SENTENCIARUM LIBER PRIMUS.

INCIPIUNT[a] CAPITULA DE LIBRO XXIV.

I. De qualecumque causa aut[b] de qualecumque rem[c], unde inter duos[d] homines intencio fuerit.
II.[e] De stipulatione.
III. Qui alienam rem perdit[f].
IV. De pignus.
V.[g] De ipsa causa.
VI. De debito[g].
VII. De navigantibus.
VIII. De filio inmancipato.
IX. De fideiussore[h] mulieris.
X. De debitu[i] et pignus.
XI. De pecunia data ad usura[k].
XII. De eo, qui alterius rem vindit[l].
XIII. De commune pecuniam[m].
XIV. De eo, qui vindit[n] rem alterius sine[o] eius voluntate[o].
XV. De homine[p] muto.
XVI. De vindicione[q] servi sive conparationem[r].
XVII. Item[s] de fideiussore[t].
XVIII. De filias, qui[u] in potestate[v] parentum[w] sunt.
XIX. De nuptias, si ipse sponsus presens non est.
XX. De dote ante nuptias, vel post nuptias.
XXI. De donatione[x] inter maritum[y] et uxorem.
XXII. De ancilla pregnante[z], si ingenua[a] dimissa est.
XXIII. De muliere ingenua[a], si prignans[b] dimissa[c] fuerit[c].
XXIV. De eo, qui captivus ductus est.
XXV. De die, in qua ingenuum[d] dimittat.

---

[XXVII]. XXI, 4. Interpretatio. Quicquid in sepultura defuncti expensum fuerit, prius quam aliis creditoribus de mortui hereditate reddendum est.

5. Sententia. Qui alienum mortuum sepelierit, si in funus eius aliquid impenderit, recipere id ab herede vel a patre vel a domino potest.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

---

d) *lege:* aliqui de; *pro* et — ipsos *Cap. praebet:* et unu ex ipsis. e) fideiussoris *A* 1. f) *B*; perdit *A* 1. 2. g) pro eo *Cap.* h) vivet *B*; vivi sunt *Cap.* i) solvatur *B. Cap.*

XXVII. a) *B*; XXXII *A* 1; XXIV *A* 2. b) interp. *add. B.* c) alinum *B.* d) mor::tuoum *(ca. 2 litt. eras.) A* 1. e) sepelierit *A* 2. *B.* f) suo proprio *B.* g) *deest B.* h) seppellivit *A* 2. i) ausire *A* 2; ausaret *B.* k) iurare *B.* l) quod *B.* m) expendedisset *A* 2; expendisset *B.* n) redimatur *B.* o) *B*; Explc. lib. I. sentciarum Pauli *A* 1. 2.

Lib. XXIV. a) Inc. cap. *des. B.* b) *deest B, ubi pergitur:* II. De qualecumque *etc.* c) re *A* 1. d) duo *B.* e) III. IV *etc. pro* II. III *etc. B.* f) perdidit *corr.* perdit *A* 2. g) VI. De debitu. VII. De ipsa causa *B.* h) fideiussores *B.* i) debitum *A* 2. k) usuram *A* 2; usuras *B.* l) vendit *A* 2; vendet *B.* m) pecunia *A* 1. n) vendit *A* 2; vend̄ *B.* o) sine—ↄ (sine eius?) vol; *A* 1; eius *deest B.* p) omine *A* 1. q) venditione *A* 2. *B.* r) conpaī *B.* s) *deest B.* t) fidemiussorem *A* 2. u) adhuc *add. A* 1. v) potestatem *A* 2. w) paī *A* 1. x) donationem *A* 2; donation̄ *B.* y) virum *B.* z) pregn̄ *B.* a) inienua *A* 2. b) pregnans *A* 2; pregn̄ *B.* c) dimiī fuer *A* 1. d) inienuum *A* 2.

1) Cf. O. Stobbe, 'Zur Gesch. d. D. Vertragsrechts' p. 157 sqq.; Heusler, 'Institutionen d. D. Privatrechts' II, p. 260 sq.

XXVI.[e] Qui[f] uxore[g] sua cum alio in adulterio deprehendit[h].
XXVII.[e] De tutilla[i] parvulorum in[k] minore aetate[k].
XXVIII. De furonibus.

## INCIPIT LIBER SECUNDUS.

### I.[a]

[1]. Interpretatio. De qualecumque causa aut de qualecumque rem, unde inter duos homines intencio fuerit, et in iudicio ante iudicem venerint, ambe partes in placito iuratores presentare debent; et qui meliores aut plus iustus[b] personas habuerit[c], ipse iuret[d].

[2]. Item alia. Si aliquis homo pro alterum, qui debitum alicui[a] habet, et si[b] promiserit illius[c] debitum reddere, illum[d], qui promisit, reddat[e], et illum[f] alterum, pro quam promisit, non condamnetur.

### II.

Item alia. De stibulationem[a]. Stipulatio[b] est, si[c] inter duos homines, de qualecumque rem intencio est, possunt[d] inter se ipsa causa sine scripta et sine[d] fideiussores per stipula[e] finire[f]. Stipula[g.1], hoc est, ut[h] unus de ipsos levet festucum de terra et ipsum festucum[i] in terra[k] reiactet et dicat: 'Per ista stipula[g] omne[l] ista causa dimitto[m]'; et[n] sic ille alter[o] prendat[p] illum[q] ipsum fistucum[r] et eum salvum faciat; et[s] iterum ille alius similiter faciat[s]. Si hoc fecerint, et aliquis[t] de illos aut de[n] heredes eorum ipsa causa removere voluerit, ipsum fistucum[r] in iudicio coram testes presentetur[u]. Ambo duo, qui hoc[v] contendunt, si[w] hoc fecerint, ipsa causa removere non possunt[x].

### III.

[1]. Item alia. Si cuicumque servus alterius rem quale[a] libet[b] susciperit[c] et ipsam[d] rem in pugna duxerit[e], aut ubi mortis periculum incurrat[f], et ipsam rem[g] perdiderit, reddat ei, cuius res fuit, alteram talem, quales[h] illa fuit, quem[i] perdidit.

[2]. Item[a] alia. Quicumque homo ad alterum hominem, qualecumque rem suam de-

---

INCIPIT PAULI SENTENTIARUM LIBER II.

I, 1. Sententia. In pecuniariis causis si alter ex litigatoribus iusiurandum deferat, audiendus est; hoc enim et compendio litium et aequitatis ratione provisum est.

Interpretatio. Cum de repetitione pecuniae agitur, et probatio debitae pecuniae nulla proferatur, iubet, huius rei ambiguitatem sacramentorum interpositione finiri.

*Epit. Aeg.:* Si de repetitione pecuniae probatio defuerit, creditor non permittitur iurare.

[I, 2]. II. Interpretatio. Si quis pro alterius debito se pecuniam promiserit redditurum, ad solutionem statutae promissionis est retinendus.

[II]. III. Interpretatio. Stipulatio est inter praesentes haec verba, quibus se invicem partes obligare possunt, ubi necesse est, ut interrogatione petentis pulsatus ad interrogata respondeat. Veluti si-quis pro alio fideiussorem se dicat accedere, qui cum se hac responsione obligaverit, ad solutionem etiam sine scriptura poterit retineri.

[III, 1]. IV, 3. Interpretatio. Si servum vel equum vel quaecumque alia aliquis ab altero ad usum tantum serviendi commodata susceperit et eos ad pugnam, ubi vitae periculum incurrant, duxerit, ad redhibitionem commodatae rei merito a domino retinetur.

---

e) XVII *A* 1. f) De eo qui *A* 2. g) uxorem suam *A* 2. *B*. h) *A* 2; depdit *A* 1; depend *B*. i) tutella *B*. k) vel in minoribus etatibus *B*.

I. a) Int. I *A* 2. *B*. b) iustos *A* 2; iustas *B*. c) habuerint *B*. d) iurent *B*.

[2]. a) halicui *B*. b) se *B*. c) huius *B*. d) *lege:* ille. e) reddat — promisit *des. B*. f) *lege:* ille alter pro quo.

II. a) stipulationem *A* 2; estipulacione *B*. b) *corr.* estibulatio *A* 1. c) *deest A* 2. d) poss. — scripta et sine *des. B*. e) stipulas *B*. f) finere *A* 2. g) *A* 2. *B*; estipula *A* 1. h) et *B*. i) fistucum *B*. k) terram *A* 1. l) omnem istam causam *B*. m) dimito *A* 1. n) *deest B*. o) homo *add. B*. p) adprehendat *B*. q) ipsum illum *A* 2. r) festucum *A* 2. s) et — faciat *des. B*. t) aliqui *A* 2. u) psententur *B*. v) *B*; *deest A* 1. 2. w) *B*; et si *A* 1. 2. x) debent *B*.

III. a) qui *B*. b) libe *A* 1. c) susceperet *A* 2; susceperit *B*. d) ipsa *A* 2. *B*. e) *literae* erit *perierunt A* 2. f) in *perit A* 2. g) ipsa *A* 2, *ubi* rem *deest*. h) qualis *B*. i) *A* 2; q (= qui) *A* 1; quod *B*.

[2]. a) IIII. Item *B*.

1) De hoc loco conferas velim: H. Brunner, 'Die fränk.-roman. Urk.' in 'Z. f. Handelsr.' XXII, p. 552, et 'Rechtsgesch. der Urk.' I, p. 223; Marcel Thévenin 'Contributions à l'histoire du droit Germanique' (ex 'Nouv. revue hist. de droit français et étranger' 1879), p. 53; L. de Salis in 'Z. d. Sav.-Stift. VI. Germ. Abth.' p. 172, n.

derit ad vindendum[b], et si[c] ipse homo, qui ipsam rem se vindere[d] promisit, si[e] ipsam rem perdiderit, ipsum precium[e], qui[f] inter eos convenit, ad quantum ipsam[g] rem vindere[h] debuerat, reddat; aut alteram[i] talem[k] rem, quales[l] illa fuit, quod vindere[h] debuerat, reddat[m].

IV.[a]

Item alia interpretatio[b]. Si quicumque homo pro qualemcumque[c] debitum pignus suum dederit et[d] in die placito, quod inter[e] eos convenerat, pignus[e] suum non dispignoraverit, sic postea ille, qui illum[f] pignus habet, per tres vices ad suum debitorem dicat, ut pignus[g] suum recipiat et suas res reddat. Si[h] post tres accessiones[i] suum pignus non[k] dispignoraverit, ille[l] postea[m], qui ipsum pignus[m] habet, libera exinde[n] habeat potestatem[o] facere, quid[p] voluerit.

V.[a]

Item alia. Qui ancillam[b] aut iumentum aut vacca[c] aut qualecumque[d] peculium pregnante[e] inpignoraverit, ille, qui illum[f] pignus recepit, illum caput habeat, sicut superius diximus, si ipse debitor suum pignus non dispignoraverit; nam illum nutrimentum ad[g] dominum suum[g] revertatur, qui ipsum pignus posuit.

VI.[a]

Item alia. Quicumque homo ad alterum debet solidus[b] X, et ille, cui illos[c] X solidus debet, forsitan illi[d] debet solidos[b] V, et[e] si ille illos[f] X[e] quesierit[g] et illos[h] V non rememoraverit[i], quod ille illi debebat[k], totos[l] X illos solidos perdat pro hoc, quare[m] illos V[n] non rememoraverat[o], quod ille illi[p] quinque debebat[k]. Similiter et de omnem[q] speciem sic debet homo facere.

VII.[a]

Interpretatio. Si naves in flumen aut in lacum aut in mare periclitaverit[b], quicumque homo, qui de ipsam[c] rem, que[d] ibidem cum ipsa nave perierat, aliqua[e] exinde de[f] ipsam[g]

---

[III, 2]. IV, 4. Interpretatio. Si facto pretio rem vendendam aliquis cuicumque tradiderit, et dum ab eo vendenda profertur, quacumque occasione perierit, ei perit, qui eam dederat distrahendam. Ceterum si rem acceptam non rogante domino, sed promittente eo, qui accepit, dum vellet venumdare, perdiderit, sibi rei perditae ingerit detrimentum.

[IV]. V, 1. Interpretatio. Creditor si sine conditione pignus sibi depositum tenens ter debitorem suum convenerit, ut soluto debito pignora sua recipiat, et debitor noluerit post tres admonitiones soluto debito pignora sua recipere, creditor distrahendi pignoris habebit liberam facultatem.

[V]. V, 2. Interpretatio. Si quis gregem equarum, vaccarum vel ovium accepta mutua pecunia pignori creditori dederit, foetus earum rerum ad debitorem, non ad creditorem pertinet. Ita est et si ancillam dederit, et partum ediderit, ad debitorem pertinet, non ad creditorem.

[VI]. V, 3. Interpretatio. Si quis debeat alicui solidos decem, et illi, qui debet, de quacumque ratione debeantur a creditore suo solidi quinque, et veniat creditor et totos decem solidos a debitore petat, si probaverit ille debitor, sibi ab eo quinque solidos deberi, quare illum in solidum pro totis decem solidis convenit, causam perdit, qui noluit debitum compensare. Similis ratio est et de frumento et de aliis speciebus.

VII. Ad legem Rhodiam.

1. Sententia. Levandae navis gratia cum iactus mercium factus est, omnium intributione sarciatur, quod pro omnibus datum est.

*Epit. Aeg.:* Si quorumcumque res pro sublevatione navis manibus in mari iactatae fuerint, eis, quorum res fuisse noscuntur, ab his omnibus, qui in navi fuerint, restaurandae sunt.

---

b) vendendum *A* 2. *B*. c) *deest B*. d) vendere *B*. e) si — precium *des. B*. f) quę *A* 2; quod *B*. g) ipsa *A* 2. h) vendere *A* 2. *B*. i) altera *A* 2. *B*. k) tale *A* 2. l) qualis *A* 2. *B*. m) reddatur *B*.

IV. a) V *B*. b) *deest A* 1. c) qualecumque *A* 1. d) *deest B*. e) eis inter se convenerit si pignus *B*. f) illos *A* 2. g) s. p. *B*. h) [Si — tre]s *uncis inclusa perierunt (et ita infra) A* 2. i) accessionis *A* 1. k) [non dis]pignoraverit *A* 2. l) illum *B*. m) post[ea qui i]psos pignos *A* 2. n) [exin]de *A* 2. o) poteš *B*. p) quod *A* 2; que (q:) *B*.

V. a) VI *B*. b) ancilla *A* 2. c) vaccam *B*. d) quecumque *B*. e) pregnantem *A* 1. f) illos pignos *A* 2. g) a domino suo *B*.

VI. a) VII *B*. b) solid̄, sol̄ *A* 2. *B*. c) illos solid̄ X *A* 2; ille X debet et ille debet illi altero qui illos X debet forsitan *B*. d) ei *B*. e) *deest B*. f) illus *A* 1. g) quisierit *A* 1. h) illo *A* 1. i) remēmoraverit *A* 1. k) *B*; debeat *A* 1. 2. l) totus *A* 1. m) quod *A* 2. n) quinque *A* 2; *deest B*. o) rememoraverit *B*. p) ei *B*. q) omne specie *A* 2; omni specie *B*.

VII. a) VIII *B*, *ubi al. additum esse videtur*. b) perecelita[verit] *A* 2; periculaverit *B*. c) ipsa *A* 2. *B*. d) *B*; quod *A* 1. 2. e) id quod *B*. f) *B*; *deest A* 1. 2. g) ipsa *A* 2.

rem aut si ipsa[h] naves liberare potuerit, iuxta legem ille, qui exinde de ipsam[i] rem liberaverit, mercedes accipiet[k, 1].

VIII.[a]

[1]. Item[b] alia. Si inmancipatus[c] filius, hoc est inmancipatus[d], qui adhuc sine uxorem[e] est, aut qui nec ad regem nec ad nullum patronum[f] conmendatum[g] non est[2], nisi adhuc in solam[h] potestatem[h] patris permanet, tales[i] filius sic habet potestatem, sicut et servus. Si[k] tales[i] filius aut servus cuicumque homini rem susciperit et ipsam[l] rem in[m] opus de suo patre aut de suo domino expendiderit, ipsam[l] rem pater aut dominus suus reddat.

[2]. Item alia. Si quicumque homo ad alterius filium[a], qui inmancipatus est, qualecumque rem suam commendaverit nesciente patre[b] eius, et si ipse filius mortuus fuerit aut de ipsa patria migraverit, ad patrem suum illi, qui commendaverint[c], nulla exinde[d] requirere non possunt.

IX.

Item[a] alia. Mulier pro nulla causa fideiussor exire non potest[b], nisi in tantum, si tutilla filiorum suorum mortuo patre reciperit[c] ad gobernandum[d, 3], de illas res fideiussorem et dare et recipere potest.

X.

[1]. Item alia. Quicumque homo alteri debet solidos[a] X, et ille debitor[b] ponit ei alterum pignus, qui valet ei solidus[a] XV, et ipse debitor[b] ipsos X solidos[a] minime redderet[c], ille homo, qui ipsum[d] pignus habet, quantum plus priserit[e] precium de ipso[d] pignus[d], quid[f] illi X solidus[g] valeant, ad suum debitorem hoc reddat.

[2]. Item alia. Quicumque homo, qui aliquam[a] rem suam inpignoraverit alicui pro qualecumque debitum, ipsam rem ille, qui[b] eam inpignoravit[c], ad alterum[d] hominem ipsam[e] rem vindere[f] non potest, antequam eam[g] retollat de illum[h] hominem, cui[i] eam[g] habet[k] inpignoratam[l].

---

3. Sententia. Iactu navis levata si perierit, extractis aliorum per urinatores mercibus, eius quoque rationem haberi placuit, qui merces salva nave iactavit.

[VIII, 1] IX. Interpretatio. Si servus vel filiusfamilias mutuam pecuniam a quocumque susceperit et in utilitatibus patris vel domini necessariisque rebus eam expendisse probatur, pro hoc debito patrem vel dominum ad solutionem necesse est retineri.

[2]. X. Interpretatio. Qui filiofamilias contra interdicta legum inscio patre pecuniam commodavit, eam nec vivente nec mortuo patre ab eodem poterit postulare.

[IX]. XI, 1. Interpretatio. In omni genere causarum pro quibuscumque personis mulieres fidem suam interponere prohibentur.

[IX]. XI, 2. Interpretatio. In hac tantum mulier fideiussione tenetur, ut, si tutores filiis suis petat et pro eis fideiussor exsistat, filiis teneatur obnoxia.

[X, 1]. XII, 4. Interpretatio. Si quis creditor, debitore in solvendo tardante, rem sibi pro debito positam distraxerit, si quid amplius acceptum fuerit, quam debebatur, quod plus acceptum est, restitui iussum est debitori.

[2]. XII, 6. Interpretatio. Creditor rem sibi oppignoratam a debitore emere non potest. Sed debitor cum alia persona inire contractum potest, ut accepta ab emtore pecunia, debitum restituat creditori; et sic postea rem suam a debitore liberatam, cui voluerit, vendat.

---

h) ipsam navem *B*. i) ipsa *A* 2. k) *hll.* cipiet *fere evan. B*.

VIII. a) VIIII *B, ubi post vocem* patronum *(in* §. 1. *h. l.) quaedam folia desunt (cf. n.* f*)*. b) Intpr. *pro* It. alia *A* 2. c) mancipatus *B*. d) *B*; inmancipatum *A* 1. 2. e) uxore *A* 1. f) onum *evan. B; cf. n.* a. g) cōm. *pro* conm. *A* 2. h) sola voluntatem *A* 2. i) talis *A* 2. k) Sic *A* 2. l) ipsa *A* 2. m) in opus *deest A* 2.

[2]. a) fillium *A* 1. b) pater *A* 2. c) commenda[verin]t *A* 2. d) ex[inde — po]ssunt *A* 2.

IX. *(Tit. deest B)*. a) Intpr. *pro* It. al. *A* 2. b) poteē *A* 1. c) receperit *A* 2. d) gubernandum *A* 2.

X. *(Tit. deest B)*. a) solđ *A* 2. b) debitur *A* 1. c) reddere *A* 2. d) ipsos pignos *A* 2. e) p̄serit *(del.)* priserit *A* 1; preserit *A* 2. f) quod *A* 2. g) solidi *A* 2.

[2]. a) aliqua *A* 2. b) quia *pro* q. eam *A* 2. c) inpignaravit *A* 1. d) altærum *A* 2. e) ipsa *A* 2. f) vendere *A* 2. g) ea *A* 2. h) illo *A* 2. i) qui *A* 2. k) habuit *A* 2. l) inpignoravit, *ut videtur, corr.* inpignorata *A* 2.

1) De hoc loco disseruerunt Schupfer I, p. 55, et R. Wagner in 'Z. d. Sav.-Stift. IV. Germ. Abth.' p. 56. Aliter et rectius quidem H. Brunner, ib. p. 265, et L. de Salis in eisdem Annalibus VI, p. 168. Cf. comment. meam p. 34. et supra praefationem p. 302. 2) Cf. supra p. 409, n. 1. 3) De tutela filiorum, quam lex nostra matri concedit, cf. supra p. 338, n. 1.

[3]. Item[a] alia. Nullus[b] homo illam rem[b], quod in pignus recipit[c], conparare non potest; nisi[d] suum debitum recipiat et ipsum[e] pignus reddat.

[4]. Item alia. Quicumque homo ad suum debitorem pignus reciperit, et ille, qui ipsum pignus recipit, eum meliorare potuerit, in quantum illum meliorem facit, ille debitor[a] illi conponat, quantum suus pignus melior fuerit.

[5]. Item alia. Quicumque homo unam rem ad duos homines inpignoraverit et illum non redderit, quid[a] ad illos debit[b], illi, qui ipsum[c] pignus habent, unus ad alterum ipsum[c] pignus vindere[d].

[6]. Item alia. Qui aliquam[a] pecuniam suam alicui dederit ad usuras, in quantum ipse caput est, reddat, et centesimam[b] porcionem, in quantum ipsa pecunia est, usuras requirat; nam si plus tullerit[c], ad debitorem reddatur.

XI.[a]

Item alia. Quicumque homo, qui alterius pecuniam[b] aut qualecumque[c] rem recipit ad usuras, si illum[d] aliqua grandis tribulatio[e] aut peregrinatio aut opressus[f] fuerit de iudicem[g] vel de[h] malos homines, ipsas usuras reddere non iudicetur.

XII.[a]

Item alia. Si aliquis homo rogaverit alterum hominem, ut de seu[b] ipsius precium qualecumque causa ei conparare debeat, et ille, qui rogitus est, ei conparaverit, et ille postea, qui rogavit conparare, ipsam[c] rem recipere non[d] voluerit[d], non solum tantum precium pro hoc conponat, sed usuras pro eum ille[e] det, qui de[f] suo precio ille conparavit.

XIII.[a]

Item alia. Si duo homines rem suam in commune habuerint, si ex[b] eo[b] aliquid adquirunt[c], omnia in commune habeant, et si aliquid[c] exinde perdiderint, ambo insimul perdant, excepto si unus de ipsis aut per neglienciam[d] suam perdiderit[e] aut furaverit; qui de illos hoc fecerit, inter se solvere debeant.

XIV.[a]

[1]. Item alia. Quicumque homo alterius[b] rem sine[b] voluntatem[c] domini sui vindiderit[c], ipsam[d] rem, quam vindidit[e], in duplo conponat.

---

[X, 3]. XII, 7. Interpretatio. Creditor pignus, quod a debitore accepit, nec per suppositam personam emere potest.

[4]. XIII, 2. Interpretatio. Si quis creditor praedium sibi fiducia obligatum studio et opere suo melioraverit, quicquid se pro melioranda re impendisse probaverit, ei a debitore reddendum est.

[5]. XIII, 3. Interpretatio. Si duo creditores unum pignus debitoris habeant obligatum, et posterior creditor priori creditori offerat pecuniam, potest pignus obligatum ad se transferre. Item prior creditor, licet potior sit in pignore retinendo, si offerat pecuniam, potest apud se pignus retinere.

[6]. XIV, 2. Interpretatio. In pecuniis creditis cum solutio usurarum sortem aequaverit, si quid amplius creditori fuerit datum, de capite debiti subtrahitur. Si vero et centesima et caput impletum est, quod amplius creditor accepit, reddere cogetur debitori.

[XI]. XV, 1. Interpretatio. Propter subitam infirmitatem et necessitatem peregrinationis vel propter inimicitias maioris personae ne cuiuscumque videatur actio vacillare, integra adhuc causa, is qui susceperit, susceptum negotium renuere potest.

[XII]. XV, 2. Sententia. Si meis nummis mandato tuo aliquid tibi comparavero, et si rem postea accipere nolis, mandati actio mihi adversus te competit. Non enim tantum, quod impensum est, sed et usuras eius consequi possum.

[XIII]. XVI. Sententia. Sicut lucrum, ita et damnum inter socios communicatur, nisi quid culpa socii vel fraude eversum sit.

[XIV, 1]. XVII, 1. Interpretatio. Si quis rem alienam vendiderit et pretium acceperit, ad redhibitionem duplae pecuniae manebit obnoxius.

---

[3]. a) *quaedam particulae litterarum supersunt A 2.* b) Null[us — rem] *A* 2. c) reci[pit con]parare *A* 2. d) ni[si suum] *A* 2. e) ip[sum] *A* 2.

[4]. a) debitur *A* 1.

[5]. a) qd *A* 1; quod *A* 2. b) debet *A* 2. c) ipsos pignos *A* 2. d) vendere *A* 2; *supplendum videtur:* possunt.

[6]. a) aliqua *A* 2. b) centesima *A* 2. c) tollerit *A* 2.

XI. *(Tit. deest B).* a) *deest A* 1. 2. b) pec[uniam] *A* 2. c) quale[cumque — recipi]t *A* 2. d) [illum ali]qua *A* 2. e) tribula[tio au]t *A* 2. f) *ita, ut videtur, A* 2; opresus *A* 1. g) iudice *A* 2. h) *del. A* 2.

XII. *(Tit. deest B).* a) XI *A* 1. 2. b) *i. e.* suo. c) ipsa *A* 2. d) noluerit *A* 2. e) *lege:* illi. f) pro suum precium *A* 2.

XIII. *(Tit. deest B).* a) XII *A* 2; *deest A* 1. b) eum *A* 2. c) adquirunt — si aliquid *des. A* 2. d) negligentiam *A* 2. e) perdiderint *A* 1.

XIV. *(Tit. deest B).* a) XII *A* 1. 2. b) alteri[us rem sine] *A* 2. c) volunta[tem — vindiderit] *A* 2. d) ipsa *A* 2. e) vendidit *A* 2.

[2]. Item alia. Si duo homines terram[a] insimul habuerint[b], et unus de illus[c] illi alteri de sua porcionem[d] mentierit[e], ille, qui mentitus[f] est, ad illum, cui mentivit[e], in dublo[g] reddat.

[3]. Item alia. Quicumque homo alicui mancipium suum vindiderit[a] peculium habentem[b], liceat ipsum servum aut[c] de artificio suo aut de peculium suum de illum, qui eum conparavit[d], redimere se potest[1]; et si, dum in ipso servicio est, filium generaverit, ipsum filium emptor[e] vindicavit.

XV.[a]

Item alia. Mutus homo et emere et vindere potest; nam furiosus, hoc est furiosus, qui multum senex est, qui ille, qui in nimiam etatem est[2], iam nec emere nec vendere non potest.

XVI.

[1]. Item alia. Quicumque homo, qui[a] servum suum ad alterum[b] hominem vindiderit[c], et ille, qui eum vindit[d], ipsum servum in omnibus cum bonam fidem testimoniaverit esse, si postea ipse[a] servus eum fugerit, qui eum comparavit[e], ille, qui ipsum servum[f] vindidit, et precium emtori[g] reddat; et si aliquid ipse servus[h] de ipsius rem secum portaverit, ille, qui eum vindidit, omnia emptori reddere cogatur.

[2]. Item alia. Terra, quem[a] homo conparat, aut qualecumque rem, ipsius esse debet ad cuius nomen carta scripta fuerit; nam non ipsius, qui pro alterum precium dedit. Et si ille, qui precium dat, ipsum precium ei requirere voluerit, ad[b] cuius nomen carta tollit[c], suum precium recipiat[d].

XVII.[a]

Item alia. Qui pro qualecumque causa fideiussore reciperit, si se ad ipsum fideiussorem tenere noluerit, illum si teneat[b], qui ei debitor[c] est, et postea nec illum fideiussorem[d] nec ipsius heredes exinde tenere nullatenus potest[3].

XVIII.[a]

[1]. Item[b] alia. Filias, dum in potestatem parentorum sunt, sine parentorum voluntatem ad matrimonium se iungere non possunt.

---

[XIV, 2]. XVIII, 1. Sententia. Distracto fundo, si quis de modo mentiatur, in duplo eius, quod mentitus est, officio iudicis aestimatione facta convenitur.

[3]. XVIII, 3. Interpretatio. Si venditor, cum mancipium distraheret, de artificio eius vel de peculio pro caritate pretii mentitus est, emtori, quantum sine peculio vel artificio valere potuerat, tantum reddere compellatur aut certe mancipium venditum recipere, reddito pretio, acquiescat.

[3]. XVIII, 4. Sententia. Ex die emtionis, si pars pretii numerata sit, et fructus et operae servorum et foetus pecorum et ancillarum partus ad emtorem pertinent.

[XV]. XVIII, 7. Sententia. Mutus emere et vendere potest; furiosus autem nec vendere nec emere potest.

[XVI, 1]. XVIII, 8. Sententia. Servus bona fide comparatus si ex veteri vitio fugerit, non tantum pretium dominus, sed ea, quae in fugam abstulit, reddere cogetur.

[2]. XVIII, 11. Interpretatio. Si ager alterius nomine et alterius pecunia fuerit comparatus, eius esse cognoscitur, cuius nomine comparatus est; si tamen ipsi comparatori agrum traditum fuisse constiterit; illi vero pecuniam, quam dederant, a possessore recipient, sicut multis aliis speciebus habetur expositum.

[XVII]. XVIII, 12. Interpretatio. Si quis contemto fideiussore debitorem suum tenere maluerit, fideiussor vel heres eius a fideiussionis vinculo liberatur. Si vero procurator litis victus fuerit, mandator eius ad solutionem tenetur.

[XVIII, 1]. XX, 2. Interpretatio. Viventibus patribus inter filiosfamilias sine voluntate patrum matrimonia non legitime copulantur; sed si coniuncta fuerint, non solvuntur; quia ad publicam utilitatem antiquitas pertinere decrevit, ut procreandorum liberorum causa coniunctio facta non debeat separari.

---

[2]. a) terra [insimul] *A* 2. b) habuē *A* 2. c) il[lus illi] *A* 2. d) porcion[em] *A* 2. e) m̄t. *pro* ment. *A* 1. f) m[en]titus *A* 2. g) duplo *A* 2.

[3]. a) vendiderit *A* 2. b) habente *A* 2. c) aut de pèculium suum aut de arteficio suo *A* 2. d) comparavit *A* 2. e) emtur *A* 1.

XV. *(Tit. deest B).* a) *deest* *A* 1. 2.

XVI. *(Tit. deest B).* a) *periit* *A* 2. b) alterterum *A* 1; *per.* *A* 2. c) [vind. et ille] *A* 2. d) [vind. — fidem] *A* 2. e) con[paravit] *A* 2. f) ser[vum vin]didit *A* 2. g) empto[ri re]ddat *A* 2. h) [ser]vus *A* 2.

[2]. a) quae *A* 2. b) *legendum videtur:* ab eo, cuius n. c. tulit. c) tulit *A* 2. d) *A* 2; recipiatur *A* 1.

XVII. *(Tit. deest B).* a) *deest* *A* 1; XV *A* 2. b) ille *add.* *A* 2; *intelligendum videtur:* ad illum se teneat. c) debitur *A* 1. d) fideiusso[rem] nec — exin[de tenere] nullatenus po[test] *A* 2.

XVIII. *(Tit. deest B).* a) *deest* *A* 2. b) [Item ali]a. [Filius — pote]state [par. s. sine pa]rentum voluntate [ad matrimo]nium se i. n. p[ossunt] *A* 2.

1) Aliter atque ipsa Pauli sententia lex servis facultatem tribuit, ut semetipsos de peculio vel artificio suo redimant. 2) De regula iuris Germanici, ad quam haec spectant, cf. Stobbe, 'D. Privatrecht' I, §. 41, praecipue n. 1. 3) Cf. supra p. 411, n. 1.

[2]. Item alia. Quicumque homo[a], vir et mulier, qui in coniugium[b] iuncti sunt, si aliquis[c] de illos[d] mentem suam perdiderit aut furebundus fuerit, aut aliquas[e] tales his similia causa, per hoc se dimittere non possunt; nisi tantum per illas causas se dimittere possunt, quod in superiorem[f] legem scripta sunt[1].

[3]. Item alia. Si libertus suam patronam aut patroni filiam in coniugium prehendere presumserit[g], in carcere mittatur aut in metallo deputetur.

## XIX.[a]

[1]. Item alia. Quicumque homo, qui puellam ad uxorem preendere[b] debet, et ad ipsum[c] sponsum aliqua tales[d] occasio advenerit, ut ipsa die ad ipsas nupcias esse non possint, sui parentes vel sui amici ipsam puellam[e] ad domum sui sponsi ducere possunt; nam feminam, si ad suam[f] domum illa die non fuerit, quando[g] nupcias facere debent, ad domum puelle sponsum parentes puelle adducere non possunt.

[2]. Item alia. Quicumque homo, qui uxorem non habent, in illo tempore concobina habere non potest.

## XX.

[1]. Item alia. Quicumque homo, qui dotem ad suam sponsam facere volet, dotem et ante nupcias et post nupcias facere potest.

[2]. Item alia. Quicumque homo, qui dotem ad suam uxorem facit, dum in coniugio sunt, omnes[a] fructus agri, qui ipsam dotem conscriptum est, ad maritum pertinet. Et si separare[b] voluerint, ipsa femina exinde habere nulla non potest.

## XXI.

[1]. Item alia. De donationem inter maritum et uxorem. Licet in superiorem titulum[2] scriptum est, ut nulla donatio per nullum modum inter maritum et uxorem de eorum facultatem stare non potest, nam tamen in superiorem legem[2] scriptum est, ubi aliquis de illos ad transitum venerint, donationem inter se facere possunt; tamen in ipsam donationem et agrum et mancipia et omnia nominativum[a] scribere debunt, et dicat: 'Istut volo habere, sicut et me et sic te, quod heredes meos'.

[2]. Item alia. Quicumque ingenuus homo, qui ad suam ancillam ingenuitatem pro-

[XVIII, 2]. XX, 4. Interpretatio. Si qui matrimonium sani contraxerint, et uni ex duobus amentia aut furor accesserit, ob hanc infirmitatem coniugia talium solvi non possunt.

[3]. XX, 6. Interpretatio. Libertus, si ad coniunctionem patronae vel patroni filiae adspirare tentaverit, in metallum detrudatur.

[XIX, 1]. XX, 5. Interpretatio. Si vir in peregrinis aliqua fuerit occupatione detentus, absente eo constituto die possunt nuptiae celebrari, ut ab amicis vel parentibus eius puella suscepta ad domum mariti ducatur. Nam sicut viro absente hoc ordine possunt nuptiae celebrari, ita femina absente non possunt.

[2]. XXI. Interpretatio. Qui uxorem habet, eo tempore concubinam habere prohibetur, ne ab uxore eum dilertio separet concubinae.

[XX, 1]. XXII, 1. Interpretatio. Dos dicitur, quae a parte sponsarum viris datur; quae tamen potest ante nuptias aut post nuptias dari.

[2]. XXIII, 1. Interpretatio. Fructus agri dotalis manente coniugio ad maritum pertinent; sed et illius anni, quo matrimonium divortio separatur, ad maritum pertinere certissimum est.

[XXI, 1]. XXIV. De donationibus inter virum et uxorem.

6. Interpretatio. Si inter maritum et uxorem matrimonii tempore mortis causa fuerit facta donatio, morte unius convalescit. Nam in donationibus, quae mortis causa fiunt, haec verborum solennitas custoditur: 'Illum agrum aut illam domum te malo habere quam me, te quam heredes meos'.

[2]. XXV, 4. Interpretatio. Si ea mulier, quae per fideicommissum manumitti iussa est, fideicommissario in praestanda libertate, quae ei mandata est, moram faciente pepererit, qui natus est, ingenuus nascitur; quia fideicommissarii tarditas ingenuitati eius obesse non potest.

---

[XVIII, 2. 3]. a) [homo] *A 2.* b) [con]iugium *A 2.* c) ali[quis] *A 2.* d) illis *A 2.* e) alias *A 2.* f) superiori lege *A 2.* g) presu[mse]rit *A 2.*

XIX. *(Tit. deest B, inde a media* §. 1. *deest A 2 cf. n.* e). a) XVII *A 2.* b) prehendere *A 2.* c) ip[sum] *A 2.* d) occasio talis *A 2.* e) [pu]ella ad domu, *reliqua, exceptis vestigiis verbi* possunt, *des. A 2.* f) sū *c.* g) quādo *c.*

XX. *(Cod. A 1).* a) om̄ *c.* b) se parare *pro* se sep. *c.*

XXI. *(Cod. A 1).* a) *e corr.* nominati::uum *c.*

1) Cf. III, 16. 2) *Titulus superior* et *lex superior* non ad locum huius ipsius legis Curiensis referendi esse videntur, sed ad fontem, ex quo hausit auctor, scilicet ad integrum tit. 24. libri II. Pauli Sent.

miserit facere, et antequam ei cartam faciat, ipsa mulier infantem habuerit, ipse infans ingenuus nascitur[b] et ingenuus permanebit.

XXII.

Item alia. Si quacumque ingenua mulierem suus maritus dimiserit, si ipsa mulier se prignantem sentierit, infra dies XXX ipsa causa notum faciat, ut suum ventrem videre possint, quae[a] et illa pregnans sed[b], et[b] sic postea ei custodes mittantur, ut quae dum ipsum infantem peperit, ut facultatem, quod de patris sui habere debet, non perdat. Quod si mulier hoc notum non fecerit, ipse infans, qui ex ea natus fuerit, de hereditatem patris sui nihil habeat; et ipsa mulier quinque obsetrices secum habeat, dum ipsum infantem excepit, qui pro ea testimonium tent[c], ut ipse infans adulter[d] non sit nec adpositius[e]. Et quod si ipsas obsetrices infantem pro infantem adposuerint, summo supplicio paciatur.

XXIII.

Item alia. Si cuiuscumque ancilla conceptum habuerit et postea ingenua dimissa fuerit, filius eius postea ingenuus permanebit.

XXIV.

Quicumque homo si in hoste adprehenssus fuerit aut in captivitatem ductus fuerit, si filios aut alios heredes dimiserit, post quantum tempore reversus fuerit, omnes[f] res suas in integrum recipiatur.

XXV.

[1]. Item alia. Quicumque homo, qui servum suum ingenuum dimittere voluerit, aut in die Dominico aut in festivitatem sanctorum hoc faciatur.

[2]. Item alia. Nullus homo filium suum nec mancipare nec uxorare[g] eum invitum non potest, nisi sua[h] ipsius filii fuerit voluntas.

XXVI.

Item alia. Uxorem suam homo in adulterium deprehensa eam occidere potest, si illum[i], qui eam[k] adulterabat, in domum suam potuerit invenire.

XXVII.

[1]. Item alia. Si aliquis homo cum patre filiorum inimicicias grandes habuerit, ille homo tutilla de res filiorum eius non potest recipere ad gobernandum.

---

[XXII]. XXV, 5. Sententia. Si mulier divortio facto gravidam se sciat, intra tricesimum diem viro denuntiare debet vel patri eius, ut ad ventrem inspiciendum observandumque custodes mittant; quibus missis, partum mulieris omnimodo coguntur agnoscere.

Interpretatio. Si quaecumque mulier matrimonio per divortium dissoluto praegnantem se esse senserit et hoc in notitiam mariti vel patris eius detulerit, ut ad inspiciendum vel observandum ventrem suum custodes mittant; quos dum miserint, partum mulieris, id est, nativitatem sui heredis compelluntur agnoscere.

6. Interpretatio. Si post divortium praegnantem se mulier marito non indicaverit vel custodes ad observationem ventris missos custodire non permiserit, potest pater vel avus eum, qui natus fuerit, non nutrire. Sed negligentiam matris statutum est ei, qui natus est, in successione patris nocere penitus non debere, quin post mortem patris sine dubio succedat.

[XXIII]. XXV, 1. Sententia. Si serva conceperit et postea manumissa pepererit, liberum parit; id enim favor libertatis exposcit.

*Epit. Guelf.:* Si ancilla post concepit manummittatur, liberum parit.

[XXIV]. XXVI, 1. Sententia. Pater ab hostibus captus desinit habere filios in potestate; postliminio vero reversus tam filios quam omnia sui iuris in potestatem recipit, ac si nunquam ab hostibus captus sit.

[XXV, 1]. XXVI, 3. Sententia. Emancipatio etiam die feriato fieri potest.

[2]. XXVI, 5. Sententia. Filiusfamilias invitus emancipari non cogitur.

[XXVI]. XXVII, 1. Sententia. Inventam in adulterio uxorem maritus ita demum occidere potest, si adulterum domi suae deprehendat.

[XXVII, 1]. XXVIII, 1. Interpretatio. Si cum patre minorum aliquis graves inimicitias habuisse cognoscitur, a tutela pupillorum merito excusatur, ne inimico paterno parvulorum defensio committatur.

---

b) nacitur *c.*

XXII—XXVII. *(Cod. A 1).* a) quę et *c.*, *fortasse pro* quod. b) sedet *c.*; *lege:* sit et. c) *ita pro* dent *c.* d) adulī *c.* e) adpositibus *c.*; *an* adpositicius? *Haenel.* f) omš *c.* g) uxorem, *superscr.* ra *c.* h) suam *corr.* sua *c.* i) illam *corr.* illum *c.* k) *correxi;* eum *c.*

[2]. Item alia. Si tutor de res orfanorum, quas gobernare debet, exinde aliqui[a] fraudaverit, in dublo eum restituat.

XXVIII.

[1]. Item alia. De furonibus. Quatuor[1] genera sunt furtuorum. Unum dicitur manifesti, alterum dicitur concepti vel dicitur ne manifesti, quartum dicitur oblati. Manifestus fur[b] est, quem super ipsum furtum homo prehendere potest. Ne manifestus fur[c] est, qui ipsum furtum, quem factum habet, ut super ipsum furtum deprehensus non fuerit, sed ipsum furtum negare non potest. Concepti fur est, si aput eum homo scrutinium miserit et invenerit. Oblati fur est, qui ipsam rem, quem involat, et ipsa rem aut commendat aut donat in alterius potestatem, per se ipsam rem homo invenire non possat aput eum.

[2]. Item alia. Si alicui furtum factum fuerit, et ille, cui factus est, ipsum furtum inquirere non potuerit, heredes eius illum requirere possunt; nam ille, qui ipsum furtum fecit, ipse iuxta legem conponat; nam eius heredes exinde nullum malum non paciantur.

[3]. Item alia. Si cuicumque servus alicui furtum fecerit, et ipsum furtum suus dominus conponere noluerit, ipsum servum pro ipsum furtum, quam ei fecit, tradere debeat.

[4]. Item alia. Si alicuius servus cuicumque furtum fecerit, antequam ipsum furtum conponat, ingenuus dimissus fuerit, ipsum furtum, quem fecit, solvat; et si vinditus fuerit ille, qui eum conparavit, aut furtum conponat aut ipsum servum reddat.

[5]. Item alia. Ille, qui furtum fecerit, vel qui facere consentit, aut qui ei consilium dederit, ad unam conposicionem tenebitur.

[6]. Item alia. De furtis. Manifestum furtum in quadrublo solvat et ipsam rem, quam involavit, in caput conponat. Concepti vero furtum[d] in dublo solvat et ipsam rem, quam involavit, similiter in caput conponat. Oblati vero furtum in triblo solvat et ipsam rem, quam involavit, similiter in caput conponat.

[7]. Item alia. Si cuiuscumque servus aut inmancipatus filius qualecumque rem suam ad furtum perdiderit, nec ipse servus nec filius ipsam rem requirere non potest; nisi dominus aut pater eorum ipsam rem de ipso hominem, qui eam involavit, requiratur.

[8]. Item alia. Quicumque homo, duminter[2] suum furtum querit, si alicui damnum fecerit, ipsum damnum dublo restituat.

---

[XXVII, 2]. XXXI. Sententia. Dolo tutoris curatorisve detecto, in duplum eius pecuniae condemnatione conveniuntur, qua minorem fraudare voluerunt.

*Epit. Aeg.:* Quicquid tutor minoribus fraudaverit, in duplum restituat.

*Epit. Guelf.:* Si tutor per dolo quid pupillo fraudavit, in duplum eius pecuniam condemnandus est.

[XXVIII]. XXXII. De furtis.

[1]. 2. Sententia. Furtorum genera sunt quatuor: manifesti, nec manifesti, concepti et oblati.

[1]. 3. Sententia. Manifestus fur est, qui in faciendo deprehensus est, et qui intra terminos eius loci, unde quid sustulerat, deprehensus est, vel antequam ad eum locum, quo destinaverat, perveniret.

[1]. 4. Sententia. Nec manifestus fur est, qui in faciendo quidem deprehensus non est, sed eum furtum fecisse negari non potest.

[1]. 5. Sententia. Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quaesitum et inventum est.

[1]. 6. Sententia. Oblati actione is tenetur, qui rem furtivam alii obtulit, ne apud se inveniretur.

[2]. 10. Interpretatio. Furtorum genera heres eius, qui furtum pertulit, persequi potest; eius vero heredes, qui furtum fecerat, ad poenam criminis teneri non possunt.

[3]. 11. Interpretatio. Si servus alicui furtum fecerit vel damnum dederit, si dominus eius pro eo reddere noluerit, tradere eum vindictae pro qualitate facti debebit.

[4]. 12. Interpretatio. Si servus furtum fecerit et postea aut manumissus aut venditus fuerit, aut is, qui manumissus est, pro furti redhibitione tenebitur aut emtor eius; quia noxa semper caput sequitur.

[5]. 14. Sententia. Non tantum, qui furtum fecerit, sed etiam is, cuius opera aut consilio furtum factum fuerit, furti actione tenebitur.

[6]. 16. Interpretatio. Furti manifesti poena quadrupli est et ipsius rei, quae est sublata, redhibitio.

[6]. 17. Sententia. Furti concepti actio adversus eum, qui obtulit, tripli est poena et ipsius rei restitutio.

[7]. 21. Interpretatio. Si filiofamilias vel servo furto aliquid sublatum fuerit, ad patrem vel dominum furti actio pertinebit; quia merito eis haec actio datur, ex quorum personis solent aliquoties conveniri.

[8]. 23. Interpretatio. Si, cum furtum quis quaerit, damnum alicui dederit vel iniuriam fecerit, secundum legem Aquiliam in duplum damni illati redhibitione mulctatur.

---

XXVII, 2. XXVIII. *(Cod. A 1).* a) aliq *c.* b) furarē (= furor est) *c.* c) fur:::ē *e corr. c.* d) tra (= terra) *add. c.*

1) Cf. supra XXII, 13. 2) Cf. supra p. 345, n. 1.

[9]. Item alia. Quicumque alterius fructum involaverit, ipsum fructum in dublo conponat; et qui alterius arborem incidit, similiter faciat.

[10]. Item alia. Qui alterius cartam involaverit, quantum in ipsa carta contenit pro furtum tenebitur.

[11]. Item alia. Si cuiuscumque servus alterum hominem furtum fecerit, et dominus eius nescierit[b], ipsum furtum ad dominum eius requirendum non est.

[12]. Item alia. Quicumque homo, qui servum suum ingenuum dimittit, postea ipse dominus eius in paupertatem ceciderit, ille libertus eius ipsum dominum suum usque ad diem mortis sue et adiuvare et nutrigare eum debeat.

EXPLICIT LIBER PAULI II.

## INCIPIUNT[a] CAPITULA DE LIBRO XXV.

I. De fratribus maiores et minores[b] aetate[c].
II. De duos heredes.
III. De liberto.
IV. De filio inmancipato, qui vadit in bello.
V. Qui servo alieno libertatem fecerit.
VI. De[d] eo, qui ad duos homines de[e] unam rem[e] II cartas fecerit.
VII. De eo, qui moriens testamentum fecerit.
VIII. De eo, quem sua familia occiderit[f].
IX. De testamento heredes[g].

## INCIPIT[h] LIBER III.

### I. De fratribus.

[1]. Interpretatio. Quicumque homo contra duos fratres, qui unus de illus[a] iam fuerit in aetatem et alter adhuc parvulus infra annis[b], ille frater senior et suam causam et sei fratris iuniores respondere potest.

[2]. Item alia. Si unus liber duus patronus habuerit, et unus de ipsus patronis mortuus fuerit, iuxta legem ad illum patronum, qui vivit, ipse quemquod[c] ad ambos patronus debuerat reddat.

### II.[d]

Item alia. Duo heredes si libertus parentorum suorum habuerint, si forsitam unus de

---

[XXVIII, 9]. XXXII, 24. Sententia. Sive segetes per furtum sive quaelibet arbores caesae sint, in duplum eius rei nomine reus convenitur.

[10]. 26. Interpretatio. Qui tabulas aut cautiones furto abstulerit, ad eam summam redhibitionis, quam tabulae vel cartae sublatae continent, furti actione tenebitur.

[11]. 27. Sententia. Servus, qui in fuga est, a domino quidem possidetur, sed dominus furti actione eius nomine non tenetur; quia in potestate eum non habet.

[12]. XXXIII, 1. Interpretatio. Si quis ita fuerit manumissus, ut nec donum nec operas patrono praestare deberet, et patronus eius egens fuerit effectus, eum pro modo facultatum suarum pascere et sustentare compellatur.

EXPLICIT LIBER II.

INCIPIT PAULI SENTENTIARUM LIBER III.

[I, 1]. I. Interpretatio. Si quis contra duos fratres, id est unum puberem, cuius aetas curatorem habere potest, et alterum impuberem causam habeat, si frater, qui senior est, propter personam fratris minoris, ne causam dicat, se voluerit excusare, ille, qui senior est, pro sua persona vel causa respondere compellitur. Quod etiamsi curatorem non habeat, adhibere sibi cogetur; nam adultus se per personam pupilli penitus non excusat.

[2]. II, 2. Interpretatio. Si libertus duos patronos heredes scripserit, et unus ex ipsis patronis vivente liberto mortuus fuerit, ad illum patronum, qui superest, quod ambobus dimiserat pertinebit.

[II]. II, 3. Sententia. Libertorum hereditas in capita, non in stirpes dividitur, et ideo, si unius patroni duo sint liberi, alterius quatuor, singuli viriles, id est aequales, portiones habebunt.

---

XXVIII, 9—11. a) nescierit *c.*

Lib. XXV. *Index titulorum deest A 2.* a) I. e. *des. B.* b) *B*; minore *A 1.* c) etates *B.* d) Deo *pro* De eo *A 1.* e) de u. r. *des. B.* f) *B*; occiderint *A 1.* g) hered *B.* h) *Textus libri deest A 2. B.*

I. II. *(Cod. A 1).* a) illu *c.* b) an̄n̄s *c.* c) *lege:* quidquid. d) *deest c.*

illus habuerit duos libertus, et ille alter habuerit quatuor, si ipsi liberti sine heredes mortui fuerint, ipsorum hereditas in integro ad ipsorum patronus revertitur.

III.[a]

[1]. Item alia. Si libertus per carta dimissus fuerit, de suam hereditatem, quod in eius carta continet, sine voluntatem patroni sui nec sine patroni filii ad alterum hominem ipse libertus de ipsas res nulla dare non potest; quod si fecerit, ipsi patroni licenciam habeant ipsas res suo iure vindicare.

[2]. Item alia. Pueri post XIV annus aetatis sue testamentum facere possunt; feminas vero post XII annus qualecumque carta facere possunt.

IV.

[1]. Item alia. Filios inmancipatus de illam rem, quod in oste adquiritur, cui voluerit exinde carta facere potest.

[2]. Item alia. Cecus homo testamentum facere potest, quia quod directum est et audire et intellegere potest.

[3]. Item alia. Furiosus homo, dum in proprium sensum suum est, testamentum facere potest.

[4]. Item alia. Qui in hoste prisus est et in captivitatem ductus est, dum in ipsa captivitate est, testamentum facere[b] non potest, quia servus alterius est; nam antequam captivetur et cum ad suum proprium reversus fuerit, testamentum facere potest.

[5]. Item alia. Quicumque homo, qui per aliqua culpa aut in exilio aut in carcere missus fuerit, testamentum facere potest.

[6]. Item alia. Gentiles, qui Latinum non intellegunt nec Latinum non fabellant, tamen sensum[c] habent ad intelligendum, illi vero testamentum facere possunt.

[7]. Item alia. Prodicus, hoc est fraganarius[1], si voluerit, testamentum facere potest.

[8]. Item alia. Ubi duo heredes sunt, antequam dividant, sine commune convenientiam testamentum facere non possunt.

[9]. Item alia. Quicumque homo, si testamentum fecerit, medietatem facultatem suae

---

[III, 1]. III. Interpretatio. Si libertus aliqua ex bonis suis hoc animo alienaverit, ne ad patronum vel filios patroni inter hereditaria corpora perveniant, id, quod hoc ordine per fraudem alienatum constiterit, potest a patrono vel filiis ipsius revocari.

[2]. IV, 1. Sententia. Testamentum facere possunt masculi post impletum quartumdecimum annum, feminae post duodecimum.

IV, [1]. 3. Sententia. Filiusfamilias, qui militavit, de castrensi peculio tam communi quam proprio iure testamentum facere potest. Castrense enim peculium est, quod in castris acquiritur vel quod proficiscenti ad militiam datur.

*Epit. Aeg.:* Quicquid filiofamilias aut armis in castris acquiritur vel quod ei proficiscenti ad militiam datur, potest facere testamentum.

[2]. 4. Sententia. Caecus testamentum potest facere, quia accire potest adhibitos testes et audire sibi testimonium perhibentes.

[3]. 5. Sententia. Furiosus tempore intermissi furoris testamentum facere potest.

[4]. VI, 1. Interpretatio. Qui ab hostibus captus fuerit, in captivitate positus, quia servus est, non potest facere testamentum. Sed si quod testamentum ante fecit, si redierit, iure postliminii valet; si ibidem defecerit, beneficio legis Corneliae, qua lege etiam legitimae tutelae hereditatesque firmantur, valet.

[5]. VI, 2. Interpretatio. Qui pro aliquo crimine ad tempus aut in insulam relegatur aut in metallum deputatur, quia perpetuam damnationem non habet et testamentum facere potest, et si quid ei ex testamento derelictum fuerit, obtinebit.

[6]. VI, 6. Sententia. Ex his, qui ad testamentum adhibentur, si qui sint, qui Latine nesciant vel non intelligant, sed tamen sentiant, cui rei intersint, adhibiti non vitiant testamentum.

[7]. VI, 5. Sententia. Prodigus, recepta vitae sanitate ad bonos mores reversus, et testamentum facere et ad testamenti solennia adhiberi potest.

[8]. VI, 9. Interpretatio. Quoties in testamento evidenter, heres qui sit scriptus, non exprimitur, nulla firmitas est heredis; nam si evenit, ut testatori amici plures uno nomine nuncupentur, debet testator, quem de illis heredem appellat, rebus evidentibus declarare.

[9]. VI, 12. Interpretatio. In quot vult uncias testator assem suum in diversos heredes dividere potest, ut faciat,

---

III. IV. *(Cod. A 1).* a) *deest c.* b) face *c.* c) sensuum *c.*

1) Huius vocis vim originemque non habemus cognitam.

per XII uncias, hoc est per XII uncias porciones, aut ad aeclesiam aut ad propincos dividere potest; et illa alia medietatem, quod superest, si ad qualecumque hominem facere voluerit, liberam habeat potestatem.

V.

Item alia. Qui ad servum alienum libertatem fecerit, ipsa libertas stabilis esse non potest; et si aliquid dederit in ipsam libertatem, hoc ipse servus habere debet.

VI.

Item alia. Quicumque homo, qui ad filium suum et ad extranium hominem de facultatem suam ad ambus cartam fecerit et filiam habuerit, ille filius et ille extraneus ad illam filiam de suas porciones, quod per cartam acciperunt terciam partem ei dent; quod si duo fratres fuerint et tercius extraneus, et ad[a] totus tres equales cartas factas fuerint, illi duo fratres de suam porcionem ad suam sororem terciam dent, et ille extraneus illam suam porcionem, hoc est illam mediam facultatem, in integro sibi vindicavit.

VII.

Item alia. Quicumque homo, dum in morte est constitutus, si testamentum fecerit et per suam scienciam uxorem suam prignantem habuerit et postea, si vivo patre infans natus fuerit. et ipsum testamentum pater eius non remutaverit, ipse testamentus est vel esse non potest. Nam si post patris mortem ipse infans natus fuerit, et testamentus factus fuerit, ipse testamentus firmus permanebit.

VIII.

Item alia. Qualecumque hominem, qui suam familiam per qualecumque ingenio occisserit, ipsius heredes suam facultatem ante[b] eam[b] inter se non dividant, quam de ipsa familia vindicta faciant.

IX.[c]

[1]. Item alia. Quicumque homo alico heredem scribit in suo testamentum, et circa finem mortis sue ipsi heredes ei contra directum aliqua grave iniuriam fecerit, si voluerit, ille, qui ipsum testamentum fecit, propter illas iniurias ipsum heredem de sua facultatem exeredare potest.

[2]. Item[d] alia. Si quis homo, qui in testamentum heres scriptus est, sciat se, ut post mortem ipsius, qui illum testamentum fecit, ipsam hereditatem, quam ei fecit, de presente

si voluerit, et XV et XX uncias et in maiori numero; aut certe, si voluerit, et in minori potest, hoc est, aut VII aut IX aut quot voluerit in minori modo uncias facere potest. Si vero XII uncias impleverit, id est, totum assem, in testamento suo, et postmodum alteri dicat: 'Ille heres mihi esto', et non dicat, in quot uncias; quia nihil impleto asse in hereditate remansit, illi, qui in XII uncias heredes nominatim instituti sunt, medietatem tollunt et medietatem ille, qui post impletum assem heres est posterior sine portione aliqua nominatus. . . . . . .

[V]. VI, 13. Interpretatio. Si servum alienum aliquis data libertate heredem instituerit, institutio quidem facta valebit; sed libertas alieno servo data valere non poterit.

[VI]. VI, 14. Interpretatio. Si quis filium suum et extraneum aequis partibus testamento scribat heredes, filia praetermissa tantum de portione germani sui, quantum de extraneis revocabit. Si vero duo filii fuerint heredes scripti, filia praetermissa duobus fratribus tertiam tollit et extraneis dimidiam.

[VII]. VI, 15. Interpretatio. Si pater moriens in testamento suo, sciens, uxorem praegnantem se habere, ita scribat, ut, si qui filii post mortem ipsius nati fuerint, heredes sint; si post mortem patris nati fuerint, valeat testamentum. Nam si post testamentum vivo patre nati fuerint, et testamentum pater non mutaverit, rumpent testamentum.

[VIII]. VII, 1. Interpretatio. Quicumque a familia sua occisus fuerit, hereditas illius ab herede adiri non potest, nisi prius de familia quaestio fuerit ventilata, et mors occisi fuerit vindicata.

*Epit. Aeg.*: Quicumque a familia sua fuerit occisus, hereditas illius non dividatur, antequam mors illius vindicetur.

[IX, 1]. VII, 10. Interpretatio. Heredi scripto, qui aliquid contra ultimam defuncti fecerit voluntatem, ut indigno aufertur hereditas; si tamen nihil contra leges in eius testamento fuerit comprehensum.

[2]. VII, 13. Sententia. Scriptus heres, ut statim in possessionem mittatur, iure desiderat. Hoc post annum iure impetrare non poterit.

[2]. VII, 14. Sententia. In eo testamento, quod nec, ut oportuit, oblatum nec publice recitatum est, heres scriptus in possessionem mitti frustra desiderat.

V—IX. *(Cod. A 1)*. a) d *corr., ut videtur,* ad *c.* b) *pro* ante eam *lege:* antea. c) *numerum ad §. sequentem praebet c.* d) VIIII. Item *c.*

recipiat. Nam si infra ipsum annum ipsa hereditatem non reciperit, nec in suum testamentum ante propincus recitatum non fuerit, de ipsam hereditatem postea non habeat potestatem.

[3]. Item alia. Qui testamentum facit et forsitam unum[a] de suis heredes in ipsum testamentum non scribit, pro illo solo ipse testamentus non rumpitur; sed dare ei potest, ad eum, qui in ipso testamentum non est scriptus, de mobilem rem, hoc est de auro et argento aut de peculium aut de alia quicumque mobile rem, si voluerit, dare ei potest.

[4]. Item alia. Qui testamentum facit, omnia et ex omnibus de suam facultatem, tam terris quam mancipiis vel pecoribus, et omnia, tam mobile quam inmobile, quid ad vitam hominis pertinet, in suo testamentum scribere debit[1]; et si ad eclesias vel ad extraneos[b] homines vel aut ad servus aut quid ad suos ministeriales donat, omnia quid in sua potestatem habet ille. qui testamentum facit, omnia in ipso testamentum scribere debit.

[5]. Item alia. Si quis testamentum fecerit et in ipsum testamentum cui voluerit et aliquit donaverit et postea alterum testamentum fecerit, et si illum priorem testamentum non ruperit, ille secundus testamentus non valebit, sed ille prior testamentus firmus permaneat.

[6]. Item alia. Si quicumque mulier ingenua ad filium suum carta facere voluerit aliquantum de sua facultatem, hoc facere potest, et[c] super ipsa carta remanet cum fratres suus dividat.

EXPLICIT PAULI LIBER III.

INCIPIUNT[a] CAPITULA DE LIBRO XXVI.

I. De dote vel donationes[b].
II. De eo, qui testamentum[c] de suas res facit[d] vel de extraneas[e].
III. De eo, qui ad suos homines libertatem[f] facit[f].
IV. Item alia de testamentum.
V. Item alia eiusdem.
VI. De eo, qui in suo testamento extraneum hominem scribit.

---

IX. [3]. *Incertum est, ad quod caput fontis haec pertineant.*

[4]. *Auctor ante oculos habuisse videtur totum titulum IX, praecipue fortasse hanc sententiam:*

28. Sententia. Fundo cum omni instrumento rustico et urbano et mancipiis, quae ibi sunt, legato, tam suppellex quam aeramentum, itemque argentum et vestes, quae ibi paterfamilias instruendi gratia habere solet, debebuntur, item ea mancipia, quae usui patrifamilias esse solent, itemque aves et pecora, quae instruendarum epularum gratia in fundo comparata sunt, exceptis his, quae ibi custodiae causa deposita sunt.

*Cf. etiam alias nonnullas sententias, ex. gr.:*

51. Sententia. Suppellectile legata, capsae, armaria, non solum librorum, aut quae vestis ponendae gratia parata sint, debebuntur, sed et byssina et crystallina et argentea et vitrea vasa, tam escaria quam pocularia, et vestes stratoriae legato cedunt.

60. Sententia. Avibus legatis, anseres, phasiani, gallinae et aviaria debebuntur. An autem phasianarii et pastores anserum, voluntatis quaestio est.

61. Sententia. Dulcibus legatis, sapa, defrutum, mulsum, dulce etiam vinum, palmae, caricae, uvae passae debebuntur. Sed in hoc quoque voluntatis est quaestio, quia et in specie pomorum comprehendi possunt.

62. Sententia. Frugibus legatis, tam legumina quam hordeum et triticum continentur.

63. Sententia. Veste legata, ea cedunt, quae ex lana et lino texta sunt; item serica et bombycina; quae tamen induendi, operiendi, cingendi, sternendi iniciendique causa parata sunt. Pelles quoque indutoriae continebuntur.

[5]. 76. Interpretatio. Si quis facto testamento, in quo aliquibus legata reliquerat, aliud postmodum fecerit testamentum et illa legata, quae priori testamento dederat, abstulerit vel codicillis fortasse removerit, si illud prius testamentum post mortem testatoris prolatum fuerit, et legata heres scriptus absolverit, quae in posteriore testamento vel codicillo remota sunt, is, qui ex priori testamento legatum consecutus est, reddere iubetur, quod sequentibus scripturis ostenditur fuisse sublatum.

[6]. XI, 3. Interpretatio. Ea, quae mater superstes filio per legitimam scripturam donavit in Falcidiam ei post mortem matris a germanis suis non possunt imputari; sed in partem sibi debitam salva donatione succedit.

EXPLICIT LIBER TERTIUS.

---

[IX, 3—6]. a) vivu *c.* b) extraneas (a *punctis appositis del.*) *c.* c) *supplendum videtur* quod.

Lib. XXVI. *Indicem titulorum praebent A* 1. *B.* a) I. c. *des. B.* b) donatione *B.* c) testamentu *A* 1; testamento *corr.* -tum *B.* d) fec̄ *B.* e) alterius *B.* f) libertate fecit (*corr.* facit) *B.*

1) Cf. de hac lege commentationem meam p. 36 sqq. et supra praef. p. 297.

VII. De eo, qui totam[g] suam facultatem donare voluerit[h].
VIII. De eo, qui testamentum alterius qualecumque ingenio falsaverit.
IX. De eo, qui sic morit[i], quod testamentum non[k] facit[k].
X. De ius liberorum[l].
XI. Si duo heredes[m] unum servum habuerint.
XII. De numero servorum manumittendorum.

## INCIPIT[n] LIBER IV.

### I.

[1]. De dotem. Qui dotem ad suam uxorem facit, postea eam in suo testamento confirmare potest.

[2]. Item alia. Surdum et mutum et per testamentum et sine testamentum hereditatem collegere debet.

[3]. Item alia. Quicumque homo in infirmitatem positus est et cuicumque de sua facultatem aliquid donare voluerit et forsitan carta nec facere nec firmare potest, tamen ante testes ingenuus per hec verba sine carta donare potest, si ad ipsos testes dicit: 'Rogo, peto, volo, mando, deprecor, cupio, iniungo, desidero quoque et inpetro vos, mei dulcissimi amici, ut ad istum hominem testimonium portetis, ut et ista causa de meas res habeat, quas ego ei ante vos per meum verbum dono'. Si hec omo in die mortis sue fecerit, hoc sine carta firmum habere potest.

### II.

Item alia. Qui testamentum facit, et suas res [et[a]] extraneas per ipsum testamentum dare potest; sed pro illas extraneas res de suas res similis ad illum hominem dimittit, cuius res extraneas scribit in suo testamento.

### III.

Item alia. Quicumque ad suos homines libertatem facit et postea testamentum fecerit, omnes illius libertus sicut ingenuus in suo testamento scribere debet.

### IV.

[1]. Item alia. Qui testamentum facit, et si filium suum in ipso testamento heredem

---

INCIPIT PAULI SENTENTIARUM LIBER IV.

I, 1. Interpretatio. Uxori, cui maritus testamento suo dotem, quam ab ea accepit, legati titulo dereliquit, ex ea fideicommissum, hoc testator si iubeat, dare non cogetur; quia non de mariti bonis aliquid consequitur, sed quod dederat recepisse videtur.

[2]. 4. Interpretatio. Si a quocumque per testamentum surdus aut mutus heres fuerint instituti aut ab intestato fortasse successerint, si quid aut per testamentum aut per legitimum numerum fideicommissi nomine, ut dare debeant, fuerint delegati, id dare omnimodis compelluntur.

[3]. 5. Interpretatio. Qui fideicommissum cuicumque dimittit, potest his verbis ad eum, cui reliquerit, loqui: 'Volo tibi de rebus meis illud esse donatum', aut: 'Spero a te, ut illa re digneris esse contentus'. Quod tamen debet aut testamenti serie aut testiùm professione constare.

[3]. 6. Sententia. Fideicommittere his verbis possumus: 'rogo, peto, volo, mando, deprecor, cupio, iniungio'. 'Desidero' quoque et 'impero' verba utile faciunt fideicómmissum. 'Relinquo' vero et 'commendo' nullam fideicommissi pariunt actionem.

Interpretatio. Si quando fideicommissum relinquitur, precativis verbis relinqui potest, ut roget quis, iniungat, petat, speret, ut id, quod fidei suae commissum est, ad eum, quem testator voluit, sicut iniunxit, ita faciat pervenire. Nam si dicat quis: 'Dimitto hoc illi', vel: 'Commendo', quia verba directa sunt, fideicommissi locum habere non possunt.

[II]. I, 7. Interpretatio. Per fideicommissum unusquisque potest tam proprias res quam alienas dimittere. Sed si suas dimiserit, ipsae, quae relictae sunt, dantur; si vero alienas, aut aestimationem dimissae rei dare, aut ipsas redimere et dare heres, cuius fidei commissum est, iure compellitur.

[III]. I, 16. Sententia. Quoties libertis fideicommissum relinquitur, ad eos tantummodo placuit pertinere, qui manumissi sunt vel qui in eodem testamento libertatem intra numerum legitimum consecuti sunt.

Interpretatio. Si quando libertis fideicommissum relictum fuerit, his debetur, qui manumissi sunt, vel eis, qui intra legitimum numerum libertatem fuerint consecuti. . . . . . .

[IV, 1]. I, 12. Interpretatio. Si ita fideicommissum filiofamilias relinquatur, ut cum emancipatus a patre fuerit vel

---

g) homnem facultatem suam *B*. h) *B*; noluerit *corr.* voluerit *A* 1. i) morit q: (= que) *A* 1; mori quod *B*. k) *ita B*; fac̄ *A* 1. l) liberatorum *B*. m) heres *A* 1; hered̄ *B*. n) *Textus totius libri huius deest A* 2, *usque in mediam* §. 2. *tit. IV. deest B*.

I—IV, [1]. *(Cod. A)*. a) *supplendum videtur.*

dimittere voluerit, opportit ei, ut ipsum filium antea mancipare debeat; quod si mancipatus non fuerit, senior de ipso testamento esse non potest.

[2]. Item alia. Si quiscumque persona de suo testamento ad qualecumque straneum hominem aliquam rem exinde dedit, et postea, si ipsius heredes, qui illam rem dedit, ad alium hominem et ipsam rem vindiderit, si ipse homo hoc sciendum conparaverit, quod[a] ipsa res alteri[b] fuisset donata, ille, qui eam conparavit, hoc habere non potest; sed ipse eam[c] recipiat, cui per testamentum scriptum est.

## V.

Item alia. Quicumque homo, qui testamentum fecerit et qualecumque heredem sibi instituerit, aut ecclesiam[a] aut forsitan extraneum hominem, si voluerit, hoc facere potest; sed[b] videat, quod ad suos heredes per suum[c] testamentum[c] quartam porcionem dimittat. Si plus dimittere voluerit, in sua[d] est potestate[d]; nam minus de quarta[e] dimittere non debit[f, 1].

## VI.

[1]. Item alia. Qui in suo testamento straneum[a] hominem sibi[b] heredem scribit[c], et postea ipsius parentes, qui testamentum faciat[d], dividere cum eo noluerint[e], ipse extranius[f] eos ante iudicem mittat; et postea per mandatum iudicis cum ipso, aut[g] voleant aut non voleant[g], dividant.

[2]. Item alia. Si quicumque mulier ingenua post mortem mariti sui testamentum fecerit et postea infantem habuerit, si alium testamentum non fecerit, ille infans, qui postea natus est, testamentum priore[a] rumpet.

## VII.

[1]. Item alia. Quicumque omo[a] ingenuos omne[b] suam facultatem, cuicumque voluerit[c], donare licencia[d] abeat; set tamen quartam ad eredes[e] dimittat.

[2]. Item[a] alia. Omnes sciant, ut post mortem ipsius, qui testamentum facit, illi[b] heres[b] ipsum testamentum ante iudices aperiatur[c] et ante eos legere faciant[d], et qui ipsum

---

cum sui iuris factus fuerit, fideicommissum relictum, quocumque modo patria potestate fuerit liberatus, id, quod relictum est, ei iure debetur.

[IV, 2]. I, 15. Interpretatio. Si rem, quae per fideicommissum alicui relicta est, cuicumque heres vendiderit et eam sciens relictam alii aliquis comparaverit, fideicommissarius in possessionem sibi deputatam mitti iure deposcit.

V. III, 3. Interpretatio. Lex Falcidia similiter et Pegasianum senatusconsultum, facta hereditarii debiti ratione et separatis his, quae in honorem Dei ecclesiis relinquuntur, quartam hereditatis ex omnibus ad scriptum heredem censuit pertinere.

VI, 1. IV, 3. Interpretatio. Si is, qui heres scriptus est et alteri hereditatem restituere iussus est, adire hereditatem dissimulet, potest fideicommissarius obtinere ut is, qui heres in hoc ordine scriptus est, et hereditatem adire et restituere iubeatur.

[1]. IV. 4. Interpretatio. Qui hereditatem, quam restituere iussus est, adire dubitabat, si eam suscipere compulsus fuerit, integram eam fideicommissario reformare compellitur.

[2]. V, 2. Interpretatio. Si mulier post factum testamentum filium pepererit et testamentum nato filio non mutaverit, filius praeteritus de inofficioso matris testamento agere potest.

VII, 1. V, 5. Interpretatio. Si pater filium ex asse heredem instituat et per fideicommissa aut legata hereditatem ipsam totam diversis distribuat, filius contra patris testamentum de inofficioso agere non potest, quia quartam sibi aut per legem Falcidiam aut per senatusconsulti beneficium retinebit.

[1]. V, 6. Interpretatio. Quoties Falcidia filiis computanda est, de asse hereditatis primo loco defuncti debita detrahuntur et expensa, quae in funere eius praestita est. Sed et collatae libertates nihilominus debebuntur. Et sic liberis Falcidia, id est uniuscuiusque portionis quarta portio, debetur.

[2]. VI, 1. Sententia. Tabulae testamenti aperiuntur hoc modo, ut testes vel maxima pars eorum adhibeatur, qui signaverint testamentum, ita ut, agnitis signis, rupto lino, aperiatur et recitetur atque ita describendi exempli fiat

---

[IV, 2]. a) *hac voce denuo incipit textus cod. B, ubi in margine:* PAULI · IIII· b) alio *B.* c) eas *B.*

V. *(Hic titulus et reliqui omnes usque ad finem legis exstant in codd. A 1. B, des. A 2).* a) çclesiam *A 1.* b) *deest B.* c) suo testamento *B.* d) suam et potestatem *B.* e) par̄ (= parte) *add. A.* f) debet *B.*

VI. a) extraneum *B.* b) *B;* sive *A 1.* c) scribet *B.* d) fac̄ *B.* e) *B;* voluerit *A 1.* f) extraneus *B.* g) vellint nollint *pro* aut — non voleant *B.*

[2]. a) priorem *B.*

VII. a) homo ingenuus *B.* b) omnem *B.* c) *B;* si v. *A 1.* d) licenciam habeat *B.* e) hered̄ *B.*

[2]. a) *deest B.* b) ille heredes *B.* c) aperiantur *corr.* aperiatur *B.* d) faciat *B.*

1) Est quarta illa portio, quam Raeti Falsiciam dicere soliti sunt.

firmaverunt[e] suas suscripciones[f] recognuscant[f], et cui alique[g] donavet[g], aut si livertus[h] fecit, de ipsum testamentum exinplarias tollantur, et unusquisque sua[i] firmitatem secum portet[k], et[l] illum testamentum super segillatum[m] in regestorio domenico[n, 1] reponatur.

## VIII.

[1]. Item alia. Qui testamentum alterius pro[a] qualecumque ingenio falsaveret[b] ad[c] legem Cornilie iudicetur[d], tam ille, qui eum fraudavet[e] aut delivet[e], quam omnes[f], qui in tale[g] scelus[g] ei conssenciunt[h].

[2]. Item alia. Si cuicumque testamentus fraudatus fuerit, infra annum illum requirere debet, ut postea suam causam[a] non perdat.

[3]. Item alia. Patruus et agnatus, quod in lege dicitur, illi sunt, qui ad patrem pertinent, oc[a] est fratrem[b] patris vel alii patres[c] propinqui; nam qui ad matre[d], pertinent, illi dicuntur abuncoli[e] et cognati.

## IX.

[1]. Item alia. Ille homo, qui sic moritur, qui testamentum[a] non faciat[b], sua ereditas[c] ad suos filios debet pervenire; et si filii non sunt, ad suos propincos[d], qui de patre sunt, ipsa hereditas perveniat. Nam ipsa hereditas ad feminas venire non potest[e], excepto[f] si mascoli[g] non fuerint, parentes matres[h] tunc in ipsa hereditate succedant[i, 2].

[2]. Item alia. Qui per testamentum suam facultate[a] inter suus[b] heredes non dividet, si vero multi heredes sunt, et post morte[c] parentum[c] suorum alteri[d] de ipsis volunt devidere[e] et alteri[d] per malum ingenium forsitan[f] non volunt dividere, lex taliter precipit[g], ut illi, qui dividere non volunt, suam porcionem[h] perdant, et illi, qui dividere volunt, et suas et illorum porciones[h] in integro adquirant.

---

potestas, ac deinde signo publico obsignatum in archium redigatur, ut, si quando exemplum eius interciderit, sit, unde peti possit.

*Cf. Epit. Guelf.:* Testamentum quomodo aperire dibiat. Hoc modo: subscriptores testes, qui signaverint, ut agnitis, signis, aperiatur, et exinde exemplaria fieri et sic in arcivo reponi.

2. Sententia. Testamenta in municipiis, coloniis, oppidis, praefectura, vico, castello, conciliabulo facta, in foro vel basilica, praesentibus testibus vel honestis viris, inter horam secundam et decimam diei recitari debebunt exemploque sublato ab iisdem rursus magistratibus obsignari, quorum praesentia constat aperta.

[VIII, 1]. VII, 1. Sententia. Qui testamentum falsum scripserit, recitaverit, subiecerit, signaverit, suppresserit, amoverit, resignaverit, deleverit, poena legis Corneliae de falsis tenebitur, id est, in insulam deportatur.

[1]. VII, 2. Sententia. Non tantum is, qui testamentum subiecit, suppressit, delevit, poena legis Corneliae coercetur, sed et is, qui sciens dolo malo id fieri iussit faciendumve curavit.

[2]. VII, 6. Sententia. Edicto perpetuo cavetur, ut, si tabulae testamenti non appareant, de earum exhibitione interdicto reddito intra annum agi possit, quo ad exhibendum compellitur, qui supprimit. Tabularum autem appellatione cartae quoque et membranae continentur.

[3]. VIII, 1. Interpretatio. Agnati sunt, qui per virilem sexum descendunt; cognati autem, qui per femineum. Et ideo patrui vel patruorum filii et agnati et cognati sunt; avunculi vero et eorum filii cognati sunt, non agnati.

[IX, 1]. VIII, 3. Interpretatio. Feminae, nisi fratribus consanguineis, intestatis aliter cum agnatis succedere non possunt; quia nec cognati masculi ad successionem intestatorum vocantur, nisi quando agnatos deesse constiterit. Sane deficientibus agnatis, cum cognati succedunt, possunt feminae cum viris, quae aequalis gradus sunt, iure succedere.

[2]. VIII, 7. Interpretatio. Si quando multi heredes legitimi fuerint derelicti, et aliqui eorum hereditatem praetermiserint vel adire noluerint, portiones eorum, qui omiserint vel adire noluerint, his legitimis, qui adierint, acquiruntur. . . . . . .

---

e) firmaverī *B.* f) subcripciones recognoscant *B.* g) aliquid donavit *B.* h) libertos *B.* i) suam *B.* k) *B;* portent *A* 1. l) *B;* ut *A* 1. m) sigillatum *B.* n) dominico *B.*

VIII. a) per *B.* b) falsaverit *B.* c) a lege Cornilia *B.* d) indicetur *B.* e) fraudavit aut delevit *B.* f) om̄s *B.* g) *B;* talem excelus *A* 1. h) *ita e corr. A* 1; consenciunt *B.*

[2]. a) causa *B.*

[3]. a) hoc *B.* b) patrem *add. B.* c) patris *B.* d) matrem *B.* e) avunculi *B.*

IX. a) taestamentum *B.* b) facit *B.* c) hereditas *B.* d) propinquos *B.* e) poē *A* 1. f) exepto *A* 1. g) masculi *B.* h) matris *B.* i) succedunt *B.*

[2]. a) facultatem *B.* b) sui heređ *B.* c) mortem parentorum *B.* d) alii *B.* e) dividere *B.* f) forsitan n̄ volunt *A* 1. g) precep̄ *B.* h) porc̄i *B.*

1) Verba *regestorium domenicum* hoc loco ad archivum episcopale referenda esse videntur. 2) Cf. Schupfer II, p. 39; v. Salis, Lex Rom. Cur. p. 171, et commentationem meam p. 33.

X.

[1]. Item alia. De[a] **ius liberorum.** Interpretatio[a]. Mulier ingenua, aut[b] que[b] civinca[c] Romana liberta dimissa est, tunc est ius liberorum consecuta, cum aut III aut IV partus[d] habuerit. Quod si gemellus[e] infantes habuerit, pro uno partu reputetur[f]; nam si III aut quatuor vices non peperit, ius liberorum habere non potest[g]. Quod si ipsa mulier talem infantem habuerit, qui tota membra sic non habeat, sicut[h] alteri homines, ipse partus pro libero non amittatur. Nam si digitus[i] duplos aut aures[k] habuerit, ipse partus pro libero reputabitur[l].

[2]. Item alia. Infans, qui in septimo[a] aut[b] in decimo mense natus fuerit, pro legitimo[c] partu reputabitur. Et cive[d] Romana ingenua, si quatuor filios legitimum[e] tempus natus[f] vel sano[g] corpore peperit, ius liberorum habet et testamentum facere potest[h].

XI.

[1]. Item alia. Si duo heredes unum servum habuerint[a] insimul, si unus de illos heredes ipsum servum sine illius alii conveniencia[b] liberum demiserit[c], tollet ipsum servum de sua potestate ille, qui eum liberum dimisit, et totus[d] ipse servus cum omnem[e] suam facultatem illius est[f], qui eum ingenuum[g] dimittere[h] noluit[i].

[2]. Item alia. Si cuiuscumque servus ante iudicem venerit, et ipse servus de qualecumque causa incusatus[a] fuerit, et si eum aut in carcere[b] aut in[c] catenis aut in trabalium[d] miserit, et unde acusatus[a] fuerit et[c] exinde culpabilis non fuerit, pro illa pena, que[e] sine culpa[f] sustenuit[g], liberum demittatur[h].

[3]. Item alia. Qui in suum[a] testamentum extraneum hominem heredem scribit et ipsum hominem rogat, ut alicum denominativum suum servum ingenuum faciat, quod si ille omo[b] mortuus fuerit, quem[c] rogavit illum servum ingenuum dimittere, sui heredes, si noluerint, post eius mortem inviti ipsum servum ingenuum dimittant.

[4]. Item alia. Quicumque homo, cum ad mortem venerit, si voluerit, de[a] suos servus[b], qui ei placuerit, postquam eum liberum fecerit, potest eum tutorem a[c] filiis suis dimittere, qui eorum facultates[d] gobernare debeat[e].

---

[X, 1] VIII, 8. Sententia. Matres tam ingenuae, quam libertinae cives Romanae, ut ius liberorum consecutae videantur, ter et quater peperisse sufficiet, dummodo vivos et pleni temporis pariant.

[1]. VIII, 9. Sententia. Quae semel uno partu tres filios edidit, ius liberorum non consequitur; non enim ter peperisse, sed semel partum fudisse videtur; nisi forte per intervalla pariat.

[1]. VIII, 10. Sententia. Mulier, si monstrosum aliquid aut prodigiosum enixa sit, nihil proficit; non sunt enim liberi, qui contra formam humani generis converso more procreantur.

[1]. VIII, 11. Sententia. Partum, qui membrorum humanorum officia ampliavit, quia hac ratione aliquatenus videtur effectus, matri prodesse placuit.

[2]. VIII, 12. Sententia. Septimo mense natus matri prodest; ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere, ut aut septimo pleno aut decimo mense partus maturior videatur.

[2]. VIII, 14. Sententia. Libertina ut ius liberorum consequi possit, quater eam peperisse sufficit.

XI, 1. Interpretatio. Si aliquis servum communem manumiserit, eundem manumittendo nec Latinum nec civem Romanum facere potest; et ideo portio eius manumissori perit et alteri domino ex integro, quasi eius tantum proprius fuisset, acquiritur.

[2]. 3. Sententia. Tormentis apud praesidem subiectus et de nulla culpa confessus ad iustam libertatem perduci potest.

[3]. XII, 2. Interpretatio. Si testator fideicommisso servum iusserit manumitti, et ita evenerit, ut, antequam manumissio daretur, is, cuius fidei commissa libertas est, moriatur, heres eius ad manumissionem praestandam, quam auctor suus daturus erat, iure compellitur.

[4]. XII, 3. Interpretatio. Si quis moriens servis suis libertatem dandam filiorum fidei commiserit eosque filiis suis tutores esse praeceperit, hoc ordine fideicommissa libertas aliquatenus impeditur; quia nec pupilli sine tutoris auctoritate servos manumittere possunt, et qui tutores a patre nominatim relictos habent, alios tutores habere non possunt. . . . . . .

---

X. a) De — Interpr. *des. B.* b) autq (= autqui) *A* 1; autq: (autque) *B.* c) civemque *B.* d) partos *B.* e) gemellos *B.* f) reputatur *B.* g) podent *B.* h) et *add. B.* i) digitos *B.* k) aure *B.* l) conputabitur (cput.) *B.*

[2]. a) septo *B.* b) *deest B.* c) legetimo *corr.* legitimo *B.* d) civem *B.* e) *B;* legitimus *corr.* legitimos *A* 1. f) natos *B.* g) sana *corr.* sano *A* 1. h) *B;* possunt *A* 2.

XI. a) insimul habuerint *B.* b) *B;* conventu *A* 1. c) dimiserit *B.* d) *B;* totum ipsum servum *A* 1. e) omnia *B.* f) *deest B.* g) liberum *B.* h) dimitere *A* 1. i) voluit *B.*

[2]. a) accusatus *B.* b) carcerem *B.* c) *deest B.* d) trevalio *B.* e) quod *B.* f) culpam *B.* g) sustinuit *B.* h) dimittatur *B.*

[3]. a) suo testamento *B.* b) homo *B.* c) *B;* qui *A* 1.

[4]. a) *deest B.* b) servos *B.* c) ad *B, quod intelligendum est.* d) facultatem gubernare *A* 1. e) debeat *B.*

[5]. Item alia. Quicumque homo, qui per testamentum servus[a] suus libertus[a] facit et postea forsitan per cuticellos[b], hoc est per alias cartas, alteros[c] suos servus[d] liberos dimiserit, si plus homines ad numerum[e] liberos dimiserit, quam lex Fufia[f], hoc est lex Caninea[g], continet, postea illi liberti revertantur[h] ad servicium[i], qui per cuticellus[b] sunt liberi dimissi, nam non illi, qui per testamentum sunt liberi dimissi.

XII.

Item alia. De numero[a] servorum manummittendorum. Interpretatio. Quantus[b] liceat ad qualecumque personam[c], quamvis grande[d] familia[d] habeat, plus ei non licet liberos dimittere, quam in lege Fufia[e], hoc est Caninea[f], dicit[g]; hoc[h] est: qui duos servus[i] habet, unum liberum dimittat et unum non; et qui X habet, V liberos dimittat[k] et V non; et qui plus habet usque ad XXX, terciam partem[l] liberos dimittat et duas non; et qui C mancipia[m] habet, quartam partem[n] de ipsas[o] liberas potest[p] dimittere et tres[q] partes non; et qui quingentus[r] servus habet, C ingenuus[s] dimittere potest, hoc est quintam[t] partem[t], nam illas quattuor[u] partes non; et nec, si[v] quamvis maiorem[w] numerum servorum habeat, plus de hoc numero ingenuare non potest.

EXPLICIT PAULI SENTENCIARUM[x] LIBER IV.

INCIPIUNT[a] CAPITULA[a] DE LIBRO XXVII.

I. De liberali causa.
II. De servo, qui qualecumque rem conparaverit[b].
III. De eo, qui contra racionem[c] plebis facit.
IV. De damno[d].
V. De incendio.
VI. De calumniatoribus.
VII. De carta falsa.
VIII. De maledictione sine causa vel iniuria.
IX. De acusatione adversariorum.
X. Qui post longum tempus alterum[e] ominem de qualecumque causa amallare[f] voluerit.
XI. De maioris[g] causas.
XII. De donatione et repiticione[h].
XIII. De[i] eo[i], qui alienum servum sine culpa ligaverit[k].

INCIPIT LIBER V.

I. De liberali causa.

[1]. Interpretatio. Quicumque homo ingenuus, si per qualecumque necessitate filios

---

[5]. XIII, 2. Interpretatio. Quoties per testamentum et codicillum libertates dantur, qui in codicillo manumissi sunt, sive ante testamentum factus sit codicillus, sive postea et testamento confirmatus sit, posteriori loco tamen habendi sunt, qui per codicillos fuerint manumissi. Et ideo computatis primum, qui testamento manumissi sunt, tum illi, qui in codicillis manumissi numerantur. Et si maior numerus per codicillum, quam in lege Fusia Caninia continetur, illi libertatem perdunt, qui in codicillo super legitimum numerum manumissi inveniuntur.

[XII]. XIII, 4. Sententia. Lege Fusia Caninia cavetur, ut certus servorum numerus testamento manumittatur: subductis igitur a duobus usque ad decem pars dimidia, a decem usque ad triginta pars tertia, a triginta usque ad centum pars quarta, a centum usque ad quingentos pars quinta. Plures autem quam centum ex maiori numero servorum manumitti non licet.

EXPLICIT PAULI SENTENTIARUM LIBER IV.

---

[5]. a) servos suos libertos *B.* b) codicellos *B.* c) alios *B.* d) servos *B.* e) numerum *A 1.* f) Fufia *B.* g) Caninia *B.* h) reū|tantur *B;* reū|tuntur *A 1.* i) servicio *B.*

XII. a) numerum *B.* b) Quantos *B.* c) psona *B.* d) grandem familiam *B.* e) Fufia *B.* f) Caninia *B.* g) dič *A 1;* dicet *B.* h) h. e. *des. B.* i) servos *B.* k) dim̄ *codd.* l) par̄ *codd.* m) mancipias *B.* n) *B;* paī *A 1.* o) ipsos liberos *B.* p) d. p. *B.* q) trē *A 1;* III *B.* r) D servos *B.* s) ingenuos *B.* t) *B;* V parī *A 1.* u) *B;* IIII parī *A 1.* v) *B;* sic *A 1.* w) *B;* moior numerus *A 1.* x) sen̄ *A 1;* senten̄ *B.*

Lib. XXVII. *(Hic liber deest A 2).* a) *des. B.* b) conparaver̄ *A 1.* c) racoē pleb *B.* d) banno *corr.* damno *A 1.* e) alium hominem *B.* f) mallare *B.* g) maiores *B.* h) repeditione *B.* i) *B;* Deo *A 1.* k) *B;* ligavē *A 1.*

suos vindiderit[a], ipsorum ingenuitatem vindere[a] non potest. Sed quando ipsos filios suos, aut si[b] ipse se redimere voluerint, hoc facere possunt et ingenui permanebunt.

[2]. Item alia. Si quicumque[a] iudex qualecumque ingenuum ominem[b] in causas[c] fiscales conligaverit, pro hoc suam ingenuitatem non perdat.

[3]. Item alia. Si quicumque ingenuus homo propter forciam[a] de malos homines per suam voluntatem se ipsum ad alterum hominem commendaverit et ipse dixerit: 'Pro servo tibi volo esse, et tu me libera de malorum ominum[b] potestate aut de illorum forcia', pro tale commendacione[c], si hoc fecerit, suam ingenuitatem non perdat[d. 1].

II.

[1]. Item alia. Si servus homo qualecumque rem conparaverit, ipsam rem abere[a] non potest[b] nec vendere nec donare, nisi si ipsa[c] vendiccione ad suum dominum presentaverit, et per commiatum[d] domini sui hoc fecerit; nam si dominus[e] eius licenciam ei non dederit, hoc abere[a] non potest.

[2]. Item alia. Quicumque homo qualecumque facultate[a] aut per carta[b] aut per qualecumque legitima[c] causa adquesierit et exinde cum alico[d] hominem[e] ante iudice causacionem habuerit, si per directum[f] ipsa[g] rem habuerit, quod adquesierit[h], inter absentes homines per XX annos hoc vindicare[i] potest; nam inter presentes per X annos hoc vindicabit[k] et postea in perpetuo possidere[l] potest.

III.

Item alia. Si quis contra rationem turba[a] hominum collegerit[b], et si cuicumque homini malum fecerit, omnia in duplum[c] ei conponat[d]. Quod si homines ibidem[e] aut mortui aut plagati fuerint, hoc iudex secundum legem exinde iusticiam faciat.

IV.

[1]. Item[a] alia[a]. Quicumque homo per suam voluntatem alicui homini aut per incendium aut per ruinam aut per naufragium aut per raptum qualecumque[b] damnum fecerit, si

INCIPIT PAULI SENTENTIARUM LIBER V.

I. De liberali causa.

1. Sententia. Qui contemplatione extremae necessitatis aut alimentorum gratia filios suos vendiderint, statui ingenuitatis eorum non praeiudicant; homo enim liber nullo pretio aestimatur. Iidem nec pignori ab his aut fiduciae dari possunt; ex quo facto sciens creditor deportatur. Operae tamen eorum locari possunt.

[2]. 3. Sententia. Descriptio ingenuorum ex officio fisci inter fiscalem familiam facta ingenuitati non praeiudicat.

[3]. 4. Sententia. Qui metu et impressione alicuius terroris apud acta praesidis servum se esse mentitus est, postea statum suum defendenti non praeiudicat.

*Epit. Aeg.*: Non praeiudicat ingenuitati, si pauper potenti coactus acquieverit dicere: 'Servus tuus sum'.

II, [1]. 2. Interpretatio. Per liberas personas, quae nobis nulla conditione obligatae sunt, acquirere nihil possumus. Sed per procuratores acquiri nobis possessionem certum est. Nam si aliquid absente domino fuerit comparatum, non aliter ei acquiritur, nisi hanc ipsam venditionem sibi acceptam dominus esse consenserit.

[2]. 3. 4. Interpretatio. Viginti annorum non requisitam possessionem, si tamen iustum possidendi initium intercessisse probatur, possessori prodesse certum est. Iustum autem initium est emtionis, hereditatis, donationis, legati, fideicommissi et ceterarum rerum similium, quae per legitimas scripturas atque contractus ad uniuscuiusque dominium transire noscuntur. Huius autem rei praescriptio inter praesentes decennii est, inter absentes vero vicennii computatur.

III, 1. Interpretatio. Si aliquis collecta multitudine aut concitata seditione damnum cuicumque intulerit, si pecuniae damnum fiat, dupli redhibitione componitur; nam si corpus alicuius vel membra caede pulsata fuerint, huiusmodi admissum a iudice vindicatur.

[IV, 1]. III, 2. Sententia. Quidquid ex incendio, ruina, naufragio navique expugnata raptum, susceptum suppres-

I. a) vend. *pro* vind. *B.* b) se *B.*
[2]. a) homo *add. B.* b) hominem *B.* c) causa fiscale *B.*
[3]. a) forcia *B.* b) hominum *B.* c) conmandatione *corr.* c. *A 1*; commendacionem *B.* d) perdet *B.*
II. a) habere *B.* b) poest *A 1.* c) ipsam vendicionem *B.* d) comiatum *B.*
[2]. a) facultatem *B.* b) car̄ *B.* c) legitimam causam *B.* d) *B*; aliqua *A 1.* e) homine *B.* f) rectum *B.* g) ipsam re *B.* h) adqsivit *B.* i) vendicare *B.* k) *ita correxi*; vindicabis *A 1*; vendicavit *B.* l) possideb *B.*
III. a) turbam *B.* b) colligerit *B.* c) *B*; dublu *A 1.* d) conp̄ *B.* e) ibi *B.*
IV. a) *des. B.* b) raptum vel qualecumque *add. B.*

1) Cum hoc loco convenit formula Turonensis 43 (LL. Form. p. 158): *Qui se in alterius potestate commendat*, ubi is, qui se commendat, profitetur se 'ingenuili ordine serviturum'. Cf. commentationem meam p. 45; H. Brunner, 'D. RG.' I, p. 207.

infra annum exinde ante iudicem venerit, ille, qui hoc fecit, in quadrublum[c] solvat; et si post transitum anni exinde eum acusaverit[d], in[e] simbulo[e] reddatur.

[2]. Item alia. Quicumque homo sine causa cum turba hominum manu[a] collecta villas alterius distruxerit[b], capite puniatur.

[3]. Item alia[a]. Furones[b] vel raptores[b] in carcere[c] vel in alia vincula[d] damnentur.

V[a].

[1]. Item alia. De[b] incendio. Interpretatio[b]. Si quis alicui homini per[c] suam voluntatem[c] incendium fecerit, mala[d] pena susteneat[e]; et si per suam voluntatem ipsum[f] incendium non fecerit, illum damnum, quod fecit, in dublo[g] conponat.

[2]. Item alia. Si quis homo ad alterum hominem iniuriam fecerit, in arbitrio iudicis sit, quomodo exinde iudicium det, aut conponere debeat.

VI.

De calumniatoribus. Interpretatio. Hoc sunt calumniatores: omnes, qui, alteri[a] homini causas[b] conturbant pro[c] malo ingenio, aut qui[d] falsitatem de altero hominem[e] ad iudicem portaverit, ut alterum hominem sine culpa noceat. Illi, qui hoc faciunt, aut in exilio mittantur aut capite puniantur.

VII.

Item alia. Qui carta[a] falsa[1] contra qualecumque hominem fecerit, ut eum noceat, aut in exilio aut in carcere mittatur.

VIII.

[1]. Item alia. Qui alterum hominem sine causa maledicit[a], in contumilio[b] deputetur aut fustigetur.

